



Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были отданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

### **Правила использования**

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.  
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.  
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.  
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.  
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

### **О программе Поиск книг Google**

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>















2<sup>o</sup> Hint. 55  $\frac{m}{7}$   
(2)

+



JOAN. CHRISTOPHORI  
DE JORDAN,  
S. R. M. Hungariæ & Bohemiæ  
Confiliarii Bohemici Aulici,  
DE ORIGINIBUS  
SLAVICIS,  
TOMUS II.

SEU

*PARS II. III. & IV.*

APPARATUM TRIPLICEM:  
CHRONOLOGICUM

Circa æras seu rationes computandi:

A Mundo condito, ab Urbe condita, ab Orbe redempto,  
Olympiadum, Consulatum Romanorum, Regnorum,  
& Indictionum;

GEOGRAPHICUM

Circa Slavorum olim & nunc sedes:

Terras præcipuè Danubio subjacentes, ab Auctore  
secundum antiqua Rom. itineraria in viis antiquis principalio-  
ribus dimensas;

HISTORICUM

Circa gesta & fata, tum Slavorum,  
Tum aliorum ad Slavicas res illustrandas facientium  
Populorum, comprehendens.





VINDOBONÆ,

Typis Gregorii Kurtzböck in P. III. & IV. & Joan. Jacobi Jahn in P. II.  
MDCCXLV.

Fg V<sup>h</sup>/63/5







OPERIS  
De Originibus Slavicis  
PARS II.

SEU

APPARATUS CHRONOLOGICUS.



SECTIO I.

De Romæ Urbis conditu.



*us I. Ex Dionysio Halicarnassæo Antiq. Rom.*

*Lib. 1.* Altero deinde regnantis Numitoris anno, post Ilium captum CCCCXXXII. Albani, Romuli & Remi ductu, Coloniam miserunt Romam, *anno primo septimæ Olympiadis*, quâ stadium vicit Daicles Mesenius, Archonte Athenis Charope, decennis ejus principatûs annô primô. Quoniam autem auctores multum variant tam de tempore, quô Urbs est condita, quàm de ipsis conditoribus, nec mihi videtur, rem, quasi confessam, esse obiter tantum attingendam. &c. Et de priscis quidem ejus conditoribus hæc dixisse sufficiat. *Extremam autem Romæ edificationem*, sive ea deductio habitatorum potius dicenda est, sive quodcunque aliud, *Timæus Siculus*, nescio quam regulam secutus, ait congruere in tempus, quô Carthago est condita, trigesimô octavô annô ante primam Olympiadem: *Lucius* autem *Cincius*, vir Senatorii Ordinis, in quartum annum Olympiadis duodecimæ.

*II. Porcius Cato* Græcam temporum rationem non indicat, alioquin cum esset perdiligens antiquæ historiæ collector, dicit quadringentis triginta duobus annis posteriorem bello Iliaco: quod tempus dimensum juxta Eratosthenis chronographias, incidit in annum primum Olympiadis septimæ. Esse autem incorruptas regulas, quibus Eratosthenes usus est, & quomodo ad Græcanicam rationem dirigenda sit Romana temporum ratio, *alio tractatu* declaravimus: nolui enim, sicut *Polybius* Megapolitanus fecit, hoc

*Pars II.*

A

tan-

tantum dicere, quod circiter secundum annum septimæ Olympiadis Romam conditam opiner: neque uni & soli Anchisensium tabulæ fidem finè examine tribuere; sed malui supputationes, quas ipse in medium protuli, iudicio cujusvis Lectoris relinquere. Et exacta quidem ratio illic indicata est: hinc necessaria tantum dicentur, ea sic habent.

*III.* Gallorum expeditio, quâ *Roma capta* est, fuit, ut omnes ferè auctores consentiunt, Athenis summum magistratum gerente Pyrgione, *circiter* primum annum nonagesimæ octavæ Olympiadis. (Roma capta, ut *num. 151. 22.* Julii, circa tempus, quo Pyrgion abibat à magistratu, & Theodotus succedebat, finiente primo, & inchoante secundo anno Olympiadis 98. qua combinatione verificatur *ly circiter.*) Quodsi retrorsum tempora supputes usque ad L. Junium Brutum, L. Tarquinius Collatinum, primos Romanorum post expulsam Regum dominatum consules: complectentur annos centum & viginti; sicut apparet cum ex aliis multis, tum è censoriis commentariis, quos à patribus filii per manus accipiunt, & ipsi posteris pari cura tradunt, haud secus, quàm sacra paterna & gentilitia: hi per viros illustres servantur in familiis censoriis. In eis invenio, altero ante captam Urbem anno censum populi Romani habitum, cui, quemadmodum & aliis, tempus adscriptum est hoc: *L. Valerio Potito, T. Manlio Capitolino Consulibus, post expulsos Reges anno centesimo undevigesimo: ut colligatur, sequentem annum, quo irruptio Gallorum accidit, explèsse CXX. annorum numerum.* (Secundum *Livium lib. 5. cap. 17. & seqq.* post consules dictos annus primus habebat Tribunos militares Sex, L. Lucretium, Servium Sulpitium, M. Æmilium &c. & sub his Tribunis Galli Clusum obsidebant. Annus secundus iterum habebat Tribunos militares sex, nempe tres Fabios, & Q. Sulpitium Longum &c. & sub his Tribunis, dum paulò antè, nempe Kalendis Juliis ocepissent magistratum, capta Roma est.) Jam si hoc temporis intervallum triginta Olympiadas facere compertum est, necessariò sequitur, primos consules magistratum inisse Archontis Athenarum Isagoræ tempore, circa primum annum octavæ & sexagesimæ Olympiadis.

*IV.* Constat autem inter exactos Reges & initum à Romulo primo Urbis Rege Imperium annos intercessisse CCXLIII. quod patet ex Regum successione, & annorum numero, quo quisque regnum tenuit. Nam Romulus Urbis conditor septem supra triginta annis administrationi rerum præfuisse dicitur: post cujus obitum interregnum fuisse per annum integrum. Deinde Numam Pompilium electum suffragiis populi, regnasse annis XL. & tribus. Post hunc XXXII. Tullum Hostilium. Hujus deinceps Successorem

rem Ancum Marcium XXIII. Post quem Lucium Tarquinium cognomento Priscum XXXVIII. Deinde Servium Tullium XLIII. Huic à se occiso successit Lucius Tarquinius vir tyrannicus, & propter juris contemptum cognominatus superbus; regnavitque ad annum usque quintum supra vigesimum. Supputatis autem Regum annis CCXLIII. Olympiadibus verò Sexaginta & una, necesse est, ut primus Urbis Rex Romulus regnum auspicatus sit annò primò septimæ Olympiadis, Charope Athenis primum in decennali Imperio annum agente; hoc enim annorum ratio postulat. Quòd autem tot annis Regum quisque regnaverit, in illo libro (de quo supra *num. 2.*) declaramus. Atque hæc sunt, quæ partim ab aliis ante me tradita, partim mihi visa sunt de tempore, quo Urbs, quæ nunc rerum potitur, condita est. &c.

V. Satis deinde placata ratus numina (Romulus scilicet, occiso Remo fratre) convocatis in destinatum locum omnibus, circumscripsit collem figurâ quadrangulâ, junctis ad aratrum bubus, mare ac foeminâ, ductoque sulco perpetuo, in quo fundanda erant mœnia: unde Romanis hic mos circumarandi loca in condendis urbibus durat. Hoc peracto, & bubus mactatis ambobus, multis etiam aliis victimis immolatis, operi (Urbis condendæ) populum adhibuit. Quem diem, si ullum alium, Romana civitas nostro quoque tempore singulis annis festum celebrat, vocatque *Parilia*; cum *ineunte vere* agricolæ pastorésque pro partu quadrupedum Diis acturi gratias, sacra faciunt.

VI. Utrum verò hunc diem, jam antè prosperis successibus festum, Urbi etiam condendæ auspicatum duxerint, an Urbis initio consecraverint, Deosque pastorales in eo honorandos sanxerint, affirmare certò non possum. Hæc sunt, quæ, quantum potui, de Romanorum genere summâ curâ pervestigavi, evolutis Græcorum simul & Romanorum scriptis permultis.

*Ex eod. Dion. Hal. lib. 2.* Ab his gentibus Urbs munita est post Ilium captum annò quadringentesimò trigesimò secundò, Olympiade septima.

VII. *Ex Solino Rom. Hist. lib. 1. cap. 2.* Cincio Romam duodecima Olympiade placet conditam: Pictori octavâ; Nepoti, & Lutatio, opinionem Eratosthenis & Apollodori comprobantibus, Olympiadis septimæ secundò annò: Pomponio Attico, & M. Tullio, Olympiadis sextæ anno tertio. Collatis igitur nostris & Græcorum temporibus invenimus, *incipiente* Olympiade septima Romam conditam, anno post Ilium quadringentesimo tricesimo tertio,

*Ex Messala Corvino in Libello ad Augustum de ejusdem progenie. cap. 23.* Ferunt, anno vigesimo secundo ( duodevicesimo ) ætatis, undecimo Calendas Majas, quadringentesimo trigesimo tertio post captam Trojam, Romulum Urbis fundamenta jecisse.

*VIII. Ex Plutarchi Romulo.* Urbem igitur ad XII. Cal. Maji condi cœptam esse, opinionè omnium satis constat, eúmque diem festum Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes. Ab initio autem nihil animatum ad sacrificia adhibebant: existimabant diem ipsum, patriæ origini consecratum, purum & sinè sanguine servari oportere. Veruntamen *pridie ejus diei* pastoralem quandam celebritatem agitabant, quæ *Pakilia* ab illis dicebatur. Nunc igitur Romanorum Calendæ nulla re cum Græcis conveniunt. Illum autem diem, quo Romulus Urbi fundamenta jecit, trigesimum diem fuisse perhibent, in eoque *lunam* ex congressu solis *defecisse*, quam vidisse Antimachum Tejum Lyricum, cum *tertium in annum sexta Olympiadis* incidisset. Temporibus autem Varronis Philosophi, viri Romani & historiarum monimentis peritissimi, fuit Taruntius vir ei imprimis amicus, & tum philosophiæ tum mathematicæ imprimis studiosus: qui cum ad astrologiæ disciplinam se contulisset contemplationis gratiâ, & in ea excellere putaretur, huic imposuit Varro, ut Romuli conceptionem in diem & horam deduceret &c.

*IX.* Suscepit igitur Taruntius munus sibi à Varrone impositum, ac perspectis viri ingenio, ac moribus rebúsque gestis, tum vitæ tempore, ac mortis genere, hisque omnibus in unum collatis, valde fidenti atque alacri animo ostendit, Romulum primo anno secundæ Olympiadis à matre fuisse conceptum, mense Choë ab Ægyptiis nuncupato, quem nos Decembrem dicimus, tertio & vigesimo die, horâ tertiâ, quâ sol defecit omnino: in lucem verò editum mense Thoth, qui September apud nos est, ad XII. Cal. sequentis mensis circa ortum solis. Urbis verò Romæ fundamenta ab illo jacta esse quinto Idus Pharmuthi mensis, qui Aprilis vocatur à nostris, inter secundam & tertiam ejus diei horam: nam Urbis fortunam, veluti hominis, proprium habere opinantur tempus, quod ex prima origine ad astrorum ortus observatur. Verùm hæc hujusmodique superflua novaque magis fortasse allicient arbitror lectorem, quàm fabulæ commento offendant.

*X. Ex Plinio Hist. nat. lib. 18. cap. 26.* Æquinoctium vernalis a. d. VIII. Calendas Aprilis peragi videtur &c. XIV. Calendas Maji Ægypto Suculæ occidunt &c. Hoc est vulgò appellatum Sidus Parilicium, quoniam XI. Calendas Maji Urbis Romæ natalis, quo ferè serenitas redditur, claritatem observationi dedit. *Cap. 27. VIII. Calen-*

Calendas Julii longissima dies totius anni, & nox brevissima solstitium conficiunt. *Cap. 28.* Solstitium peragi in octava parte Cancrī, & octavo Calendas Julii diximus.

*Ex Eutropio in Breviario Hist. Rom. lib. 1. cap. 1.* Romulus octodecim annos natus, Urbem exiguam in Palatino monte constituit. *XI. Cal. Maji, Olympiadis sexta anno tertio*: post Trojæ excidium, ut qui plurimum minimūque tradunt, trecentesimo nonagesimo quarto.

*Ex Eusebio Casariensi in chronico, ad Olympiadem sextam.* Roma Palilibus, qui nunc dies festus est, condita.

*Ex Pomponio Lato in Philippis Impp.* Philippi Imperii anno secundo, ante XI. Cal. Maj. ingenti pompa, magnoque sumptu & apparatu, sæculares ludi, anno Urbis conditæ millesimo, celebrati sunt.

*XI. Ex Dion. Hal. antiq. Rom. lib. 1.* Ilium captum est vergente jam ætate, septendecim diebus ante solstitium, octava desinentis Targelionis die, juxta supputationem temporum Atticam. Supererant ex eo anno post solstitium dies viginti. Itaque triginta septem diebus, qui captam Urbem secuti sunt, existimo Achæos res Urbis composuisse, & legationes accepisse ab iis, qui exceſſerant, foedusque cum eis fecisse. Sequenti autem anno, qui ab Urbe capta fuit primus, circa æquinoctium autumnale, Trojani à terra solventes Hellespontum trajiciunt.

*Ex Glareani chronologia in Dion. Halicarnass.* Primus hic post captam Trojam annus incipit viginti dies post solstitium, quod octavo Calendas Quintiles sive Julias est, auctore Plinio Lib. 18. cap. 28. Dionysius ait octavo desinentis mensis Junii: quod idem est, ut puto.

*XII. Ex Petavio in Rationario temporum P. II. lib. 3. cap. 2.* Duæ sunt hodie receptæ ac celebriores reliquis sententiæ: prima Varronis, ut testatur Plutarchus, quæ anno tertio desinenti sextæ Olympiadis conditum Urbis assignat; posterior est Verrii Flacci in Fastis Capitolinis, quæ eundem conditum rejicit in annum sequentem, qui est quartus desinens Olympiadis sextæ, quam Catonianam frustra Scaliger appellat, ut suo loco demonstravimus. Utra verior sit, difficile est dictu. Nos priorem anteponimus alteri: atque ita conditam esse Romam asserimus anno tertio Olympiadis sextæ.

*XIII. NOTA*: De die, qui natalem Urbis aperit, multa differit *Petavius in Doctrina temporum lib. 9. cap. 49.* atque ex Manilii & Plutarchi autoritate valde inclinatur in tempus autumnale, nempe quartam Octobris, in quem diem undecimus Calendas Majas anni, tunc valde depravati, Albani seu Romulei

mulei fortè ceciderit. *In Rationario temporum* autem citatò locò ab hac opinione sua remittit. Quidquid autem sit de corrupto tunc anno, & de transposito computu Maji in Octobrem, id sanè indubium est: primò *ex L. 2. Cod. Theod. de feriis*, natalitium Urbis diem quotannis Romæ celebrari solitum; Secundò: ex iis, quæ in *notis novissime editionis Codicis Theod. ad hunc titulum* undique afferuntur, & ex testimonio suprâ adducto *Dionysii Halicarnassæi*, festivitatem hanc *Parilia* & etiam (ut *Plutarchus* habet) *Palilia* vocatam; tertio: ex suprâ adductis authoritatibus, & ex calendariis antiquissimis Romanorum, à *Grævio in thesauro ant. Rom. Tom. 8.* editis, Parilibus seu Palilibus diem undecimum Calendas Majas præstitutum; & quartò: ex dictis *notis ad Cod. Theod.* reverà quoque celebritatem natalitiam, non in autumno, sed in vere, à populo Romano actam, adeòque communi populi consensu venum tempus pro natalitio habitum fuisse.

*XIV.* De die itaque & mense Urbis conditæ fat inter auctores convenit. Ast de anno Olympiastico, qui fuerit U. C. primus? magna est discrepantia. *Timæus Siculus*, qui Romam annis 38. primæ Olympiadi, ergo secundum Varronianam computationem annis 61. Romuli auspiciis anteriorem facit, aliam Romam ante Romam Romuleam supponere debuit; de qua priore seu prisca Roma quoque *Halicarnassæus* plures opiniones adducit, & hinc Romuli Romam *extreme adificationis*, aut deductionis habitatorum nomine venire posse dicit. De *L. Cincii* scriptis quibus Romam contra communem Varronianum computum sex integris Olympiadicis, ergo 24. annis Juniorem facit, nihil, ut de idea ejus judicari possit, exstat, nec in Scriptoribus, quorum tradita ad nos usque pervenerunt, assecclas ullos nactus est.

*XV.* Missis igitur illorum opinionibus, sex potissimum sententiæ de Urbis conditu fuere. Prima *Varroniana*, de anno finiente tertio, & inchoante quarto Olympiadis sextæ. Secunda *Capitolina*, quæ et, quanquam ex diversis principiis, *Halicarnassæi* est, de anno finiente quarto Olympiadis sextæ, & inchoante primo Olympiadis septimæ. Tertia *Polybiana*, circiter secundum annum septimæ Olympiadis, ergo primo ejus anno finiente, & secundo inchoante. Quarta *Lutatiana*, de anno secundo finiente, & tertio inchoante Olympiadis septimæ. Quinta *Pictoriana*, de anno quarto finiente Olympiadis septimæ, & primo inchoante Olympiadis octavæ. Sexta demum *Anomala*, de anno primo finiente, & secundo inchoante Olympiadis octavæ.

*XVI.* Computus primus Varronianus strictus est, & ad exactitudinem, quoties venum tempus Urbi natale à Romuli primo Imperii anno usque ad annum, quo computabat Varro, redierit, & novum annum induxerit. Computus secundus Capitolinus Varroniano calculo unum annum detrahit: quo computu utuntur omnes, qui Fastos Capitolinos, nec non *Halicarnassæum* sequuntur. Computus tertius Polybianus Varroniano calculo duos annos detrahit: hac methodo *Livius*, in designando anno Ludorum secularium tertiorum *Lib. 49.* nec non in mutatione initii anni consularis *Lib. 47.* & in recensendo initio tertii belli Punici itidem *Lib. 49.* utitur, si supponatur, eum sub anno, quem nominat, semper subintelligere *elapso*, prout mihi ex dicendis alibi omnino videtur; eadem methodo quoque promiscuè & sæpe utitur *Eutropius*.

*XVII.* Computus quartus Lutatianus Varroniano calculo tres annos detrahit: hac methodo utitur *Livius*, in prædicto supposito, *lib. 31. cap. 1.* in numeratione annorum U. C. qui usque ad initium primi belli Punici excefferant,



ferant, & *lib. eod. cap. 5.* in assignando initio belli Macedonici primi seu Philippici; *Entropius* verò eadem methodo promiscuè utitur. Computus quintus Pictorianus Varroniano calculo quinque annos detrahit: hac methodo *Diodorus Siculus* utitur in primo suo systemate à septuagesima quinta Olympiade initiante usque ad Olympiadem octuagesimam primam finientem: ibi enim ab Halicarnassæi methodo annis quatuor, ergo à Varronis quinque distat. Computus sextus anomalus à me vocatur, eò quòd in *Diodoro Siculo* ejus usus, sed non auctor, deprehendatur. Detrahit is Varroniano calculo sex annos: *Diodorus* eum adhibet in secundo suo systemate ab octuagesima secunda Olympiade initiante usque ad Olympiadis nonagesimæ primæ annum secundum inchoantem; per hoc tempus enim distat ab Halicarnassæo quinque, ergo à Varrone sex annis; exinde verò Halicarnassæo perfectè par fit.

*XVIII.* Nullus horum de conditu Urbis computuum coævo nititur testimonio, sed quilibet illorum per inductionem à posteriori initus est; Romani enim ipsi in primis quinque seculis fortiter agere, quàm gesta historicè describere maluerunt; ad Græcos nascentis Reipublicæ Romanæ, per tot alias versùs Græciam septæ, notitia penitior haud facilè nisi ab A.U.C. 300. quo Romani Legati in Græciam pro legibus exscribendis appulère, pervenire poterat. Cum ergo *Censorinus de die natali cap. 17.* dicat: *ab Urbis primordio ad Reges exactos, annos CCXLIV. factos esse, nemo auctor est,* multò minùs quis auctor esse poterit de anno Olympiastico, quo præcisè Roma condita sit. Pictor igitur, Piso, Polybius, & alii, qui inter primos de rebus Romanis scripserunt, computum Urbis conditæ, si certum annum anteriorem Olympiadicè notum non habuerint, à seculo, quo vivebant, & anno Olympiastico eis certè noto, per inductionem, quot retrò magistratus annuos, sive ex commentariis Pontificum, sive ex Libris Censoriis, sive ex notis aliis, usque ad exactos Reges invenirent, & quot anni Regum partim notati sint, partim tradantur? inire debebant; quibus annis omnibus dein ad Olympiasticam methodum applicatis annus Olympiasticus calculo annorum intermediarum correspondens resultabat.

*XIX.* Sic v. g. *Halicarnassæus* pro compertis habebat tria supposita: 1<sup>mo</sup>. annum captæ à Gallis Romæ fuisse primum Olympiadis 98. 2<sup>do</sup>. ab exactis Regibus usque ad captam Urbem intercessisse annos 120. 3<sup>io</sup>. Reges imperasse per annos 244. Si tria hæc supposita vera sunt, ex inductione hac à posteriori annorum 120. & 244. qui Olympiades 91. insumunt, necessaria fuit conclusio ad prius, quòd ante hoc tempus, itaque ante Romam conditam, effluerint Olympiades sex, & Romæ conditus incidat in primum annum Olympiadis septimæ.

*XX.* Quòd autem non omnes auctores in eundem annum Olympiasticum, quo Urbs condita, consentiant, est ex diversitate suppositorum in calculo intermedio. Breviter, sed enucleatè, & ex genuinis Varronis principiis, hanc in rem ait *Censorinus de die Natali cap. 21.* De tertio autem tempore (nempe à prima Olympiade) fuit quidem aliqua inter auctores dissensio, in sex septemve tantummodò annis versata. Sed hoc, quodcunque caliginis, Varro discussit: & pro cætera sua sagacitate, nunc diversarum civitatum conferens tempora, nunc defectus eorùmque intervalla retro dinumerans, eruit verum, lucem.

cémque ostendit, per quam numerus certus, non annorum, modo, sed & dierum perspici possit. &c. Sic igitur se habuit cum chronologia Romana, quòd *defectus & intervalla retro* à Varrone in computum vocari, & suppleri debuerint. Non quærenda autem erant nisi in primis Romæ quinque seculis usque ad annum ultimum belli Samnitici, quo pro victoria consequenda se devovebat P. Decius Mus Consul; ab eo anno enim omnes posteriores consulatus nulla fermè ambiguitate laborant. Ante hunc annum econtrà in prioribus temporibus dispersi sunt sex anni controversi. Primus est *annus Regius*, an nempe imperium Regum duraverit per 244. an verò tantùm per 243. annos? Secundus est *annus interceptus*: ex dicendis in sectione secunda apparebit, primum Urbis consulatum post ejectos Reges in computu Varroniano non tantùm per totum annum U. C. strictè computatum 245. sed & per sex primos menses, Majum, Junium, Quintilem, Sextilem, Septembrem, & Octobrem anni sequentis 246. continuatum, & initium consularium annorum in systhemate primo ab Autumno, processu temporis verò in secundo systhemate ab Idibus Decembribus, & in systhemate tertio ab Idibus Martiis desumptum esse. Per has protelationes consulatum igitur paulatim annus ferè totus intercipiebatur: & inde quæstio est, san hic annus tacitè interceptus in numerum annorum Urbis conditæ accenseri debeat, nec ne?

XXI. Tertius est *annus Decemviralis*: an scilicet pro Decemviris triennium integrum, & pro insequentibus Consulibus Valerio & Horatio quartus annus specialis, an verò pro Decemviris solis biennium, dein pro Decemviris & Consulibus simul tertius tantùm communis annus computandus sit? Quartus est *annus anarchie prima*: ex sectione secunda itidem patebit, per seditiones Tribunorum plebis annum 335. sinè curulium magistratum creatione extractum esse; unde quæstio est, an non hic unus annus numero annorum U. C. adjiciendus, & specialiter computandus?

XXII. Quintus est *annus anarchie secunda*: dicetur etiam in sectione secunda, quòd post annum Urbis captæ usque ad annum iterum creatorum consulum, quorum alter L. Sextius Sextinus Lateranus primus ex plebe fuit, pro intermedio tempore à Diodoro Siculo, & à Fastis Capitolinis computentur 23. anni, à Livio verò septendecim Tribunatus militares consulari potestate, & intermixtim, si explicita Livii enuntiatio tantùm consideretur, anarchia quinque annorum: si econtra ad implicitum sensum verborum reflectatur, anarchia annorum sex: igitur pro diversitate anni 22. & 23. Quæstio proinde est, an anarchia hæc secunda sexennium, an quinquennium insumpserit? Sextus est *annus consularis P. Decii Muris*: an is ad finem belli Samnitici duplex continuativus, an verò simplex fuerit?

XXIII. His prænotatis illatio insequitur: qui auctores annis omnibus controversis sex locum tribuunt, sunt in Varroniano vero computu, & Urbem statuunt conditam anno finiente tertio Olympiadis sextæ: qui annum controversum unum ex sex, nempe Regium, omittunt, sunt in Capitolino computu: qui annum Regium agnoscunt, sed annum interceptum missum faciunt, sunt in Halicarnassæi computu, re ipsa Fastis Capitolinis conformi, sed ex diverso principio: qui annum Regium, & interceptum negligunt, sunt in Polybiano computu: & sic consequenter (cùm non sciatur, quos annos controversos quisque auctor missos faciat) qui annos tres, quoscun-

cunq̄ue demum , transfiliunt , sunt in computu Lutatiano : qui annos quinque , in Pictoriano : qui annos sex , in Anomalo.

**XXIV.** De Fastis Capitolinis specialiter notandum : eos annum Regium non agnoscere , sed perpetuò à Varroniano calculo ad unum hunc annum dissidere , cœterum annum anarchiæ secundæ retinere , & suo ordine computare , reliquos autem quatuor annos controversos non ibi , ubi secundum Livii relata quadrarent , collocare , sed intra spatium solum ab anno U. C. 420. usque 452. conglomerare , & defectivorum horum annorum primum anno 420. secundum anno 429. tertium anno 444. quartum anno 452. obtorto quasi collo injicere , cum nihil sit , quod huic distributioni ex auctoribus , qui ad nos usque pervenerunt , subserviat. An hoc Quindecim-viri , quorum certè authoritas Fastorum Capitolinorum origo est , commoditatis causâ , ne nimis criticam temporum rationem inire deberent , an ex convenientia fecerint , ne vulgarem computandi morem , quo annus consularis primus sine appendice interceptionis accipiebatur , Decemvirale imperium pro biennali tantum habebatur , & annus anarchicus primus 335. consulatui de A. 334. coaluerat , turbarent , & difformem à communi sensu chronologiam ederent ? id ex illorum seculorum comprehensione & iudicio nunc haud faciliè eruendum.

**XXV.** In his igitur tota seculorum Romanorum primorum crisis chronologica consistit. Et quandoquidem Varronis scripta de Antiquitatibus Romanis , quibus teste Censorino omnia abscondita tempora , in annis non tantum , sed & mensibus atque diebus , ad lucem protraxit , fato erepta sunt , de Varronis per Censorinum tradito sensu , sine Varrone , ex Historicorum Romanorum principe Livio , aliisque adhuc servatis Scriptoribus differendum , præprimis verò ad diligentem disquisitionem mobilitatis in ineundo & finiendo consulatu , itaque & anno consulari , utpote quæ confusio chronologiæ originem dedit , procedendum est.

**XXVI.** De methodo computandi ab annis Trojæ captæ ad annos Urbis Romæ conditæ non est quod latè discutiatur differentia inter auctores , dum quidam annos à Troja capta usque ad conditum Romæ numerant 432. alii 433. Diodorus verò Siculus 431. is computus enim æquè à posteriori inductus esse debuit ; consequenter necesse fuit iis , qui seriùs Romam conditam dixere , annos Trojæ captæ plures , qui citiùs , pauciores statuere. Non frequentatur hæc methodus computandi ad annos Romanos , nisi à Diodoro Siculo : & ille , licet generaliter in præmissis ad historiam annos Romæ priores 432. statuere videatur , in applicatione tamen ipsa regulæ hujus monstrat , se illos incompletos intelligere , ut alibi in chronologia ejus plurius dicetur.

**XXVII.** Cæterum anni Olympiatici initium ab omnibus auctoribus in dies æstivos collocatur circa solstitium. *Halicarnassæus* , ut supra *num. 17.* dum iter profugorum Trojanorum ad tempus specificum dimensurat , annum Olympiadicum Trojæ captæ finit die vigesimo post solstitium. In hoc supposito itaque annus Olympiadicus nostro more incipit circa medium mensis Julii.

## SECTIO II.

## De diversitate Anni Confularis

**N**us. XXVIII. Initium anni Romani triplex potissimum dici potest: Gentilitium nempe, Naturale, & Civile. *Gentilitium* à natali Urbis procedit: quod & *Sacrum* à Sacris tunc peragi solitis Pastoralibus, Palilia à Dea Pale pecudum præfide, & Parilia à pariendo dictis, nec non *Regium*, eò quòd Regum primus Romulus ab hoc initio Regnum auspicatus fuerit, appellari potest. Initium *Naturale*, diversum apud diversas gentes erat, de quo *Censorinus de die natali* recensitionem facit. Romani Ver pro initio naturali primitus habuere, teste *Ovidio Fastorum I.* ubi canit.

*Omnia cum virent, tunc est nova temporis atas.*

*Sic annus per ver incipiendus erat.*

Mensium ordinem & compellationem recenset ibidem Ovidius:

*Tempora digereret cum conditor Urbis, in anno*

*Constituit menses quinque bis esse suo.*

*Martis erat primus mensis, Venerisque secundus:*

*Hac generis princeps, ipsius ille pater.*

*Tertius à senibus, juvenum de nomine quartus:*

*Quæ sequitur numero turba notata suo est.*

Initium tertium *Civile* est, à quo magistratuum mutationes, cæteræque ordinationes publicæ inchoabantur, quod variis mutationibus obnoxium fuit. Romulus idem civile quod naturale initium constituisse censendus ex relatis Ovidii. Nec Numa Pompilius, decem Romuleis duos adhuc menses Januarii & Februarii addens, quid immutavit; licet enim *Ovidius Fastor. I.* recensitioni mensium adjungat:

*At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras:*

*mensibus antiquis præposuitque duos.*

Idem tamen *Fastorum II.* emendatiùs scribit:

*Qui sequitur Janum, veteris fuit ultimus anni.*

*Tu quoque Sacrorum, Termine, finis eras.*

Quapropter & textus prior in *notis editionis Amstelodam. de A. 1702.* ex variantibus lectionibus, *præposuitque* mutando in *apposuitque*, corrigitur, & restituitur.

XXIX. *Censorinus de die Natali cap. 22.* de mensium ordinatione & nominibus sic refert: Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse, Fulvius & Junius auctores sunt: & quidem duos primos à parentibus suis nominasse, Martium à Marte patre, Aprilem ab Aphrodite, id est, Venere: unde majores ejus oriundi dicebantur. Proximos duos à populo: Majum à majoribus natu, Junium à junioribus: cæteros ab ordine, quo singuli erant, *Quinctilem*

lem usque ad Decembrem, perinde à numero. Varro autem Romanos à Latinis nomina mensium accepisse arbitratur: auctores eorum antiquiores, quàm Urbem fuisse, satis argutè docet. Itaque *Martium* mensẽm à Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, sed quòd gens Latina fuit bellicosa. *Aprilem* autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo: quod tunc ferè cuncta gignantur, & nascendi claustra aperiat natura. *Majum* verò non à majoribus, sed à Maja nomen accepisse: quòd eo mense tam Romæ, quàm antea in Latio, res divina Majæ fiat & Mercurio. *Junium* quoque à Junone potius, quàm junioribus: quòd illo mense maximè Junoni honores habeantur. *Quintilem*, quòd loco apud Latinos fuerit quinto: item *Sextilem*, ac deinceps ad Decembrem, à numeris appellatos. Cæterum *Januarium* & *Februarium* postea quidem additos, sed nominibus jam ex Latio sumptis: & *Januarium* ab *Jano*, cui attributus est, nomen traxisse, *Februarium* à *Februo*. Est *Februum*, quidquid piat purgátque: & februa, purgamenta: item februare, purgare, & purum facere. *Februm* autem non idem usquequaque dicitur: nam aliter in aliis sacris februatur, hoc est, purgatur. In hoc autem mense, *Lupercalibus*, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt, quod *Februm* appellant: unde dies *Lupercalium* propriè februatus, & ab eo porro mensis februarius vocitatur. Ex his duodecim mensibus duorum tantum nomina immutata: nam qui *Quintilis* fuit, *Julius* cognominatus est, C. Cæsare V. & M. Antonio Coss. anno Juliano secundo. (coepit annus primus Julianus à prima Januarii anni V. C. ad finem vergentis 708. secundus verò à prima itidem Januarii 709. & comprehendit quatuor fermè menses hujus, & octo sequentis anni V. C. 710.) Qui autem *Sextilis* fuerat, ex Scto, Marcio Censorino, C. A. finio Gallo Coss. (hi erant consules in parte anni V. C. 745. & 746.) in Augusti honorem dictus est *Augustus*, anno Augustano XX. Quæ nomina etiam nunc ad hanc permanent memoriam. Postea verò multi Principes nomina quædam mensium immutaverunt, suis nuncupando nominibus: quod aut ipsi postmodum mutaverunt, aut, post obitum eorum, illa nomina pristina suis reddita mensibus fuerunt.

XXX. Festorum Romanorum Februarii mensis sæpe mentio fit in historiis Romanis: unde eorum ordo brevibus annotandus. *Terminalia* ultimum festum anni ad diem 23. februarii erant. His præcedebant tria festa lustrativa & expiativa in eodem mense tanquam ultimo, nempe *Lupercalia* tertio die ab Idibus, id est 15. februarii: *Quirinalia*, sacrificiorum per annum ex impedimento vel ignorantia omissorum expiatoria die 17. febr. *Feralia*, quibus Diis Manibus sacrificabatur die 21. febr. Tum verò agmen sacrorum (ut dictum) claudebant 23. febr. *Terminalia*, quibus secundum

*Festum* Termino sacrificabant, quòd in ejus tutela fines agrorum esse putarent, & 24. febr. subsequeretur Regifugium, seu dies, quò Tarquinius superbus, ex castris Ardeatensibus adventans, Româ, portis clausis, exclusus est. Hæc obiter huc adferre censui: totus enim ordo Calendarii & anni veteris Romanorum in multis virorum doctorum elucubrationibus à *Gravio in Thesaurò antiqu. Rom. Tom. 8.* collectis abundè videri potest.

XXXI. Ad objectum autem proprium hujus sectionis progrediendo, nempe ad diversitatem anni civilis post ejectos Reges, id est *anni consularis*, præmittenda sunt relata historicorum Romanorum primos tres consulatus respicientia, quatenus huic disquisitioni subserviunt.

*Ex Livio lib. 1. cap. 22.* Ardeam Rutuli habebant &c. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset. Ubi id parum processit, obsidione munitionibusque cœpti premi hostes. In iis stativis, ut fit longo magis quàm acri bello, satè liberi comœtus erant; primoribus tamen magis quàm militibus. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis, comessationibusque inter se terebant &c. omnes citatis equis advolant Romam &c. pergunt inde Collatiam &c. (sequitur historia de stupro Lucretiæ, & conjuratione adversus Tarquinium.)

XXXII. *Ex Livio lib. 1. cap. 23.* Harum rerum nuntiis in castra perlatis, cum ex re nova trepidus Rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus (senferat enim adventum) ne obvius fieret; eodemque ferè tempore diversis itineribus Brutus Ardeam, Tarquinius Romam, venerunt. *Tarquinius clausa porta, exiliùmque indictum*, liberatorem Urbis læta castra accepere, exactique inde liberi Regis, duo patrem secuti sunt, qui exulatum Cære in Etruscos ierunt. &c. Duo Consules inde comitiis centuriatis à Præfecto Urbis ex commentariis Servii Tullii creati sunt, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

XXXIII. *Ex Dionysio Halicarnassæo antiq. Rom. lib. 5.* Introducto igitur Optimatum imperio, cum quatuor circiter menses (nempe Martius, Aprilis, Majus, Junius) anno illi explendo (Olympiastico) desissent, Consules, qui primi Regiam potestatem sumpserunt, L. Junius Brutus, L. Tarquinius Collatinus &c. reversis in Urbem civibus, qui in castris fuerant, paucis diebus, postquam pulsus esset Tyrannus, & induciæ cum Ardeatibus factæ, assumpserunt multos alios; vocatoque in concionem populo, cum prolixè pro concordia differuissent, novo decreto confirmârunt ea, quæ prius in Urbe sancita fuerant, perpetuòque Tarquinius exiliò mulctârunt &c. Pulsus Regnò *Tarquinius aliquamdiu Gabiis substitit*, confluentes ex Urbe colligens, quotquot libertati præferrent tyrannidem, seque *Latina gentis ope imperio restitutum iri sperans*. Sed cum preces ejus negligenter hi populi, nec ipsius causâ Romanos impetere vellent, despe-

*desperato auxilio in Etruscam Urbem se recepit*, unde materno genere ducebat originem &c. persuasit populo, ut Legatos Romam mitterent, qui ei congregandi cum Romanis copiam peterent: &c. *Etrusci* post receptum à Consulibus responsum &c. *in Urbe restiterunt*, simulantes se occupari in componenda portatili supellectile, & distrahendis, quæ agi ferrique non possent: sed reverà excutientes & molientes in Urbe, quæ (de conjuratione excitanda) mandârat Tarquinius. &c.

XXXIV. *Ex Livio lib. 2. cap. 2.* Quum haud cuiquam in dubio esset, *bellum ab Tarquiniis imminere*, id quidem *spe omnium serius fuit*; cæterum id, quod non timebant, per dolum ac proditionem propè libertas amissa est &c. (sequitur historia de conjuratione detecta.) De bonis Regiis, quæ reddi antè censuerant, res integra refertur ad patres. Illi victi irâ vetuère reddi, vetuère in publicum redigi. Diripienda plebi sunt data, ut contacta Regia præda spem in perpetuum cum his pacis emitteret, Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde Campus fuit. Fortè ibi tum *seges farris dicitur fuisse matura messi*, (ergo jam æstivum tempus erat anni V. C. 245.) quem campi fructum, quia religiosum erat consumere, defectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa corribus fudère in *Tiberim tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet.* &c.

XXXV. *Ex Livio lib. 2. cap. 3.* His sicut acta erant, nunciatis, incensus *Tarquinius* non dolore solùm tantæ ad irritum cadentis spei, sed etiam odio iræque, postquam dolo viam obseptam vidit, bellum apertè moliendum ratus: *circumire supplex Etruria Urbes*, orare maximè Veientes, Tarquiniensésque, ne se ortum ejusdem sanguinis, extorrem, egentem, ex tanto modò Regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sinerent &c. Ita duarum civitatum exercitus, ad repetendum regnum, belloque persequendos Romanos secuti Tarquinium. Postquam in agrum Romanum ventum est, obviam hosti Consules eunt. Valerius quadrato agmine peditem ducit, Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit. &c. (recensetur singulare certamen inter Brutum & Aruntem Tarquinium, utroque hoc à se invicem cæso, & prælium subsequum utriusque aciei) Ibi variâ victoriâ, & velut æquo Marte pugnatum est, dextra utrinque cornua vicère, læva superata. &c.

XXXVI. *Ex Plutarchi Publicola.* Ferunt hoc prælium *pridie Calendas Martias* (A. V. C. 245. finiente) *fuisse*; triumphavit verò ex eo Valerius, primus ex Consulibus, curru quadrijugo invehctus.

*Ex Dionys. Hal. lib. 5.* Porro post Bruti obitum collega ejus *Valerius in suspicionem venit* apud populum, quasi regnum affectaret: pri-



mum, quod solus teneret imperium, cum statim collegam sibi adsciscere debuisset, ut ejecto Collatinò fecerat Brutus; deinde quia in loco invidioso ædificabat. Is est tumulus foro imminens, altus satis & præruptus: Romani Veliam vocant. Admonitus autem à familiaribus, hæc molestè ferre populum, indicto comitiis die *Consulem legit Sp. Lucretium*, quò post paucos dies defuncto, in ejus locum *subrogavit M. Horatium*. Domicilium è summo tumulo in imum clivum transtulit. &c.

XXXVII. *Ex Livio lib. 2. cap. 4.* Creatus Sp. Lucretius Consul &c. intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus &c. Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis ædes. Valerius, Horatiusque Consules sortiti, uter dedicaret. Horatio forte evenit. &c.

*Ex Plutarchi Publicola.* Idibus igitur septembribus (13. Sept. A. V. C. 246.) quo tempore luna plena est, congregatis in Capitolio Romanis maximà frequentiam, indicto silentio, *postem ex more tenenti Horatio*, & dedicationis solennia quædam verba proferenti jam, frater Publicolæ Marcus, cum jam pridem juxta portas mansisset, observato tempore, foedum nuntium incussit: O Consul, inquires, filius tuus ex morbo in castris interiit. &c.

XXXVIII. *Ex Dion. Hal. lib. 5.* Sequenti anno (circa Novembrem A. V. C. 246.) Consules creantur is ipse Valerius iterum, & cum eo Lucretius; nec aliud eo consulatu memorabile actum est præter censum & bellicorum tributorum ordinationem ex instituto Regis Tullii. &c. P. Valerio Poplicola tertium, M. Horatio iterum Consulibus, (à Nov. A. V. C. 247.) Lars Porsena Clusinarum Rex in Etruria, qui Tarquinius ad se confugientes exceperat hospitio, pollicitus effecturum se duorum alterum, ut aut reconciliati suis civibus restituerentur in patriam & imperium, aut saltem adempta bona reciperent: quoniam superiore anno missis Romam Legatis minis preces afferentibus, neque reconciliationem eis & reditum impetraverat &c. neque bonorum restitutionem &c. bellum Romanis indixit.

XXXIX. *Ex Livio lib. 2. cap. 9.* Rex Porsena verecundiam victus, quando id certum atque obstinatum est, inquit, neque ego obtundam sæpius eadem nequicquam agendo: nec Tarquinius spe auxilii, quod nullum in me est, frustrabor. Alium hinc, seu bello opus est, seu quiete, exilio quærant locum, ne quid meam vobiscum pacem distineat. &c. *Tarquinius spe omni reductus incisa, exulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit.* Romanis pax fida ita cum Porsena fuit.

Ex

*Ex Dion. Hal. lib. 5.* Tarquiniis & Mamilio renuntiatum est ( à Porfena ) hospitium , *jussique eadem die castris excedere.* Itaque Tarquiniis , qui antea bonam spem habuerant , Etruscorum auxilio recepturos se tyrannidem , aut certe amissa bona , utroque frustrati discesserunt è castris cum odio & ignominia. Rex &c. locum quoque in quo metatus erat , non *ut castra in hostico* temporaria , sed *instar oppidi* privatim ac publice satis ornatum , quamvis non esset moris Etruscis finitò bellò domum repetentibus integra castra sinere , sed exurere , non exussit , verùm ita ut erat reliquit : haud mediocri erga populum Romanum , si pecuniarium pretium spectes , munificentia : id quod apparuit ex venditione , quam fecerunt Quæstores post Regis abitum. Hic finis fuit belli &c. Hæc tertio consulatu gesta sunt. Quartus annus ( à Nov. A. V. C. 248. ) quietus à bellis , consules habuit Sp. Largium , T. Herminium.

*XL. NOTA.* Calendaria antiqua Romana , à *Grævio in Thesaurò antiq. Rom. tom. 8.* edita , Regifugium , id est fugam Tarquiniis superbi ad Latinos , dum ei ex castris ad Ardeam adventanti portæ Romanæ clauderentur , & exilium perpetuum indiceretur , atque dum etiam ab exercitu filii Tarquiniis expellerentur , ponunt ad diem VI. Cal. Martias , seu 24. Februarii , excepto Calendario , quod Ovidii dicitur , & ad diem VII. Cal. Martias Regifugium anticipat , ac alterum quoque Regifugium ad diem IX. Cal. Junias collocat. Duplex omnino dici poterat Regifugium : primum à clausa Urbe Roma ad Latinos , cui mensis Februarius finiens convenit : secundum , quod post tres annos secutum est ex castris Regis Porfenæ , haud procul à Tiberi & Roma positis , ad generum Mamilium Octavium : & huic posteriori Regifugio tempus Maji finientis congruit , non illi priori , quoniam à Majo finiente usque ad *segetem maturam messi* , itaque usque ad Julium mensẽ , tempus nimis arctum fuisset pro explendis iis , quæ ( *suprà num. 33. 34.* ) tanquam gesta intermedia à Livio & Halicarnassæo de Tarquiniis exultatione Gabios , de subsistentia ibidem , & sollicitatione Latinorum pro auxilio ferendo , de ulteriore post desperatam ibi rem refugio ad Etruscas civitates , de missis Romam Legatis Etruscis , de eorum mora Romæ , de conjuratione detecta narrantur. Accedit , quòd Halicarnassæus dicat , anno illi , quò Tarquinius Romam exclusus fugit , adhuc *quatuor menses* defuisse ; comparat ille annos Romanos cum annis Græcis seu Olympiadicis , qui post solstitium æstivum in mensẽ Julio incipiebant ; detractis abhinc quatuor ultimis mensibus Martio , Aprili , Majo , & Junio : Regifugium in februarii finem incurrit. Sat igitur de tempore , quo Roma à Regio jugo liberata ad Consules Imperium transtulit , constare videtur.

*XXI.* Porro primi consulatûs finis ex Plutarcho colligitur. Secundum ejus relata Brutus Consul in prælio cum Vejentibus & Tarquiniis occubuit pridie Calendas Martias , itaque ultima februarii : hoc dici nequit de eodem mensẽ februario , quò exacti Reges , sed de februario sequentis anni : & Livius ( *suprà num. 34.* ) fat clarè testatur , bellum Tarquiniis *expectatione serius* fuisse , ergo non illa ætate , sed altero Vere contigisse. In locum Bruti , ( *num. 36.* ) non statim , sed mora quadam intercedente , substitutus Lucretius , & hoc mortuò Horatius. Hic in Septembri , ( *num. 37.* ) dedi-

dedicavit ædes Jovis Capitolini. Ergo primus consulatus à Martio prioris saltem usque ad Octobrem sequentis anni, per novemdecim menses duravit, & Romani septem menses priores consulatûs, in statu turbido & confuso consumptos, tempori legitimo consulum quasi non imputârunt.

## Primum Systhema anni Romani civilis, feu consularis, ad tempus autumnale.

**Nus XLII.** Prænotandum: annos hîc in margine adnotatos per totum systhema consulare primum & secundum esse ex computu laxo primo, de quo infrâ plura: id est, consulatui cuilibet, & respectivè alii magistratui annuo Romano, eum annum V. C. adscribi, qui posteriore tantùm sui parte ab Autumno ad Ver consulatûs primam partem comitabatur.

A.U.C. 246. Secundus consulatus juxta dicta iniit tempore autumnali circa Novembrem.

Incidit hoc in septimum mensem anni Urbis conditæ strictè, id est ab XI. Cal. Majas computati 246; tempore enim Regifugii in hac computatione adhuc anno 244. deerant fermè duo menses; annus 245. complebatur iterum in Aprili subsecuto; & ab inde usque ad Novembrem elapsi erant sex menses anni 246. Durâsse videtur hoc systhema usque ad primos Decemviros creatos annô Urbis conditæ trecentesimô & alterô elapsô, ita tamen ut interruptim aliquoties usque ad Calendas sextiles retrogrederetur, quam in rem hæc loca faciunt:

261. **XLIII.** *Ex Livio lib. 2. cap. 17.* ubi de secessione populi in montem Sacrum agitur: Quo factò maturata est seditio &c. Sicinio quodam auctore injussu Consulum in Sacrum montem secessisse populus dicitur, trans Anienem amnem, tria ab Urbe millia passuum. &c. *Cap. 18.* Per secessionem plebis Sp. Cassius, & Postumus Cominius consulatum inierunt. &c.

*Ex Dion. Hal. lib. 6.* Horum consulatus incidit in septuagesimam secundam Olympiadem, quâ vicit stadio Tisicrates Crotoniensis, Principe Athenis Diogneto. Hi cùm *maturius solito magistratum iniissent Calendis Septembribus*, ante omnia, Senatu convocato, ad patres de plebis reditu retulerunt. &c.

262. **XLIV.** *Ex Dion. Hal. lib. 7.* T. Geganio Macerino, P. Minucio Coss. magna annonæ caritas Urbem invasit ex secessione orta; plebs enim à patritiis secesserat in æquinoctio autumnali sub ipsum sementis initium: agerque per hos motus à colonis desertus est, dum ditiores Senatum & patritios, at mercenarium vulgus plebis partes sequitur: manseruntque ita separatim, donec pacata civitas rursus in unum coiret, quod *paulò ante brumam* contigit. &c.

XLV.

**XLV.** Ex his relatis inferendum: cùm consules anni 261. maturiùs solito, nempe Calendis Septembribus, ob secessionem plebis, magistratum iniisse dicantur, ordinarium tempus renovationis consulum antea fuerat post Septembrem: & cùm non facilè præsumendum sit, Romanis consules, mensibus Septembri & Octobri, cum interruptione bellicarum expeditionum à prioribus consulibus cœptarum, & hoc tempore adhuc vigentium, mutare solitum fuisse, systhema anni consularis primum potius Novembri quàm Octobri adhæsisse dicendum est.

**XLVI.** Ex Dion. Hal. lib. 9. Sequenti anno circa æstivum A.U.C. solstitium Sextili mense consulatum inierunt viri rei militaris prudentes Sp. Servilius, A. Virginius &c. Ex Livio lib. 3. cap. 3. Comititia inde habita, creati Consules L. Æbutius, S. Servilius, Calendis Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt. Grave tempus, & fortè annus pestilens erat Urbi, agrisque &c. Inde paulatim seu pace Deum impetrata, seu graviore tempore anni jam circumactò, defuncta morbis corpora salubriora esse incipere: versisque animis jam ad publicam curam, cùm aliquot interregna exissent, P. Valerius Publicola tertio die, quàm interregnum inierat, Consules creat L. Lucretium Tricipitinum, & T. Veturium Geminum, sive ille Verusius fuit. Ante diem tertium Idus Sextiles consulatum ineunt. &c.

**XLVII.** Ex his relatis inferendum: his saltem annis morem consulatus ineundi Calendis Sextilibus obtinuisse, adeoque par fermè initium anni civilis Romani & Græci Olympiadi fuisse. An autem annis intermediis à 278. usque 291. & iterum à 292. usque 302. idem mos continuaverit, dubium quidem est, verius tamen videtur, ab A. 292. morem ineundi à Calendis Sextilibus seu Augusti mensis usque ad Decemviros durasse; Decemviri enim creati sunt Idibus Majis: antequam crearentur, ut infra num. 49. Tribuni plebis maturari postulabant creationem Legumlatorum: consules autem eam differre studebant usque ad creationem novorum consulum, quam dicebant futuram perbrevis. Ergo creationem in Augusto poterant intelligere, non in Decembri.

### Interruptio Systhematis primi, & anticipatio anni civilis ad Idus Majas.

**XLVIII.** Ex Dion. Hal. lib. 10. Senatus-Consultò factò & per plebiscitum confirmatò, legati designati sunt, qui à Græcis leges peterent, Sp. Postumius, Ser: Sulpitius, A. Manlius. Iis triremes ex ærario instructæ sunt, additusque cæterus ornatus pro majestate Romani Imperii, atque ita annus exiit. Octogesima secunda Olympiade, (iniit hæc A. V. C. strictè computato, & per tres menses jam procurrente 302.) quâ stadio vicit Lycus Thesfalus è Larissa, Principe Athenis Chærephane, exactò annò ab

Pars II.

C

U. C.

A. U. C. 301. U. C. trecentesimo, P. Horatio, Sexto Quintilio consulibus, pestilentia Romam invasit quanta nunquam antea. &c.

XLIX. Sequens annus consules habuit L. Menennium, P. Sestium, quò pestis tandem desit. &c. Per idem tempus re-

302. versi sunt Legati, leges afferentes ab Athenis & Græcis Italiæ Urbibus: *moxque Tribuni plebis adierunt consules*, postulantes, ut ex S. C. Legumlatores crearentur. Qui cum nescirent, quomodo assiduis obnixisque precibus obtundentes ablegarent &c. honesto prætextu rem distulerunt: instare comitorum tempus, designandosque sibi prius esse consules, quod futurum esse *perbrevis*; designatis verò consulibus unà cum illis se relatores ad Senatum de legumlatoribus. Quod cum Tribuni concederent, *habitis solito maturius comitiis*, consules designarunt Ap. Claudium, & T. Genucium. Deinde positâ omni Reipublicæ curâ, quasi ad alios jam pertinente, non amplius mentem adhibebant Tribunis, *sed reliquum consulatûs tempus fallere cogitabant*: & alter consulum Menennius diuturno tenebatur morbo &c. Hac occasione usus Sestius, quasi ipse dimidiata potestate nihil posset agere, Tribunorum preces eludebat, in novos magistratus differens. Qui, cum aliud agere non possent, ad Appium & collegam confugere cogebantur, etiamsi nondum hi magistratum assumpserant. &c. Sed vicit recens creatorum consulum sententia, quam dixit Appius Claudius primo loco rogatus, *eligendos Decemviros è Senatûs primoribus: eorum annum esse imperium ex eo die, quò creati fuerint*: & penes eos esse rerum summam, ut modò penes consules, & olim penes Reges: interim cessare omnes magistratus cæteros, donec rursus juxta leges creati fuerint. &c. Atque ita centuriatis comitiis creati sunt (Decemviri) Ap. Claudius, T. Genucius, qui in sequentem annum designati consules fuerant, cumque his P. Sestius &c.

303. L. Sequentem igitur anno Ap. Claudius cum collegis *Decemviratum consulari potestate iniiit idibus Majis*: quæ inciderunt in plenilunium, ut tum menses observabantur pro ratione lunari, &c.

*Ex Livio lib. 3. cap. 15.* creati cum Ap. Claudio M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, &c. *Cap. 16.* Idus tum Majæ *solennes* incundis magistratibus erant.

LI. Ex his relatis apparet, ob libidinem Tribunorum plebis, sub prætextu legum aliam imperii formam affectantium, interruptionem in primo systemate consularis anni, quanquam temporariam, & brevè post Decemviros abrogatam accidisse. Quod si verò systema inde durable coalu-

coaluisset, anni civilis initium ab initio gentilitio haud procul abfuisse, & initium hoc gentilitium à 21. Aprilis usque ad 15. Maji non integro mense præcessisset.

## Secundum Systhema anni Consularis Romani ad Idus Decembres.

**Nus LII.** *Ex Livio lib. 4. cap. 3.* Annò trecentesimo deci- A.U.C.  
mò, quàm Urbs Roma condita erat, primùm tribuni mi- 311.  
litum pro consulibus magistratum incunt A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius &c. Non tamen pro firmato jam stetit magistratûs ejus jus, quia *tertio mense*, quàm inierunt, augurum decretò, perinde ac vitiò creati, *honore abière*, quòd C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, parum rectè tabernaculum cepisset.

*Ex Livio lib. 4. cap. 4.* Patritii, cùm sinè curuli magistratu Respublica esset, coière, & interregem creavère. Contentio, consulésne, an Tribuni militum crearentur, *in interregno rem dies complures* tenuit. &c. T. Quintius Barbatus interrex Consules creat L. Papirium Mugillanum, L. Sempronium Atratinum.

*Ex Dion. Hal. Lib. 11.* Anno insequente, cùm plebs iterum consules creati decrevisset, *consulatum capiunt circa plenilunium Decembris* ( id est, circa Idus ) M. Geganius Macerinus iterum, & T. Quintius Capitolinus quintùm. 312.

**LIII.** *Ex Livio lib. 4. cap. 19.* Creati consules sunt C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. &c. *Cap. 20.* His rebus actis consules ij, quos diximus, *Idibus Decembribus* magistratum occepère. 332.

*Ex eod. lib. 4. cap. 23.* Proximo anno N. Fabio Vibulano, T. Quintio, Capitolini filio, Capitolino consulibus, ductu Fabii, cui sorte ea provincia ( Æquorum ) evenerat, nihil dignum memoratu actum. Cùm trepidam tantùm ostendissent aciem Æqui, turpi fuga funduntur, haud magno Consulis decore. Itaque triumphus negatus: cæterùm ob Sempronianæ cladis levatam ignominiam, ut ovans Urbem intraret, concessum est. Quemadmodum bellum minore, quàm timuerant, dimicatione erat perfectum: Sic in Urbe ex tranquillo *nec opinata moles discordiarum inter plebem ac patres* exorta est, cœpta ab duplicando Quæstorum numero. &c. Totam rem de augendo Quæstorum numero omittunt. Excipiunt omissam Tribuni, aliæque subinde, inter quas & agrariæ legis, seditiosæ actiones existunt. 334.

- A.U.C. 335. *LIV.* Propter quos motus, *cùm Senatus Consules quàm Tribunos creari mallet, neque posset per intercessionem Tribunitias Senatûs consultum fieri*, Respublica à Consulibus ad interregnum, neque idipsum (nam coire patritios Tribuni prohibebant) sinè certamine ingenti redit. *Cùm pars major insequentis anni per novos Tribunos plebis & aliquot interreges certaminibus extracta esset*: modò prohibentibus Tribunis patritios coire ad prodendum interregem, modò interregem interpellantibus, ne Senatûs Consultum de Comitibus consularibus faceret: *postremò L. Papirius Mugillanus proditus interrex, castigando nunc patres, nunc Tribunos plebis, desertam omisamque ab hominibus Rempublicam Deorum providentiâ curâque exceptam memorabat Vejentium induciis & cunctatione Æquorum stare: &c. quin illi, remittendo de summa quisque juris, mediis copularent concordiam: patres patiendò Tribunos militum pro consulibus fieri: Tribuni plebis non intercedendo, quò minùs quatuor Quæstores promiscuè de plebe ac patribus liberò suffragiò populi fierent.* *Cap. 24.* Tribunitia primùm comitia sunt habita: creati Tribuni consulari potestate omnes patritii L. Quintius Cincinnatus tertium &c.
336. *LV.* Ex Livio lib. 5. cap. 4. Insequens annus Tribunos militum consulari potestate habuit C. Servilium Ahalam tertium, Q. Servilium, L. Virginium, Q. Sulpitium, A. Manlium iterum, M. Sergium iterum. &c. Acta deinde in Senatu res est, certatumque inter collegas maledictis. &c. Primores patrum, sive culpâ, sive infelicitate Imperatorum (Virginii & Sergii) tam ignominiosa clades (à Vejentibus) accepta esset, *censuère non expectandum justum tempus comitorum, sed extemplò novos Tribunos militum creandos esse, qui Calendis Octobribus magistratum occiperent.* In quam sententiam *cùm pedibus iretur, cæteri Tribuni militum nihil contradicere; at enimverò Sergius, Virginiûsque, propter quos poenitere magistratum ejus anni Senatûm apparerebat, primò deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatûs Consulto: negare se ante Idus Decembres, solennem ineundis magistratibus diem, honore abituros esse.* &c. Victi consensu omnium comitia Tribunorum militum habuère, *qui Calendis Octobribus magistratum occiperent: séque eum ante diem magistratu abdicavère.*
355. *Cap. 5.* L. Valerio Potito quartum, M. Furio Camillo iterum &c. L. Julio Julo, Tribunis militum consulari potestate, multa domi militiæque gesta &c.



*LVI. Ex Livio lib. 5. cap. 18.* Consulibus morbo (pestilentia tunc grassabatur) implicitis, placuit per interregnum renovari auspicia. Itaque cum ex Senatus Consulto Consules magistratu se abdicassent, interrex creatur M. Furius Camillus, qui P. Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit. A. U. C. Ab eo creati sex Tribuni militum consulari potestate: ut etiam, 365. si cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratum Reipublicæ esset. Calendis Quintilibus magistratum occipere L. Lucretius, Serv. Sulpitius, M. Æmilius, &c.

*Ex Livio lib. 5. cap. 20.* Clusini novo bello (Gallorum) exterriti, &c. Legatos Romam, qui auxilium ab Senatu peterent, misere. De auxilio nihil impetratum. Legati tres M. Fabii Ambusti filii missi, qui Senatus, populique Romani nomine agerent cum Gallis &c. Jam urgentibus Romanam Urbem fatis legati contra jus gentium arma capiunt. &c. Tribuni militum cum tribus Fabiis creati Q. Sulpitius Longus, 366. Q. Servilius quartum, Ser. Cornelius Maluginensis &c.

*LVII. Ex Livio lib. 6. cap. 1.* Cæterum quo primo adminiculo erecta (Urbs Roma) erat, eodem innixa M. Furio principe stetit: neque eum abdicare se dictaturam, nisi anno circumactò passi sunt. Comitia in insequentem annum Tribunos habere, quorum in magistratu capta Urbs esset, non placuit: res ad 367. interregnum rediit. Cum civitas in opere ac labore assiduo reficiendæ Urbis teneretur: interim Q. Fabio, simul primum Magistratu abiit, ab C. Martio Tribuno plebis dies dicta est, quod legatus in Gallos, ad quos missus erat orator, contra jus gentium pugnasset: cui iudicio eum mors adè oportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. Interregnum iniit P. Cornelius Scipio iterum, & post eum M. Furius Camillus iterum. Is Tribunos militum consulari potestate creat, L. Valerium Publicolam iterum, L. Virginium: &c. Hi ex interregno cum extemplò magistratum inissent. &c.

*Ex Livio lib. 6. cap. 2.* Exitu anni comitia Tribunorum, 368. militum consulari potestate habita. Creati T. Quintius Cincinnatus, Q. Servilius Fidenas quintum. &c.

*Ex Livio lib. 6. cap. 11.* Recrudescente Manliana seditione, 372. sub exitu anni comitia habita, creatique Tribuni militum consulari potestate ex patribus Sergius Cornelius Maluginensis tertium, P. Valerius Potitus iterum: &c.

*LVIII. Ex Livio lib. 7. cap. 13.* Extremo anno comitia consularia certamen patrum ac plebis diremit, Tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum Liciniam legem,

haberentur : Dictatore obstinato tollere potius totum è Republica consulatum , quàm promiscuum patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitiis , cùm Dictator magistratu abisset , res ad interregnum rediit. In festam inde patribus plebem interreges cùm accepissent , *ad undecimum interregem seditionibus certatum est.* Patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae causâ observare legem Liciniam comitiis consularibus jussere. P. Valerio Publicolæ datus è plebe collega C. Marcius Rutilus. &c.

A.U.C. 404. *LIX. Ex Livio lib. 8. cap. 2.* Indicia conjurationis ejus (à diversis populis contra Romanos) Romam emanarunt : jussisque ante tempus Consulibus *abdicare se magistratu* , quò maturius novi Consules adversus tantam molem belli crearentur , religio incessit , ab eis quorum imminutum imperium esset , comitia haberi. Itaque interregnum initum : duo interreges fuerunt , M. Valerius , ac M. Fabius. Is creavit Consules T. Manium Torquatum tertium , P. Decium Murem.

416. *LX. Ex Livio lib. 8. cap. 18.* Nondum perfunctos curâ Privernatis belli , tumultus Gallici fama atrox invasit , haud fermè unquam neglecta patribus. *Exemplò* igitur Consules novi L. Æmilius Mamerinus , & C. Plaucius eo ipso die *Calendis Quintilibus* , quò magistratum inierunt , comparare inter se provincias jussi.

426. *Ex Livio lib. 8. cap. 20.* Ad interregnum res redit : *dilatatae alia atque alia de causa comitiis* , quartus decimus demum interrex L. Æmilius Consules creat C. Poetelium , L. Papirium Mugillanum.

429. *LXI.* In hanc epocham variae controversiae chronologicae incidunt. Pro certis nihilominus habendi sunt anni hic positi primus 311. & ultimus 429. Primus certificatur ex regimine triennali Decemvirorum , super quo videatur sectio quarta. Ultimus annus certificatur per testimonium *Censorini de die natali cap. 21.* Inter alias enim notas characteristicas anni , quo scribebat , nempe U. C. 991. dicit : eum annum in numero Philippicorum annorum ab exitu Alexandri Magni esse 562. à mense Ægyptio Thoth. Si itaque 561. anni *completi* Philippici detrahantur annis U. C. completis 990. remanent completi anni U. C. 429. & Alexander M. in subsecuto anno 430. strictè computato , imperium Orbis morte commutavit : quod & à *Diodoro Siculo lib. 17.* quem totum gestis Alexandri Magni exactè describendis dedicavit , & in duas partes distinxit , luculenter confirmatur , dum Alexandrum mortuum esse refert Athenis Archonte Agesia , & Romæ C. Poetelio , & L. Papirio Consulibus , Olympiadis centesimæ decimæ & quartæ , quâ stadio Micina Rhodius vicit , anno primo. Olympias 114. iniiit mediâ Julii anni U. C. 430. strictè computati , & jam à 21. Aprilis per tres fermè menses procurrentis. Relata

lata ergo Diodori Siculi cum relatis Censorini optimè correspondent: & cùm consulatus C. Poetelii, & L. Papirii, durante adhuc syſthemate ſecundo, ab Idibus Decembribus anni U. C. 429. cœperit, & Idibus Decembribus anni 430. finierit, adeoque de utroque anno participet, rectè consulatus ille anno U. C. 429. in laxa nempe computatione prima, addici poteſt; in laxa enim ſecunda annus 430. vocandus, & in hoc anno ſtriçtè computato Alexander mortuus eſt.

*LXII.* Porro illud etiam credendum, à Diodoro in recta chronologia deſcripta eſſe geſta non tantùm Alexandri Magni, ſed & patris ejus Philippi Regis Macedoniæ, de quo itidem integrum librum decimum ſextum ſcripſit. Hunc regno potitum eſſe ait anno primo Olympiadis centeſimæ quintæ, Archonte Athenis Callimede, Conſulibus Romæ Cn. Genucio, & L. Æmilio. Olympias 105. iniiit media Julii anni U. C. 394. ſtriçtè computati, & jam per tres fermè meſes procurrentis. A meſe Julio hujus anni uſque ad meſem Julium anni ſuprà dicti emortalis Alexandri, U. C. 430. elapſi erant 36. anni. Philippo Diodorus tribuit annos regiminis 24. Alexandro 12. cum meſibus ſeptem: ſeptimus meſis ultra 36. annos incidit in meſem Februarium anni ejuſdem 430. dum jam in decimo meſe curreret, & ab Idibus præteritis Decembribus conſules C. Poetelium & L. Papirium accepiffet. Ubi adhuc notandum: cùm *Petavius*, ut infra *num. 167. in fine*, Thoth, ſeu initium primi anni poſt mortem Alexandri 12. Novembris cœpiſſe tradat, adeoque Alexandri mors in hoc ſuppoſito meſi eidem Novembri addicenda ſit, neceſſe eſt, vel patrem ejus Philippum non integris 24. annis, ſed duobus vel tribus meſibus minùs imperaſſe, vel pauco hoc tempore ante ſuſceptum à Callimede Athenarum magiſtratum Imperio potitum eſſe. Primum ex his verius videtur, quoniam Diodorus Philippo non conſulatus Romanos 24. integros, ſed vigefimum quartum Philippo & Alexandro communem applicat. Quidquid autem horum ſit, ſub Imperio Philippi & Alexandri intervenerunt ſecundùm Diodorum Archontes Athenienſes 37. & totidem conſulatus Romani. Hos 37. conſulatus Diodorus eodem ordine & iisdem nominibus, ut Livius, aſſignat, exceptis quinque annis medii imperii Philippi, & duobus annis medii Imperii Alexandri, pro quibus conſules partim ordine tranſpoſiti ſunt, partim nominibus aliis inſigniuntur; nãmque variatio in prænomine ſolo, vel nomine ſolo, omnibus Faſtorum conſcriptionibus communis eſt, & non attendenda.

*LXIII.* Cùm igitur Diodorus Siculus in ordine & numero conſulatum conformis ſit Livio, atque tantùm in aliquot nominibus variet, non poſſum induci, ut credam cum *Petavio in Succellionibus Conſulum*, & aliis pluribus ejuſdem opinionis, quòd anno U. C. 421. Anarchia Romæ fuerit: neque cum *ſcſſatoribus Faſtorum Capitulinorum*, quòd ad annum U. C. 420. alius planè conſulatus Livianis triginta ſeptem ſuperaddi & interſeri debeat. Diodorus ſanè à conſulatu primo regni Philippi, nempe Genucii & Æmilii, uſque ad conſulatum ultimum imperii Alexandri, nempe Poetelii & Papirii, utroque hoc conſulatu ſimul computato, non 38. ſed 37. annos numerat. Latiùs de his inſitiis magiſtratibus diſpicietur ſeçtione quarta ad chronologiam Faſtorum Capitulinorum.

*LXIV.*

*LXIV.* Alia adhuc est controversia in hac Epocha, quot anni excefferint post annum Romæ captæ usque ad annum primorum iterum creatorum Consulium exclusivè? Diodorus computat Archontes Athenienses 23. & totidem annos. Fasti Capitolini computant Tribunatus militares 17. anarchias 5. & dictaturam annuam unam, itaque etiam annos 23. Livius econtra computat Tribunatus 17. & anarchias 5. ergo annos tantum 22. explicitè saltem.

A.U.C.  
380.

*Livius lib. 6, cap. 22.* Sic refert: In præsentia Tribunos plebis fieri placuit, quo in magistratu sibimet ipsi viam ad cæteros honores aperirent. Creatique Tribuni C. Licinius & L. Sextius promulgavêre leges omnes adversus opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam de ære alieno, ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, trienniò æquis portionibus persolveretur: alteram, de modo agrorum, ne quis plus quingenta jugera agri possideret: *tertiam, ne tribunorum militum comitia fierent, sed consulum, & ut utique alter ex plebe crearetur: cuncta ingentia, & quæ sinè certamine maximo obtineri non possent.* Omnium igitur simul rerum, quarum immodica cûpido inter mortales est, agri, pecuniæ, honorum discrimine proposito, *conterriti patres, cùm trepidassent, publicis privatisque consiliis nullo remedio alio præter expertam multis jam antè certaminibus intercessionem invento, collegas adversus tribunitias rogationes comparaverunt.* Qui, ubi Tribus ad suffragium ineundum citari à Licinio, Sextioque viderunt, stipati patrum præsidiis, nec recitari rogationes, *nec solenne quicquam aliud ad sciscendum plebi fieri passi sunt.* Jamque frustra sæpe conciliò advocatò, cùm pro antiquatis rogationes essent: bene habet, inquit Sextius, quandoquidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso te-  
lo tutabimur plebem: agitedum, comitia indicite patres Tribunis militum creandis: faxo, ne juvet vox ista, *Veto*, quâ nunc continentes collegas nostros tam læti auditis. Haud irritæ cecidère minæ: comitia, præter ædilium tribunorumque plebis, nulla sunt habita. Licinius Sextiusque Tribuni plebis *refecti* nullos curules magistratus creari passi sunt. *Eaque solitudo magistratum, & plebe reficiente duos tribunos, & his comitia Tribunorum militum tollentibus, per quinquennium Urbem tenuit.*

381.  
382.  
383.  
384.  
385.

*LXV.* Ad hæc relata Livii notandum: ex relatis anterioribus *cap. 20. 21.* & partim *22.* apparere, L. Sextium, & C. Licinium non fuisse Tribunos plebis A. 379. sed primitus post hunc annum, itaque A. 380. & hic annus, præter creatos hos novos Tribunos plebis cum collegis suis, Tribunos militares consulari potestate non habuit, sed absque curulibus magistratibus anarchicè pertransiit. Quinquennium autem anarchicum, quod Livius memorat, à *refectis* his Tribunis plebis Sextio & Licinio,

cinio, adeoque ab anno eorum Tribunatus 2do numeratur, & revera per eos causatae sunt 6. anarchiae. Anno dein 386. creabantur iterum curules magistratus, nempe Tribuni militares, & Sextius cum Licinio reficiebantur Tribuni plebis septimum, A. 387. octavum, A. 388. nonum, A. 389. decimum, ut expressè in sequentibus capitibus sic numerat Livius. Decem igitur Tribunatus plebis secundum Livium absque dubio obierunt Sextius & Licinius: & si primus Tribunatus eorum plebejus sine curulibus magistratibus aequè fuit, ut ex Livio colligitur, sex anarchias Livius implicite agnoscit, licet explicitè de quinque tantum, sed à *refectis* Sextio & Licinio memoret. In hoc supposito Livius per 17. Tribunatus militares & sex anarchias aequè 23. annos infert, & conformis est in numero annorum horum 23. Diodoro, & Fastis Capitolinis. Hi ergo 23. anni pro regula chronologiae horum temporum omnino tenendi sunt.

**LXVI.** His praemissis systema secundum anni consularis Romani sexto anno post Decemviros, nempe A. 311. introductum est. Ratio mutationis patet ex Livio supra *num. 52.* Tribuni militares, hoc anno ad Idus Majas creati, tertio mense, vel, ut Halicarnassæus dicit, post 73. dies, ergo ad finem Julii deposuerunt magistratum. Reliquum tempus in Decembrem usque interregno, & altercatione qui Magistratus creandi, absumptum. De anno enim sequente testatur supra *ead. num. 52. Dionysius Halicarnassæus*, jam consulatum esse initum Idibus Decembribus: ita ut opinari liceat, initium occasione Decemvirorum vi Tribunitia inventum, magistratum Idibus Majis occipiendorum, partim odio Decemvirorum, qui fatalia Tyrannidis suae initia inde traxerant, partim ob incommoditatem hujus initii, dum medio Majo, ad finem veris, bellicae expeditiones vel maximè fervere soleant, itaque duces tunc mutare è revisum non fuerit, partim quoque, ne novi consules, qui à Decembri inierant, sine demerito, annali Imperio defraudarentur, abolitum, & regressum ad primum systema autumnalis renovationis factum esse. De duratione hujus systematis docet Livius in excerptis supra ad A. 332. & 354. stetit ergo systema hoc eò usque saltem per 42. annos.

**LXVII.** Intra hoc tempus autem annus unus, nempe 335. per seditiones Tribunitias sine comitiis & creatione magistratum curulium extractus est. Hic igitur jure merito anarchia ponenda, quae supra *num. 54.* à Livio re ipsa fat asseritur; dum enim *partem majorem anni certaminibus extractam, Rempublicam desertam & omissam, & postremo* per interregem Papirium animos civium & patrum pro legitime creandis magistratibus reunitos dicit, quid aliud quam anarchiam totius anni indigitat? Si major pars anni pro tribus quartis accipiatur, & ab ordinario tempore magistratum creandorum, nempe ab Idibus Decembribus, computetur, annus jam ad autumnum devolutus erat: & si *ly postremo* nihil novae morae etiam significaret, sed in autumno initiante creatus novus magistratus esset, quid prohibebat, vel hunc eundem, vel saltem alium brevi subsecutum magistratum annum in autumnum usque finitum continuari, ut ad veterem ordinem magistratum ineundorum rediretur? Videatur sectio quinta *num. 144.* ubi haec anarchia ex Halicarnassæi relatis de A. 347. confirmatur.

**LXVIII.** His ita, ut puto, fat fidei historicae congruentibus, Tribuni consulari potestate tunc creati annum occupabant non 335. sed

*Pars II.*

D

336.

336. & initium magistratuum ordini suo, id est, Idibus Decembribus restitutum est. In hoc systemate initium anni civilis ab anno Urbis conditæ, strictè id est à 21. Aprilis accepto, fermè octo mensibus recedebat & posterius erat. Interruptio tamen hujus systematis temporaria subsecuta est. : prima anno 355. quæ ad Calendas Octobres : secunda anno 365. quæ ad Calendas Quintiles, id est Julias, retrotraxit initium consularis anni : tertia A. 404. quæ creationem consulum *ad undecimum usque interregem*, adeoque cum interregnum apud Romanos quinque dierum fuerit, ad 55. dies, seu à Decembri in februarium protraxit : quarta A. 426. quæ creationem retrotraxit ad Calendas Quintiles.

**LXIX.** An prima retrotractio ad Calendas Octobres, quæ purè in odium infelicium bello Tribunorum consularium, itaque ex speciali causa intercessit, eo anno tantum, an verò per decem annos, nempe usque ad annum 365. duraverit, vestigia ex Livio non suppetunt. De secunda retrotractione ad Calendas Quintiles, quòd per duos solummodò annos 365. & 366. duraverit, ex Livio fat patet. Tribuni, sub quibus Roma capta, totum annum suum usque ad Calendas Quintiles exegerunt: dicit enim Livius, *Q. Fabium magistratu abiisse*: abire denotat exactum magistratum, incompletum econtra *abdicare*: hoc verbo utitur Livius in veris diminutionibus imperii ad A. 355. 365. & 416. non in Fabio ad A. 366. Ergo dum Livius dicit, non passum esse populum Romanum, ut M. Furius dictaturâ se, nisi annò circumactò, abdicaret, idem est, ac si diceret, eum à Calendis Quintilibus usque ad Idus Decembres, quibus annus consularis antehàc finiebatur, imperium continuâsse.

**LXX.** Tertia mutatio initii ad mensem Februarium per disceptationes Tribunitias causata erat: an autem eo anno statim ad ordinarium initium reditum fuerit, an serior consulum creatio ab A. 404. usque 416. duraverit, Livius non patefacit; posterior tamen conjectura congruentior videtur, quòd scilicet anno primùm 416. consules, qui mense februario inierant, duobus mensibus citiùs abdicare jussi sint, & creatio magistratuum ad Decembrem redierit. Ultima retrotractio anni consularis ad Calendas Quintiles de A. 426. non ultra 3 annos stare poterat, quoniam A. 429. per interreges quatuordecim, trimestre fermè interstitium accessit, & comitia quoque aliis de causis dilata dicuntur, ita ut ad veterem morem creatio magistratuum rediisse videatur.

## Tertium Systema anni consularis Romani ad tempus Vernalium.

**Nus LXXI.** In consequentiam notæ ad *num. 42.* suprâ præmissæ hinc iterum prænotandum: ab hoc systemate tertio annos è margine notatos esse ex computu laxo secundo: id est, consulatui cuilibet eum annum V. C. adscribi, qui consulatum in systemate tertio per undecim, in systemate quarto autem per octo menses comitabatur.

*Ex Livio lib. 9. cap. 7.* Consules (anni 434. qui turpem pacem Caudinam cum Samnitibus inierant) in privato abditi, nihil pro magistratu agere, nisi quod expressum Senatûs Consulto est, ut.  
Dicta.

Dictatorem dicerent Comitiorum causâ : Q. Fabium Ambustum dixerunt , & P. Æmilium Pœtum magistrum equitum, Quibus vitio creatis suffecti M. Æmilius Pappus Dictator , L. Valerius Flaccus magister equitum. Nec per eos Comitia habita : *¶ quia tadebat populum omnium magistratum ejus anni, res ad interregnum rediit.* Interreges Q. Fabius Maximus, M. A.U.C. Valerius Corvus. Is consules creavit, Q. Publilium Philonem, 435. & L. Papirium Cursorem iterum, haud dubio consensu civitatis , quòd nulli ea tempestate duces clariores essent. Quo creati sunt die , eo , sic enim placuerat patribus, magistratum inierunt, solennibusque S. C. perfectis, de pace Caudina retulerunt, & Publilius , penes quem fasces erant , dic, Spuri Postumi, inquit. Qui ubi surrexit, eodem illo vultu, quò sub jugum missus erat, haud sum ignarus, inquit &c. Dedamur per Feciales nudi, vinctique, exsolvamur religione populum, si quâ obligavimus : ne quid divini humanive obstet, quò minus justum piùmque de integro ineatur bellum. &c. *Capite seq. 8.* Postumius in ore omnium erat : eum laudibus ad cœlum ferebant : devotioni P. Decii Consulis, aliis claris facinoribus æquabant : emeruisse civitatem ex obnoxia pace illius consiliò & operâ : ipsum se cruciatibus & hostium iræ offerre : piaculaque pro populo Romano dare. *Arma cuncti spectant, ¶ bellum ;* en unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat ? in civitate irâ odioque ardente delectus omnium propè voluntariorum fuit : rescriptæ ex eodem milite novæ legiones : *ductusque ad Caudium exercitus.* Prægressi Feciales ubi ad portam venère, vestem detrahi pacis sponsoribus jubent : manus post tergum vinciri &c.

LXXII. Ex Livio lib. 9. cap. 13. C. Junius Bubulcus, & Q. 438. Æmilius Barbula Consules exitu anni non Consulibus ab se creatis, Sp. Naucio & M. Popilio, cæterum Dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt. Is cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam oppugnare adortus, rebellandi causam Samnitibus dedit. &c.

Ex Livio lib. 9. cap. 15. Ad Soram inde reditum, novique 441. consules M. Poetelius, C. Sulpitius exercitum ab Dictatore Fabio accipiunt. &c.

Ex Livio lib. 9. cap. 9. Consules, egregiâ victoriâ partâ, 442. protinus inde ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt : ibique hiberna egerunt, donec ab novis Consulibus L. Papirio Cursore quintum, C. Junio Bubulco iterum, nominatus Dictator C.

Poetelius cum M. Foslio magistro equitum exercitum accepit. &c.

LXXIII. Ex Livio lib. 10. cap. 6. Eo anno, nec traditur, causa, interregnum initum. Interreges fuere Ap. Claudius, dein A.U.C. P. Sulpitius. Is comitia consularia habuit: creavit L. Corne- 455. lium Scipionem, Cn. Fulvium consules. &c. Capite seq. 7. Consules inter se provincias partiti sunt; Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt: *diversique ad suum quisque bellum profiscuntur.* &c.

LXXIV. Ex Livio lib. 10. cap. 10. Ita L. Volumnius de plebe cum 457. Ap. Claudio consul est factus, priore item consulatu inter se comparati. &c. Comitibus perfectis, veteres Consules iussi bellum in Samnio gerere, prorogato in sex menses imperio. Cap. seq. 11. Itaque insequenti quoque anno L. Volumnio & Ap. Claudio Coss. P. Decius, qui Consul in Samnio relictus à Collega fuerat, Proconsul idem populari non destitit agros: donec Samnitium exercitum nusquam se praelio committentem, postremo expulit finibus. &c. P. Decius ubi comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum &c. approbantibus cunctis ad Murgantiam, validam Urbem, oppugnandam ducit. &c. Miles &c. Ferentinum inde quanquam nihil quietis dabatur, tamen summa alacritate ductus. &c. Murgantiam ab Decio, à Fabio Ferentinum Romuliamque, oppugnatas tradunt. Sunt qui novorum Consulum hanc gloriam faciant. Quidam non amborum sed alterius, L. Volumnii: ei Samnium provinciam obvenisse. Cap. 12. Cum jam L. Volumnius Consul, cum legionibus secunda ac tertia sociorumque millibus quindecim, profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit. &c.

458. LXXV. Ex Livio lib. 10. cap. 15. Ob hæc, & jam appetebat tempus comitorum, L. Volumnius consul Romam revocatus, qui priusquam ad suffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo, multa de magnitudine belli Etrusci disseruit. &c. Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur: eumque & prerogativæ, & primo vocatæ omnes Centuriæ, Consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio antè: deinde ut vincebatur, consensu, versa postremo ad collegam P. Decium poscendum: id senectuti suæ adminiculum fore: *cenfurâ duobusque consulatibus simul gestis expertum se*: nil concordi collegio firmiter ad Rempublicam tuendam esse. &c. His agendis dies est consumptus. *Postridie ad præscriptum Consulibus & consularia & pratoria comitia habi-*



*habita.* Consules creati Q. Fabius, & P. Decius, Ap. Claudius Prætor, omnes absentes. Et L. Volumnio ex SCto & Scito plebis prorogatum in annum Imperium est.

*Ex Livio lib. 10. cap. 17.* Quintus inde Fabius quintum, & P. Decius quartum, consulatum ineunt, *tribus consulatibus* censurâque *collega*, nec gloriâ magis rerum, quæ ingens erat, quàm concordiam inter se clari, quæ ne perpetua esset, ordinum magis, quàm ipsorum inter se, certamen intervenisse reor: patritiis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet: plebejis auctoribus Decio, ut ad sortem revocaret. Fuit certè contentio in Senatu: & postquam ibi Fabius plus poterat, revocata res ad populum est: &c. Nec minore populi consensu, quàm Senatûs, *provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.* &c. Profectus apto exercitu, &c. ad oppidum ad Harnaham, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii Prætoris pergit. &c. Postero inde die castra mota, & Appius Prætor Romam dimissus. *Inde nusquam stativa Romanis fuere.* Negabat utile esse, unò locò sedere exercitum: itineribus ac mutatione locorum nobiliorem, ac salubriorem esse. Fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat *hiems* haud dum exacta.

*LXXVI.* Vere inde primo, relicta secunda legione ad Clusium, quod Camars olim appellabant, præpositoque castris L. Scipione pro Prætoris, Romam ipse ad consultandum de bello rediit: sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus in conspectu erat, quàm quantum esse famæ crediderat: sive Senatûs Consulto accitus: nam in utrumque auctores sunt. &c. Fabius, ut Romam rediit, & in Senatu, & productus ad populum, mediam orationem habuit, ut nec augere nec minuire videretur belli famam: magisque in altero assumendo duce aliorum indulgere timori, quàm suo, aut Reipublicæ periculo consulere. Cæterum si sibi adiutorem belli, *sociumque Imperii* darent, quonam modo se oblivisci *P. Decii consulis per tot collegia experti* posse? neminem omnium secum conjungi malle: & copiarum satis sibi cum P. Decio, & nunquam nimium hostium fore: sin collega quid aliud malit, at sibi L. Volumnium darent. Omnium rerum arbitrium & à populo, & à Senatu, & ab ipso collega, Fabio permissum est. Et cum Decius se in Samnium, vel in Etruriam proficisci paratum esse ostendisset, tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis, triumphusque, non bellum decretum consulibus videretur.

A.U.C.  
459.

**LXXVII.** Invenio apud quosdam, *extemplo*, *consulatu inito*, profectos in Etruriam Fabium Deciumque sine ulla mentione sortis provinciarum certaminumque inter collegas, quæ exposui. &c.

*Ex Livio lib. 10. cap. 22.* Superfunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, *annuumque sextum & quadragesimum* à M. Valerio, A. Cornelio Consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, *agimus*. &c.

537.

**LXXVIII.** *Ex Livio lib. 21. cap. 27.* Consulium designatorum alter Flaminius, cui ex legiones, quæ Placentiæ hybernabant, forte evenerant, edictum & literas ad Consulem misit, ut is exercitus *Idibus Martiis* Arimini adesset in castris. Huic in Provincia consulatum inire consilium erat.

*Ex Livio lib. 22. cap. 2.* Per idem tempus Cn. Servilius Romæ *Idibus Martiis* Magistratum iniit.

545.

*Ex Livio lib. 27. cap. 9.* Quinto Fabio Maximo quintum, & Q. Fulvio Flacco quartum *Coss. Idibus Martiis*, quo die Magistratum inièrunt, Italia ambobus provincia decreta.

553.

*Ex Livio lib. 30. cap. 30. 31.* Itaque cum *pridie Idus Martias veteres Magistratus abissent*, novi suffecti non essent, Resp. sine curulibus Magistratibus erat. &c. Comitiam inde habita: creati Consules Cn. Cornelius Lentulus, P. Ælius Poetus.

554.

*Ex Livio lib. 31. cap. 5.* Omnium primùm eam rem *Idibus Martiis*, quo die tum *consulatus inibat*, P. Sulpitius Consul retulit, Senatusque decrevit. &c.

555.

*Ex Livio lib. 32. cap. 1.* Consules Prætoresque, cum *Idibus Martiis* Magistratum iniissent. &c.

567.

**LXXIX.** *Ex Livio lib. 38. cap. 27.* Exitu propè anni M. Valerius Consul ex Liguribus ad Magistratus subrogandos Romam venit, nulla memorabili in provincia re gesta, ut ea probabilis moræ causa esset, quòd solito serius ad Comitiam venisset. Comitiam Consulibus rogandis fuerunt ad XII. Cal. Martias.

574.

*Ex Livio lib. 40. cap. 15.* M. Boebius, Comitiorum causâ Romam revocatus, Consules creavit A. Postumium Albinum Lusum, & C. Calpurnium Pisonem. Prætores exinde facti &c. ii omnes *Magistratum Idibus Martiis inièrunt*.

583.

*Ex Livio lib. 42. cap. 23.* Exitu propè anni C. Popilius Consul Romam rediit, aliquantò serius, quàm Senatus censuerat, cui primo quoque tempore Magistratus creare, cum tantum bellum immineret, justum erat. &c. *Comitia Consularia*, in quam edicta erant, *ad diem XII. Cal. Mart.* sunt habita. Creati Consules P. Licinius Crassus, C. Cassius Longinus, *Postera die Prætores facti*.

LXXX.

**LXXX.** Recapitulanda hîc nota suprâ *num. 71.* præmissa : ab hoc systhemate consulari tertio annos è margine notatos jam à me numerari in computu annorum U. C. laxo secundo, quia saltem circa hæc tempora annus U. C. per protelationes initii consularis fermè plenè interceptus in numerum vocari debebat.

Relata Livii sât docent, anno 435. creationem novorum magistratum in vernali usque tempore protractam esse. Caudina pax, quæ causa erat, ne per Consules illius pacis sponsores comitia haberentur, secundum *Livium lib. 9. cap. 26.* eodem die, quò quondam captivitas Urbis, & clades ad Cremeram, ergo 18. Julii, contigit. Consules pacis sponsores (*num. 71.*) non imperio se ante tempus abdicare jussi, sed *in privato abditi* nihil pro magistratu egerunt, nisi quòd (exitu procul dubio anni sui, itaque in Decembri) Dictatorem comitorum pro proximo anno habendorum causâ dixerint. Nec per Dictatorem deinde, utpote vitiò creatum, comitia habita. Interim tamen tempus in annum novum extrahebatur. Ad interregnum demum res rediit, & creati consules sunt. Hi inito magistratu statim de pace Caudina in senatu retulerunt: collaudatâ sententiâ Spurii Postumii, qui se ipsum, & alios sponsores pacis, Samnitibus dedi suasit: mox exercitus non tam conscribitur quàm voluntariè confluit, & sinè mora Caudium ducitur. Nunquid igitur tempore comitorum ver jam instabat, cùm hibernis mensibus exercitus in hostem duci non soleat?

**LXXXI.** Vernali hoc tempore per sequentium annorum relata abundè confirmatur: v. g. A. 442. (*num. 72.*) veteres consules *byberna* egerunt, donec exercitum Dictatori à novis consulibus nominato darent. Consules anni 455. (*num. 73.*) statim post comitia ad suum quisque bellum proficiscuntur. Anno 457. (*num. 74.*) veteribus consulibus prorogatum Imperium militare ad sex menses, & his elapsis ipsi quoque novi consules imperium belli in se suscipiunt, ergo prorogatum debebat esse Imperium proconsulare à vernali tempore, ut ab Autumnali consulibus imperium adhuc obvenire potuerit. Porro ex relatis Livii ab A. 537. usque 583. (*num. 78. 79.*) non tantum tempus ineundi Magistratus vernali in genere, sed & dies Iduum Martiarum expressè patet.

**LXXXII.** Cæterum ad hanc epocham adhuc notandum: communiter post consulatum L. Volumnii & Ap. Claudii, Q. Fabio & P. Decio unus tantum consulatus tribuitur, non duplex continuativus per duos annos. In causa est, quòd Livius, rebus magis recensendis, & nitore in scribendo quàm criticæ temporum disquisitioni intentus, gesta duplicis anni non sât separet, sed quodammodò commisceat. Ast indubiè mihi ponendum videtur biennium consulatûs. Ad priorem consulatum comitiis L. Volumnio præside (*num. 75.*) delatum, præter ea, quæ *cap. 26.* continentur, pertinent ex *cap. 17.* contentiones inter Fabium & Decium de provinciis non in sortem mittendis, sed extra ordinem capeffendis: decretum populi in favorem Fabii: hujus profectio in Etruriam ad castra Appii Prætoris: stativorum eo anno (cùm hostis copiam sui ad justum prælium fecisse non videatur, ob quod & vel maximè consulatus in alterum annum continuatus) varia mutatio, nec *byeme* dein inchoante prætermissa: & demum (*num. 76.*) *vere primo* sequente profectio Fabii Romam pro comitiis consularibus in futurum annum. Et, rogo! ex præcedentibus clarum est, immediatos prædecessores Fabii

Fabii & Decii, Volumnium scilicet & Appium, in vere consulatum iniisse, ergo & Fabius cum Decio consulatum post eos in vere occiperunt: quomodo ergo Fabius stativa mutare poterat in *hyemem usque*, nisi subsequam, quæ priorem consulatum cum Decio claudebat? si hoc autem sit, profectio Fabii ex hybernis Romam pro comitiis habendis certè comitia respicit, in quibus consulatus continuativus, ipso Fabio agente, delatus est.

**LXXXIII.** Ad posteriorem consulatum dein pertinet tota moles belli, in quo se patris exemplò devovit Decius: pertinent quoque ad consulatûs hujus initium ea, quæ (*num. 77.*) Livius ex aliorum scriptorum sententia refert: quòd Decius hoc secundo consulatu totum se Fabii arbitrio *sinè contentione de sorte provinciarum* commiserit: quòd *ambo consules exemplò inito consulatu in Etruriam profecti sint.* Hoc non potuit esse nisi posteriore consulatu; priore enim de provincia contendebant, & Fabius tandem assensu populi solus in Etruriam proficiscebatur. An ne ergo populus in eodem anno, quò Etruriam soli Fabio dederat, sententiam mutavit, & communem eam provinciam Decio simul fecit? Demum ipse *Livius lib. eod. 10. cap. 22.* (ut *suprà eod. num. 77.*) tempori hujus posterioris consulatûs notam eam distinctivam adjicit, quòd usque ad devotionem Decii *per annos 46.* à M. Valerio, A. Cornelio Coss. cum Sannitibus belletur. Ab his consulibus simul in numerum imputatis usque in consulatum Decii devotivum sunt 46. consulatus, si Fabio & Decio ultimum biennium continuum detur; si non detur, sunt tantum 45. consulatus, & fingi debet anarchia intermedia sinè ullo apparente motivo aut vestigio.

## Quartum Systhema. anni Consularis Romani ad Calendas Januarias.

**Nus LXXXIV.** *Ex Livio lib. 43. cap. 9. 10. § 11.* Propter quæ veriti Patres, nequa major ignominia acciperetur, Legatos in Macedoniam M. Fulvium Flaccum, & M. Caninium Rebilum miserunt, qui comperta, quæ agerentur, referrent, & ut A. Hostilius Consul comitia Consulibus subrogandis ita ediceret, ut *in mense Januario comitia* haberi possent, & ut primo quoque tempore in urbem rediret. &c. Ea uti Senatus censuit, sunt facta. Comitia consularia ad V. Calendas *Septembres* (præcedentia verba videntur exigere, *Decembres*) fuere. Creati (intelligendum, designati) consules sunt Q. Marcius Philippus iterum, & Cn. Servilius Cæpio. Post diem tertium Prætores sunt facti C. Decimius. &c. Legati ex Macedonia exacto admodum mense Februario redierunt. &c. *Consules designati* ubi primum magistratum inissent, de Macedonia referre ad Senatum jussi &c. *Principio insequentis anni* cum Consules novi Q. Marcius, & Cn. Servilius de provinciis retulissent. &c.

A.U.C.  
584.

**LXXXV.**

*LXXXV. Ex Livio lib. 44. cap. 15.* Jam in exitu annus erat, A. U. C. 585.  
 & propter Macedonici maximè belli curam in sermonibus homines habebant, quos in annum Consules ad finiendum tandem id bellum crearent. Itaque Senatùs Consulto factum est, ut Cn. Servilius primo quoque tempore ad comitia habenda veniret. Senatùs Consultum Sulpitius Prætor ad Consulem post paucos dies recitavit, quibus ante diem - - - in urbem venturum: & Consul maturavit, & comitia eo die, qui dictus erat, sunt perfecta. Consules creati L. Æmilius Paulus iterum, XIV. anno, 586.  
 postquam primùm Consul fuerat, & C. Licinius Crassus. Prætores postero die facti Cn. Bæbius Tamphilus &c. *Omnia, ut maturiùs agerentur, belli Macedonici stimulabat cura. Itaque designatos extemplò sortiri placuit provincias, ut, utri Macedonia Consuli, cuique Prætori classis evenisset sciretur: ut jam inde cogitarent pararentque, qua bello usui forent, Senatùmque consulerent, si qua re consulto opus esset. Latinas, ubi Magistratum inissent, quod per religiones posset, primo quoque tempore fieri placere: neque Consulem, cui eundem in Macedoniam esset, teneri. His decretis. &c.*

*LXXXVI. Ex Livio lib. 44. cap. 17.* L. Æmilio Paulo, C. 586.  
 Licinio Coss. *Idibus Martiis principio insequentis anni, cùm in expectatione Patres fuissent, maximè quidnam Consul de Macedonia, cujus ea provincia esset, referret, nihil se habere Paulus, quod referret, cùm nondum Legati redissent, dixit: cæterùm Brundusii Legatos jam esse, bis ex cursu Dyrrachium ejectos: cognitis mox, quæ nosci priùs in rem esset, relaturum: id fore intra perpaucos dies: & ne quid profectionem suam teneret, pridie Idus Apriles Latinis esse constitutam diem: sacrificio ritè perfectò, se & Cn. Octavium, simul ut Senatus censuisset, exituros esse.*

*Ex Livio lib. 45. cap. 35. 36. 37.* Cn. Octavius Kalendis Decembribus de Rege Perseo navalem triumphum egit. &c. L. Anicius Quirinalibus triumphavit de Rege Gentio, Illyriisque. &c. Consules eo anno, agrò tantùm Ligurum populatò, cùm hostes exercitus nunquam eduxissent, nulla re memorabili gesta, Romam ad Magistratus subrogandos redierunt: *¶ primo comitiali die Consules creârunt* M. Claudium Marcellum, C. Sulpitium Gallum. Deinde Prætores postero die L. Livium &c. 588.

*LXXXVII. Ex Livii Epitome lib. 47.* Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab Urbe condita, magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni consulibus creatis, inire cœperunt. *Mutandi comitia causa fuit, quòd Hispani rebellabant.* 601.

- A. U. C. *Lib. 49. Tertii Punici belli initium altero & sexcentesimo*  
 605. anno ab Urbe condita. &c.
668. *Ex Floro lib. 3. cap. 16. Hæc tot Senatûs funera, intra Ka-*  
*lendas & Idus Januarii mensis, septima illa Marii purpura dedit.*  
 Quid futurum, si annum Consularis implèsset?
- Ex Livii Epitome lib. 80. Eodem die, quo Magistratûm inie-*  
 rant, Marius Sextum Licinium senatorem de saxo dejici jussit,  
 editisque multis sceleribus, *Idibus Januariis* decessit.
705. *LXXXVIII. Ex Julio Casare de bello civili lib. 1. cap. 5. Hæc*  
 Senatûs Consulto perscribuntur ad diem VIII. Id. Januarii (id  
 est, 6. Jan.) Itaque quinque primis diebus, quibus haberi Sena-  
 tus potuit, *qua ex die consulatum iniiit* Lentulus, biduò exceptò  
 comitali, & de imperio Cæsaris, & de amplissimis Tribunis  
 plebis gravissimè acerbissimèque decernitur.
709. *Ex Suetonio in Jul. Cas. cap. 76. Pridie autem Calendas Janua-*  
 rias repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas ho-  
 ras petenti dedit. &c. *Ex notis edit. Haga Comitum de Anno 1727.*  
 Petenti dedit, scilicet Caninio Rebulò seu Rivilio, de quo sic  
 iocatus est Pitholaus: antè Flamines, nunc Consules diales fiunt.  
 Et Cicero: Vigilantem habemus Consulem Caninium, qui in  
 suo consulatu somnum non vidit.
- LXXXIX. Excerpta hæc demonstrant, Romanum populum jam ab*  
 A. U. C. 584. ob curam belli Macedonici (ut *num. 85.* expressè adjicit  
 Livius) sollicitè id egisse, ut comitia consularia adhuc magis quàm eò  
 usque festinarentur. Interim tamen usque ad A. 600. *designatio* tantùm fu-  
 turorum consulum & *sortitio provinciarum*, ut quisque consulum de neces-  
 sariis sibi ad futurum consulatum & actualement expeditionem bellicam in  
 tempore prospicere posset, non autem ipsa oceptio consulatûs festinata  
 fuit, sed (ut *num. 86.*) *Idibus Martiis* hæsit. Ast anno demum 601.  
 ipsum initium consulatûs ad Calendas Januarias retrotractum fuit, ut  
 consules per reliquam hyemem omnia maturæ expeditioni bellicæ subser-  
 vientia non tantùm prospicere, sed & ipsi sua autoritate disponere pos-  
 sent. Patet hoc ex *Livii epitome ad A. 601. (num. 87.)* ubi sensus hic  
 est: ab A. 584. comitia consularia anticipabantur circa mensem Janua-  
 rium, consules novi in his comitiis pro futuro anno creabantur, & *de-*  
*signabantur*, provincias quoque sortiebantur, sed *non inibant* ipsum con-  
 sulatum nisi anno finito *Idibus Martiis*, ut clarum est ex A. 586. Dein  
 verò A. 601. ipso tempore comitorum in Januario consules non tantùm  
 creabantur, sed & inibant. Causa mutationis fuit (ut iterum *num. cod.*  
*87.* testatur Livius) rebellio Hispanica. Quòd autem is annus in compu-  
 tu Varroniano sit 601. clarum sit ex anno primo belli Punici tertii, qui  
 à Livio nominatur 602. *Ex Floro lib. 2. cap. 15.* constat, bellum id in-  
 choasse Manilio Censorinòque Coss. hi in calculo Varroniano fuerunt  
 consules A. 605. si ergo annus Livii 602. sit annus Varronis 605. etiam  
 annus

annus Livii 598. est Varronis 601. Q. Fulvio Nobiliore, & T. Annio Lusco consulibus.

## SECTIO III.

### De Diversitate computus annorum Urbis conditæ, nec non Olympiadicorum.

**Nus XC.** Dicitur est Sectione prima : annos Urbis conditæ propriè à 21. Aprilis inchoari, & in eundem diem sequentis anni iterum finiri. Inde consequens est, quemlibet annum consularem de duplici anno Urbis conditæ participare. Pro exemplo sit, in systemate quarto seu ultimo anni consularis à Calendis Januariis incuntis, annus consularis, quo Julius Cæsar in curia à senatoribus confossus est : is participat de anno U. C. 709. quatuor menses Januarium, Februarium, Martium, & Aprilem pro parte maxima : de anno 710. reliquam partem Aprilis, dein octo menses subsequos usque ad Decembrem inclusivè. Qui igitur genuinè & strictè tempora Urbis conditæ computare vult, gesta consularis hujus anni per quatuor primos menses, itaque & necem Julii Cæsaris, quæ Idibus Martiis, id est 15. Martii, contigit, anno U. C. 709. gesta autem ultimorum octo mensium anno U. C. 710. addicere debet. Qui verò omnia gesta totius anni consularis vel anno 709. vel anno 710. soli addicit, improprie & laxè annos U. C. numerat.

**XC1.** Est igitur computatio annorum Urbis conditæ triplex. Prima *stricta*, quæ in exemplo posito necem Julii Cæsaris anno U. C. 709. & gesta à 21. Aprilis anno U. C. 710. imputat. Secunda *laxa*, quam *Laxam primam* vocabo, quæ gesta omnia hujus consulatûs sine differentia mensium ad annum U. C. 709. refert, itaque annum totum consularem ei anno U. C. jungit, qui in primis quatuor mensibus consularibus adhuc in postremo cursu deprehendebatur. Tertia itidem *Laxa* computatio, quam *Laxam secundam* nuncupabo, est, quæ supradictum annum consularem, quo Julius Cæsar occisus, sine differentia mensium pro anno U. C. 710. habet, adeoque annum semper consularem totum ei anno U. C. jungit, qui in quarto mense consulari, nempe Aprilis, noviter iussit.

**XCII.** *Exempla strictæ computationis* in dicto systemate quarto consularis anni sunt sequentia :

*Ex Censorino de die natali cap. 17.* Nostri Majores, quod naturale seculum & quantum esset, exploratum non habebant; civile ad certum annorum modulum centum statuerunt. Testis est Piso, in cujus annali septimo scriptum est sic: Roma condita anno DXCVI. seculum accipit his consulibus, qui proximi sunt Consules M. Æmilius M. F. ( id est Marci filius ) Lepidus C. Popilius II. absens.

M. Æmilius Lepidus, & C. Popilius Lænas consules fuerunt in anno consulari, qui quatuor postremos menses anni U. C. 595. & octo primos menses anni U. C. 596. comprehendebat: proximi abhinc consules

Sextus Julius Cæsar, & L. Aurelius Orestes annum occupabant, qui quatuor menses residuos ex anno U. C. 596. & octo menses primos ex anno U. C. 597. participabat. His ergo consulibus seculum civile Urbs capiebat quarto mense consulatûs, dum annus U. C. 596. finiretur. Itaque Pîso hîc loci in stricta computatione Urbis conditæ versabatur.

*XCIII. Ex Tacito de mor. Germ. cap. 37.* Sexcentessimum & quadragesimum annum Urbs nostra *agebat*, (id est, exigebat) cum primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello, & Papirio Carbone Coss. ex quo si ad alterum Imperatoris Trajani consulatum computemus, ducenti *fermè* & decem anni colliguntur.

C. Cæcilius Metellus, & Cn. Papirius Carbo erant Consules ejus anni consularis, qui quatuor menses anni U. C. 640. & octo menses anni 641. complectebatur. Imperator Nerva Augustus quartum, & M. Ulpius Trajanus secundum, erant consules anni U. C. 850. pro quatuor mensibus, & anni U. C. 851. pro octo mensibus. Ab anno U. C. 641. principiante usque ad initium Consulatus secundi Trajani seu octavum mensem anni U. C. 850. sunt 210. anni minùs quatuor mensibus; ergo strictè Tacitus annos U. C. utrinque computat. Arma Cimbrorum non nisi versùs ætatem ejus anni, quò Cæcilius & Papirius Consules erant, adeoque dum *ageretur*, id est exigeretur annus U. C. 640. audiebantur. Porro consulatu secundo ineunte Trajani, *fermè*, ut dicit Tacitus, 210. anni elapsi erant, cum ipsis tantum deessent quatuor menses.

*XCIV. Ex Eutropio lib. 7. cap. 1.* Anno Urbis septingentesimo *ferè* ac nono, interfecto Cæsare, bella civilia reparata sunt.

*Miscella Historia* iisdem verbis utitur.

Quamquam Eutropius in chronologia valde variet, & modò hunc, modò illum computum pro diversitate Auctorum, quos sequitur, edat, hîc tamen in Auctorem incidit, qui strictè annos U. C. numerabat: interfectus enim est Julius Cæsar Idibus Martiis anno U. C. 709. dum huic finiendo non deessent, nisi 36. dies: quod igitur optimè explicatur in verbis, septingentesimo *ferè* ac nono anno, scilicet elapso.

*XCV. Sextus Aurelius Victor in lib. de Cesar. in Philippo Imp.* facta relatione de millesimi anni solennitate per Philippos Imperatores celebrata, subjungit conquerendo de intermissa hujus solennitatis continuatione: Nostra quoque ætate post mille (annos) centesimus (annus U. C.) Consule Philippo excessit, nullis, uti solet, solennibus frequentatus; adeo indies cura minima Romanæ Urbis.

Philippus, & Salia, consules erant anno eo consulari, qui quatuor menses postremos anni U. C. 1100. & octo priores anni U. C. 1101. continebat. In quarto itaque mense hujus consulatûs elabebatur annus millesimus centesimus Urbis conditæ, itaque strictè hoc in loco computat Victor.

*XCVI. Exempla computationis laxæ prima* passim occurrunt in iis Scriptoribus, qui conformem calculum cum Dionysio Halicarnassæo tenent, vel, ut valde notandum, qui annis Urbis conditæ *completis* utuntur, de quo plura suo loco dicentur. Interim duo tantummodò exempla, nempe



pe ex *Plinio Hist. Nat. lib. 35. cap. 3.* & ex citato paulò antè ad strictam computationem *Sexto Aurelio Victore in lib. de Caesar. in princ.* allegasse sufficiet: *Plinius* ait: suorum clypeos in sacro vel publico privatim dicare primus instituit Appius Claudius, qui Consul cum Servilio fuit anno Urbis CCLIX. videatur hic annus 259. in schemate infra *num. 101.* & reperietur, Appium Claudium Sabinum & P. Servilium Priscum consules fuisse anno illo consulari, qui in systemate consulari primo, ut supra *num. 42. seqq.* ab autumno anni U. C. strictè computati 259. usque in autumnum anni sequentis 260. procurrerat. Unde *Plinii* auctor inter eos erat, qui consulibus annum U. C. in consulatu completum applicabant.

*Victor l. 6.* sic habet: Anno Urbis septingentesimo ferè vicesimoque secundo etiam mos Romæ incessit, uni prorsus parendi; namque Octavianus &c. Eo modo annis quatuor circiter & quadraginta actis morbo Nolæ consumprus &c. Computat itaque *Victor* tempus Imperii Augusti ab Actiaca victoria, à qua omnino verum est, Augustum regnasse annis 43. mensibus 11. diebus 17. ergo modicum minus quam 44. annis. Ast illa non incidit in annum U. C. strictè computatum 722. sed 723. diem autem 3. Septembris, ipso Cæsare Octaviano tertium, & Valerio Messala Coss. unde annus U. C. 722. jam in Aprili ejus anni consularis finierat, & annus 723. in quintum mensem progressus erat, adeoque *Victor* in laxa computatione prima loquitur, & totum annum consulare pro A. V. C. 722. habebat.

**XCVII.** *Exempla computationis laxæ secunde plurima inveniuntur.* Unicum *Dionem Cassium Hist. Rom. lib. 40. in princ.* allegasse sufficiet, dicit is: Hæc ita Romæ agebantur anno ab Urbe condita septingentesimo. In Gallia Cæsar iisdem L. Domitio, & Appio Claudio Coss. præter reliquum bellicum apparatus, naves ædificandas curavit. &c. His paratis, ubi primum tempus navigationi commo- dum incidit, iterum in Britanniam trajecit. Dio ergo omnia gesta sub consulatu Domitii & Appii anno U. C. 700. addicit, licet gesta quatuor mensium priorum ad annum U. C. 699. pertinuerint.

**XCVIII.** Inter Auctores, qui strictam sejunctionem mensium anni consularis inire haud momenti ducunt, frequentior est computatio hæc laxa secunda, nec sine ratione: gesta enim anni; quæ historiis ut plurimum materiam suppeditant, à medio Aprilis per reliquum tempus vernale, dein æstivum, & autumnale contingere solent, adeoque ab hac parte principali totus annus sine notabili chronologiæ confusione denominationem facile tolerare potest. Opportunum vel maximè id quoque Scriptoribus accidebat, quoniam hoc modo annum Urbis conditæ à consulari quasi avellere necesse non erat. Hanc computationem & ego sequor in specimine hoc chronologico, exceptis illis locis, ubi specialitas aliqua intercedit, quare stricta annorum U. C. ratio haberi debeat.

**XCIX.** Progreſſiſſimo nunc ad annorum Olympadicorum computationem, ea quoque triplex est. Prima *stricta*, dum anni consularis, de quo agitur, gesta in duas partes scinduntur, & ea, quæ Julii mensis me-  
E 3
dium,

dium, adeoque novæ Olympiadis initium antecedunt, anno Olympiadi-  
co priori, ea verò, quæ Julii mensis medium subsequuntur, anno Olym-  
piadico posteriori accensentur. Secunda est *Laxa prima*, dum gesta to-  
tius anni consularis, & ante & post Julium, anno Olympiadico finienti  
accensentur. Tertia est *Laxa secunda*, dum econtra gesta totius anni con-  
sularis anno Olympiadico inchoanti addicuntur.

C. Laxa computatio Olympiastica de illis scriptoribus Græcis intel-  
ligenda est, qui Græco stilo res Romanas principaliter tractant, uti *Hali-  
carnassæus*; ne enim duos annos Olympiasticos discerptos uni consulatui  
Romano applicare necesse habeant, applicant vel annum Olympiasticum  
finientem, vel econtra inchoantem, prout quilibet systema suum di-  
sponit. *Polybius* ab his excipiendus, qui historiam Romanam quidem  
principaliter tractat, sed Olympiades strictè computat, & hinc Olym-  
piasticis annis, ne eos semper distinguere deberet, rarò utitur, & po-  
tius secundum consularis chronologiam instituit. Scriptores Græci ve-  
rò, qui Græcas res principaliter tractant, strictè potissimum non tantum  
res Græcas sed & interjectas Romanas computare censendi sunt.

CI. Opportunum nunc mihi visum fuit, super diversitate compu-  
tûs Tabulam generalem, tanquam directorium dictorum jam, & dicen-  
dorum, huic Sectioni subijcere. Pro fundamento autem ejusdem Ta-  
bulæ prænotandum: computum Varronianum, cum scripta *Varronis* de  
Urbis Romæ antiquitatibus deperdita sint, ex traditis per *Censorinum* infra  
*num. 167.* deduci: secundum principia nempe Varroniana annum, quo  
scribebat Censorinus, Ulpio & Pontiano Consulibus, esse annum ab Ur-  
be Roma condita 991. ex Parilibus, id est, à die 21. Aprilis: annum  
verò Olympiasticum 1014. seu, quod idem est, & æquè disertis verbis  
à Censorino dicitur, annum secundum Olympiadis 254. à diebus æsti-  
vis, quibus Agon apud Græcos celebrabatur, id est à medio Julii. Hoc  
principium Varronianum pro certo acceptum certificat quoque sequen-  
tem inductionem à posteriori:

## Olympiadum exordium ante Romam condi- tam, in sententia Varroniana.

Annis ante Romam conditam 23. iniit Olympias I. annis 19. Ol. II.  
annis 15. Ol. III. annis 11. Ol. IV. annis 7. Ol. V. annis 3. Ol. VI.

Anno ipso conditæ Romæ primo post lapsum 63. dierum à 21. Aprilis usque  
ad solstitium æstivum VIII. Calendas Julias seu 24. Junii, & 20. dierum post sol-  
stitium usque ad novi anni Olympiastici initium, itaque circa medium Julii, iniit  
Olympiadis VI. annus quartus seu ultimus.

## Olympiadum initiales anni.

Seculo I. Romano.

| A.U.C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A.U.C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A.U.C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A.U.C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A.U.C. medio Julii<br>iniit Olymp. |
|------------------------------------|------------------------------------|------------------------------------|------------------------------------|------------------------------------|
| 2. VII.                            | 22. XII.                           | 42. XVII.                          | 62. XXII.                          | 82. XXVII.                         |
| 6. VIII.                           | 26. XIII.                          | 46. XVIII.                         | 66. XXIII.                         | 86. XXVIII.                        |
| 10. IX.                            | 30. XIV.                           | 50. XIX.                           | 70. XXIV.                          | 90. XXIX.                          |
| 14. X.                             | 34. XV.                            | 54. XX.                            | 74. XXV.                           | 94. XXX.                           |
| 18. XI.                            | 38. XVI.                           | 58. XXI.                           | 78. XXVI.                          | 98. XXXI.                          |

Seculo

*Seculo II. Romano.*

| A. U. C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A. U. C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A. U. C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A. U. C. medio Julii<br>iniit Olymp. | A. U. C. medio Julii<br>iniit Olymp. |
|--------------------------------------|--------------------------------------|--------------------------------------|--------------------------------------|--------------------------------------|
| 102. XXXII.                          | 122. XXXVII.                         | 142. XLII.                           | 162. XLVII.                          | 182. LII.                            |
| 106. XXXIII.                         | 126. XXXVIII.                        | 146. XLIII.                          | 166. XLVIII.                         | 186. LIII.                           |
| 110. XXXIV.                          | 130. XXXIX.                          | 150. XLIV.                           | 170. XLIX.                           | 190. LIV.                            |
| 114. XXXV.                           | 134. XL.                             | 154. XLV.                            | 174. L.                              | 194. LV.                             |
| 118. XXXVI.                          | 138. XLI.                            | 158. XLVI.                           | 178. LI.                             | 198. LVI.                            |

*Seculo III. Romano.*

|             |             |              |              |               |
|-------------|-------------|--------------|--------------|---------------|
| 202. LVII.  | 222. LXII.  | 242. LXVII.  | 262. LXXII.  | 282. LXXVII.  |
| 206. LVIII. | 226. LXIII. | 246. LXVIII. | 266. LXXIII. | 286. LXXVIII. |
| 210. LIX.   | 230. LXIV.  | 250. LXIX.   | 270. LXXIV.  | 290. LXXIX.   |
| 214. LX.    | 234. LXV.   | 254. LXX.    | 274. LXXV.   | 294. LXXX.    |
| 218. LXI.   | 238. LXVI.  | 258. LXXI.   | 278. LXXVI.  | 298. LXXXI.   |

*Seculo X. Romano.*

|                |                 |               |                |              |
|----------------|-----------------|---------------|----------------|--------------|
| 902. CCXXXII.  | 922. CCXXXVII.  | 942. CCXLII.  | 962. CCXLVII.  | 982. CCLII.  |
| 906. CCXXXIII. | 926. CCXXXVIII. | 946. CCXLIII. | 966. CCXLVIII. | 986. CCLIII. |
| 910. CCXXXIV.  | 930. CCXXXIX.   | 950. CCXLIV.  | 970. CCXLIX.   | 990. CCLIV.  |
| 914. CCXXXV.   | 934. CCXL.      | 954. CCXLV.   | 974. CCL.      | 994. CCLV.   |
| 918. CCXXXVI.  | 938. CCXLI.     | 958. CCXLVI.  | 978. CCLI.     | 998. CCLVI.  |

Clarum ex hac inductione evadit : si ex principio Censoriniano, secundum Varroniana tradita deducto, anno Urbis conditæ 990. à diebus æstivis annus primus Olympiadis CCLIV. & anno Urbis conditæ 991. circa idem tempus æstivum annus secundus Olympiadis ejusdem CCLIV. iniit, necessarium antecedens fieri, Olympiadem VII. anno secundo Urbis conditæ, & sic consequenter alias omnes Olympiades illis annis U. C. iniisse, prout supra de tribus primis sæculis Romanis, & dein de decimo notatum est. Secula Romana intermedia, hic omissa, sunt paris formationis, & Olympiades iis correspondentes sequentur mox in Tabula ipsa. Porro, cum annus normalis Censorinianus 991. ab Urbe condita in subsequa Tabula è regione ineuntis anni secundi Olympiadis CCLIV. non in columna prima, sed secunda annorum Urbis conditæ, itaque in columna computis laxi secundi inveniatur, pro firmissima regula chronologiæ secundum principia Varroniana & Censoriniana tenendum est : quemlibet Olympiadicum annum inire circa dies æstivos cujuslibet anni Urbis conditæ, qui in secunda columna reperitur. In hoc unico autem differt chronologia Dionysiana à Varronis & Censorini principio, quod illa uno semper Urbis conditæ anno minùs computet, adcoque & initia Olympiadicæ annis U. C. in columna prima applicet.

# FASTI CONSULARES ROMANI

|  | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Dionysio,<br>& Diodoro. | Olympiades<br>ex Diodoro,<br>ut ille Coff. applicat. |
|--|---------------------|-------|---|---|--|
|  | U. C. com-<br>putus | laxus |   |   |  |
| <i>L. Junius Brutus. L. Tarquinius Collatinus.</i>                     | 244                 | 245   | LXVII. anno. 4.                         |   |  |
| <i>P. Valerius Poplicola. M. Horat. Pulvillus.</i>                     | 245                 | 246   | LXVIII. a. 1.                           | <i>Ifagoras.</i>                        |  |
| <i>P. Valer. Poplicola II. T. Lucret. Tricipitinus.</i>                | 246                 | 247   | a. 2.                                   |   |  |
| <i>P. Valer. Poplicola III. M. Horat. Pulvillus II.</i>                | 247                 | 248   | a. 3.                                   |   |  |
| <i>Sp. Lartius Flavius. T. Herminius Aquilinus.</i>                    | 248                 | 249   | a. 4.                                   |   |  |
| <i>M. Valerius. P. Postumius Tubertus.</i>                             | 249                 | 250   | LXIX. a. 1.                             | <i>Acestorides</i>                      |  |
| <i>P. Valerius Poplicola IV. T. Lucretius Tri-<br/>cipitinus II.</i>   | 250                 | 251   | a. 2.                                   |   |  |
| <i>P. Postumius Tubertus II. Agrippa Menenius<br/>Lanatus.</i>         | 251                 | 252   | a. 3.                                   |   |  |
| <i>Sp. Cassius Viscellinus. Opiter Virginus Tri-<br/>coctus.</i>       | 252                 | 253   | a. 4.                                   |   |  |
| <i>Postumus Cominius Auruncus. T. Lartius<br/>Flavius.</i>             | 253                 | 254   | LXX. a. 1.                              | <i>Myrs</i>                             |  |
| <i>Ser. Sulpitius Camerinus. Manius Tullius<br/>Longus.</i>            | 254                 | 255   | a. 2.                                   |   |  |
| <i>P. Veturius Geminus. T. Aebutius Elva.</i>                          | 255                 | 256   | a. 3.                                   |   |  |
| <i>T. Lartius Flavius II. Q. Cloelius Siculus.</i>                     | 256                 | 257   | a. 4.                                   |   |  |
| <i>A. Sempronius Atratinus. M. Minucius Au-<br/>gurinus.</i>           | 257                 | 258   | LXXI. a. 1.                             | <i>Hipparchus</i>                       |  |
| <i>A. Postumius Albus. T. Virginus Tricoctus.</i>                      | 258                 | 259   | a. 2.                                   |   |  |
| <i>Ap. Claudius Sabinus. P. Servilius Priscus.</i>                     | 259                 | 260   | a. 3.                                   |   |  |
| <i>A. Virginus Tricoctus Coelimonianus. T. Ve-<br/>turius Geminus.</i> | 260                 | 261   | a. 4.                                   | <i>Themistocles</i>                     |  |
| <i>Postumus Cominius Auruncus II. Sp. Cassius<br/>Viscellinus II.</i>  | 261                 | 262   | LXXII. a. 1.                            | <i>Diognetus</i>                        |  |
| <i>T. Geganius Macerinus. P. Minucius Augu-<br/>rinus.</i>             | 262                 | 263   | a. 2.                                   | <i>Hybrilides</i>                       |  |
| <i>M. Minucius Augurinus II. A. Sempronius<br/>Atratinus II.</i>       | 263                 | 264   | a. 3.                                   |   |  |
| <i>Q. Sulpit. Camerinus. Sp. Lartius Flavius II.</i>                   | 264                 | 265   | a. 4.                                   |   |  |
| <i>C. Julius Julius. P. Pinarius Rufus Mamerc-<br/>cinus.</i>          | 265                 | 266   | LXXIII. a. 1.                           | <i>Anchises</i>                         |  |
| <i>Sp. Nautius Rutilus. Sex. Furius Fusus.</i>                         | 266                 | 267   | a. 2.                                   |   |  |
| <i>C. Aquilius Tuscus. T. Sicinius Sabinus.</i>                        | 267                 | 268   | a. 3.                                   |   |  |
| <i>Proc. Virginus Tricoctus. Sp. Cassius Viscel-<br/>linus III.</i>    | 268                 | 269   | a. 4.                                   |   | LXXV. a. 1.  |
| <i>Q. Fabius Vibulanus. Ser. Cornelius Malu-<br/>ginensis.</i>         | 269                 | 270   | LXXIV. a. 1.                            | <i>Leofratus</i>                        | a. 2.  |
| <i>L. Emilius Mamercinus. Gaius Fabius Vibu-<br/>lanus.</i>            | 270                 | 271   | a. 2.                                   | <i>Nicodemus</i>                        | a. 3.  |
| <i>M. Fabius Vibulanus. L. Valerius Potitus.</i>                       | 271                 | 272   | a. 3.                                   |   | a. 4.  |
| <i>C. Julius Julius. Q. Fabius Vibulanus II.</i>                       | 272                 | 273   | a. 4.                                   |   | Coff. omiffi.  |
| <i>Gaius Fabius Vibulanus II. Sp. Furius Fusus.</i>                    | 273                 | 274   | LXXV. a. 1.                             | <i>Calliades.</i>                       | LXXVI. a. 1.   |
| <i>Cn. Manlius Cincinnatus. M. Fabius Vi-<br/>bulanus II.</i>          | 274                 | 275   | a. 2.                                   | <i>Xanthippus</i>                       | a. 2.  |
| <i>Gaius Fabius Vibulanus III. T. Virginus Tri-<br/>coctus.</i>        | 275                 | 276   | a. 3.                                   | <i>Timosthenes</i>                      | a. 3.  |



( 0 )



41

# FASTI CONSULARES ROMANI

|   | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Dionysio,<br>& Diodoro, | Olympiades<br>ex Diodoro<br>de ille Coss. applicat. |
|---|--------------------------------------|------|---|---|---|
|   | Imus                                 | 2dus |   |   |   |
| <i>L. Æmilius Mamercinus II. C. Servilius Stru-<br/>ctus Abala.</i>     | 276                                  | 277  | anno 4.                                 | <i>Adimantibus</i>                      | a. 7.   |
| <i>C. Horatius Pulvillus. T. Menenius Lanatus.</i>                      | 277                                  | 278  | LXXVI. a. 1.                            | <i>Pbadon</i>                           | LXXVII. a. 1.                                       |
| <i>Sp. Servilius Structus. A. Virginus Trico-<br/>stus.</i>             | 278                                  | 279  | a. 2.                                   | <i>Diomocliides</i>                     | a. 2.   |
| <i>P. Valerius Publicola. C. Nautius Rutilus.</i>                       | 279                                  | 280  | a. 3.                                   | <i>Acestorides</i>                      | a. 3.   |
| <i>A. Manlius Vulso. L. Furius Medullinus.</i>                          | 280                                  | 281  | a. 4.                                   | <i>Menon</i>                            | a. 4.   |
| <i>L. Æmilius Mamercinus III. Vopiscus Ju-<br/>lius Julius.</i>         | 281                                  | 282  | LXXVII. a. 1.                           | <i>Chares</i>                           | LXXVIII. a. 1.                                      |
| <i>L. Pinarius Mamercinus. P. Furius Fusus.</i>                         | 282                                  | 283  | a. 2.                                   | <i>Praxiergus</i>                       | a. 2.   |
| <i>T. Quinctius Capitolinus. Ap. Claudius Sa-<br/>binus.</i>            | 283                                  | 284  | a. 3.                                   | <i>Demotion</i>                         | a. 3.   |
| <i>L. Valerius Publicola Potitus II. Tib. Æmi-<br/>lius Mamercinus.</i> | 284                                  | 285  | a. 4.                                   | <i>Pbadon</i>                           | a. 4.   |
| <i>A. Virginus Tricoctus. T. Numicius Priscus.</i>                      | 285                                  | 286  | LXXVIII. a. 1.                          | <i>Theagenides</i>                      | LXXIX. a. 1.  |
| <i>T. Quinctius Capitolinus II. Q. Servilius<br/>Priscus.</i>           | 286                                  | 287  | a. 2.                                   | <i>Lysistratus</i>                      | a. 2.   |
| <i>T. Æmilius Mamercinus II. Q. Fabius Vi-<br/>bullanus.</i>            | 287                                  | 288  | a. 3.                                   | <i>Lysanias</i>                         | a. 3.   |
| <i>Sp. Postumius Albus Regillensis. Q. Servilius<br/>Priscus II.</i>    | 288                                  | 289  | a. 4.                                   | <i>Lysibeus</i>                         | a. 4.   |
| <i>T. Quinctius Capitolinus III. Q. Fabius Vi-<br/>bullanus II.</i>     | 289                                  | 290  | LXXIX. a. 1.                            | <i>Archedemedes</i>                     | LXXX. a. 1.   |
| <i>A. Postumius Albus Regillensis. Sp. Furius<br/>Medullinus Fusus.</i> | 290                                  | 291  | a. 2.                                   | <i>Tlepolemus</i>                       | a. 2.   |
| <i>L. Æbutius Elva. P. Servilius Priscus.</i>                           | 291                                  | 292  | a. 3.                                   | <i>Conon</i>                            | a. 3.   |
| <i>L. Lucretius Tricipitinus. T. Veturius Ge-<br/>minus.</i>            | 292                                  | 293  | a. 4.                                   | <i>Erippus</i>                          | a. 4.   |
| <i>P. Volumnius Amintinus Gallus. Ser. Sulpitius<br/>Camerinus.</i>     | 293                                  | 294  | LXXX. a. 1.                             | <i>Pbrascles</i>                        | LXXXI. a. 1.  |
| <i>P. Valerius Publicola II. C. Claudius Sabinus<br/>Regillensis.</i>   | 294                                  | 295  | a. 2.                                   | <i>Philocles</i>                        | a. 2.   |
| <i>Q. Fabius Vibulanus III. L. Cornelius Malu-<br/>ginensis.</i>        | 295                                  | 296  | a. 3.                                   | <i>Bion</i>                             | a. 3.   |
| <i>C. Nautius Rutilus II. L. Minucius Augu-<br/>rinus.</i>              | 296                                  | 297  | a. 4.                                   | <i>Mnestides</i>                        | a. 4.   |
| <i>C. Horatius Pulvillus. Q. Minucius Augu-<br/>rinus.</i>              | 297                                  | 298  | LXXXI. a. 1.                            | <i>Callias</i>                          | LXXXII. a. 1.<br>deest Archon.                      |
| <i>M. Valerius Maximus. Sp. Virginus Trico-<br/>stus.</i>               | 298                                  | 299  | a. 2.                                   | <i>Solistratus</i>                      | a. 2. 3. 4.   |
| <i>T. Romilius Rocus Vaticanus. C. Veturius<br/>Cicurinus.</i>          | 299                                  | 300  | a. 3.                                   | <i>Arifon</i>                           | LXXXIII. a. 1.                                      |
| <i>Sp. Tarpejus Montanus Capitolinus. A. Ha-<br/>terius Fontinalis.</i> | 300                                  | 301  | a. 4.                                   | <i>Lysicrates</i>                       | a. 2.   |
| <i>P. Horatius Tergeminus. Sex. Quintilius<br/>Varus.</i>               | 301                                  | 302  | LXXXII. a. 1.                           | <i>Charephanes</i>                      | a. 3.   |

Pars II.

F

FA-



# FASTI CONSULARES ROMANI

|   | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Dionysio,<br>& Diodoro. | Olympiades<br>ex Dióodoro<br>ut ille <i>Coff.</i> applicat. |
|---|--------------------------------------|------|---|---|---|
|   | 1mus                                 | 2dus |   |   |   |
| <i>L. Menenius Lanatus. P. Sestius Capitolinus.</i>   | 302                                  | 303  | a. 2.                                   | <i>Antidotus</i>                        | a. 4.   |
| Decemviri: <i>Ap. Claudius &amp;c.</i>  | 303                                  | 304  | a. 3.                                   | <i>Eutbydemus</i>                       | LXXXIV. a. 1.   |
| Decemviri: <i>Ap. Claudius &amp;c.</i>  | 304                                  | 305  | a. 4.                                   | <i>Pedius</i>                           | a. 2.   |
| Decemviri: <i>Ap. Claudius &amp;c.</i>  | 305                                  | 306  | LXXXIII. a. 1.                          | <i>Pbiliscus</i>                        | vacant  |
| <i>L. Valerius Poplicola Potitus. M. Horatius<br/>Barbatus.</i>   | 306                                  | 307  | a. 2.                                   | <i>Timarchides</i>                      | a. 3.   |
| <i>Lartius Herminius Aquilinus. T. Virginius<br/>Tricoftus.</i>   | 307                                  | 308  | a. 3.                                   | <i>Callimachus</i>                      | a. 4.   |
| <i>M. Geganius Macerinus. C. Julius Julius.</i>   | 308                                  | 309  | a. 4.                                   | <i>Lysimachides</i>                     | LXXXV. a. 1.  |
| <i>T. Quinctius Capitolinus III. Agrippa Fu-<br/>rius Fusus.</i>  | 309                                  | 310  | LXXXIV. a. 1.                           | <i>Praxiteles</i>                       | a. 2.   |
| <i>M. Genucius Augurinus. C. Curtius Philo.</i>   | 310                                  | 311  | a. 2.                                   | <i>Lysanias</i>                         | a. 3.   |
| <i>L. Papirius Mugillanus. L. Sempronius A-<br/>tratinus.</i>   | 311                                  | 312  | a. 3.                                   | <i>Dipbilus</i>                         | a. 4.   |
| <i>M. Geganius Macerinus II. T. Quinctius<br/>Capitolinus V.</i>  | 312                                  | 313  | a. 4.                                   | <i>Timocles</i>                         | LXXXVI. a. 1.   |
| <i>M. Fabius Vibulanus. Postumus Æbutius<br/>Elva.</i>  | 313                                  | 314  | LXXXV. a. 1.                            | <i>Myrichides</i>                       | a. 2.   |
| <i>C. Furius Pacilus Fusus. M. Papirius Crafs-<br/>sus.</i>   | 314                                  | 315  | a. 2.                                   | <i>Glaucis</i>                          | a. 3.   |
| <i>Proc. Geganius Macerinus. L. Menenius La-<br/>natus.</i>   | 315                                  | 316  | a. 3.                                   | <i>Theodorus</i>                        | a. 4.   |
| <i>T. Quinctius Capitolinus VI. Agrippa Me-<br/>nenius Lanatus.</i>                                       | 316                                  | 317  | a. 4.                                   | <i>Eutbymenes</i>                       | LXXXVII. a. 1.  |
| Tribuni Militares 3. <i>Mamercus Æmilius.<br/>L. Quinctius. L. Julius Julius.</i>                         | 317                                  | 318  | LXXXVI. a. 1.                           | <i>Naufimachus</i>                      | a. 2.   |
| <i>M. Geganius Macerinus III. L. Sergius Fi-<br/>denas.</i>   | 318                                  | 319  | a. 2.                                   | <i>Antiochides</i>                      | a. 3.   |
| <i>M. Cornelius Maluginensis. L. Papirius<br/>Crassus.</i>  | 319                                  | 320  | a. 3.                                   | <i>Cbares</i>                           | a. 4.   |
| <i>C. Julius Julius II. L. Virginius Tricoftus.</i>   | 320                                  | 321  | a. 4.                                   | <i>Abseudes</i>                         | LXXXVIII. a. 1.   |
| <i>C. Julius Julius III. L. Virginius Tricoftus II.</i>   | 321                                  | 322  | LXXXVII. a. 1.                          | <i>Pythodorus</i>                       | a. 2.   |
| Tribuni Militares 3. <i>M. Fabius Vibulanus.<br/>M. Foslius. L. Sergius Fidenas.</i>                      | 322                                  | 323  | a. 2.                                   | <i>Eutbydemus</i>                       | a. 3.   |
| Tribuni Militares 3. <i>L. Pinarius Mamerc-<br/>cinus. L. Furius Medullinus. Sp.<br/>Postumius Albus.</i> | 323                                  | 324  | a. 3.                                   | <i>Apollodorus</i>                      | a. 4.   |
| <i>T. Quinctius Pennus Cincinnatus. C. Ju-<br/>lius Mento.</i>  | 324                                  | 325  | a. 4.                                   | <i>Epaminondas</i>                      | LXXXIX. a. 1.   |
| <i>C. Papirius Crassus. L. Julius Julius.</i>   | 325                                  | 326  | LXXXVIII. a. 1.                         | <i>Diotimus</i>                         | a. 2.   |
| <i>L. Sergius Fidenas II. Hostus Lucretius Tri-<br/>cipitinus.</i>  | 326                                  | 327  | a. 2.                                   | <i>Euclides</i>                         | a. 3.   |
| <i>A. Cornelius Cossus. T. Quinctius Pennus<br/>Cincinnatus II.</i>                                       | 327                                  | 328  | a. 3.                                   | <i>Eutbydemus</i>                       | a. 4.   |
| <i>C. Servilius Structus Abala. L. Papirius<br/>Mugillanus II.</i>  | 328                                  | 329  | a. 4.                                   | <i>Stratocles</i>                       | XC. a. 1. 2.  |

FA-

# FASTI CONSULARES ROMANI

|  | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Dionysio,<br>& Diodoro. | Olympiades<br>ex Diodoro-<br>ut ille Coss. applicat. |
|--|--------------------------------------|------|---|---|--|
|  | Imus                                 | 2dus |   |   |  |
| Tribuni Militares 4. <i>T. Quinctius Pen-<br/>nus. C. Furius Pacilus. M. Po-<br/>stumius Albinus. A. Cornelius<br/>Cossus.</i> | 329                                  | 330  | LXXXIX. a. 1.                           | <i>Isarchus</i>                         | a. 3.  |
| Tribuni Militares 4. <i>A. Sempronius. L.<br/>Furius. L. Quinctius. L. Horatius.</i>   | 330                                  | 331  | a. 2.                                   | <i>Aminius</i>                          | a. 4.  |
| Tribuni Militares 4. <i>Ap. Claudius. Sp.<br/>Nautius. L. Sergius Fidenas.<br/>Sex. Julius Julus.</i>                          | 331                                  | 332  | a. 3.                                   | <i>Alcaus</i>                           | XCI. a. 1.   |
| <i>C. Sempron. Atratinus. Q. Fab. Vibulanus.</i>   | 332                                  | 333  | a. 4.                                   | <i>Ariston.</i>                         | vacant Coss.   |
| Tribuni Militares 4. <i>L. Manlius. Q. An-<br/>tonius. L. Papirius. L. Servilius.</i>  | 333                                  | 334  | XC. a. 1.                               | <i>Aristophilus</i>                     | vacant Tr.   |
| <i>Num. Fabius Vibulanus. T. Quinctius Ca-<br/>pitolinus Barbatas.</i>   | 334                                  | 335  | a. 2.                                   | <i>Archias</i>                          | vacant Coss.   |
| Anarchia sine Curulibus Magistratibus.<br><i>ex Livio lib. 4. cap. 23.</i>   | 335                                  | 336  | a. 3.                                   | <i>Antiphon</i>                         | vacat.   |
| Tribuni Militares 4. <i>T. Quinctius. M.<br/>Manlius. L. Furius. A. Sempronius.</i>  | 336                                  | 337  | a. 4.                                   | <i>Euphemus</i>                         | vacant Tr.   |
| Tribuni Militares 4. <i>Agrippa Menenius.<br/>Sp. Nautius. P. Lucretius. C. Servilius.</i>                                     | 337                                  | 338  | XCI. a. 1.                              | <i>Aristomnestus</i>                    | vacant Tr.   |
| Tribuni Militares 3. <i>M. Papirius. C. Ser-<br/>vilius. L. Sergius Fidenas.</i>   | 338                                  | 339  | a. 2.                                   | <i>Chabrias</i>                         | XCI. a. 2.   |
| Tribuni Militares 4. <i>P. Lucretius. L. Ser-<br/>vilius. Agrippa Menenius. Sp. Ve-<br/>turius.</i>                            | 339                                  | 340  | a. 3.                                   | <i>Pisander</i>                         | abhinc confor-<br>miter.                             |
| Tribuni Militares 4. <i>A. Sempronius. M.<br/>Papirius. Q. Fabius. Sp. Nautius.</i>  | 340                                  | 341  | a. 4.                                   | <i>Cleocritus</i>                       |  |
| Tribuni Militares 4. <i>P. Cornelius. Quin-<br/>tius Cincinnatus. C. Valerius.<br/>Num. Fabius.</i>                            | 341                                  | 342  | XCII. a. 1.                             | <i>Callias</i>                          |  |
| Tribuni Militares 4. <i>Q. Fabius. Cn. Cor-<br/>nelius. P. Postumius. L. Valerius.</i>   | 342                                  | 343  | a. 2.                                   | <i>Theopompus</i>                       |  |
| <i>M. Cornelius Cossus. L. Furius Medullinus.</i>  | 343                                  | 344  | a. 3.                                   | <i>Glaucippus</i>                       |  |
| <i>Q. Fabius Ambustus. C. Furius Pacilus.</i>  | 344                                  | 345  | a. 4.                                   | <i>Diocles</i>                          |  |
| <i>M. Papirius Mugillanus. C. Nautius Rutilus.</i>   | 345                                  | 346  | XCIII. a. 1.                            | <i>Euctemon.</i>                        |  |
| <i>Man. Emilius Mamercinus. C. Valerius Po-<br/>titus Volusus.</i>   | 346                                  | 347  | a. 2.                                   | <i>Antigenes</i>                        |  |
| <i>L. Furius Medullinus II. Cn. Cornelius Cossus.</i>  | 347                                  | 348  | a. 3.                                   | <i>Callias</i>                          |  |
| Tribuni Militares 3. <i>C. Servilius Abala.<br/>C. Julius Julus. P. Corn. Cossus.</i>  | 348                                  | 349  | a. 4.                                   | <i>Alexias</i>                          |  |
| Tribuni Militares 4. <i>C. Valerius II. C.<br/>Servilius II. L. Furius. Num. Fa-<br/>bius II.</i>                              | 349                                  | 350  | XCIV. a. 1.                             | <i>Anarchia<br/>Athenis</i>             |  |
| Tribuni Militares 4. <i>P. Cornelius II. Cn.<br/>Cornelius. L. Valerius II. Num.<br/>Fabius Ambustus.</i>                      | 350                                  | 351  | a. 2.                                   | <i>Euclides</i>                         |  |

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Diodoro.   |
|---|---------------------|-------|---|----------------------------|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |   |                            |
|   | Imus                | 2dus  |   |                            |
| Tribuni Militares 6. <i>T. Quinctius. C. Julius Julus II.</i><br><i>L. Furius II. Sc.</i>   | 351                 | 352   |   | a. 3. <i>Micio.</i>        |
| Tribuni Militares 6. <i>P. Cornelius Maluginensis. C. Fabius.</i><br><i>Cn. Cornelius Cossus II. Sc.</i>                          | 352                 | 353   |   | a. 4. <i>Exanetus.</i>     |
| Tribuni Militares 6. <i>M. Quintilius. L. Julius Julus.</i><br><i>M. Furius Fusus. Sc.</i>  | 353                 | 354   | XCV.                                    | a. 1. <i>Laches.</i>       |
| Tribuni Militares 6. <i>C. Servilius III. L. Virginus. Q. Sul-</i><br><i>pitius. Sc.</i>  | 354                 | 355   |   | a. 2. <i>Aristocrates.</i> |
| Trib. Milit. 6. <i>L. Julius Julus. M. Furius Camillus. L. Va-</i><br><i>lerius IV. Sc.</i>                                       | 355                 | 356   |   | a. 3. <i>Istbycles.</i>    |
| Trib. Milit. 6. <i>P. Melius. Sp. Furius. P. Licinius Calvus. Sc.</i>   | 356                 | 357   |   | a. 4. <i>Lyfiades.</i>     |
| Trib. Milit. 6. <i>Cn. Genucius. L. Atilius. M. Pomponius. Sc.</i>  | 357                 | 358   | XCVI.                                   | a. 1. <i>Phormio.</i>      |
| Trib. Milit. 6. <i>L. Valer. V. M. Fur. Camillus II. L. Fur. III. Sc.</i>   | 358                 | 359   |   | a. 2. <i>Diophantus.</i>   |
| Trib. Milit. 6. <i>L. Serg. Fidenas. A. Postumius. L. Fur. IV. Sc.</i>  | 359                 | 360   |   | a. 3. <i>Eubulides.</i>    |
| Trib. Milit. 6. <i>L. Titinius. P. Licinius Calvus. Cn. Genu-</i><br><i>cius II. Sc.</i>  | 360                 | 361   |   | a. 4. <i>Demostratus.</i>  |
| Trib. Milit. 6. <i>P. Corn. Cossus, P. Corn. Scipio. M. Valer. II. Sc.</i>  | 361                 | 362   | XCVII.                                  | a. 1. <i>Philocles.</i>    |
| Trib. Milit. 6. <i>M. Fur. Camillus III. C. Æmilius. L. Fur. VI. Sc.</i><br><i>L. Lucretius Flavus. Ser. Sulpitius Camerinus.</i> | 362                 | 363   |   | a. 2. <i>Nicoteles.</i>    |
| <i>L. Valerius Potitus. M. Manlius Capitolinus.</i>   | 363                 | 364   |   | a. 3. <i>Demostratus.</i>  |
| <i>L. Valerius Potitus. M. Manlius Capitolinus.</i>   | 364                 | 365   |   | a. 4. <i>Antipater.</i>    |
| Trib. Milit. 6. <i>L. Lucretius. Ser. Sulpit. Rufus. L. Fur. VII. Sc.</i>   | 365                 | 366   | XCVIII.                                 | a. 1. <i>Pyrrhion.</i>     |
| Trib. Milit. 6. <i>Q. Fabius. C. Fabius. C. Fabius. Q. Ser-</i><br><i>vilius. Sc.</i>   | 366                 | 367   |   | a. 2. <i>Theodotus.</i>    |

NOTA: Post hunc annum, quo Urbs Roma capta est, usque ad Consules iterum creatos, intervenerunt anni 23. nempe 17. sub Tribunatibus Militaribus, & 6. sub Anarchiis & Tribunatibus Plebis, de quo alibi ex Livio & Diodoro Siculo, qui æquè 23. Archontes intermedios, ergo totidem annos numerat. Fasti Capitolini, ut *num. 124. §. XVII.* præter 17. Tribunatus Militares, Anarchias quidem 5. tantum numerat, sed his 22. annis, immediatè post Romæ captæ annum, Dictaturam annuam interferunt, ergo itidem 23. annos computant.

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Diodoro.                   |
|---|---------------------|-------|---|--|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |   |  |
|   | Imus                | 2dus  |   |  |
| <i>L. Æmilius Mamercinus. L. Sextius Sextinus Lateranus.</i>  | 390                 | 391   | CIV.                                    | a. 2. <i>Chariclides.</i>                  |
| <i>L. Genucius Aventinensis. Q. Servilius Ahala.</i>  | 391                 | 392   |   | a. 3. <i>Molon.</i>                        |
| <i>C. Sulpitius Poeticus. C. Licinius Calvus.</i>   | 392                 | 393   |   | a. 4. <i>Nicophemus.</i>                   |
| <i>Cn. Genucius Aventinensis. L. Æmilius Mamercinus II.</i><br><i>Q. Servilius Ahala II. L. Genucius Aventinensis II.</i> | 393                 | 394   | CV.                                     | a. 1. <i>Callimedes.</i>                   |
| <i>C. Licinius Calvus II. C. Sulpitius Poeticus II.</i>   | 394                 | 395   |   | a. 2. <i>Eucharistus.</i>                  |
| <i>M. Fabius Ambustus. C. Poetelius Libo Volusus.</i>   | 395                 | 396   |   | a. 3. <i>Cephsodotus.</i>                  |
| <i>M. Fabius Ambustus. C. Poetelius Libo Volusus.</i>   | 396                 | 397   |   | a. 4. <i>Agathocles.</i>                   |
| <i>M. Popilius Lenas. Cn. Manlius Capitolinus Imperiosus.</i>   | 397                 | 398   | CVI.                                    | a. 1. <i>Elpinus.</i>                      |
| <i>C. Fabius Ambustus. G. Plautius Proculus.</i>  | 398                 | 399   |   | a. 2. <i>Callistratus.</i>                 |
| <i>C. Marcius Rutilus. Cn. Manlius Capitolinus II.</i>  | 399                 | 400   |   | a. 3. <i>Diotimus.</i>                     |
| <i>M. Fabius Ambustus II. M. Popilius Lenas II.</i>   | 400                 | 401   |   | a. 4. <i>Eudemus.</i>                      |
| <i>C. Sulpitius Poeticus III. M. Valerius Poplicola.</i>  | 401                 | 402   | CVII.                                   | a. 1. <i>Aristodemus,</i><br><i>M. Fa.</i> |



( o )

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Diodoro.                  |
|--|---------------------|-------|---|---|
|  | U. C. com-<br>putus | laxus |   |   |
|  | 1mus                | 2dus  |   |   |
| <i>M. Fabius Ambustus III. T. Quinctius Pennus Capitolinus.</i>  | 402                 | 403   |   | a. 2. <i>Thestalus.</i>                   |
| <i>M. Valerius Poplicola II. C. Sulpitius Poeticus IV.</i>       | 403                 | 404   |   | a. 3. <i>Apollodorus.</i>                 |
| <i>C. Marcus Rutilus II. P. Valerius Poplicola.</i>              | 404                 | 405   |   | a. 4. <i>Callimachus.</i>                 |
| <i>C. Sulpitius Poeticus V. T. Quintius Cincinnatus.</i>         | 405                 | 406   | <i>CVIII.</i>                           | a. 1. <i>Theophilus.</i>                  |
| <i>L. Cornelius Scipio. M. Popilius Lenas III.</i>               | 406                 | 407   |   | a. 2. <i>Themistocles.</i>                |
| <i>L. Furius Camillus. Ap. Claudius Crassus.</i>                 | 407                 | 408   |   | a. 3. <i>Archias.</i>                     |
| <i>M. Valerius Corvus. M. Popilius Lenas IV.</i>                 | 408                 | 409   |   | a. 4. <i>Eubulus.</i>                     |
| <i>T. Manlius Torquatus. C. Plautius Hypseus.</i>                | 409                 | 410   | <i>CIX.</i>                             | a. 1. <i>Liciscus.</i>                    |
| <i>M. Valerius Corvus II. C. Poetelius Libo.</i>                 | 410                 | 411   |   | a. 2. <i>Pythodorus.</i>                  |
| <i>M. Fabius Dorso. Ser. Sulpicius Camerinus.</i>                | 411                 | 412   |   | a. 3. <i>Sofigenes.</i>                   |
| <i>C. Marcus Rutilus III. T. Manlius Torquatus II.</i>           | 412                 | 413   |   | a. 4. <i>Nicomachus.</i>                  |
| <i>M. Valerius Corvus III. A. Cornelius Cossus Arvina.</i>       | 413                 | 414   | <i>CX.</i>                              | a. 1. <i>Theophrastus.</i>                |
| <i>Q. Servilius Ahala. C. Marcus Rutilus IV.</i>                 | 414                 | 415   |   | a. 2. <i>Lysimachides.</i>                |
| <i>L. Aemilius Mamercinus Privernas. C. Plautius Hypseus II.</i> | 415                 | 416   |   | a. 3. <i>Charondas.</i>                   |
| <i>T. Manlius Torquatus III. P. Decius Mus.</i>                  | 416                 | 417   |   | a. 4. <i>Phrynichus.</i>                  |
| <i>Q. Publilius Philo. T. Aemilius Mamercinus.</i>               | 417                 | 418   | <i>CXI.</i>                             | a. 1. <i>Pythodorus.</i>                  |
| <i>L. Furius Camillus. C. Manius.</i>                            | 418                 | 419   |   | a. 2. <i>Evanetus.</i>                    |
| <i>C. Sulpicius Longus. P. Aelius Pætus.</i>                     | 419                 | 420   |   | a. 3. <i>Ctesicles.</i>                   |
| <i>Caso Duillius. L. Papirius Crassus.</i>                       | 420                 | 421   |   | a. 4. <i>Nicocrates.</i>                  |
| <i>M. Atilius Regulus. M. Valerius Corvus IV.</i>                | 421                 | 422   | <i>CXII.</i>                            | a. 1. <i>Niceratus.</i>                   |
| <i>Sp. Postumius. T. Veturius Calvinus.</i>                      | 422                 | 423   |   | a. 2. <i>Aristophanes.</i>                |
| <i>Cn. Domitius Calvinus. A. Cornelius Cossus II.</i>            | 423                 | 424   |   | a. 3. <i>Aristophon.</i>                  |
| <i>C. Valerius. M. Claudius Marcellus.</i>                       | 424                 | 425   |   | a. 4. <i>Cephisophon.</i>                 |
| <i>L. Plautius Venno. L. Papirius Crassus II.</i>                | 425                 | 426   | <i>CXIII.</i>                           | a. 1. <i>Euthycritus.</i>                 |
| <i>L. Aemilius Mamercinus II. C. Plautius Decianus.</i>          | 426                 | 427   |   | a. 2. <i>Chremes.</i>                     |
| <i>P. Cornelius Scipio Scapula. P. Plautius Proculus.</i>        | 427                 | 428   |   | a. 3. <i>Anticles.</i>                    |
| <i>L. Cornelius Lentulus. Q. Publilius Philo II.</i>             | 428                 | 429   |   | a. 4. <i>Soficles.</i>                    |
| <i>C. Poetelius. L. Papirius Mugillanus Cursor.</i>              | 429                 | 430   | <i>CXIV.</i>                            | a. 1. <i>Agefias.</i>                     |
| <i>L. Furius Camillus II. D. Junius Brutus Scæva.</i>            | 430                 | 431   |   | a. 2. <i>Cephisodorus.</i>                |
| <i>C. Sulpicius Longus II. Q. Aulus Cerretanus.</i>              | 431                 | 432   |   | a. 3. <i>Philocles.</i>                   |
| <i>Q. Fabius Maximus Rullianus. L. Fulvius Curvus.</i>           | 432                 | 433   |   | a. 4. <i>Archippus</i> deest cum<br>Coff. |
| <i>T. Veturius Calvinus II. Sp. Postumius II.</i>                | 433                 | 434   | <i>CXV.</i>                             | a. 1. <i>Nacchus</i> deest cum<br>Coff.   |
| <i>Q. Publilius Philo III. L. Papirius Cursor II.</i>            | 434                 | 435   |   | a. 2. <i>Apollodorus.</i>                 |
| <i>Q. Aulus Cerretanus II. L. Papirius Cursor III.</i>           | 435                 | 436   |   | a. 3. <i>Archippus.</i>                   |
| <i>L. Plautius Venno. M. Foslius Flaccinator.</i>                | 436                 | 437   |   | a. 4. <i>Demogenes.</i>                   |
| <i>C. Junius Bubulcus. Q. Aemilius Barbula.</i>                  | 437                 | 438   | <i>CXVI.</i>                            | a. 1. <i>Democles.</i>                    |
| <i>Sp. Nautius Rutilus. M. Popilius Lenas.</i>                   | 438                 | 439   |   | a. 2. <i>Praxibulus.</i>                  |
| <i>L. Papirius Cursor IV. Q. Publilius Philo IV.</i>             | 439                 | 440   |   | a. 3. <i>Nicodorus.</i>                   |
| <i>M. Poetelius Libo. C. Sulpitius Longus III.</i>               | 440                 | 441   |   | a. 4. <i>Theophrastus.</i>                |
| <i>L. Papirius Cursor V. C. Junius Bubulcus II.</i>              | 441                 | 442   | <i>CXVII.</i>                           | a. 1. <i>Polemo.</i>                      |
| <i>M. Valerius Maximus. P. Decius Mus.</i>                       | 442                 | 443   |   | a. 2. <i>Simonides.</i>                   |
| <i>C. Junius Bubulcus III. Q. Aemilius Barbula II.</i>           | 443                 | 444   |   | a. 3. <i>Hieronymemon.</i>                |
| <i>Q. Fabius Maximus Rullianus II. C. Marcus Rutilus.</i>        | 444                 | 445   |   | a. 4. <i>Demetrius.</i>                   |
| <i>Q. Fabius Maximus III. P. Decius Mus II.</i>                  | 445                 | 446   | <i>CXVIII.</i>                          | a. 1. <i>Charinus.</i>                    |
| <i>Ap. Claudius Cecus. L. Volumnus Flamma Violens.</i>           | 446                 | 447   |   | a. 2. <i>Anaxicrates.</i>                 |
| <i>Q. Marcus Tremulus. P. Cornelius Arvina.</i>                  | 447                 | 448   |   | a. 3. <i>Corybus.</i>                     |

Pars II.

G

FA.

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. | Archontes<br>ex Diodoro.              |
|--|---------------------|-------|---|---------------------------------------|
|  | U. C. com-<br>putus | laxus |   |                                       |
|  | Imus                | 2dus  |   |                                       |
| <i>L. Postumius Megellus. Tib. Minucius Augurinus.</i>         | 448                 | 449   |   | a. 4. <i>Xenippus.</i>                |
| <i>P. Sempronius Sopbus. P. Sulpitius Saverrio.</i>            | 449                 | 450   | CXIX.                                   | a. 1. <i>Phericles.</i>               |
| <i>Ser. Cornelius Lentulus. L. Genucius Aventinensis.</i>      | 450                 | 451   |   | a. 2. <i>Leostratus.</i>              |
| <i>M. Livius Denter. M. Æmilius Paullus.</i>                   | 451                 | 452   |   | a. 3. <i>Nicoles.</i>                 |
| <i>M. Valerius Corvus V. Q. Apulejus Pansa.</i>                | 452                 | 453   |   | a. 4. abhinc defunt<br>libri Diodori. |
| <i>M. Fulvius Patinus. T. Manlius Torquatus.</i>               | 453                 | 454   | CXX.                                    | a. 1.                                 |
| <i>L. Cornelius Scipio. Cn. Fulvius Maximus Centumalus.</i>    | 454                 | 455   |   | a. 2.                                 |
| <i>Q. Fabius Maximus IV. P. Decius Mus III.</i>                | 455                 | 456   |   | a. 3.                                 |
| <i>L. Volturnius Flamma Violens II. Ap. Claudius Cæcus II.</i> | 456                 | 457   |   | a. 4.                                 |
| <i>Q. Fabius Maximus V. P. Decius Mus IV.</i>                  | 457                 | 458   | CXXI.                                   | a. 1.                                 |
| <i>Q. Fabius Maximus VI. P. Decius Mus V.</i>                  | 458                 | 459   |   | a. 2.                                 |
| <i>M. Atilius Regulus. L. Postumius Megellus II.</i>           | 459                 | 460   |   | a. 3.                                 |
| <i>L. Papirius Cursor. Sp. Carvilius Maximus.</i>              | 460                 | 461   |   | a. 4.                                 |
| <i>Q. Fabius Maximus Gurges. D. Junius Brutus Scæva.</i>       | 461                 | 462   | CXXII.                                  | a. 1.                                 |
| <i>L. Postumius Megellus III. C. Junius Brutus Bubulcus.</i>   | 462                 | 463   |   | a. 2.                                 |
| <i>P. Cornelius Rufinus. Man. Curius Dentatus.</i>             | 463                 | 464   |   | a. 3.                                 |
| <i>M. Valerius Corvinus. Q. Cæditius Noctua.</i>               | 464                 | 465   |   | a. 4.                                 |
| <i>Q. Martius Tremulus II. P. Cornelius Arvina II.</i>         | 465                 | 466   | CXXIII.                                 | a. 1.                                 |
| <i>M. Claudius Marcellus. C. Nautius Rutilus.</i>              | 466                 | 467   |   | a. 2.                                 |
| <i>M. Valerius Potitus Maximus. C. Ælius Poetus.</i>           | 467                 | 468   |   | a. 3.                                 |
| <i>C. Claudius Canina vel Cinna. M. Æmilius Lepidus.</i>       | 468                 | 469   |   | a. 4.                                 |
| <i>C. Servilius Tucca. L. Cæcilius Metellus.</i>               | 469                 | 470   | CXXIV.                                  | a. 1.                                 |
| <i>P. Cornelius Dolabella. Cn. Domitius Calvinus.</i>          | 470                 | 471   |   | a. 2.                                 |
| <i>C. Fabritius Luscinus. Q. Æmilius Papus.</i>                | 471                 | 472   |   | a. 3.                                 |
| <i>L. Æmilius Barbula. Q. Martius Philippus.</i>               | 472                 | 473   |   | a. 4.                                 |
| <i>P. Valerius Levinus. T. Cornucanus Nepos.</i>               | 473                 | 474   | CXXV.                                   | a. 1.                                 |
| <i>P. Sulpicius Saverrio. T. Decius Mus.</i>                   | 474                 | 475   |   | a. 2.                                 |
| <i>C. Fabricius Luscinus II. Q. Æmilius Papus II.</i>          | 475                 | 476   |   | a. 3.                                 |
| <i>P. Cornelius Rufinus II. C. Junius Brutus Bubulcus II.</i>  | 476                 | 477   |   | a. 4.                                 |
| <i>Q. Fabius Maximus Gurges II. C. Genucius Clepsina.</i>      | 477                 | 478   | CXXVI.                                  | a. 1.                                 |
| <i>Man. Curius Dentatus III. L. Cornelius Lentulus.</i>        | 478                 | 479   |   | a. 2.                                 |
| <i>Ser. Cornelius Merenda. Man. Curius Dentatus IV.</i>        | 479                 | 480   |   | a. 3.                                 |
| <i>C. Fabius Dorso Licinus. C. Claudius Canina II.</i>         | 480                 | 481   |   | a. 4.                                 |
| <i>L. Papirius Cursor II. Sp. Carvilius Maximus II.</i>        | 481                 | 482   | CXXVII.                                 | a. 1.                                 |
| <i>C. Quinctius Claudus. L. Genucius Clepsina.</i>             | 482                 | 483   |   | a. 2.                                 |
| <i>C. Genucius Clepsina II. Cn. Cornelius Blasio.</i>          | 483                 | 484   |   | a. 3.                                 |
| <i>Q. Ogulnius Gallus. C. Fabius Pictor.</i>                   | 484                 | 485   |   | a. 4.                                 |
| <i>P. Sempronius Sopbus. Ap. Claudius Crassus.</i>             | 485                 | 486   | CXXVIII.                                | a. 1.                                 |
| <i>M. Atilius Regulus. L. Julius Libo.</i>                     | 486                 | 487   |   | a. 2.                                 |
| <i>D. Junius Pera. Num. Fabius Pictor.</i>                     | 487                 | 488   |   | a. 3.                                 |
| <i>Q. Fabius Maximus Gurges III. L. Mamilius Vitulus.</i>      | 488                 | 489   |   | a. 4.                                 |
| <i>App. Claudius Caudex. M. Fulvius Flaccus.</i>               | 489                 | 490   | CXXIX.                                  | a. 1.                                 |
| <i>M. Valerius Maximus. Man. Otacilius Crassus.</i>            | 490                 | 491   |   | a. 2.                                 |
| <i>L. Postumius Megellus. Q. Mamilius Vitulus.</i>             | 491                 | 492   |   | a. 3.                                 |
| <i>L. Valerius Flaccus. T. Otacilius Crassus.</i>              | 492                 | 493   |   | a. 4.                                 |
| <i>Cn. Cornelius Scipio Asina. C. Duilius Nepos.</i>           | 493                 | 494   | CXXX.                                   | a. 1.                                 |

(o)

# FASTI CONSULARES ROMANI

*L. Cornelius Scipio. C. Aquilius Florus.*  
*A. Atilius Calatinus. Q. Sulpicius Paternulus.*  
*C. Atilius Regulus Serranus. Cn. Cornelius Blasio II.*  
*L. Manlius Vulfo Longus. M. Atilius Regulus II.*  
*Ser. Fulvius Nobilior. M. Æmilius Paullus.*  
*Cn. Cornelius Scipio Afina II. A. Atilius Calatinus II.*  
*Cn. Servilius Capio. C. Sempronius Blasus.*  
*C. Aurelius Cotta. P. Servilius Geminus.*  
*L. Cecilius Metellus. C. Furius Pacilus.*  
*C. Atilius Regulus II. L. Manlius Vulfo II.*  
*P. Claudius Pulcher. L. Junius Pullus.*  
*C. Aurelius Cotta II. P. Servilius Geminus II.*  
*L. Cecilius Metellus II. Num. Fabius Buteo.*  
*Man. Otacilius Crassus II. M. Fabius Licinus.*  
*M. Fabius Buteo. C. Atilius Bulbus.*  
*A. Manl. Torquatus Atticus. C. Sempronius Blasus II.*  
*C. Fundanius Fundulus. C. Sulpicius Gallus.*  
*C. Lutatius Catulus. A. Postumius Albinus.*  
*A. Manlius Torquatus II. Q. Lutatius Cerco.*  
*C. Claudius Centho. M. Sempronius Tuditanus.*  
*C. Mamilius Turrinus. Q. Valerius Falto.*  
*T. Sempronius Gracchus. P. Valerius Falto.*  
*L. Cornelius Lentulus Caudinus. Q. Fulvius Flaccus.*  
*P. Cornelius Lentulus Caudinus. C. Licinius Varus.*  
*T. Manlius Torquatus. C. Atilius Bulbus II.*  
*L. Postumius Albinus. Sp. Carvilius Maximus.*  
*Q. Fabius Max. Verrucosus. Man. Pomponius Matbo.*  
*M. Æmilius Lepidus. M. Publicius Malleolus.*  
*M. Pomponius Matbo. C. Papius Maso.*  
*M. Æmilius Barbula. M. Junius Pera.*  
*L. Postumius Albinus II. Cn. Fulvius Centumalus.*  
*Sp. Carvilius Maximus II. Q. Fabius Max. Verrucosus II.*  
*P. Valerius Flaccus. M. Atilius Regulus.*  
*M. Valerius Messala. L. Apustius Fullo.*  
*L. Æmilius Papus. C. Atilius Regulus.*  
*T. Manlius Torquatus II. Q. Fulvius Flaccus II.*  
*C. Flaminius Nepos. P. Furius Philus seu Philo.*  
*Cn. Cornelius Scipio. M. Claudius Marcellus.*  
*P. Cornelius Scipio Afina. M. Minucius Rufus.*  
*M. Æmilius Lepidus II. M. Valerius Levinus.*  
*M. Livius Salinator. L. Æmilius Paullus.*  
*P. Cornelius Scipio. Tib. Sempronius Longus.*  
*Cn. Servilius Geminus. C. Flaminius Nepos II.*  
*C. Terentius Varro. L. Æmilius Paullus II.*  
*Tib. Sempronius Gracchus. Q. Fabius Max. Verrucosus III.*  
*Q. Fabius Max. Verrucosus IV. M. Claudius Marcellus II.*

| Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--------------------------------------|------|---|
| 1mus                                 | 2dus |   |
| 494                                  | 495  | a. 2.                                   |
| 495                                  | 496  | a. 3.                                   |
| 496                                  | 497  | a. 4.                                   |
| 497                                  | 498  | CXXXI. a. 1.                            |
| 498                                  | 499  | a. 2.                                   |
| 499                                  | 500  | a. 3.                                   |
| 500                                  | 501  | a. 4.                                   |
| 501                                  | 502  | CXXXII. a. 1.                           |
| 502                                  | 503  | a. 2.                                   |
| 503                                  | 504  | a. 3.                                   |
| 504                                  | 505  | a. 4.                                   |
| 505                                  | 506  | CXXXIII. a. 1.                          |
| 506                                  | 507  | a. 2.                                   |
| 507                                  | 508  | a. 3.                                   |
| 508                                  | 509  | a. 4.                                   |
| 509                                  | 510  | CXXXIV. a. 1.                           |
| 510                                  | 511  | a. 2.                                   |
| 511                                  | 512  | a. 3.                                   |
| 512                                  | 513  | a. 4.                                   |
| 513                                  | 514  | CXXXV. a. 1.                            |
| 514                                  | 515  | a. 2.                                   |
| 515                                  | 516  | a. 3.                                   |
| 516                                  | 517  | a. 4.                                   |
| 517                                  | 518  | CXXXVI. a. 1.                           |
| 518                                  | 519  | a. 2.                                   |
| 519                                  | 520  | a. 3.                                   |
| 520                                  | 521  | a. 4.                                   |
| 521                                  | 522  | CXXXVII. a. 1.                          |
| 522                                  | 523  | a. 2.                                   |
| 523                                  | 524  | a. 3.                                   |
| 524                                  | 525  | a. 4.                                   |
| 525                                  | 526  | CXXXVIII. a. 1.                         |
| 526                                  | 527  | a. 2.                                   |
| 527                                  | 528  | a. 3.                                   |
| 528                                  | 529  | a. 4.                                   |
| 529                                  | 530  | CXXXIX. a. 1.                           |
| 530                                  | 531  | a. 2.                                   |
| 531                                  | 532  | a. 3.                                   |
| 532                                  | 533  | a. 4.                                   |
| 533                                  | 534  | CXL. a. 1.                              |
| 534                                  | 535  | a. 2.                                   |
| 535                                  | 536  | a. 3.                                   |
| 536                                  | 537  | a. 4.                                   |
| 537                                  | 538  | CXLI. a. 1.                             |
| 538                                  | 539  | a. 2.                                   |
| 539                                  | 540  | a. 3.                                   |

FA.

( o )

# FASTI CONSULARES ROMANI

|   | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniaua. |
|---|---------------------|-------|---|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |   |
|   | 1mus                | 2dus  |   |
| <i>Q. Fabius Maximus. Tib. Sempronius Gracchus II.</i>        | 540                 | 541   | a. 4.                                   |
| <i>Q. Fulvius Flaccus III. Ap. Claudius Pulcher.</i>          | 541                 | 542   | CXLII. a. 1.                            |
| <i>Cn. Fulvius Centumalus. P. Sulpicius Galba Maximus.</i>    | 542                 | 543   | a. 2.                                   |
| <i>M. Claudius Marcellus III. M. Valerius Levinus II.</i>     | 543                 | 544   | a. 3.                                   |
| <i>Q. Fabius Maximus Verrucosus V. Q. Fulvius Flaccus IV.</i> | 544                 | 545   | a. 4.                                   |
| <i>M. Claudius Marcellus IV. T. Quinctius Crispinus.</i>      | 545                 | 546   | CXLIII. a. 1.                           |
| <i>C. Claudius Nero. M. Livius Salinator II.</i>              | 546                 | 547   | a. 2.                                   |
| <i>Q. Caelius Metellus. L. Veturius Philo.</i>                | 547                 | 548   | a. 3.                                   |
| <i>P. Cornelius Scipio Africanus. P. Licinius Crassus.</i>    | 548                 | 549   | a. 4.                                   |
| <i>M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus.</i>        | 549                 | 550   | CXLIV. a. 1.                            |
| <i>Cn. Servilius Capio. C. Servilius.</i>                     | 550                 | 551   | a. 2.                                   |
| <i>Tib. Claudius Nero. M. Servilius Geminus.</i>              | 551                 | 552   | a. 3.                                   |
| <i>Cn. Cornelius Lentulus. P. Aelius Patus.</i>               | 552                 | 553   | a. 4.                                   |
| <i>P. Sulpicius Galba Maximus II. C. Aurelius Cotta.</i>      | 553                 | 554   | CXLV. a. 1.                             |
| <i>L. Cornelius Lentulus. P. Villius Tappulus.</i>            | 554                 | 555   | a. 2.                                   |
| <i>T. Quinctius Flaminius. Sex. Aelius Patus Catus.</i>       | 555                 | 556   | a. 3.                                   |
| <i>C. Cornelius Cethegus. Q. Minutius Rufus.</i>              | 556                 | 557   | a. 4.                                   |
| <i>L. Furius Purpureo. M. Claudius Marcellus.</i>             | 557                 | 558   | CXLVI. a. 1.                            |
| <i>M. Porcius Cato. L. Valerius Flaccus.</i>                  | 558                 | 559   | a. 2.                                   |
| <i>P. Cornelius Scipio Afr. II. Tib. Sempronius Longus.</i>   | 559                 | 560   | a. 3.                                   |
| <i>L. Cornelius Merula. Q. Minutius Thermus.</i>              | 560                 | 561   | a. 4.                                   |
| <i>L. Quinctius Flaminius. Cn. Domitius Ahenobarbus.</i>      | 561                 | 562   | CXLVII. a. 1.                           |
| <i>M. Acilius Glabrio. P. Cornelius Scipio Nasica.</i>        | 562                 | 563   | a. 2.                                   |
| <i>L. Cornelius Scipio Asiaticus. C. Lelius.</i>              | 563                 | 564   | a. 3.                                   |
| <i>M. Fulvius Nobilior. Cn. Manlius Vulso.</i>                | 564                 | 565   | a. 4.                                   |
| <i>C. Livius Salinator. M. Valerius Messala.</i>              | 565                 | 566   | CXLVIII. a. 1.                          |
| <i>M. Aemilius Lepidus. C. Flaminius.</i>                     | 566                 | 567   | a. 2.                                   |
| <i>Sp. Postumius Albinus. Q. Martius Philippus.</i>           | 567                 | 568   | a. 3.                                   |
| <i>App. Claudius Pulcher. M. Sempronius Tuditanus.</i>        | 568                 | 569   | a. 4.                                   |
| <i>P. Claudius Pulcher. L. Porcius Licinius.</i>              | 569                 | 570   | CXLIX. a. 1.                            |
| <i>Q. Fabius Labeo. M. Claudius Marcellus.</i>                | 570                 | 571   | a. 2.                                   |
| <i>L. Aemilius Paullus. Cn. Babius Tamphilus.</i>             | 571                 | 572   | a. 3.                                   |
| <i>P. Cornelius Cethegus. M. Babius Tamphilus.</i>            | 572                 | 573   | a. 4.                                   |
| <i>A. Postumius Albinus. C. Calpurnius Piso.</i>              | 573                 | 574   | CL. a. 1.                               |
| <i>L. Manl. Acidinus Fulvianus. Q. Fulvius Flaccus.</i>       | 574                 | 575   | a. 2.                                   |
| <i>M. Junius Brutus. A. Manlius Vulso.</i>                    | 575                 | 576   | a. 3.                                   |
| <i>C. Claudius Pulcher. Tib. Sempronius Gracchus.</i>         | 576                 | 577   | a. 4.                                   |
| <i>Cn. Cornelius Scipio Hispalus. Q. Petilius Spurius.</i>    | 577                 | 578   | CLI. a. 1.                              |
| <i>P. Mucius Scaevola. M. Aemilius Lepidus II.</i>            | 578                 | 579   | a. 2.                                   |
| <i>Sp. Postumius Albinus. Q. Mucius Scaevola.</i>             | 579                 | 580   | a. 3.                                   |
| <i>L. Postumius Albinus. M. Popilius Lenas.</i>               | 580                 | 581   | a. 4.                                   |
| <i>C. Popilius Lenas. P. Aelius Ligur.</i>                    | 581                 | 582   | CLII. a. 1.                             |
| <i>P. Licinius Crassus. C. Cassius Longinus.</i>              | 582                 | 583   | a. 2.                                   |
| <i>A. Hostilius Mancinus. A. Atilius Serranus.</i>            | 583                 | 584   | a. 3.                                   |
| <i>Q. Martius Philippus II. Cn. Servilius Capio.</i>          | 584                 | 585   | a. 4.                                   |
| <i>L. Aemilius Paullus II. C. Licinius Crassus.</i>           | 585                 | 586   | CLIII. a. 1.                            |

FA-

❁ ( 0 ) ❁

# FASTI CONSULARES ROMANI.

*Q. Ælius Poetus. M. Junius Pennus.*  
*C. Sulpicius Gallus. M. Claudius Marcellus.*  
*T. Manlius Torquatus. Cn. Octavius Nepos.*  
*A. Manlius Torquatus. Q. Cassius Longinus.*  
*Tib. Sempronius Gracchus. Man. Juventius Thalna.*  
*P. Cornelius Scipio Nasica. C. Martius Figulus.*  
*M. Valerius Messala. C. Fannius Strabo.*  
*L. Anicius Gallus. M. Cornelius Cethegus.*  
*Cn. Cornelius Dolabella. M. Fulvius Nobilior.*  
*M. Æmilius Lepidus. C. Popilius Lenas II.*  
*Sex. Julius Caesar. L. Aurelius Orestes.*  
*L. Cornelius Lentulus Lupus. C. Martius Figulus II.*  
*P. Cornelius Scipio Nasica II. M. Claudius Marcellus II.*  
*Q. Opimius. L. Postumius Albinus.*  
*Q. Fulvius Nobilior. T. Annius Luscus.*  
*M. Claudius Marcellus III. L. Valerius Flaccus.*  
*L. Licinius Lucullus. A. Postumius Albinus.*  
*T. Quinctius Flaminius. Man. Acilius Balbus.*  
*L. Martius Censorinus. M. Manlius Manilius.*  
*Sp. Postumius Albinus. L. Calpurnius Piso Cæsonius.*  
*P. Cornelius Scipio Africanus. C. Livius Drusus.*  
*Cn. Cornelius Lentulus. L. Mummius.*  
*Q. Fabius Maximus Æmilianus. L. Hostilius Mancinus.*  
*Ser. Sulpicius Galba. L. Aurelius Costa.*  
*Ap. Claudius Pulcher. Q. Cecilius Metellus Macedon.*  
*C. Cecilius Metellus. Q. Fabius Maximus Servilianus.*  
*Cn. Servilius Capio. Q. Pompejus Rufus.*  
*C. Lælius Sapiens. Q. Servilius Capio.*  
*Cn. Calpurnius Piso. M. Popilius Lenas.*  
*P. Cornelius Scipio Nasica Serapio. Dec. Junius Brutus.*  
*M. Æmilius Lepidus Porcina. C. Hostilius Mancinus.*  
*P. Furius Philus. Sex. Atilius Serranus.*  
*Ser. Fulvius Flaccus. Q. Calpurnius Piso.*  
*P. Cornelius Scipio Africanus II. C. Fulvius Flaccus.*  
*P. Mutius Scaevola. L. Calpurnius Piso Frugi.*  
*P. Popilius Lenas. P. Rupilius.*  
*P. Licinius Crassus Mucianus. L. Valerius Flaccus.*  
*M. Perpenna. C. Claudius Pulcher.*  
*C. Sempronius Tuditanus. Man. Aquilius.*  
*Cn. Octavius. T. Annius Luscus Rufus.*  
*L. Cassius Longinus. L. Cornelius Cinna.*  
*M. Æmilius Lepidus. L. Aurelius Orestes.*  
*M. Plautius Hypsæus. M. Fulvius Flaccus.*  
*C. Cassius Longinus. C. Sextius Calvinus.*  
*Q. Cecilius Metellus Balearicus. T. Quinctius Flaminius.*  
*Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Fannius Strabo.*

| Annorum<br>ab. C. com-<br>putus laxus |      | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---------------------------------------|------|---|
| Imus                                  | 2dus |   |
| 586                                   | 587  | A. 2.                                   |
| 587                                   | 588  | A. 3.                                   |
| 588                                   | 589  | A. 4.                                   |
| 589                                   | 590  | CLIX. A. 5.                             |
| 590                                   | 591  | A. 2.                                   |
| 591                                   | 592  | A. 3.                                   |
| 592                                   | 593  | A. 4.                                   |
| 593                                   | 594  | CLX. A. 1.                              |
| 594                                   | 595  | A. 2.                                   |
| 595                                   | 596  | A. 3.                                   |
| 596                                   | 597  | A. 4.                                   |
| 597                                   | 598  | CLXI. A. 1.                             |
| 598                                   | 599  | A. 2.                                   |
| 599                                   | 600  | A. 3.                                   |
| 600                                   | 601  | A. 4.                                   |
| 601                                   | 602  | CLXII. A. 1.                            |
| 602                                   | 603  | A. 2.                                   |
| 603                                   | 604  | A. 3.                                   |
| 604                                   | 605  | A. 4.                                   |
| 605                                   | 606  | CLXIII. A. 1.                           |
| 606                                   | 607  | A. 2.                                   |
| 607                                   | 608  | A. 3.                                   |
| 608                                   | 609  | A. 4.                                   |
| 609                                   | 610  | CLXIV. A. 1.                            |
| 610                                   | 611  | A. 2.                                   |
| 611                                   | 612  | A. 3.                                   |
| 612                                   | 613  | A. 4.                                   |
| 613                                   | 614  | CLXV. A. 1.                             |
| 614                                   | 615  | A. 2.                                   |
| 615                                   | 616  | A. 3.                                   |
| 616                                   | 617  | A. 4.                                   |
| 617                                   | 618  | CLXVI. A. 1.                            |
| 618                                   | 619  | A. 2.                                   |
| 619                                   | 620  | A. 3.                                   |
| 620                                   | 621  | A. 4.                                   |
| 621                                   | 622  | CLXVII. A. 1.                           |
| 622                                   | 623  | A. 2.                                   |
| 623                                   | 624  | A. 3.                                   |
| 624                                   | 625  | A. 4.                                   |
| 625                                   | 626  | CLXVIII. A. 1.                          |
| 626                                   | 627  | A. 2.                                   |
| 627                                   | 628  | A. 3.                                   |
| 628                                   | 629  | A. 4.                                   |
| 629                                   | 630  | CLXIX. A. 1.                            |
| 630                                   | 631  | A. 2.                                   |
| 631                                   | 632  | A. 3.                                   |

Pars II.

H

FA-



❁❁❁ ( o ) ❁❁❁

## FASTI CONSULARES ROMANI.

|  |                                       | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |                       |
|--|---------------------------------------|--------------------------------------|---|-----------------------|
|  |                                       | Imus                                 | 2dus                                    |                       |
| <i>L. Opimius.</i>                     | <i>Q. Fab. Maximus Æmilianus.</i>     | 632                                  | 633                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>P. Manilius.</i>                    | <i>C. Papirius Carbo.</i>             | 633                                  | 634                                     | <i>CLXV. A. 1.</i>    |
| <i>L. Cæcilius Metellus.</i>           | <i>L. Aurelius Cotta.</i>             | 634                                  | 635                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>M. Porcius Cato.</i>                | <i>Q. Martius Rex.</i>                | 635                                  | 636                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>L. Cæcilius Metellus.</i>           | <i>Q. Mutius Scævola.</i>             | 636                                  | 637                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>C. Licinius Geta.</i>               | <i>Q. Fabius Maximus Eburnus.</i>     | 637                                  | 638                                     | <i>CLXVI. A. 1.</i>   |
| <i>M. Cæcilius Metellus.</i>           | <i>M. Æmilius Scaurus.</i>            | 638                                  | 639                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>Acilius Balbus.</i>                 | <i>C. Porcius Cato.</i>               | 639                                  | 640                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>C. Cæcilius Metellus.</i>           | <i>Cn. Papirius Carbo.</i>            | 640                                  | 641                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>M. Livius Drusus.</i>               | <i>L. Calpurnius Piso Cæsonius.</i>   | 641                                  | 642                                     | <i>CLXVII. A. 1.</i>  |
| <i>P. Cornelius Scipio Nasica.</i>     | <i>L. Calpurnius Bestia.</i>          | 642                                  | 643                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>M. Minucius Rufus.</i>              | <i>Sp. Postumius Albinus.</i>         | 643                                  | 644                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>Q. Cæcilius Metellus Numidicus.</i> | <i>M. Junius Silanus.</i>             | 644                                  | 645                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>Ser. Sulpitius Galba.</i>           | <i>M. Aurelius Scaurus.</i>           | 645                                  | 646                                     | <i>CLXVIII. A. 1.</i> |
| <i>L. Cassius Longinus.</i>            | <i>C. Marius.</i>                     | 646                                  | 647                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>Q. Servilius Cæpio.</i>             | <i>C. Atilius Serranus.</i>           | 647                                  | 648                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>P. Rutilius Rufus.</i>              | <i>Cn. Manlius Maximus.</i>           | 648                                  | 649                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>C. Marius II.</i>                   | <i>C. Flavius Fimbria.</i>            | 649                                  | 650                                     | <i>CLXIX. A. 1.</i>   |
| <i>C. Marius III.</i>                  | <i>L. Aurelius Orestes.</i>           | 650                                  | 651                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>C. Marius IV.</i>                   | <i>Q. Lutatius Catulus.</i>           | 651                                  | 652                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>C. Marius V.</i>                    | <i>M. Aquilius.</i>                   | 652                                  | 653                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>C. Marius VI.</i>                   | <i>L. Valerius Flaccus.</i>           | 653                                  | 654                                     | <i>CLXX. A. 1.</i>    |
| <i>M. Antonius.</i>                    | <i>A. Postumius Albinus.</i>          | 654                                  | 655                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>Q. Cæcilius Metellus Nepos.</i>     | <i>T. Didius.</i>                     | 655                                  | 656                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>Cn. Cornelius Lentulus.</i>         | <i>P. Licinius Crassus.</i>           | 656                                  | 657                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>Cn. Domitius Ahenobarbus.</i>       | <i>C. Cassius Longinus.</i>           | 657                                  | 658                                     | <i>CLXXI. A. 1.</i>   |
| <i>L. Licinius Crassus.</i>            | <i>Q. Mutius Scævola.</i>             | 658                                  | 659                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>C. Calpurnius Calvus.</i>           | <i>L. Domitius Ahenobarbus.</i>       | 659                                  | 660                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>C. Valerius Flaccus.</i>            | <i>M. Herennius.</i>                  | 660                                  | 661                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>C. Claudius Pulcher.</i>            | <i>M. Perpenna.</i>                   | 661                                  | 662                                     | <i>CLXXII. A. 1.</i>  |
| <i>L. Martius Philippus.</i>           | <i>Sex. Julius Cæsar.</i>             | 662                                  | 663                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>L. Julius Cæsar.</i>                | <i>P. Rutilius Lupus.</i>             | 663                                  | 664                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>Cn. Pompejus Strabo.</i>            | <i>L. Porcius Cato.</i>               | 664                                  | 665                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>L. Cornelius Sulla.</i>             | <i>Q. Pompejus Rufus.</i>             | 665                                  | 666                                     | <i>CLXXIII. 1.</i>    |
| <i>Cn. Octavius.</i>                   | <i>L. Cornelius Cinna.</i>            | 666                                  | 667                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>L. Cornelius Cinna II.</i>          | <i>C. Marius VII.</i>                 | 667                                  | 668                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>L. Cornelius Cinna III.</i>         | <i>Cn. Papirius Carbo.</i>            | 668                                  | 669                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>Cn. Papirius Carbo II.</i>          | <i>L. Cornelius Cinna IV.</i>         | 669                                  | 670                                     | <i>CLXXIV. A. 1.</i>  |
| <i>L. Cornelius Scipio Asiaticus.</i>  | <i>C. Norbanus Flaccus.</i>           | 670                                  | 671                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>C. Marius C. F. seu Junior.</i>     | <i>Cn. Papirius Carbo III.</i>        | 671                                  | 672                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>M. Tullius Decola.</i>              | <i>Cn. Cornelius Dolabella.</i>       | 672                                  | 673                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>L. Cornelius Sulla II.</i>          | <i>Q. Cæcilius Metellus Pius.</i>     | 673                                  | 674                                     | <i>CLXXV. A. 1.</i>   |
| <i>P. Servilius Vatia Isauricus.</i>   | <i>Ap. Claudius Pulcher.</i>          | 674                                  | 675                                     | <i>A. 2.</i>          |
| <i>M. Æmilius Lepidus.</i>             | <i>Q. Lutatius Catulus.</i>           | 675                                  | 676                                     | <i>A. 3.</i>          |
| <i>D. Junius Brutus.</i>               | <i>Mam. Æmilius Lepidus Livianus.</i> | 676                                  | 677                                     | <i>A. 4.</i>          |
| <i>Cn. Octavius.</i>                   | <i>C. Scribonius Curio.</i>           | 677                                  | 678                                     | <i>CLXXVI. A. 1.</i>  |

FA-

( 0 )

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---|---------------------|-------|---|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |   |
|   | Imus                | 2dus  |   |
| <i>L. Octavius. C. Aurelius Cotta.</i>                              | 678                 | 679   | a. 2.                                   |
| <i>L. Licinius Lucullus. M. Aurelius Cotta.</i>                     | 679                 | 680   | a. 3.                                   |
| <i>M. Terentius Varro Lucullus. C. Cassius Varus.</i>               | 680                 | 681   | a. 4.                                   |
| <i>L. Gellius Poplicola. Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.</i>      | 681                 | 682   | CLXXVII. a. 1.                          |
| <i>Cn. Aufidius Orestes. P. Cornelius Lentulus Sura.</i>            | 682                 | 683   | a. 2.                                   |
| <i>M. Licinius Crassus. Cn. Pompejus Magnus.</i>                    | 683                 | 684   | a. 3.                                   |
| <i>Q. Hortensius. Q. Caecilius Metellus Creticus.</i>               | 684                 | 685   | a. 4.                                   |
| <i>L. Caecilius Metellus. Q. Martius Rex.</i>                       | 685                 | 686   | CLXXVIII. a. 1.                         |
| <i>C. Calpurnius Piso. Man. Acilius Glabrio.</i>                    | 686                 | 687   | a. 2.                                   |
| <i>M. Aemilius Lepidus. L. Volcatius Tullus.</i>                    | 687                 | 688   | a. 3.                                   |
| <i>L. Aurelius Cotta. L. Manlius Torquatus.</i>                     | 688                 | 689   | a. 4.                                   |
| <i>L. Julius Caesar. C. Martius Figulus.</i>                        | 689                 | 690   | CLXXIX. a. 1.                           |
| <i>M. Tullius Cicero. C. Antonius.</i>                              | 690                 | 691   | a. 2.                                   |
| <i>D. Junius Silanus. L. Licinius Murena.</i>                       | 691                 | 692   | a. 3.                                   |
| <i>M. Pupius Piso. M. Valerius Messala Niger.</i>                   | 692                 | 693   | a. 4.                                   |
| <i>Q. Caecilius Metellus Celer. L. Afranius.</i>                    | 693                 | 694   | CLXXX. a. 1.                            |
| <i>C. Julius Caesar. M. Calpurnius Bibulus.</i>                     | 694                 | 695   | a. 2.                                   |
| <i>L. Calpurnius Piso Caesonius. A. Gabinus.</i>                    | 695                 | 696   | a. 3.                                   |
| <i>P. Cornelius Lentulus Spintber. Q. Caecilius Metellus Nepos.</i> | 696                 | 697   | a. 4.                                   |
| <i>Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus. L. Martius Philippus.</i>    | 697                 | 698   | CLXXXI. a. 1.                           |
| <i>Cn. Pompejus Magnus II. M. Licinius Crassus II.</i>              | 698                 | 699   | a. 2.                                   |
| <i>L. Domitius Abenobarbus. Ap. Claudius Pulcher.</i>               | 699                 | 700   | a. 3.                                   |
| <i>Cn. Domitius Calvinus. M. Valerius Messala.</i>                  | 700                 | 701   | a. 4.                                   |
| <i>Cn. Pompejus Magnus III. Q. Caecilius Metellus Scipio.</i>       | 701                 | 702   | CLXXXII. a. 1.                          |
| <i>Ser. Sulpitius Rufus. M. Claudius Marcellus.</i>                 | 702                 | 703   | a. 2.                                   |
| <i>L. Aemilius Paullus. C. Claudius Marcellus.</i>                  | 703                 | 704   | a. 3.                                   |
| <i>C. Claudius Marcellus II. L. Cornelius Lentulus Crus.</i>        | 704                 | 705   | a. 4.                                   |
| <i>C. Julius Caesar II. P. Servilius Vatia Isauricus.</i>           | 705                 | 706   | CLXXXIII. a. 1.                         |
| <i>Q. Fufius Calenus. P. Vatinius.</i>                              | 706                 | 707   | a. 2.                                   |
| <i>C. Julius Caesar III. M. Aemilius Lepidus.</i>                   | 707                 | 708   | a. 3.                                   |
| <i>C. Julius Caesar IV. sine collega.</i>                           | 708                 | 709   | a. 4.                                   |
| <i>C. Julius Caesar V. M. Antonius.</i>                             | 709                 | 710   | CLXXXIV. a. 1.                          |
| <i>C. Vibius Pansa. A. Hirtius.</i>                                 | 710                 | 711   | a. 2.                                   |
| <i>L. Munatius Plancus. M. Aemilius Lepidus II.</i>                 | 711                 | 712   | a. 3.                                   |
| <i>L. Antonius. P. Servilius Vatia Isauricus II.</i>                | 712                 | 713   | a. 4.                                   |
| <i>Cn. Domitius Calvinus II. G. Asinius Pollio.</i>                 | 713                 | 714   | CLXXXV. a. 1.                           |
| <i>L. Martius Censorinus. C. Calvisius Sabinus.</i>                 | 714                 | 715   | a. 2.                                   |
| <i>App. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus.</i>                  | 715                 | 716   | a. 3.                                   |
| <i>M. P. S. Agrippa. L. Caninius Gallus.</i>                        | 716                 | 717   | a. 4.                                   |
| <i>L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerva.</i>                     | 717                 | 718   | CLXXXVI. a. 1.                          |
| <i>L. Cornificius. Sext. Pompejus.</i>                              | 718                 | 719   | a. 2.                                   |
| <i>L. Scribonius Libo. L. Sempromius Atratinus.</i>                 | 719                 | 720   | a. 3.                                   |
| <i>Augustus Caesar II. L. Volcatius Tullus.</i>                     | 720                 | 721   | a. 4.                                   |
| <i>Cn. Domitius Abenobarbus. C. Sossus.</i>                         | 721                 | 722   | CLXXXVII. a. 1.                         |
| <i>Augustus Caesar III. M. Valerius Messala Corvinus.</i>           | 722                 | 723   | a. 2.                                   |
| <i>Augustus Caesar IV. M. Licinius Crassus.</i>                     | 723                 | 724   | a. 3.                                   |

FA.

( 0 )

## FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum             |       | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---|---------------------|-------|---|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |   |
|   | 1mus                | 2dus  |   |
| <i>Augustus Caesar P. Sext. Appulejus.</i>                        | 724                 | 725   | a. 4.                                   |
| <i>Augustus Caesar VI. M. Vipsanius Agrippa II.</i>               | 725                 | 726   | CLXXXVIII. a. 1.                        |
| <i>Imp. Augustus Caesar VII. M. Vipsanius Agrippa III.</i>        | 726                 | 727   | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Augustus Caesar VIII. T. Statilius Taurus II.</i>         | 727                 | 728   | a. 3.                                   |
| <i>Imp. Augustus Caesar IX. M. Junius Silanus.</i>                | 728                 | 729   | a. 4.                                   |
| <i>Imp. Augustus Caesar X. C. Norbanus Flaccus.</i>               | 729                 | 730   | CLXXXIX. a. 1.                          |
| <i>Imp. Augustus Caesar XI. Cn. Calpurnius Piso.</i>              | 730                 | 731   | a. 2.                                   |
| <i>M. Claudius Marcellus Aferinus. L. Aruncius Nepos.</i>         | 731                 | 732   | a. 3.                                   |
| <i>Q. Aemilius Lepidus. M. Lollius.</i>                           | 732                 | 733   | a. 4.                                   |
| <i>M. Appuleius Nepos. P. Silius Nerva.</i>                       | 733                 | 734   | CXC. a. 1.                              |
| <i>Q. Lucretius Cinna Vespillo. G. Sentiarius Saturninus.</i>     | 734                 | 735   | a. 2.                                   |
| <i>P. Cornelius Lentulus Martellinus. Cn. Cornelius Lentulus.</i> | 735                 | 736   | a. 3.                                   |
| <i>G. Furnius. C. Junius Silanus.</i>                             | 736                 | 737   | a. 4.                                   |
| <i>L. Domitius Ahenobarbus. P. Cornelius Scipio.</i>              | 737                 | 738   | CXCI. a. 1.                             |
| <i>M. Livius Drusus Libo. Calpurnius Piso.</i>                    | 738                 | 739   | a. 2.                                   |
| <i>M. Licinius Crassus. Cn. Cornelius Lentulus.</i>               | 739                 | 740   | a. 3.                                   |
| <i>Tib. Claudius Nero. P. Quinctilius Varus.</i>                  | 740                 | 741   | a. 4.                                   |
| <i>M. Valerius Messala Barbatus. P. Sulpitius Quirinus.</i>       | 741                 | 742   | CXCII. a. 1.                            |
| <i>Paulus Fabius Maximus. Q. Aelius Tubero.</i>                   | 742                 | 743   | a. 2.                                   |
| <i>Julius Antonius. Q. Fabius Maximus Africanus.</i>              | 743                 | 744   | a. 3.                                   |
| <i>Nero Claudius Drusus. F. Quinctilius Crispinus.</i>            | 744                 | 745   | a. 4.                                   |
| <i>C. Martius Censorinus. G. Asinius Gallus.</i>                  | 745                 | 746   | CXCIII. a. 1.                           |
| <i>Tiberius Claudius Nero II. Cn. Calpurnius Piso.</i>            | 746                 | 747   | a. 2.                                   |
| <i>Dec. Lelius Balbus. C. Antistius Vetus.</i>                    | 747                 | 748   | a. 3.                                   |
| <i>Imp. Augustus Caesar XII. L. Cornelius Sulla.</i>              | 748                 | 749   | a. 4.                                   |
| <i>G. Calvisius Sabinus. L. Passenus Rufus.</i>                   | 749                 | 750   | CXCIV. a. 1.                            |
| <i>L. Cornelius Lentulus. M. Valerius Messalinus.</i>             | 750                 | 751   | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Augustus Caesar XIII. M. Plantius Silvanus.</i>           | 751                 | 752   | a. 3.                                   |
| <i>Cossus Cornelius Lentulus. L. Calpurnius Piso.</i>             | 752                 | 753   | a. 4.                                   |

## FASTI CONSULARES ROMANI,

|  | Annorum             |       | Anni<br>ære<br>Christi. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|---------------------|-------|-------------------------|---|
|  | U. C. com-<br>putus | laxus |                         |   |
|  | 1mus                | 2dus  |                         |   |
| <i>Cajus Caesar. L. Aemilius Paulus.</i>                         | 753                 | 754   | 1                       | CXCV. a. 1.                             |
| <i>P. Vinicius Nepos. P. Asinius Varus.</i>                      | 754                 | 755   | 2                       | a. 2.                                   |
| <i>L. Aelius Lamia. M. Servilius Geminus.</i>                    | 755                 | 756   | 3                       | a. 3.                                   |
| <i>Sext. Aelius Catus. C. Sentiarius Saturninus.</i>             | 756                 | 757   | 4                       | a. 4.                                   |
| <i>L. Valerius Messala Volusus. Cn. Cornelius Cinna Magnus.</i>  | 757                 | 758   | 5                       | CXCVI. a. 1.                            |
| <i>M. Aemilius Lepidus. L. Aruncius Nepos.</i>                   | 758                 | 759   | 6                       | a. 2.                                   |
| <i>A. Licinius Nerva Silanus. Q. Cæcilius Metellus Creticus.</i> | 759                 | 760   | 7                       | a. 3.                                   |
| <i>M. Furius Camillus. Sex. Nonius Quinctilianus.</i>            | 760                 | 761   | 8                       | a. 4.                                   |
| <i>C. Poppæus Sabinus. Q. Sulpicius Camerinus.</i>               | 761                 | 762   | 9                       | CXCVII. a. 1.                           |
| <i>P. Cornelius Dolabella. C. Junius Silanus.</i>                | 762                 | 763   | 10                      | a. 2.                                   |
| <i>M. Aemilius Lepidus. T. Statilius Taurus.</i>                 | 763                 | 764   | 11                      | a. 3.                                   |
| <i>Germanicus Caesar. C. Fonteius Capito.</i>                    | 764                 | 765   | 12                      | a. 4.                                   |
| <i>C. Silius Nepos. L. Munatius Plancus.</i>                     | 765                 | 766   | 13                      | CXCVIII. a. 1.                          |

FA-

( o )

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum             |       | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---|---------------------|-------|------------------------|---|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |                        |   |
|   | 1mus                | 2dus  |                        |   |
| <i>Sext. Pompeius. Sext. Appuleius.</i>   | 766                 | 767   | 14                     | a. 2.                                   |
| <i>Drusus Tib. F. Cesar. C. Norbanus Flaccus.</i>                                   | 767                 | 768   | 15                     | a. 3.                                   |
| <i>T. Statilius Sisenna Taurus. L. Scribonius Libo.</i>                             | 768                 | 769   | 16                     | a. 4.                                   |
| <i>C. Cæcilius Rufus. L. Pomponius Flaccus Græcinus.</i>                            | 769                 | 770   | 17                     | CXCIX. a. 1.                            |
| <i>Tiberius Cesar III. Germanicus Cesar II.</i>                                     | 770                 | 771   | 18                     | a. 2.                                   |
| <i>M. Junius Silanus. L. Norbanus Flaccus Balbus.</i>                               | 771                 | 772   | 19                     | a. 3.                                   |
| <i>M. Valerius Messala. M. Aurelius Cotta.</i>                                      | 772                 | 773   | 20                     | a. 4.                                   |
| <i>Imp. Tiberius IV. Drusus Cesar, Tib. F. II.</i>                                  | 773                 | 774   | 21                     | CC. a. 1.                               |
| <i>C. Sulpicius Galba. D. Haterius Agrippa.</i>                                     | 774                 | 775   | 22                     | a. 2.                                   |
| <i>C. Asinius Pollio. C. Antistius Vetus.</i>                                       | 775                 | 776   | 23                     | a. 3.                                   |
| <i>Ser. Cornelius Cethegus. L. Vitellius Varro.</i>                                 | 776                 | 777   | 24                     | a. 4.                                   |
| <i>Cossus Cornelius Lentulus. M. Asinius Agrippa.</i>                               | 777                 | 778   | 25                     | CCI. a. 1.                              |
| <i>Cn. Cornelius Lentulus Getulicus. C. Calvisius Sabinus.</i>                      | 778                 | 779   | 26                     | a. 2.                                   |
| <i>M. Licinius Crassus. L. Calpurnius Piso.</i>                                     | 779                 | 780   | 27                     | a. 3.                                   |
| <i>Ap. Junius Silanus. P. Silius Nerva.</i>   | 780                 | 781   | 28                     | a. 4.                                   |
| <i>C. Rubellius Geminus. C. Fusius Geminus.</i>                                     | 781                 | 782   | 29                     | CCII. a. 1.                             |
| <i>M. Vinicius Quartinus. C. Cassius Longinus.</i>                                  | 782                 | 783   | 30                     | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Tiberius Cesar V. L. Ælius Seianus.</i>                                     | 783                 | 784   | 31                     | a. 3.                                   |
| <i>Cn. Domitius Abenobarbus. A. Vitellius.</i>                                      | 784                 | 785   | 32                     | a. 4.                                   |
| <i>Ser. Sulpicius Galba. L. Cornelius Sulla.</i>                                    | 785                 | 786   | 33                     | CCIII. a. 1.                            |
| <i>Paullus Fabius Persicus. L. Vitellius Nepos.</i>                                 | 786                 | 787   | 34                     | a. 2.                                   |
| <i>C. Cestius Gallus Camerinus. M. Servilius Rufus Nonianus.</i>                    | 787                 | 788   | 35                     | a. 3.                                   |
| <i>Q. Plautius Lelianus. Sext. Papinius Gallenus.</i>                               | 788                 | 789   | 36                     | a. 4.                                   |
| <i>Cn. Acerronius Proculus. C. Pontius Nigrinus.</i>                                | 789                 | 790   | 37                     | CCIV. a. 1.                             |
| <i>M. Aquilius Julianus. P. Nonius Asprenas.</i>                                    | 790                 | 791   | 38                     | a. 2.                                   |
| <i>Imp. C. Caligula II. L. Apronius Caspianus.</i>                                  | 791                 | 792   | 39                     | a. 3.                                   |
| <i>Imp. C. Caligula III. cui suffecti. L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerva.</i> | 792                 | 793   | 40                     | a. 4.                                   |
| <i>Imp. C. Caligula IV. Cn. Sentius Saturninus.</i>                                 | 793                 | 794   | 41                     | CCV. a. 1.                              |
| <i>Imp. Tib. Claudius II. C. Licinius Cæcina Largus.</i>                            | 794                 | 795   | 42                     | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Tib. Claudius III. L. Vitellius II.</i>                                     | 795                 | 796   | 43                     | a. 3.                                   |
| <i>Cn. Vibius Crispus II. T. Statilius Taurus.</i>                                  | 796                 | 797   | 44                     | a. 4.                                   |
| <i>M. Vinicius Quartinus II. M. Statilius Corvinus.</i>                             | 797                 | 798   | 45                     | CCVI. a. 1.                             |
| <i>C. Valerius Asiaticus II. M. Junius Silanus.</i>                                 | 798                 | 799   | 46                     | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Tib. Claudius IV. L. Vitellius III.</i>                                     | 799                 | 800   | 47                     | a. 3.                                   |
| <i>A. Vitellius Nepos. L. Vipsanius Poplicola.</i>                                  | 800                 | 801   | 48                     | a. 4.                                   |
| <i>C. Pompeius Longinus Gallus. Q. Veranius.</i>                                    | 801                 | 802   | 49                     | CCVII. a. 1.                            |
| <i>C. Antistius Vetus. M. Suillius Rufus.</i>                                       | 802                 | 803   | 50                     | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Tib. Claudius V. Ser. Cornelius Scipio Orpbitus.</i>                        | 803                 | 804   | 51                     | a. 3.                                   |
| <i>Cornelius Faustus Sylla. L. Salvius Otho Titianus.</i>                           | 804                 | 805   | 52                     | a. 4.                                   |
| <i>D. Junius Silanus. Q. Haterius Antoninus.</i>                                    | 805                 | 806   | 53                     | CCVIII. a. 1.                           |
| <i>M. Asinius Marcellus. Man. Acilius Aviola.</i>                                   | 806                 | 807   | 54                     | a. 2.                                   |
| <i>Imp. Nero. L. Antistius Vetus.</i>   | 807                 | 808   | 55                     | a. 3.                                   |
| <i>Q. Volusius Saturninus. P. Cornelius Scipio.</i>                                 | 808                 | 809   | 56                     | a. 4.                                   |
| <i>Imp. Nero II. L. Calpurnius Piso.</i>  | 809                 | 810   | 57                     | CCIX. a. 1.                             |
| <i>Imp. Nero III. M. Valerius Messala.</i>  | 810                 | 811   | 58                     | a. 2.                                   |

• Pars II.

I

FA.

# FASTI CONSULARES ROMANI

|   | Annorum             |       | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---|---------------------|-------|------------------------|---|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |                        |   |
|   | Imus                | 2dus  |                        |   |
| <i>C. Vipsanius Poplicola Apronianus. C. Fonteius Capito.</i>             | 811                 | 812   | 59                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>Imp. Nero IV. Cossus Cornelius Lentulus.</i>                           | 812                 | 813   | 60                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>C. Casonius Pætus. C. Petronius Sabinus Turpilianus.</i>               | 813                 | 814   | 61                     | CCX. <i>A. 1.</i>                       |
| <i>P. Marius Celsus. L. Asinius Gallus.</i>                               | 814                 | 815   | 62                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>L. Memmius Regulus. Paulus Virginius Rufus.</i>                        | 815                 | 816   | 63                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>C. Lecanius Bassus. M. Licinius Crassus Frugi.</i>                     | 816                 | 817   | 64                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>P. Silius Nerva. C. Julius Atticus Vestinus.</i>                       | 817                 | 818   | 65                     | CCXI. <i>A. 1.</i>                      |
| <i>C. Suetonius Paulinus. L. Pontius Telesinus.</i>                       | 818                 | 819   | 66                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>L. Fontesius Capito. C. Julius Rufus.</i>                              | 819                 | 820   | 67                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>C. Silius Italicus. M. Galerius Trachalus Turpilianus.</i>             | 820                 | 821   | 68                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>Imp. Sulpicius Galba II. T. Vinus Rufinus.</i>                         | 821                 | 822   | 69                     | CCXII. <i>A. 1.</i>                     |
| <i>T. Flavius Vespasianus Aug. II. Titus Vespasianus Caesar.</i>          | 822                 | 823   | 70                     | <i>A. 2.</i>                            |
| Not. T. Flavius Domitianus A. hoc & A. 74. 75. 76.<br>77. suffectus fuit. |                     |       |                        |   |
| <i>T. Fl. Vespasianus Aug. III. M. Cocceius Nerva.</i>                    | 823                 | 824   | 71                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>T. Fl. Vespasianus Aug. IV. Titus Vespasianus Caesar II.</i>           | 824                 | 825   | 72                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>T. Flavius Domitianus II. M. Valerius Messalinus.</i>                  | 825                 | 826   | 73                     | CCXIII. <i>A. 1.</i>                    |
| <i>T. Fl. Vespasianus V. Titus Vespasianus Caesar III.</i>                | 826                 | 827   | 74                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>T. Fl. Vespasianus Aug. VI. Titus Vespasianus Caesar IV.</i>           | 827                 | 828   | 75                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>T. Fl. Vespasianus Aug. VII. Titus Vespasianus Caesar V.</i>           | 828                 | 829   | 76                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>T. Fl. Vespasianus Aug. VIII. Titus Vespasianus Caesar VI.</i>         | 829                 | 830   | 77                     | CCXIV. <i>A. 1.</i>                     |
| <i>L. Ceionius Commodus Verus. C. Cornelius Priscus.</i>                  | 830                 | 831   | 78                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>T. Fl. Vespasianus Aug. IX. Titus Vespasianus Caesar VII.</i>          | 831                 | 832   | 79                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>Imp. Titus Vespasianus VIII. T. Fl. Domitianus VII.</i>                | 832                 | 833   | 80                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>M. Plautius Sylvanus. M. Annus Verus Pollio.</i>                       | 833                 | 834   | 81                     | CCXV. <i>A. 1.</i>                      |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus VIII. T. Flavius Sabinus.</i>                   | 834                 | 835   | 82                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus IX. T. Virginus Rufus II.</i>                   | 835                 | 836   | 83                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus X. Ap. Junius Sabinus.</i>                      | 836                 | 837   | 84                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus XI. T. Aurelius Fulvius.</i>                    | 837                 | 838   | 85                     | CCXVI. <i>A. 1.</i>                     |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus XII. Ser. Cornelius Dolabella.</i>              | 838                 | 839   | 86                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>Imp. T. Flav. Domitianus XIII. A. Volusius Saturninus.</i>             | 839                 | 840   | 87                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus XIV. Minutius Rufus.</i>                        | 840                 | 841   | 88                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>T. Aurelius Fulvius II. A. Sempronius Atratinus.</i>                   | 841                 | 842   | 89                     | CCXVII. <i>A. 1.</i>                    |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus XV. M. Cocceius Nerva II.</i>                   | 842                 | 843   | 90                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>M. Ulpus Trajanus. M. Acilius Glabrio.</i>                             | 843                 | 844   | 91                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus XVI. A. Volusius Saturninus II.</i>             | 844                 | 845   | 92                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>Sex. Pompeius Collega. Cornelius Priscus.</i>                          | 845                 | 846   | 93                     | CCXVIII. <i>A. 1.</i>                   |
| <i>L. Nonius Asprenas Torquatus. M. Aricinius Clemens.</i>                | 846                 | 847   | 94                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>Imp. T. Fl. Domitianus XVII. T. Flavius Clemens.</i>                   | 847                 | 848   | 95                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>C. Fulvius Valens. C. Antistius Vetus.</i>                             | 848                 | 849   | 96                     | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>Imp. Cocceius Nerva III. T. Virginus Rufus III.</i>                    | 849                 | 850   | 97                     | CCXIX. <i>A. 1.</i>                     |
| <i>Imp. Cocceius Nerva IV. M. Ulpus Trajanus II.</i>                      | 850                 | 851   | 98                     | <i>A. 2.</i>                            |
| <i>C. Sosius Senecio II. A. Cornelius Palma.</i>                          | 851                 | 852   | 99                     | <i>A. 3.</i>                            |
| <i>Imp. M. Ulpus Trajanus III. M. Cornelius Fronto III.</i>               | 852                 | 853   | 100                    | <i>A. 4.</i>                            |
| <i>Imp. Ulpus Trajanus IV. Sex. Ariculens Pætus.</i>                      | 853                 | 854   | 101                    | CCXX. <i>A. 1.</i>                      |
| <i>C. Sosius Senecio III. L. Licinius Sura II.</i>                        | 854                 | 855   | 102                    | <i>A. 2.</i>                            |



( 0 )

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Anni<br>æra<br>Christ. | Olympiades<br>ex. methodo<br>Varroniana. |
|--|--------------------------------------|------|------------------------|--|
|  | Imus                                 | 2dus |                        |  |
| <i>Imp. Ulpus Trajanus V. L. Appias Maximus.</i>                       | 855                                  | 856  | 103                    | A. 3.                                    |
| <i>Suranus. P. Neratius Marcellus.</i>                                 | 856                                  | 857  | 104                    | A. 4.                                    |
| <i>Tib. Julius Candidus II. A. Julius Quadratus II.</i>                | 857                                  | 858  | 105                    | CCXXI. A. 1.                             |
| <i>L. Ceionius Commodus Verus. L. Tutius Cerealis.</i>                 | 858                                  | 859  | 106                    | A. 2.                                    |
| <i>C. Sossus Senecio IV. I. Licinius Sura III.</i>                     | 859                                  | 860  | 107                    | A. 3.                                    |
| <i>Ap. Annius Trebonius Gallus. M. Attilius Metilius Bradua.</i>       | 860                                  | 861  | 108                    | A. 4.                                    |
| <i>A. Cornelius Palma II. G. Calvinus Tullus II.</i>                   | 861                                  | 862  | 109                    | CCXXII. A. 1.                            |
| <i>Clodius Crispinus. Solenus Orphitus.</i>                            | 862                                  | 863  | 110                    | A. 2.                                    |
| <i>C. Calpurnius Piso. Vettius Rusticus Bolanus.</i>                   | 863                                  | 864  | 111                    | A. 3.                                    |
| <i>Imp. Ulpus Trajanus VI. C. Julius Africanus.</i>                    | 864                                  | 865  | 112                    | A. 4.                                    |
| <i>L. Publilius Celsus II. C. Clodius Crispinus.</i>                   | 865                                  | 866  | 113                    | CCXXIII. A. 1.                           |
| <i>Q. Servilius Hasta. P. Manilius Vopiscus.</i>                       | 866                                  | 867  | 114                    | A. 2.                                    |
| <i>M. Valerius Messala. C. Popilius Carus Peto.</i>                    | 867                                  | 868  | 115                    | A. 3.                                    |
| <i>Emilius Aelianus. L. Antistius Vetus.</i>                           | 868                                  | 869  | 116                    | A. 4.                                    |
| <i>Quinctius Niger. T. Viparianus Apronianus.</i>                      | 869                                  | 870  | 117                    | CCXXIV. A. 1.                            |
| <i>Imp. Caesar Aelius Hadrianus II. Tib. Claud. Fuscus Salinator</i>   | 870                                  | 871  | 118                    | A. 2.                                    |
| <i>Imp. Caesar Aelius Hadrianus III. Q. Junius Rusticus.</i>           | 871                                  | 872  | 119                    | A. 3.                                    |
| <i>L. Catilius Severus. T. Aurelius Fulvius.</i>                       | 872                                  | 873  | 120                    | A. 4.                                    |
| <i>M. Annius Verus II. L. Augur.</i>                                   | 873                                  | 874  | 121                    | CCXXV. A. 1.                             |
| <i>Man. Acilius Aviola. C. Cornelius Pansa.</i>                        | 874                                  | 875  | 122                    | A. 2.                                    |
| <i>Q. Arius Pectinus. C. Ventidius Apronianus.</i>                     | 875                                  | 876  | 123                    | A. 3.                                    |
| <i>Man. Acilius Glabrio. C. Bellitius Torquatus.</i>                   | 876                                  | 877  | 124                    | A. 4.                                    |
| <i>P. Cornelius Scipio Asiaticus II. Q. Vettius Aquilinus.</i>         | 877                                  | 878  | 125                    | CCXXVI. A. 1.                            |
| <i>Vespronius Candidus Verus II. Ambiguus Bibulus.</i>                 | 878                                  | 879  | 126                    | A. 2.                                    |
| <i>Galicanus. Calius Titianus.</i>                                     | 879                                  | 880  | 127                    | A. 3.                                    |
| <i>L. Nonius Asprenas Torquat. M. Annius Libo.</i>                     | 880                                  | 881  | 128                    | A. 4.                                    |
| <i>P. Juventius Celsus II. Q. Julius Balbus.</i>                       | 881                                  | 882  | 129                    | CCXXVII. A. 1.                           |
| <i>Q. Fabius Catullinus. M. Flavius Aper.</i>                          | 882                                  | 883  | 130                    | A. 2.                                    |
| <i>Ser. Octavius Lanas Pontianus. M. Antonius Rufinus.</i>             | 883                                  | 884  | 131                    | A. 3.                                    |
| <i>Sentius Augurinus. Arrius Severianus.</i>                           | 884                                  | 885  | 132                    | A. 4.                                    |
| <i>Hiberus. Jun. Silanus Sisenna.</i>                                  | 885                                  | 886  | 133                    | CCXXVIII. A. 1.                          |
| <i>C. Jul. Servil. Ursus Severianus II. C. Vibius Juventius Verus.</i> | 886                                  | 887  | 134                    | A. 2.                                    |
| <i>Pompejanus Lupercus. L. Junius Atticus.</i>                         | 887                                  | 888  | 135                    | A. 3.                                    |
| <i>L. Ceionius Commodus Verus. Sex. Veturius Pompejanus.</i>           | 888                                  | 889  | 136                    | A. 4.                                    |
| <i>L. Aelius Verus Caesar II. P. Calius Balbinus.</i>                  | 889                                  | 890  | 137                    | CCXXIX. A. 1.                            |
| <i>Sulpicius Camerinus. Quinctius Niger Magnus.</i>                    | 890                                  | 891  | 138                    | A. 2.                                    |
| <i>Antoninus Pius Aug. II. Bruttius Prasens.</i>                       | 891                                  | 892  | 139                    | A. 3.                                    |
| <i>Antoninus Pius Aug. III. M. Aurelius Caesar.</i>                    | 892                                  | 893  | 140                    | A. 4.                                    |
| <i>M. Peducaus Syloga Priscinus. T. Hoenius Severus.</i>               | 893                                  | 894  | 141                    | CCXXX. A. 1.                             |
| <i>L. Cuspius Rufinus. L. Statius Quadratus.</i>                       | 894                                  | 895  | 142                    | A. 2.                                    |
| <i>G. Bellicius Torquatus. Tib. Claud. Atticus Herodes.</i>            | 895                                  | 896  | 143                    | A. 3.                                    |
| <i>Lollianus Avitus. C. Gavius Maximus.</i>                            | 896                                  | 897  | 144                    | A. 4.                                    |
| <i>Antoninus Pius Aug. IV. M. Aurelius Caesar II.</i>                  | 897                                  | 898  | 145                    | CCXXXI. A. 1.                            |
| <i>Sex. Erucius Clarus II. Cn. Claudius Severus.</i>                   | 898                                  | 899  | 146                    | A. 2.                                    |
| <i>M. Valerius Largus. M. Valerius Messalinus.</i>                     | 899                                  | 900  | 147                    | A. 3.                                    |
| <i>C. Bellicius Torquatus II. M. Salvius Julianus.</i>                 | 900                                  | 901  | 148                    | A. 4.                                    |

FA-

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum             |       | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|---------------------|-------|------------------------|---|
|  | U. C. com-<br>putus | laxus |                        |   |
|  | Imus                | 2dus  |                        |   |
| <i>Ser. Corn. Scipio Orpbitus. Q. Nonius Priscus.</i>              | 901                 | 902   | 149                    | CCXXXII. a. 1.                          |
| <i>Romulus Gallicanus. Antistius Vetus.</i>                        | 902                 | 903   | 150                    | a. 2.                                   |
| <i>Sex. Quintilius Gordianus. Sex. Quintilius Maximus.</i>         | 903                 | 904   | 151                    | a. 3.                                   |
| <i>Sex. Acilius Glabrio. C. Valerius Ormollus Verianus.</i>        | 904                 | 905   | 152                    | a. 4.                                   |
| <i>Bruttius Prasens II. Antonius Rufinus.</i>                      | 905                 | 906   | 153                    | CCXXXIII. a. 1.                         |
| <i>L. Aurelius Verus Caesar. Sextilius Lateranus.</i>              | 906                 | 907   | 154                    | a. 2.                                   |
| <i>C. Julius Severus. M. Rufinus Sabinianus.</i>                   | 907                 | 908   | 155                    | a. 3.                                   |
| <i>Plautius Sylvanus. Sentius Augurinus.</i>                       | 908                 | 909   | 156                    | a. 4.                                   |
| <i>Barbatus. Regulus.</i>  | 909                 | 910   | 157                    | CCXXXIV. a. 1.                          |
| <i>Qu. Flavius Tertullus. Licinius Sacerdos.</i>                   | 910                 | 911   | 158                    | a. 2.                                   |
| <i>Plautius Quintillius. Stadius Priscus.</i>                      | 911                 | 912   | 159                    | a. 3.                                   |
| <i>T. Vibius Barus. Ap. Annius Bradua.</i>                         | 912                 | 913   | 160                    | a. 4.                                   |
| <i>M. Aurelius Caesar III. Lucius Verus Caesar II.</i>             | 913                 | 914   | 161                    | CCXXXV. a. 1.                           |
| <i>Q. Junius Rusticus. Vettius Aquilinus.</i>                      | 914                 | 915   | 162                    | a. 2.                                   |
| <i>Papyrius Ælianus. Junius Pastor.</i>                            | 915                 | 916   | 163                    | a. 3.                                   |
| <i>L. Julius Macrinus. C. Cornelius Celsus.</i>                    | 916                 | 917   | 164                    | a. 4.                                   |
| <i>Servilius Pudens. L. Corn. Scipio Orpbitus.</i>                 | 917                 | 918   | 165                    | CCXXXVI. a. 1.                          |
| <i>Servilius Pudens II. T. Vitrasius Pollio.</i>                   | 918                 | 919   | 166                    | a. 2.                                   |
| <i>Lucius Verus Imp. III. T. Numidius Quadratus.</i>               | 919                 | 920   | 167                    | a. 3.                                   |
| <i>L. Vettius Paulus. Junius Montanus.</i>                         | 920                 | 921   | 168                    | a. 4.                                   |
| <i>Sofus Priscus. Q. Calius Apollinaris.</i>                       | 921                 | 922   | 169                    | CCXXXVII. a. 1.                         |
| <i>Aurelius Severus Cæbæus. L. Junius Clarus.</i>                  | 922                 | 923   | 170                    | a. 2.                                   |
| <i>L. Septimius Severus II. Herennianus.</i>                       | 923                 | 924   | 171                    | a. 3.                                   |
| <i>Claudius Maximus. Corn. Scipio Orpbitus.</i>                    | 924                 | 925   | 172                    | a. 4.                                   |
| <i>Claudius Severus. Claudius Pompejanus.</i>                      | 925                 | 926   | 173                    | CCXXXVIII. a. 1.                        |
| <i>Ap. Annius Trebonius Gallus. Flaccus.</i>                       | 926                 | 927   | 174                    | a. 2.                                   |
| <i>Calpurnius Piso. M. Salvius Julianus.</i>                       | 927                 | 928   | 175                    | a. 3.                                   |
| <i>T. Vitrasius Pollio II. M. Flavius Aper.</i>                    | 928                 | 929   | 176                    | a. 4.                                   |
| <i>L. Aurelius Commodus Imp. Plautius Quintillius.</i>             | 929                 | 930   | 177                    | CCXXXIX. a. 1.                          |
| <i>Vettius Rufus. Cornelius Scipio Orpbitus.</i>                   | 930                 | 931   | 178                    | a. 2.                                   |
| <i>L. Aur. Commodus Imp. II. Vespromius Candid. Verus.</i>         | 931                 | 932   | 179                    | a. 3.                                   |
| <i>Bruttius Prasens II. Sex. Quintil. Gordianus.</i>               | 932                 | 933   | 180                    | a. 4.                                   |
| <i>L. Aur. Commodus Imp. III. Antistius Burrhus.</i>               | 933                 | 934   | 181                    | CCXL. a. 1.                             |
| <i>Petronius Mamertinus. Trebellius Rufus.</i>                     | 934                 | 935   | 182                    | a. 2.                                   |
| <i>L. Aur. Commodus Imp. IV. M. Aufidius Victorinus.</i>           | 935                 | 936   | 183                    | a. 3.                                   |
| <i>M. Eggius Marullus. Num. Papyrius Ælianus.</i>                  | 936                 | 937   | 184                    | a. 4.                                   |
| <i>Triarius Maternus. M. Atilius Metilius Bradua.</i>              | 937                 | 938   | 185                    | CCXLI. a. 1.                            |
| <i>L. Aur. Commodus Imp. V. Man. Acilius Glabrio.</i>              | 938                 | 939   | 186                    | a. 2.                                   |
| <i>Tullius Crispinus. Papyrius Ælianus.</i>                        | 939                 | 940   | 187                    | a. 3.                                   |
| <i>C. Allius Fuscianus. Duillius Syllanus.</i>                     | 940                 | 941   | 188                    | a. 4.                                   |
| <i>Junius Syllanus. Q. Servilius Syllanus.</i>                     | 941                 | 942   | 189                    | CCXLII. a. 1.                           |
| <i>L. Aurel. Comm. Imp. VI. Petronius Septimianus.</i>             | 942                 | 943   | 190                    | a. 2.                                   |
| <i>Cassius Apronianus. M. Atilius Metilius Bradua II.</i>          | 943                 | 944   | 191                    | a. 3.                                   |
| <i>L. Aurel. Comm. Imp. VII. P. Helvius Pertinax II.</i>           | 944                 | 945   | 192                    | a. 4.                                   |
| <i>Q. Sofus Falco. C. Julius Clarus.</i>                           | 945                 | 946   | 193                    | CCXLIII. a. 1.                          |
| <i>L. Septimius Severus Imp. II. D. Clodius Albinus Caesar II.</i> | 946                 | 947   | 194                    | a. 2.                                   |

FA.

(o)

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum<br>U. C. com-<br>putus Iaxus |      | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|--------------------------------------|------|------------------------|---|
|  | 1mus                                 | 2dus |                        |   |
| Valentinianus IV. Valens Aug. IV.                | 1125                                 | 1126 | 373                    | CCLXXXVIII. a. 1.                       |
| Gratianus Aug. III. Equitius.                    | 1126                                 | 1127 | 374                    | a. 2.                                   |
| Post Consulatum Gratiani & Equitii.              | 1127                                 | 1128 | 375                    | a. 3.                                   |
| Valens Aug. V. Fl. Valentinianus Junior Aug.     | 1128                                 | 1129 | 376                    | a. 4.                                   |
| Gratianus Aug. IV. Fl. Merobandes.               | 1129                                 | 1130 | 377                    | CCLXXXIX. a. 1.                         |
| Valens Aug. VI. Valentinianus Junior II.         | 1130                                 | 1131 | 378                    | a. 2.                                   |
| Decius Ausonius. Olybrius.                       | 1131                                 | 1132 | 379                    | a. 3.                                   |
| Gratianus Aug. V. Fl. Theodosius Aug.            | 1132                                 | 1133 | 380                    | a. 4.                                   |
| Syagrius. Eucherius.                             | 1133                                 | 1134 | 381                    | CCXC. a. 1.                             |
| Anicius. Syagrius.                               | 1134                                 | 1135 | 382                    | a. 2.                                   |
| Merobandes II. Saturninus.                       | 1135                                 | 1136 | 383                    | a. 3.                                   |
| Ricimer seu Ricomeres. Clearchus.                | 1136                                 | 1137 | 384                    | a. 4.                                   |
| Fl. Arcadius Aug. Bauto.                         | 1137                                 | 1138 | 385                    | CCXCI. a. 1.                            |
| Fl. Honorius Nob. Puer. Fl. Evodius.             | 1138                                 | 1139 | 386                    | a. 2.                                   |
| Valentinianus Aug. III. Eutropius.               | 1139                                 | 1140 | 387                    | a. 3.                                   |
| Theodosius Aug. II. Cynegius.                    | 1140                                 | 1141 | 388                    | a. 4.                                   |
| Timasius. Promotus.                              | 1141                                 | 1142 | 389                    | CCXCII. a. 1.                           |
| Valentinianus Aug. IV. Neoterius.                | 1142                                 | 1143 | 390                    | a. 2.                                   |
| Tatianus. Symmachus.                             | 1143                                 | 1144 | 391                    | a. 3.                                   |
| Arcadius Aug. II. Flavius Rufinus.               | 1144                                 | 1145 | 392                    | a. 4.                                   |
| Theodosius Aug. III. Abundantius.                | 1145                                 | 1146 | 393                    | CCXCIII. a. 1.                          |
| Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II.             | 1146                                 | 1147 | 394                    | a. 2.                                   |
| Sex. Anicius Olybrius. Sex. Anicius Probinus.    | 1147                                 | 1148 | 395                    | a. 3.                                   |
| Arcadius Aug. IV. Honorius Aug. III.             | 1148                                 | 1149 | 396                    | a. 4.                                   |
| Fl. Casarius. Atticus.                           | 1149                                 | 1150 | 397                    | CCXCIV. a. 1.                           |
| Honorius Aug. IV. Eutychianus.                   | 1150                                 | 1151 | 398                    | a. 2.                                   |
| Manlius Theodorus. Eutropius.                    | 1151                                 | 1152 | 399                    | a. 3.                                   |
| Fl. Stilico V. C. Aurelianus.                    | 1152                                 | 1153 | 400                    | a. 4.                                   |
| Vincentius Celsus. Fl. Fravitta.                 | 1153                                 | 1154 | 401                    | CCXCV. a. 1.                            |
| Arcadius Aug. V. Honorius V.                     | 1154                                 | 1155 | 402                    | a. 2.                                   |
| Fl. Theodosius Junior Aug. Rumoridus.            | 1155                                 | 1156 | 403                    | a. 3.                                   |
| Honorius Aug. VI. Ariflanetus.                   | 1156                                 | 1157 | 404                    | a. 4.                                   |
| Fl. Stilico II. Anthemius.                       | 1157                                 | 1158 | 405                    | CCXCVI. a. 1.                           |
| Arcadius Aug. VI. Sex. Anicius Petronius Probus. | 1158                                 | 1159 | 406                    | a. 2.                                   |
| Honorius Aug. VII. Theodosius Junior Aug. II.    | 1159                                 | 1160 | 407                    | a. 3.                                   |
| Anicius Bassus. Philippus.                       | 1160                                 | 1161 | 408                    | a. 4.                                   |
| Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. III.         | 1161                                 | 1162 | 409                    | CCXCVII. a. 1.                          |
| Fl. Varari, solus in Oriente. Fl. Tertullus.     | 1162                                 | 1163 | 410                    | a. 2.                                   |
| Theodosius IV. solus in Oriente.                 | 1163                                 | 1164 | 411                    | a. 3.                                   |
| Honorius IX. Theodosius V.                       | 1164                                 | 1165 | 412                    | a. 4.                                   |
| Fl. Lucius solus.                                | 1165                                 | 1166 | 413                    | CCXCVIII. a. 1.                         |
| Fl. Constantius. Fl. Constans.                   | 1166                                 | 1167 | 414                    | a. 2.                                   |
| Honorius Aug. X. Theodosius Aug. VI.             | 1167                                 | 1168 | 415                    | a. 3.                                   |
| Theodosius Aug. VII. Palladius.                  | 1168                                 | 1169 | 416                    | a. 4.                                   |
| Honorius Aug. XI. Fl. Constantius II.            | 1169                                 | 1170 | 417                    | CCXCIX. a. 1.                           |
| Honorius Aug. XII. Theodosius Aug. VIII.         | 1170                                 | 1171 | 418                    | a. 2.                                   |

Pars II.

L

FA.

# FASTI CONSULARES ROMANI

|  | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|--------------------------------------|------|------------------------|---|
|  | 1mus                                 | 2dus |                        |   |
| <i>Monaxius. Plinta.</i>                                       | 1171                                 | 1172 | 419                    | A. 3.                                   |
| <i>Theodosius Aug. IX. Fl. Constantinus III.</i>               | 1172                                 | 1173 | 420                    | A. 4.                                   |
| <i>Eustathius. Agricola.</i>                                   | 1173                                 | 1174 | 421                    | CCC. A. 1.                              |
| <i>Honorius Aug. XIII. Theodosius Aug. X.</i>                  | 1174                                 | 1175 | 422                    | A. 2.                                   |
| <i>Asclepiodotus. Marinianus.</i>                              | 1175                                 | 1176 | 423                    | A. 3.                                   |
| <i>Victor. Castinus.</i>                                       | 1176                                 | 1177 | 424                    | A. 4.                                   |
| <i>Theodosius Aug. XI. Fl. Placidius Valentinianus Caesar.</i> | 1177                                 | 1178 | 425                    | CCCI. A. 1.                             |
| <i>Theodosius Aug. XII. Fl. Placid. Valentinianus Aug. II.</i> | 1178                                 | 1179 | 426                    | A. 2.                                   |
| <i>Hicrius. Ardabures.</i>                                     | 1179                                 | 1180 | 427                    | A. 3.                                   |
| <i>Felix. Taurus.</i>  | 1180                                 | 1181 | 428                    | A. 4.                                   |
| <i>Florentius. Dionysius.</i>                                  | 1181                                 | 1182 | 429                    | CCCII. A. 1.                            |
| <i>Theodosius Aug. XIII. Valentinianus Aug. III.</i>           | 1182                                 | 1183 | 430                    | A. 2.                                   |
| <i>Fl. Antiochus. Anicius Bassus.</i>                          | 1183                                 | 1184 | 431                    | A. 3.                                   |
| <i>Flav. Valerius. Flavius Aëtius.</i>                         | 1184                                 | 1185 | 432                    | A. 4.                                   |
| <i>Theodosius Aug. XIV. Maximus.</i>                           | 1185                                 | 1186 | 433                    | CCCIII. A. 1.                           |
| <i>Flavius Arcobindus. Fl. Aspar.</i>                          | 1186                                 | 1187 | 434                    | A. 2.                                   |
| <i>Theodosius Aug. XV. Valentinianus Aug. IV.</i>              | 1187                                 | 1188 | 435                    | A. 3.                                   |
| <i>Isidorus. Senator.</i>                                      | 1188                                 | 1189 | 436                    | A. 4.                                   |
| <i>Flavius Aëtius II. Sigisvultus.</i>                         | 1189                                 | 1190 | 437                    | CCCIV. A. 1.                            |
| <i>Theodosius Aug. XVI. Faustus.</i>                           | 1190                                 | 1191 | 438                    | A. 2.                                   |
| <i>Theodosius Aug. XVII. Fl. Festus.</i>                       | 1191                                 | 1192 | 439                    | A. 3.                                   |
| <i>Valentinianus Aug. V. Anatolius.</i>                        | 1192                                 | 1193 | 440                    | A. 4.                                   |
| <i>Cyrus solus.</i>  | 1193                                 | 1194 | 441                    | CCCV. A. 1.                             |
| <i>Eudoxius. Dioscorus.</i>                                    | 1194                                 | 1195 | 442                    | A. 2.                                   |
| <i>Maximus II. Fl. Paternus.</i>                               | 1195                                 | 1196 | 443                    | A. 3.                                   |
| <i>Theodosius Aug. XVIII. Albinus.</i>                         | 1196                                 | 1197 | 444                    | A. 4.                                   |
| <i>Valentinianus Aug. VI. Flavius Nonius.</i>                  | 1197                                 | 1198 | 445                    | CCCVI. A. 1.                            |
| <i>Aëtius III. Q. Aurelius Symmachus.</i>                      | 1198                                 | 1199 | 446                    | A. 2.                                   |
| <i>Ardabures. Callepius sive Alypius.</i>                      | 1199                                 | 1200 | 447                    | A. 3.                                   |
| <i>Zeno. Postumianus.</i>                                      | 1200                                 | 1201 | 448                    | A. 4.                                   |
| <i>Protogenes. Asturius sive Asterius.</i>                     | 1201                                 | 1202 | 449                    | CCCVII. A. 1.                           |
| <i>Valentinianus Aug. VII. Genadius Avienus.</i>               | 1202                                 | 1203 | 450                    | A. 2.                                   |
| <i>Marcianus Aug. Adelphius.</i>                               | 1203                                 | 1204 | 451                    | A. 3.                                   |
| <i>Sporatius. Herculanus.</i>                                  | 1204                                 | 1205 | 452                    | A. 4.                                   |
| <i>Vincomalus. Opilio.</i>                                     | 1205                                 | 1206 | 453                    | CCCVIII. A. 1.                          |
| <i>Aëtius Aëtij Filius. Studius.</i>                           | 1206                                 | 1207 | 454                    | A. 2.                                   |
| <i>Valentinianus Aug. VIII. Anthemius.</i>                     | 1207                                 | 1208 | 455                    | A. 3.                                   |
| <i>Joannes. Varari. seu Avitus Augustus.</i>                   | 1208                                 | 1209 | 456                    | A. 4.                                   |
| <i>Constantinus. Rufus.</i>                                    | 1209                                 | 1210 | 457                    | CCCIX. A. 1.                            |
| <i>Leo Aug. Majorianus Aug.</i>                                | 1210                                 | 1211 | 458                    | A. 2.                                   |
| <i>Patricius. Ricimer.</i>                                     | 1211                                 | 1212 | 459                    | A. 3.                                   |
| <i>Apollonius. Magnus.</i>                                     | 1212                                 | 1213 | 460                    | A. 4.                                   |
| <i>Dagalafus. Severinus.</i>                                   | 1213                                 | 1214 | 461                    | CCCX. A. 1.                             |
| <i>Leo Aug. II. Severus.</i>                                   | 1214                                 | 1215 | 462                    | A. 2.                                   |
| <i>Basilus. Felix. vel Basilus. Vibianus.</i>                  | 1215                                 | 1216 | 463                    | A. 3.                                   |
| <i>Rusticus. Anicius Olybrius.</i>                             | 1216                                 | 1217 | 464                    | A. 4.                                   |

❁❁❁ (o) ❁❁❁

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |       |
|---|--------------------------------------|------|------------------------|---|-------|
|   | 1mus                                 | 2dus |                        |   |       |
| <i>Basiliscus. Herminericus.</i>                                | 1217                                 | 1218 | 465                    | CCLXI.                                  | a. 1. |
| <i>Leo Aug. III. Tib. Fabius Tatianus.</i>                      | 1218                                 | 1219 | 466                    |   | a. 2. |
| <i>Paseus. Joannes.</i>   | 1219                                 | 1220 | 467                    |   | a. 3. |
| <i>Anthemius August. solus II.</i>                              | 1220                                 | 1221 | 468                    |   | a. 4. |
| <i>Fl. Zeno Isauricus. Marcianus.</i>                           | 1221                                 | 1222 | 469                    | CCCXII.                                 | a. 1. |
| <i>Jordanes. Severus.</i>                                       | 1222                                 | 1223 | 470                    |   | a. 2. |
| <i>Leo Augustus IV. Probianus.</i>                              | 1223                                 | 1224 | 471                    |   | a. 3. |
| <i>Marcianus. Festus.</i>                                       | 1224                                 | 1225 | 472                    |   | a. 4. |
| <i>Leo Aug. solus V.</i>  | 1225                                 | 1226 | 473                    | CCCXIII.                                | a. 1. |
| <i>Leo Junior solus.</i>  | 1226                                 | 1227 | 474                    |   | a. 2. |
| <i>Zeno Aug. solus II. vel: post cons. Leonis Junioris Aug.</i> | 1227                                 | 1228 | 475                    |   | a. 3. |
| <i>Basiliscus II. Armatas.</i>                                  | 1228                                 | 1229 | 476                    |   | a. 4. |
| <i>Post Consul. Basilisci &amp; Armati.</i>                     | 1229                                 | 1230 | 477                    | CCCXIV.                                 | a. 1. |
| <i>Ilus solus.</i>  | 1230                                 | 1231 | 478                    |   | a. 2. |
| <i>Zeno Aug. solus III.</i>                                     | 1231                                 | 1232 | 479                    |   | a. 3. |
| <i>Basilis Junior V. C. vel: post Cons. Zenonis III.</i>        | 1232                                 | 1233 | 480                    |   | a. 4. |
| <i>Placidius solus.</i>   | 1233                                 | 1234 | 481                    | CCCXV.                                  | a. 1. |
| <i>Trocondus. Severinus Junior.</i>                             | 1234                                 | 1235 | 482                    |   | a. 2. |
| <i>Faustus solus. vel: post consul. Trocondi.</i>               | 1235                                 | 1236 | 483                    |   | a. 3. |
| <i>Theodoricus Gothorum Princeps. Venantius.</i>                | 1236                                 | 1237 | 484                    |   | a. 4. |
| <i>Symmachus solus. vel: post cons. Theodorici.</i>             | 1237                                 | 1238 | 485                    | CCCXVI.                                 | a. 1. |
| <i>Longinus. Decius.</i>  | 1238                                 | 1239 | 486                    |   | a. 2. |
| <i>Boëthius V. C. solus.</i>                                    | 1239                                 | 1240 | 487                    |   | a. 3. |
| <i>Dynamius. Sifidius.</i>                                      | 1240                                 | 1241 | 488                    |   | a. 4. |
| <i>Eusebius. Probinus.</i>                                      | 1241                                 | 1242 | 489                    | CCCXVII.                                | a. 1. |
| <i>Longinus II. Faustus Junior.</i>                             | 1242                                 | 1243 | 490                    |   | a. 2. |
| <i>Olybrius Junior solus.</i>                                   | 1243                                 | 1244 | 491                    |   | a. 3. |
| <i>Fl. Anastasius Aug. Rufus.</i>                               | 1244                                 | 1245 | 492                    |   | a. 4. |
| <i>Eusebius II. Albinus.</i>                                    | 1245                                 | 1246 | 493                    | CCCXVIII.                               | a. 1. |
| <i>Asterius. Præsidius.</i>                                     | 1246                                 | 1247 | 494                    |   | a. 2. |
| <i>Viator solus.</i>  | 1247                                 | 1248 | 495                    |   | a. 3. |
| <i>Paulus solus. vel: post cons. Viatoris.</i>                  | 1248                                 | 1249 | 496                    |   | a. 4. |
| <i>Anastasius Aug. II. solus. vel: post C. Viatoris II.</i>     | 1249                                 | 1250 | 497                    | CCCXIX.                                 | a. 1. |
| <i>Joannes Scythæ. Paulinus.</i>                                | 1250                                 | 1251 | 498                    |   | a. 2. |
| <i>Joannes Gibbus solus.</i>                                    | 1251                                 | 1252 | 499                    |   | a. 3. |
| <i>Patritius. Hypatius.</i>                                     | 1252                                 | 1253 | 500                    |   | a. 4. |
| <i>Pompejus. Avienus.</i>                                       | 1253                                 | 1254 | 501                    | CCCXX.                                  | a. 1. |
| <i>Probus. Avienus Junior.</i>                                  | 1254                                 | 1255 | 502                    |   | a. 2. |
| <i>Dexicratus. Volusianus.</i>                                  | 1255                                 | 1256 | 503                    |   | a. 3. |
| <i>Cetbegus solus.</i>  | 1256                                 | 1257 | 504                    |   | a. 4. |
| <i>Sabinianus. Theodorus.</i>                                   | 1257                                 | 1258 | 505                    | CCCXXI.                                 | a. 1. |
| <i>Ariobinda. Messala.</i>                                      | 1258                                 | 1259 | 506                    |   | a. 2. |
| <i>Anastasius Aug. III. Venantius.</i>                          | 1259                                 | 1260 | 507                    |   | a. 3. |
| <i>Celer. Venantius Junior.</i>                                 | 1260                                 | 1261 | 508                    |   | a. 4. |
| <i>Importunus solus.</i>  | 1261                                 | 1262 | 509                    | CCCXXII.                                | a. 1. |
| <i>Boëthius solus.</i>  | 1262                                 | 1263 | 510                    |   | a. 2. |

FA-



# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum                   |      | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|---------------------------|------|------------------------|---|
|  | U. C. com-<br>putus laxus |      |                        |   |
| <i>Secundinus. Felix.</i>                                | 1263                      | 1264 | 511                    | a. 3.                                   |
| <i>Paulus. Muschianus.</i>                               | 1264                      | 1265 | 512                    | a. 4.                                   |
| <i>Fl. Clementinus. Anicius Probus.</i>                  | 1265                      | 1266 | 513                    | CCCXXIII. a. 1.                         |
| <i>Senator solus. hic est: M. Aur. Cassiodorus.</i>      | 1266                      | 1267 | 514                    | a. 2.                                   |
| <i>Fl. Antemius. Fl. Florentius.</i>                     | 1267                      | 1268 | 515                    | a. 3.                                   |
| <i>Fl. Petrus solus.</i>                                 | 1268                      | 1269 | 516                    | a. 4.                                   |
| <i>Anastasius IV. Agapetus.</i>                          | 1269                      | 1270 | 517                    | CCCXXIV. a. 1.                          |
| <i>Magnus solus.</i>                                     | 1270                      | 1271 | 518                    | a. 2.                                   |
| <i>Fl. Anicius Justinus Aug. Fl. Eutbaricus Cillica,</i> | 1271                      | 1272 | 519                    | a. 3.                                   |
| <i>Vitalianus. Rusticus.</i>                             | 1272                      | 1273 | 520                    | a. 4.                                   |
| <i>Fl. Anicius Justinianus. Fl. Valerius.</i>            | 1273                      | 1274 | 521                    | CCCXXV. a. 1.                           |
| <i>Symmachus. Boëthius.</i>                              | 1274                      | 1275 | 522                    | a. 2.                                   |
| <i>Maximus solus.</i>                                    | 1275                      | 1276 | 523                    | a. 3.                                   |
| <i>Justinus Aug. II. Opilio.</i>                         | 1276                      | 1277 | 524                    | a. 4.                                   |
| <i>Philoxenus. Probus Junior.</i>                        | 1277                      | 1278 | 525                    | CCCXXVI. a. 1.                          |
| <i>Olybrius Junior solus.</i>                            | 1278                      | 1279 | 526                    | a. 2.                                   |
| <i>Mavortius solus.</i>                                  | 1279                      | 1280 | 527                    | a. 3.                                   |
| <i>Justinianus Aug. solus II.</i>                        | 1280                      | 1281 | 528                    | a. 4.                                   |
| <i>Decius Junior V. C. solus.</i>                        | 1281                      | 1282 | 529                    | CCCXXVII. a. 1.                         |
| <i>Lampadius. Orestes.</i>                               | 1282                      | 1283 | 530                    | a. 2.                                   |
| <i>Post Consulatum Lampadii &amp; Orestis.</i>           | 1283                      | 1284 | 531                    | a. 3.                                   |
| <i>Iterum post Conf. Lampadii &amp; Orestis.</i>         | 1284                      | 1285 | 532                    | a. 4.                                   |
| <i>Justinianus Augustus III.</i>                         |                           |      |                        |   |
| <i>vel: III. post conf. Lampadii &amp; Orestis.</i>      | 1285                      | 1286 | 533                    | CCCXXVIII. a. 1.                        |
| <i>Justinianus Aug. IV. Paulinus Junior.</i>             | 1286                      | 1287 | 534                    | a. 2.                                   |
| <i>Belisarius V. C. solus.</i>                           | 1287                      | 1288 | 535                    | a. 3.                                   |
| <i>Post Consul. Belisarii V. C.</i>                      | 1288                      | 1289 | 536                    | a. 4.                                   |
| <i>Anno II. post Consulatum Belisarii.</i>               | 1289                      | 1290 | 537                    | CCCXXIX. a. 1.                          |
| <i>Joannes. Fl. Volusianus.</i>                          | 1290                      | 1291 | 538                    | a. 2.                                   |
| <i>Fl. Apio Egyptius solus.</i>                          | 1291                      | 1292 | 539                    | a. 3.                                   |
| <i>Justinus Junior solus.</i>                            | 1292                      | 1293 | 540                    | a. 4.                                   |
| <i>Basilus V. C. solus.</i>                              | 1293                      | 1294 | 541                    | CCCXXX. a. 1.                           |
| <i>Annus I. post Conf. Basilii.</i>                      | 1294                      | 1295 | 542                    | a. 2.                                   |

Et sic consequenter numerati sunt imposterum anni II. III. IV. &c. post  
consulatum Basilij.

SECTIO

❁❁❁ ( 0 ) ❁❁❁

# FASTI CONSULARES ROMANI

|   | Annorum             |       | Anni<br>æra<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---|---------------------|-------|------------------------|---|
|   | U. C. com-<br>putus | laxus |                        |   |
| <i>Q. Flavius Tertullus. T. Flavius Clemens.</i>                            | 947                 | 948   | 195                    | A. 3.                                   |
| <i>Cn. Domitius Dexter II. L. Valerius Messala Priscus.</i>                 | 948                 | 949   | 196                    | A. 4.                                   |
| <i>Ap. Claudius Lateranus. M. Mauritius Rufinus.</i>                        | 949                 | 950   | 197                    | CCXLIV. A. 1.                           |
| <i>Tib. Aterius Saturninus. C. Annius Trebonius Gallus.</i>                 | 950                 | 951   | 198                    | A. 2.                                   |
| <i>P. Cornelius Anulinus. M. Aufidius Fronto.</i>                           | 951                 | 952   | 199                    | A. 3.                                   |
| <i>Tib. Claudius Severus. C. Aufidius Victorinus.</i>                       | 952                 | 953   | 200                    | A. 4.                                   |
| <i>L. Annius Fabianus. M. Nonius Mucianus.</i>                              | 953                 | 954   | 201                    | CCXLP. A. 1.                            |
| <i>L. Septimius Severus. Imp. III. M. Aur. Antoninus Caracalla.</i>         | 954                 | 955   | 202                    | A. 2.                                   |
| <i>P. Septimius Geta Caesar. L. Septimius Plautianus.</i>                   | 955                 | 956   | 203                    | A. 3.                                   |
| <i>L. Fabius Cilo seu Chilo. M. Annius Libo.</i>                            | 956                 | 957   | 204                    | A. 4.                                   |
| <i>M. Aur. Ant. Caracalla II. P. Septimius Geta Caesar II.</i>              | 957                 | 958   | 205                    | CCXLVI. A. 1.                           |
| <i>M. Nummius Annius Albinus. Fulvius Æmilianus.</i>                        | 958                 | 959   | 206                    | A. 2.                                   |
| <i>M. Flavius Aper. Q. Allius Maximus.</i>                                  | 959                 | 960   | 207                    | A. 3.                                   |
| <i>M. Aur. Ant. Caracalla III. P. Septimius Geta Caesar III.</i>            | 960                 | 961   | 208                    | A. 4.                                   |
| <i>Pompejanus Lolianus Avitus.</i>  | 961                 | 962   | 209                    | CCXLVII. A. 1.                          |
| <i>Man. Acilius Faustinus. Cæsonius Macer Rufinianus.</i>                   | 962                 | 963   | 210                    | A. 2.                                   |
| <i>Q. Epidius Rufus Lollianus Gentianus. Pomponius Bassus.</i>              | 963                 | 964   | 211                    | A. 3.                                   |
| <i>M. Pompejus Asper. P. Asper.</i>   | 964                 | 965   | 212                    | A. 4.                                   |
| <i>M. Aur. Ant. Caracalla Imp. IV. P. Calpurnius Balbinus II.</i>           | 965                 | 966   | 213                    | CCXLVIII. A. 1.                         |
| <i>Silius Messala. Q. Aquilius Sabinus.</i>                                 | 966                 | 967   | 214                    | A. 2.                                   |
| <i>Æmilius Latus II. Anicius Cerealis.</i>                                  | 967                 | 968   | 215                    | A. 3.                                   |
| <i>Q. Aquilius Sabinus II. Sex. Corn. Anulinus.</i>                         | 968                 | 969   | 216                    | A. 4.                                   |
| <i>Bruttius Præfens. T. Messius Extricatus.</i>                             | 969                 | 970   | 217                    | CCXLIX. A. 1.                           |
| <i>M. Opeius Ant. Diadumenianus Caesar II. Adventus.</i>                    | 970                 | 971   | 218                    | A. 2.                                   |
| <i>Imp. M. Aur. Ant. Heliogabalus II. Licinius Sacerdos.</i>                | 971                 | 972   | 219                    | A. 3.                                   |
| <i>M. Aur. Ant. Heliogabalus III. M. Aur. Eutychianus Coma-<br/>zon II.</i> | 972                 | 973   | 220                    | A. 4.                                   |
| <i>Gratus. Claudius Seleucus.</i>   | 973                 | 974   | 221                    | CCL. A. 1.                              |
| <i>M. Aur. Ant. Heliogabalus IV. M. Aur. Sev. Alexander.</i>                | 974                 | 975   | 222                    | A. 2.                                   |
| <i>Maximus. Papius Ælianus.</i>   | 975                 | 976   | 223                    | A. 3.                                   |
| <i>Claudius Julianus. Clodius Crispinus.</i>                                | 976                 | 977   | 224                    | A. 4.                                   |
| <i>L. Turpilius Dexter. M. Marcius Rufus.</i>                               | 977                 | 978   | 225                    | CCLI. A. 1.                             |
| <i>M. Aur. Sev. Alexander Imp. II. C. Quinctilius Marcellus.</i>            | 978                 | 979   | 226                    | A. 2.                                   |
| <i>Diaius Cælius Balbinus II. M. Clodius Puppienus Maximus.</i>             | 979                 | 980   | 227                    | A. 3.                                   |
| <i>Vettius Modestus. Probus.</i>  | 980                 | 981   | 228                    | A. 4.                                   |
| <i>M. Aur. Sev. Alexander Imp. III. Cassius Dio.</i>                        | 981                 | 982   | 229                    | CCLII. A. 1.                            |
| <i>Calpurnius Agricola. Clementinus.</i>                                    | 982                 | 983   | 230                    | A. 2.                                   |
| <i>M. Aur. Claudius Pompejanus. Felicianus.</i>                             | 983                 | 984   | 231                    | A. 3.                                   |
| <i>Julius Lupus. Maximus.</i>   | 984                 | 985   | 232                    | A. 4.                                   |
| <i>Maximus II. Ovinus Paternus.</i>   | 985                 | 986   | 233                    | CCLIII. A. 1.                           |
| <i>Maximus III. Urbanus.</i>  | 986                 | 987   | 234                    | A. 2.                                   |
| <i>L. Catilius Severus. L. Ragonius Urinatius Quintianus.</i>               | 987                 | 988   | 235                    | A. 3.                                   |
| <i>C. Julius Maximinus Aug. C. Julius Africanus.</i>                        | 988                 | 989   | 236                    | A. 4.                                   |
| <i>P. Titius Perpetuus. L. Ovinus Rusticus Cornelianus.</i>                 | 989                 | 990   | 237                    | CCLIV. A. 1.                            |
| <i>M. Ulpianus Crinitus. Proculus Pontianus.</i>                            | 990                 | 991   | 238                    | A. 2.                                   |
| <i>M. Ant. Gordianus Aug. Man. Acilius Aviola.</i>                          | 991                 | 992   | 239                    | A. 3.                                   |

Pars II.

K

FA.

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|--------------------------------------|------|------------------------|---|
|  | 1mus                                 | 2dus |                        |   |
| <i>Vettius Sabinus II. Venuslus.</i>                                       | 992                                  | 993  | 240                    | a. 4.                                   |
| <i>M. Ant. Gordianus Aug. II. Claudius Pompejanus II.</i>                  | 993                                  | 994  | 241                    | CCLV. a. 1.                             |
| <i>C. Aufidius Atticus. C. Asinius Prætextatus.</i>                        | 994                                  | 995  | 242                    | a. 2.                                   |
| <i>C. Julianus Arrianus. Æmilius Papus.</i>                                | 995                                  | 996  | 243                    | a. 3.                                   |
| <i>Peregrinus. Fulvius Æmilianus.</i>                                      | 996                                  | 997  | 244                    | a. 4.                                   |
| <i>M. Julius Philippus Aug. Tib. Fabius Titianus.</i>                      | 997                                  | 998  | 245                    | CCLVI. a. 1.                            |
| <i>Bruttius Præfens. Nummius Albinus.</i>                                  | 998                                  | 999  | 246                    | a. 2.                                   |
| <i>M. Julius Philippus Aug. II. C. Jul. Saturn. Philippus Caesar. F.</i>   | 999                                  | 1000 | 247                    | a. 3.                                   |
| <i>M. Jul. Philippus Aug. III. C. Jul. Philippus F. II.</i>                | 1000                                 | 1001 | 248                    | a. 4.                                   |
| <i>Fulvius Æmilianus II. Vettius Aquilinus.</i>                            | 1001                                 | 1002 | 249                    | CCLVII. a. 1.                           |
| <i>Cn. Messius Quintus Decius Aug. II. Annius Max. Gratus.</i>             | 1002                                 | 1003 | 250                    | a. 2.                                   |
| <i>Decius Aug. III. Q. Herennius Etruscus Decius Caesar.</i>               | 1003                                 | 1004 | 251                    | a. 3.                                   |
| <i>C. Vibius Trebonianus Gallus Aug. II. C. Vibius Volusianus.</i>         | 1004                                 | 1005 | 252                    | a. 4.                                   |
| <i>C. Vibius Volusianus Aug. II. M. Valerius Maximus.</i>                  | 1005                                 | 1006 | 253                    | CCLVIII. a. 1.                          |
| <i>P. Licinius Valerianus Aug. II. P. Licinius Gallienus Aug.</i>          | 1006                                 | 1007 | 254                    | a. 2.                                   |
| <i>Valerianus Aug. III. Gallienus Aug. II.</i>                             | 1007                                 | 1008 | 255                    | a. 3.                                   |
| <i>M. Valerius Maximus II. Man. Acilius Glabrio.</i>                       | 1008                                 | 1009 | 256                    | a. 4.                                   |
| <i>Valerianus Aug. IV. Gallienus Aug. III.</i>                             | 1009                                 | 1010 | 257                    | CCLIX. a. 1.                            |
| <i>M. Aurel. Memmius Fuscus. Pomponius Bassus.</i>                         | 1010                                 | 1011 | 258                    | a. 2.                                   |
| <i>Fulvius Æmilianus. Pomponius Bassus II.</i>                             | 1011                                 | 1012 | 259                    | a. 3.                                   |
| <i>Cornelius Secularis. Junius Donatus.</i>                                | 1012                                 | 1013 | 260                    | a. 4.                                   |
| <i>Gallienus Aug. IV. Petronius Volusianus.</i>                            | 1013                                 | 1014 | 261                    | CCLX. a. 1.                             |
| <i>Gallienus Aug. V. Ap. Pompejus Fauslinus.</i>                           | 1014                                 | 1015 | 262                    | a. 2.                                   |
| <i>Nummius Albinus II. Maximus Dexter.</i>                                 | 1015                                 | 1016 | 263                    | a. 3.                                   |
| <i>Gallienus Aug. VI. Amulius Saturninus.</i>                              | 1016                                 | 1017 | 264                    | a. 4.                                   |
| <i>P. Licin. Valerianus Junior Caesar II. L. Cæsonius Ruf-<br/>nianus.</i> | 1017                                 | 1018 | 265                    | CCLXI. a. 1.                            |
| <i>Gallienus Aug. VII. Sabinillus.</i>                                     | 1018                                 | 1019 | 266                    | a. 2.                                   |
| <i>Ovinus Paternus. Arceflaus,</i>   | 1019                                 | 1020 | 267                    | a. 3.                                   |
| <i>Ovinus Paternus II. Marinianus.</i>                                     | 1020                                 | 1021 | 268                    | a. 4.                                   |
| <i>M. Aur. Claudius Aug. II. Ovinus Paternus III.</i>                      | 1021                                 | 1022 | 269                    | CCLXII. a. 1.                           |
| <i>Fl. Antiochianus. Furius Orphitus.</i>                                  | 1022                                 | 1023 | 270                    | a. 2.                                   |
| <i>Valerius Aurelianus. Pomponius Bassus.</i>                              | 1023                                 | 1024 | 271                    | a. 3.                                   |
| <i>Quietus. Voldumianus.</i>   | 1024                                 | 1025 | 272                    | a. 4.                                   |
| <i>M. Claudius Tacitus. Furius Placidianus.</i>                            | 1025                                 | 1026 | 273                    | CCLXIII. a. 1.                          |
| <i>L. Domitius Aurelianus Aug. II. C. Julius Capitolinus.</i>              | 1026                                 | 1027 | 274                    | a. 2.                                   |
| <i>L. Dom. Aurelianus Aug. III. T. Avonius Marcellinus.</i>                | 1027                                 | 1028 | 275                    | a. 3.                                   |
| <i>M. Claudius Tacitus Aug. II. Fulvius Æmilianus.</i>                     | 1028                                 | 1029 | 276                    | a. 4.                                   |
| <i>M. Aurelius Probus Aug. Anitius Paulinus.</i>                           | 1029                                 | 1030 | 277                    | CCLXIV. a. 1.                           |
| <i>Probus Aug. II. Furius Lupus.</i>                                       | 1030                                 | 1031 | 278                    | a. 2.                                   |
| <i>Probus Aug. III. Ovinus Paternus IV.</i>                                | 1031                                 | 1032 | 279                    | a. 3.                                   |
| <i>Junius Messala. Gratus.</i>   | 1032                                 | 1033 | 280                    | a. 4.                                   |
| <i>Probus Aug. IV. C. Junius Tiberianus.</i>                               | 1033                                 | 1034 | 281                    | CCLXV. a. 1.                            |
| <i>Probus Aug. V. Pomponius Victorinus.</i>                                | 1034                                 | 1035 | 282                    | a. 2.                                   |
| <i>M. Aur. Carus Aug. II. M. Aur. Carinus Caesar.</i>                      | 1035                                 | 1036 | 283                    | a. 3.                                   |
| <i>Carinus Aug. II. M. Aur. Numerianus Aug.</i>                            | 1036                                 | 1037 | 284                    | a. 4.                                   |

❁❁❁ ( 0 ) ❁❁❁

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|   | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Anni<br>aræ<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|---|--------------------------------------|------|------------------------|---|
|   | imus                                 | adus |                        |   |
| <i>Imp. C. Valerius Diocletianus II. Aristobulus.</i>   | 1037                                 | 1038 | 285                    | CCLXVI. a. 1.                           |
| <i>M. Junius Maximus II. Vettius Aquilinus.</i>   | 1038                                 | 1039 | 286                    | a. 2.                                   |
| <i>Diocletianus Aug. III. M. Aur. Maximianus Herculus Aug.</i>  | 1039                                 | 1040 | 287                    | a. 3.                                   |
| <i>Maximianus Hercul. Aug. II. Pomponius Januarius.</i>   | 1040                                 | 1041 | 288                    | a. 4.                                   |
| <i>Annius Bassus II. L. Ragonius Quinctianus.</i>   | 1041                                 | 1042 | 289                    | CCLXVII. a. 1.                          |
| <i>Diocletianus Aug. IV. Maximianus Herc. Aug. III.</i>   | 1042                                 | 1043 | 290                    | a. 2.                                   |
| <i>C. Junius Tiberianus. Cassius Dio.</i>   | 1043                                 | 1044 | 291                    | a. 3.                                   |
| <i>Afranius Annibalianus. M. Aur. Asclepiodotus.</i>  | 1044                                 | 1045 | 292                    | a. 4.                                   |
| <i>Diocletianus Aug. V. Maximianus Hercul. Aug. IV.</i>   | 1045                                 | 1046 | 293                    | CCLXVIII. a. 1.                         |
| <i>Fl. Valerius Constantius Cblorus Cesar. Galerius Maximian.<br/>Arment. Cesar.</i>                    | 1046                                 | 1047 | 294                    | a. 2.                                   |
| <i>Nummius Tuscus. Annius Corn. Anulinus.</i>   | 1047                                 | 1048 | 295                    | a. 3.                                   |
| <i>Diocletianus Aug. VI. Constantius Cblorus Cesar II.</i>  | 1048                                 | 1049 | 296                    | a. 4.                                   |
| <i>Maximianus Hercul. Aug. V. Gal. Maximianus Cesar II.</i>   | 1049                                 | 1050 | 297                    | CCLXIX. a. 1.                           |
| <i>Anicius Faustus II. Severus Gallus.</i>  | 1050                                 | 1051 | 298                    | a. 2.                                   |
| <i>Diocletianus Aug. VII. Maximianus Herc. Aug. VI.</i>   | 1051                                 | 1052 | 299                    | a. 3.                                   |
| <i>Constantius Cblorus Cesar III. Gal. Maximianus Cesar III.</i>  | 1052                                 | 1053 | 300                    | a. 4.                                   |
| <i>Postumius Titianus II. Fl. Popilius Nepotianus.</i>  | 1053                                 | 1054 | 301                    | CCLXX. a. 1.                            |
| <i>Constantius Cblorus Cesar IV. Gal. Maximianus Cesar IV.</i>  | 1054                                 | 1055 | 302                    | a. 2.                                   |
| <i>Diocletianus Aug. VIII. Maximianus Hercul. Aug. VII.</i>   | 1055                                 | 1056 | 303                    | a. 3.                                   |
| <i>Diocletianus Aug. IX. Maximianus Hercul. Aug. VIII.</i>  | 1056                                 | 1057 | 304                    | a. 4.                                   |
| <i>Constantius Cblorus Aug. V. Gal. Maximianus Aug. V.</i>  | 1057                                 | 1058 | 305                    | CCLXXI. a. 1.                           |
| <i>Constant. Cblorus Aug. VI. Gal. Maximianus Aug. VI.</i>  | 1058                                 | 1059 | 306                    | a. 2.                                   |
| <i>Maximianus Aug. IX. Fl. Valerius Constantinus.<br/>vel: post Sextum consulatum Maximiani Arment.</i> | 1059                                 | 1060 | 307                    | a. 3.                                   |
| <i>Maximianus X. &amp; Maximianus VII. seu: Maxentius &amp; Ro-<br/>mulus.</i>                          | 1060                                 | 1061 | 308                    | a. 4.                                   |
| <i>Post Consulat. X. &amp; VII. seu: Maxentius II. &amp; Romulus II.</i>                                | 1061                                 | 1062 | 309                    | CCLXXII. a. 1.                          |
| <i>Annus II. post Consulat. X. &amp; VII. seu: Maxentius III. solus.</i>                                | 1062                                 | 1063 | 310                    | a. 2.                                   |
| <i>Galerius Maximianus Aug. VIII. seu: Rufinus &amp; Volusianus.</i>                                    | 1063                                 | 1064 | 311                    | a. 3.                                   |
| <i>Fl. Valerius Constantinus Aug. II. C. Valerius Licinius Aug.<br/>II. seu: Maxentius IV. solus.</i>   | 1064                                 | 1065 | 312                    | a. 4.                                   |
| <i>Constantinus Aug. III. Licinius Aug. III.</i>  | 1065                                 | 1066 | 313                    | CCLXXIII. a. 1.                         |
| <i>Ceionius Rufus Volusianus II. Annianus.</i>  | 1066                                 | 1067 | 314                    | a. 2.                                   |
| <i>Constantinus Aug. IV. Licinius Aug. IV.</i>  | 1067                                 | 1068 | 315                    | a. 3.                                   |
| <i>Rufus Ceionius Sabinus. Rufinus Proculus.</i>  | 1068                                 | 1069 | 316                    | a. 4.                                   |
| <i>Ovinius Gallicanus. Septimius Bassus.</i>  | 1069                                 | 1070 | 317                    | CCLXXIV. a. 1.                          |
| <i>Licinius Aug. V. Fl. Valerius Crispus Cesar.</i>   | 1070                                 | 1071 | 318                    | a. 2.                                   |
| <i>Constantinus Aug. V. Licinius Junior Cesar.</i>  | 1071                                 | 1072 | 319                    | a. 3.                                   |
| <i>Constantinus Aug. VI. Fl. Valerius Constantinus Junior Cesar.</i>                                    | 1072                                 | 1073 | 320                    | a. 4.                                   |
| <i>Crispus Cesar II. Constantinus Cesar II.</i>   | 1073                                 | 1074 | 321                    | CCLXXV. a. 1.                           |
| <i>Petronius Probianus. Anicius Julianus.</i>   | 1074                                 | 1075 | 322                    | a. 2.                                   |
| <i>Acilius Severus. Rufinus.</i>  | 1075                                 | 1076 | 323                    | a. 3.                                   |
| <i>Crispus Cesar III. Constantinus Cesar III.</i>   | 1076                                 | 1077 | 324                    | a. 4.                                   |
| <i>Paulinus. Julianus.</i>  | 1077                                 | 1078 | 325                    | CCLXXVI. a. 1.                          |
| <i>Constantinus Aug. VII. Constantius Cesar.</i>  | 1078                                 | 1079 | 326                    | a. 2.                                   |

FA.

# FASTI CONSULARES ROMANI.

|  | Annorum<br>U. C. com-<br>putus laxus |      | Anni<br>ære<br>Christ. | Olympiades<br>ex methodo<br>Varroniana. |
|--|--------------------------------------|------|------------------------|---|
|  | 1mus                                 | 2dus |                        |   |
| <i>Constantinus. Maximus.</i>                              | 1079                                 | 1080 | 327                    | a. 3.                                   |
| <i>Januarius. Justus.</i>                                  | 1080                                 | 1081 | 328                    | a. 4.                                   |
| <i>Constantinus Aug. VIII. Constantinus Cæsar IV.</i>      | 1081                                 | 1082 | 329                    | CCLXXVII. a. 1.                         |
| <i>Gallicanus. Symmachus.</i>                              | 1082                                 | 1083 | 330                    | a. 2.                                   |
| <i>Annius Bassus. Ablavius Ægyptius.</i>                   | 1083                                 | 1084 | 331                    | a. 2.                                   |
| <i>Pacatianus. Hilarianus.</i>                             | 1084                                 | 1085 | 332                    | a. 3.                                   |
| <i>Dalmatius. Xenophilus.</i>                              | 1085                                 | 1086 | 333                    | CCLXXVIII. a. 1.                        |
| <i>Opratus. Paulinus.</i>                                  | 1086                                 | 1087 | 334                    | a. 2.                                   |
| <i>Constantius. Rufinus Albinus.</i>                       | 1087                                 | 1088 | 335                    | a. 3.                                   |
| <i>Nepotianus. Facundus.</i>                               | 1088                                 | 1089 | 336                    | a. 4.                                   |
| <i>Felicianus. Titianus.</i>                               | 1089                                 | 1090 | 337                    | CCLXXIX. a. 1.                          |
| <i>Ursus. Polemius.</i>                                    | 1090                                 | 1091 | 338                    | a. 2.                                   |
| <i>Constantius Augustus II. Constans Augustus.</i>         | 1091                                 | 1092 | 339                    | a. 3.                                   |
| <i>Acyndinus. Proculus.</i>                                | 1092                                 | 1093 | 340                    | a. 4.                                   |
| <i>Marcellinus. Probinus.</i>                              | 1093                                 | 1094 | 341                    | CCLXXX. a. 1.                           |
| <i>Constantinus Aug. III. Constans Aug. II.</i>            | 1094                                 | 1095 | 342                    | a. 2.                                   |
| <i>Placidus. Romulus.</i>                                  | 1095                                 | 1096 | 343                    | a. 3.                                   |
| <i>Leontius. Salustius.</i>                                | 1096                                 | 1097 | 344                    | a. 4.                                   |
| <i>Amantius. Albinus.</i>                                  | 1097                                 | 1098 | 345                    | CCLXXXI. a. 1.                          |
| <i>Constantius Augustus IV. Constans Aug. III.</i>         | 1098                                 | 1099 | 346                    | a. 2.                                   |
| <i>Rufinus. Eusebius.</i>                                  | 1099                                 | 1100 | 347                    | a. 3.                                   |
| <i>Philippus. Salia.</i>                                   | 1100                                 | 1101 | 348                    | a. 4.                                   |
| <i>Ulpianus Limenius. Aco Catullinus.</i>                  | 1101                                 | 1102 | 349                    | CCLXXXII. a. 1.                         |
| <i>Sergius. Nigrinianus.</i>                               | 1102                                 | 1103 | 350                    | a. 2.                                   |
| <i>Post Consulat. Sergij &amp; Nigriniani.</i>             | 1103                                 | 1104 | 351                    | a. 3.                                   |
| <i>Constantius Aug. V. Fl. Constantius Gallus Cæsar.</i>   | 1104                                 | 1105 | 352                    | a. 4.                                   |
| <i>Constantius Aug. VI. Constantius Gallus Cæsar II.</i>   | 1105                                 | 1106 | 353                    | CCLXXXIII. a. 1.                        |
| <i>Constantius Aug. VII. Constantius Gallus Cæsar III.</i> | 1106                                 | 1107 | 354                    | a. 2.                                   |
| <i>Arbetio. Mavortius Lollianus.</i>                       | 1107                                 | 1108 | 355                    | a. 3.                                   |
| <i>Constantius Aug. VIII. Fl. Claudius Julianus Cæsar.</i> | 1108                                 | 1109 | 356                    | a. 4.                                   |
| <i>Constantius Aug. IX. Julianus Cæsar II.</i>             | 1109                                 | 1110 | 357                    | CCLXXXIV. a. 1.                         |
| <i>T. Fabius Datianus. Neratius Cerealis.</i>              | 1110                                 | 1111 | 358                    | a. 2.                                   |
| <i>Eusebius. Hypatius.</i>                                 | 1111                                 | 1112 | 359                    | a. 3.                                   |
| <i>Constantius Aug. X. Julianus Cæsar III.</i>             | 1112                                 | 1113 | 360                    | a. 4.                                   |
| <i>Taurus. Florentius.</i>                                 | 1113                                 | 1114 | 361                    | CCLXXXV. a. 1.                          |
| <i>Mamertinus. Nevitta.</i>                                | 1114                                 | 1115 | 362                    | a. 2.                                   |
| <i>Julianus Aug. IV. Secundus Salustius Promotus.</i>      | 1115                                 | 1116 | 363                    | a. 3.                                   |
| <i>Fl. Jovianus Aug. Varronianus Nob. ejus Fil.</i>        | 1116                                 | 1117 | 364                    | a. 4.                                   |
| <i>Fl. Valentinianus Aug. Fl. Valens Aug.</i>              | 1117                                 | 1118 | 365                    | CCLXXXVI. a. 1.                         |
| <i>Fl. Gratianus Nobilissimus. Dagalaiphus.</i>            | 1118                                 | 1119 | 366                    | a. 2.                                   |
| <i>Lupicinus. Jovinus.</i>                                 | 1119                                 | 1120 | 367                    | a. 3.                                   |
| <i>Valentinianus Aug. II. Valens Aug. II.</i>              | 1120                                 | 1121 | 368                    | a. 4.                                   |
| <i>Valentinianus Nobiliss. puer. Sext. Aur. Victor.</i>    | 1121                                 | 1122 | 369                    | CCLXXXVII. a. 1.                        |
| <i>Valentinianus III. Valens Aug. III.</i>                 | 1122                                 | 1123 | 370                    | a. 2.                                   |
| <i>Gratianus Augustus II. Sex. Anicius Probus.</i>         | 1123                                 | 1124 | 371                    | a. 3.                                   |
| <i>Modestus. Arinsbeus.</i>                                | 1124                                 | 1125 | 372                    | a. 4.                                   |

FA-



## S E C T I O I V .

## De Chronologia Syfthematica.

**Nus. CII.** *Petavius in Rationar. temp. P. II. lib. 4. cap. I.* Sic inquit: Quam in rem certiffimè tenendum illud est, primum eorum annorum, quos Christi vulgò nuncupamus, incidiffe in annum editionis Julianæ 46. *¶ Olympiadis 194. annum quartum ante 6. menses inchoatum*: fic ut numerari cœpta fit Olympias 195. æstivis diebus illius anni primi Christi, five Juliani 46. Hoc enim Romanorum Faftorum series, atque Augusti, & aliorum Imperatorum initia, exitus, ac totius Imperii interval- la perfuadent: quæ certis characterismis, ac Solis Lunæque defectio- nibus, ita sunt notata, nullam uti dubitationem ac controverfiam admittant, &c. *Idem Petavius P. II. lib. 4. cap. 8.* ad- dit ad rationem computûs Olympiadum: A. Christi 238. ac Gordi- ani folius primò, Censorinus libellum fuum de natali die com- mentabatur; cujus in capite 21. illum ipfum annum insigni- bus notatum titulis temporum. reliquit, quò Ulpus & Ponti- anus confules fuerunt. Hunc enim annum *ab Olympiade prima millefimum quartum decimum* numerat ex diebus æstivis: à Ro- mæ condita 991. Julianum 283. Nabonaffari 986. Quæ om- nia in eundem conspirant limitem anni illius, quem pofui; fi- quidem primus annus Olympiadicus cœpit anno Mundi 3208. ante æram Christianam 776. &c. Hæc sunt firmamenta tem- porum, quibus chronologia debet inniti. &c.

**CIII.** **NOTA:** Rectè habet Petavius: syfthematica & fundamen- talis hæc est chronologia ex Varronis principiis deducta, & annis æræ Christianæ communis applicata. Olympias 194. finiebatur annò æræ Christianæ primò in mense Julio: & eodem tempore elapsus erat ante duos menses annus U. C. 753. Porro Olympiades 194. integræ, cum quælibet 4. annis constet, continent annos 776. his detrahendo 753. quibus tunc steterat Urbs Romana, remanent 23. anni, qui ex Olym- piadicis fuerunt ante Romæ conditum, exceptis 83. diebus, quibus ad- huc in cursu erat. 23<sup>tius</sup> Olympiadicus annus, ut *num. 107.* prænotatum. Sic etiam in anno æræ Christianæ 238. Censorinus à folstitio æstivo in- cipit annum Olympiadicum 1014. ergo finit 1013. incipit itidem an- num U. C. 991. ergo finit 990. his detractis ex 1013. remanent anni Olympiadici ante Romam conditam, ut *suprà*, 23.

**CIV.** *Varro*, teste Censorino, (*infra num. 167.*) diligentiffimè ex- cuffis omnibus historiis antiquis firmam calculationem inierat, quoties post ejectiones Reges à tempore primi consulatûs tempus idem anni recur- rerit: adeoque quot anni usque in ætatem, quam vivebat, effluerint:

Pars II.

M

&amp; quis

66.      **SECTIO IV. APPARATUS CHRONOLOGICUS.**

& quis annus Urbis conditæ & consularis huic vel illi Olympiadi conveniat. Secundùm hunc calculum Varronis, à Censorino dein ad noviora propria tempora continuatum, si pro exemplo diversi computus Varroniani, & Halicarnassensis consulatus initians Claudii Neronis iterum, & Calpurnii Pisonis accipiatur, is in calculo Varroniano incidit in Olympiadis centesimæ nonagesimæ tertiæ annum primum pro medietate jam elapsam, & in finem anni Urbis conditæ 746. detractis 244. annis, per quos imperium penes Reges stetit, remanent anni intermedii 502.

*CV.* Econtra *Dionysius Halicarnassæus* annum unum detrahit: Sic enim scribit *lib. 1. antiquitatum Rom. in premissis*: Tempus quoque ejus (Romanorum nempe civitatis) potentia non breve, sed diuturnius quàm ulli vel Regno, vel Reipublicæ obtigit. &c. Quod tempus jam *annorum est septingentorum quadraginta quinque usque ad Claudium Neronem iterum, & Calpurnium Pisonem consules, qui magistratum hunc intraverunt Olympiade centesima nonagesima tertia. &c.*

Ex hoc loco Dionysii patet, eum à Regibus exactis (quorum Imperio æquè ac Varro annos 244. dat) usque ad Olympiadem 193. & consulatum Claudii Tiberii & Pisonis exclusivè, annos tantum 501. computare. Ast, hoc non obstante, chronologia Halicarnassæi æquè inter systematicas computanda est ac Varronis. Labet hanc in rem speciale schema proponere:

**Systhema chronologicum Varronis,  
& Dionysii Halicarnassæi.**

**Nus. CVI.** Secundùm Varronem Olympiadis primæ annus primus iniit post solstitium æstivum anno ante Romam conditam 23.

Secundùm Halicarnassæum Olympiadis primæ annus primus iniit post solstitium æstivum anno ante Romam conditam 24.

**VARR.** Ergo Roma condita est Olympiadis sextæ anno tertio finiente, cui complendo à 21. Aprilis usque ad solstitium æstivum 63. & post solstitium usque circa Julii medium 20. itaque summatim 83. dies adhuc deerant.

**HAL.** Ergo Roma condita est Olympiadis sextæ anno quarto finiente, cui complendo dies totidem, ut notatum, adhuc æquè deerant.

**VARR.** Reges Romani regnarunt annis 244. ab Urbe condita, usque ad 24. Februarii, quò Regifugium fuit, ita ut anno ultimo hoc U. C. usque ad novum annum 21. Aprilis incuntem deessent duo circiter menses.

**HAL.** Reges Romani regnarunt annis 244. usque ad idem Regifugium, à quo ad complendum annum ultimum Olympiadicum adhuc deerant

erant *quatuor circiter menses*, ut ait Halicarnassæus *lib. 5.* id est, quatuor integri menses Martius, Aprilis, Majus, Junius, & insuper aliquot dies ex Februario, nec non ex Quintili.

VARR. Ergo ipso die Regifugii in stricto computu annus agebatur finiens

Olympiadicus 267. Urbis conditæ 244.

HAL. Itidem die Regifugii in stricto computu annus agebatur

Olympiadicus 268. Urbis conditæ 244.

CVII. VARR. Anno sequente, ultima Februarii, ut *Plutarchus* docet, primus omnium Consul L. Junius Brutus in singulari certamine cum Arunte Tarquinio occidit, et, teste *Livio* & *Halicarnassæo*, non statim, sed intercedente aliquo tempore, collega Bruti P. Valerius, Poplicola expost dictus, allegit sibi aliam collegam Sp. Lucretium, & eo intra paucos dies mortuo, M. Horatium: ergo anno strictè computato

Olympiadico finiente. 268. Urbis conditæ initiante 246.

HAL. Eandem illationem Halicarnassæus ipse pati deberet ex propriis relatis de Bruti consulis gestis, quæ omnino annum fermè totum Urbis conditæ 245. insumpserunt. Ast hoc non attento tempus Bruti consulis, itaque annum U. C. Varronianum 245. transiit, & locò anni U. C. Varroniani 246. annum 245. numerat, par fit Varro in Olympiade, quòd ea ineat sub tempore Horatii, dispar autem in applicatione ad annos Urbis conditæ; & hæc disparitas perpetuò abhinc durat.

VARR. Teste *Plutarcho* M. Horatius consul dedicavit ædes Jovis Capitolini Idibus Septembribus, id est 13. Septembris; ergo per Septembrem adhuc consul fuit; & novi consules, P. Valerius Poplicola II. & T. Lucretius, non inierunt consulatum nisi in Octobri vel Novembri, dum præcedens primus consulatus per anni U. C. strictè computati 244. postremos duos menses, dein per totum annum 245. nec non per anni sequentis 246. menses primos quinque vel sex, itaque per 19. vel 20. menses durasset. Si igitur secundi Consules inierunt V. G. à Novembri, annus eorum consularis in stricto computu erat

Olympiadicus pro 8. mensibus 269  
pro 4. reliquis 270.

Urbis conditæ pro 6. mensibus 246  
pro 6. reliquis 247.

HAL. Halicarnassæus contra consulatum secundum habet simpliciter pro anno

Olympiadico 269. Urbis conditæ 246.

**CVIII. VARR.** Porro sub temporibus Augusti Cæsaris Tiberius Claudius Nero iterum, & Cn. Calpurnius Piso, Consules erant annò strictè computatò

Olympiadicò. pro 6. mensibus 769  
 pro 6. reliquis 770.  
 Urbis conditæ. pro 4. mensibus 746  
 pro 8. reliquis 747.

**HAL.** Halicarnassæus dicit, consules eos *iniisse* consulatum Olympiade centesima nonagesima tertia, & annos usque ad hunc consulatum (eò itaque nondum imputatò) elapsos esse ab Urbe condita 745. ergo annum ejus consulatùs simpliciter habet pro anno 746. Annus primus Olympiadis 193. est annus Olympiadicus 769. & secundùm Tabulam sub *num. 101.* atque notam ei præmissam, iniit anno U. C. Varroniano strictè computato 746. in tertio ejusdem mense, sub consulatu præcedente C. Martii Censorini, & C. Asinii Galli: quod correspondet Halicarnassæo, quia dicit, Neronem & Pisonem cœpisse consulatum suum sub anno primo Olympiadis 193. ut hæc ante eum consulatum initium sumere debuerit. Conformes itaque sunt Varro & Halicarnassæus in Olympiade assignanda; ast Halicarnassæus annum illum præcedentem vocat Urbis conditæ 745. Varro autem pro majori parte, & illa quidem, quâ Olympias iniit, annum 746.

**CIX.** Tota hæc differentia provenit ex primo consulatu, quem Varro biennalem pro annis U. C. 245. 246. Halicarnassæus annalem pro A. U. C. 245. facit. Hæc differentia durat per totam sequentem chronologiam: namque annus consularis Martii & Asinii, qui consulatum Neronis & Pisonis præcessit, æquè est apud Varronem 746. & apud Halicarnassæum 745. sicut secundus annus consulatùs primi erat apud Varronem 246. & apud Halicarnassæum 245. Ea differentia nihilominus minimè officit, quin utraque chronologia tam Halicarnassæi, quàm Varronis systematica sit: sufficit enim scire methodum utriusque, ex qua sibi quisque, quam in chronologica computatione annorum sequi velit, eligere potest.

## Specialia ad chronologiam Halicarnassæi.

**A.U.C.**  
**249.** **Nus. CX.** Ex Dion. Hal. lib. 5. Anno deinde post ejectos Reges quinto Olympias erat nona supra sexagesimam &c. consulatum Romæ gesserunt M. Valerius, Valerii Pöblicolæ frater, & P. Postumius cognomento Tubertus. Annus U. C. 249. hic adscriptus est ex computu laxo primo, conformiter Halicarnassæo; sed in eo strictè accepto non iniit Olympias 69. quæ anno sequenti inchoanti sub iisdem tamen consulibus debetur. Unde in Olympiade non differt Halicarnassæus à Varrone.

*Ex*

*Ex Dion. Hal. lib. 6.* Post hos creati sunt Consules A. Virginius Cœlimontanus, & T. Veturius Geminus, Principe Athenis Themistocle, *annò ab Urbe condita ducentesimo sexagesimo*, instante in sequentem annum septuagesima secunda Olympiade, quâ Tisicrates Crotoniensis vicit iterum. Anno hos consules sequente omnino iniit dicta Olympias, sed is in stricto computu Varroiano dicendus est annus initians 262. A.U.C. 260.

*Ex Dion. Hal. lib. 8.* Anno igitur ab Urbe CCLXX. Consules facti sunt L. Æmilius Mamerci filius, & Cæso Fabius Cæsonis filius, Principe Athenis Nicodemo. 270.

*CXI. Ex Dion. Hal. lib. 10.* Octogesima secunda Olympiade, quâ stadio vicit Lycus Thessalus è Larissa, Principe Athenis Chærephane, *exactò annò ab Urbe condita trecentesimo*, P. Horatio, sexto Quintilio Consulibus, pestilentia Romam invasit, quanta nunquam antea. Olympias iniit his consulibus quidem, sed anno U. C. strictè accepto 302. 301.

*Ex eodem lib. 10.* Sequenti igitur anno Ap. Claudius cum collegis Decemviratum consulari potestate iniit Idibus Majis &c. 304.

Post cum annum acta est Olympias LXXXIII. quâ stadio vicit Criso Himerensis, Principe Athenis Philisco, cum Romæ consularem potestatem obtinebat Appius Claudius jam tertium annum continuè Decemviratu fungens: & ii, quos annò præteritò imperii collegas habuerat, iterum in eadem potestate manebant. Olympias iniit sub tertio anno Decemvirorum, sed is strictè vocandus est annus initians 306. 305.

*Ex Dion. Hal. lib. 11.* Tertia verò & octogesima Olympiade, quâ stadio vicit Criso Himerensis, Archonte Athenis Philisco, Romani Decemviratum abrogant, *cum Resp. triennium penes eum magistratum fuisset.* &c.

*Ex eodem lib.* Qui verò post abdicatum Decemviratum, consulare imperium primi à populo accepere comitiis Centuriatis, ut supra dixi: L. Valerius Potitus, & M. Horatius Barbatus. &c. 306.

*CXII. Ex eod. lib. 11.* Tribunos designarunt, A. Sempronium Atratinum, L. Atilium Longum, & T. Clœlium Siculum, qui primi proconsulare imperium ceperunt annò tertio quartæ & Octogesimæ Olympiadis, Archonte Athenis Diphilo, cumque tantum tres & septuaginta dies cum magistratum gessissent, ultrò more vetere deposuerunt: &c. fiuntque rursus è patriciis consules L. Papius Mugillanus, & L. Sempronius Atratinus, frater ejus, qui cum collegis tribunatum depo-

fuerunt. Hi duo magistratus apud Romanos uno eodemque anno summum obtinere imperium. Annus tertius dictæ Olympiadis inuit in Julio anni U. C. strictè computati 312. sub eodem magistratu, qui parti postremæ anni præcedentis præerat.

A.U.C.      *Ex lib. eodem 11.* Anno insequente, cum plebs iterum Con-  
312.      sules creari decrevisset, consulatum capiunt circa plenilunium Decembris M. Geganius Macerinus iterum, & T. Quintius Capitolinus quintum. Ii senatum docuerunt, cum alia multa propter continuas consulum expeditiones neglecta esse, tum institutum illud summè necessarium de fortunarum censu: &c. *nam nullam censum intra septemdecim annos actum esse à consulatu L. Cornelii & Q. Fabii.*

**CXIII.** Hæc excerpta eò tendunt: primò, ut demonstretur, eà, quæ de chronologia Halicarnassæi supra generaliter dicta sunt, quòd nempe unum annum Varronianæ perpetuò detrahat, adeoque in computu annorum U. C. laxo primo inde à primis consulibus versetur, per específicas chronologiæ designationes comprobari; videantur enim in Tabula *num. 101.* consules omnes supra citati, & apparebit, annos eis ab Halicarnassæo adjectos, inveniri in columna computus annorum U. C. laxi primi. Unde firmiter statuendum, hanc columnam perpetuò chronologiæ Halicarnassæi applicandam esse. Concludendum ex his excerptis secundò: quemlibet annum cujuslibet Olympiadis in methodo Halicarnassæi quidem iisdem consulibus, ac in Varroniana, sed diverso anno Urbis conditæ, nempe ei, quem Tabula in columna computus laxi primi monstrat, attribui; cum e contra in methodo Varronis ei anno U. C. debeat, qui in columna computus laxi secundi reperitur, sed simul respectu Olympiadum strictæ computationi convenit.

**CXIV.** Porro ex locis Halicarnassæi supra allatis ab A. 301. usque 312. nunc quoque de controversia regiminis Decemviralis dispiciendum. Ubi omnino statuendum est: Decemvirorum Imperio, non duos annos tantum, & partem tertii, ut chronologi communiter volunt, sed triennium integrum imputari, adeoque primis abhinc consulibus L. Valerio Potito, & M. Horatio Barbato specialem & separatum à Decemviris annum assignari debere. Sententia hæc imprimis ab Halicarnassæo aperte in superioribus assertis adstruitur: dicit enim ad ingressum historiæ abrogati Decemviratus, (supra *num. 111.*) Rempublicam *triennium* (in græco-textu *triετα*, tres annos) penes eum Magistratum fuisse. Ne quis verò dicat, hanc enuntiationem intelligi de tertio anno incompleto: combinentur relata Halicarnassæi ad annos 301. & 311. (*num. 111. 112.*) Priorem annum dicit esse Olympiadis octogesima secundæ primum, posteriorem annum verò Olympiadis octogesima quartæ tertium: Olympias 82. habet quatuor annos, Olympias 83. itidem quatuor, & ex Olympiade 84. accedunt tres anni, igitur undecim sunt anni, & undecim Magistratus requiruntur. Hos illi, qui tertium annum Decemvirorum partim Decemviris, partim Consulibus P. Valerio & M. Horatio attribuunt, itaque Decemviris tertium annum totum, & dictis Consulibus annum specialem & à Decemviris separatum negant, invenire nequeunt; ab anno primo enim  
Olym-



Olympiadis octogesima secundæ, id est à Consulibus P. Horatio, & Sexto Quintilio sunt duò tantùm consulatus, qui Decemviros præcedunt: post Decemviros verò, & Consules L. Valerium & M. Horatium, usque ad Olympiadis octogesima quartæ annum tertium, seu usque ad L. Papirium, L. Sempronium Consules inclusivè, quinque tantùm consulatus sequuntur; ut ergo undecim Magistratus numerari possint, necesse est Decemviris triennium integrum, & Consulibus L. Valerio, & M. Horatio annum specialem dare. Ergo Halicarnassæo nullatenus affingendum, quasi triennium Decemvirale incompletum intellexerit. Patet id abundè ulterius ex relatis ejus ad initium consulatûs M. Geganii Macerini, & T. Quintii Capitolini A. 312. (num. 112.) His consulibus initiantibus dicit septendecim annos sinè censu actò elapsos esse à consulatu L. Cornelii & Q. Fabii incipiendo. Computentur retrò anni hi septendecim in fastis: si Decemviris detur triennium, & L. Valerio, M. Horatio Consulibus annus specialis, invenientur Consules L. Cornelius & Q. Fabius in anno decimo septimo, sin minùs, in decimo sexto.

CXV. Hæc sententia de triennio integro Decemvirorum convenit quoque relatis Livii, quæ hîc jam subnectenda:

*Ex Livio lib. 9. cap. 24. ex oratione P. Sempronii Tribuni plebis contra Appium Claudium censorem A.U.C. 445. En, inquit, Quirites, illius Appii progenies, qui Decemvir in annum creatus, alterò annò se ipse creavit, tertio nec ab se, nec ab ullo creatus, privatus fasces & imperium obtinuit.*

*Ex Livio lib. 3. cap. 14. Anno trecentesimo altero, quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab Consulibus ad Decemviros, quemadmodum ab Regibus antè ad Consules venerat, translato Imperio.* A.U.C. 303.

*Ex Livio lib. 3. cap. 17. Idus Majæ venère, nullis subrogatis Magistratibus: privati pro Decemviris neque animis ad imperium, inhibendum imminutis, neque ad speciem honoris insignibus prodeunt. Id verò regnum haud dubiè videri: deploratur in perpetuum libertas: nec vindex quisquam existit, aut futurus videtur.* 305.

*Ex Livio lib. 3. cap. 19. L. Cornelius Maluginensis, M. Cornelii Decemviri frater, cum ex consularibus ad ultimum dicendi locum consultò servatus esset, simulando curam belli, fratrem collegasque ejus tuebatur: quonam fato incidisset, mirari se dictitans, ut Decemviros, qui Decemviratum petiissent, aut socii, aut hi maximè oppugnarent: aut quid ita, cum per tot menses vacua civitate, nemo justî ne magistratus summæ rerum præessent, controversiam fecerit: nunc demum, cum hostes propè ad portas sint, civiles discordias ferant: nisi quòd in turbido minùs perspicuum fore putent, quid agatur.*

CXVI. *Ex Livio lib. 3. cap. 24. ubi de tempore jam agitur, quo uterque exercitus Romanus in Aventinum secesserat: Patres solliciti de sum-*

summa rerum, cum Senatus quotidie esset, jurgiis sæpius terunt tempus, quam consiliis. Sicci cædes Decemviris, & Appiana libido; & dedecora militiæ objiciebantur: placebat, Valerium Horatiûmque ire in Aventinum: illi negabant, se aliter ituros, quam si Decemviri deponerent insignia Magistratûs ejus, quò *annò jam antè* abissent.

*Ex Livio lib. 3. cap. 25.* Confestim de Consulibus creandis cum provocatione M. Duillius rogationem pertulit. Ea omnia in pratis Flaminiis conciliò plebis acta, quem nunc Circum Flaminium appellant. *Cap. 26.* Per interregem deinde Consules creati L. Valerius, & M. Horatius, qui extemplò Magistratum occeperunt.

*Ex Livio lib. 3. cap. 27.* ex accusatione Virginii contra Ap. Claudium. Omnium igitur tibi, Appi Claudii, quæ impiè nefarièque *per biennium* alia super alia es ausus, gratiam facio, unius tantum criminis, nisi judicem vindices te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincula te duci jubeo.

A.U.C. *Ex Livio lib. 4. cap. 3.* Anno trecentesimo decimo, quàm  
311. Urbs Roma condita erat, primùm Tribuni militum pro consulibus Magistratum ineunt A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius &c.

*CXVII.* Livii testimonio de Magistratu Decemvirorum triennali nihil clarius desiderari potest: *Libro enim 9. cap. 24. (num. 115.)* de tribus annis disertè testatur. *Lib. 3. cap. 26. (num. 116.)* de fine tyrannidis Decemviralis agens, Decemviros *anno jam antè* à Magistratu *abiisse* dicit. Abierant, id est non legitimè à populo refecti erant, Idibus Majis A. 305. ergo tempus de quo Livius Valerium & Horatium loquentes *cap. 24.* inducit, jam erat post Idus Majas A. 306. Et, rogo! quis relata omnia Livii, quæ de tyrannide tertii anni Decemviralis, & de bello à Decemviris contra Sabinos & Æquos infeliciter & segniter valdè acto, dein de consulatu Valerii & Horatii, atque bello novo contra Volscos & Æquos, in unum annum compinget? Nunquid *cap. 19. (num. 115.)* L. Cornelium Maluginensem contra ofores Decemviratûs expostulantem adfert, cur justi magistratûs controversiam in illud usque tempus, quò *per tot menses vacua* (nempe legitimo magistratu) *civitas* jam esset, distulerint? an non hoc clarè infert, tacuisse eos ab Idibus Majis, quibus renovatio magistratûs fieri debuerat, per menses jam plures, adeoque & controversiam, & instans bellum non nisi autumnale tempus respicere? quid igitur ante hyberna agi poterat, nisi lenta illa & ignava Decemvirorum bellatio? quando autem exercitus uterque ex castris in Aventinum secessit, nisi in vere sequentis anni? Demum nunquid Livii enuntiatio *lib. 3. cap. 14. (num. 115.)* de primis Decemviris: *annò trecentesimo alterò quàm condita Roma erat*, & alia *lib. 4. cap. 3. (num. 116. & 52.)* de primis Tribunis militum: *annò trecentesimo decimo, quàm Urbs Roma condita erat*, in eodem sensu accipienda? atqui prior absolutè denotat trecentesimum alterum

rum seu secundum annum jam expletum, ergo & posterior trecentésimum decimum annum finitum; si hoc est, primi Tribuni, & iis tertio mense abdicantibus, Consules subrogati L. Papirius & L. Sempronius, occupant annum in computu laxo primo 311. & necesse quoque est Decemviris triennale fuisse imperium. Nihil obstat, quòd *Livius lib. 3. cap. 27. de biennio*, cujus nefariè facta Virginius Appio condonet, loquatur; Virginius enim non acta quanquam in se tyrannica Appii per primos duos annos legitimè adepti magistratûs, sed unicum ex tertio anno violentæ dominationis, nempe Virginiae filiae suæ injuriosissimam servituti mancipationem, in disquisitionem trahere voluit: unde nullatenus quid contra triennium Decemviralis potestatis inferri potest.

**CXVIII.** Præter hæc testimonia duorum Principum historiae Romanæ, Livii & Halicarnassæi, accedit & tertium *Diodori Siculi*, explicitè quidem, cùm Decemviris biennium tantùm det, contrarium, implicitè autem conforme. Huic apparenti tantùm contrarietati alibi (*num. 139.*) satisfiet; id verò hîc solummodò commemorandum: Diodorus (quanquam hîc in systhemate diverso Olympiadicò versetur, de quo infra *num. 139.*) ultimum annum Decemvirorum alligat anno secundo Olympiadis octuagesimæ quartæ: specialem dat annum, nempe tertium ejusdem Olympiadis, Consulibus Valerio & Horatio: Tribunis autem primis militum, quibus dein subrogati Consules, assignat annum quartum Olympiadis octuagesimæ quintæ; ergo ab ultimo anno Decemvirorum inclusivè, usque ad annum creatorum Tribunorum exclusivè, intervenerunt integri anni sex: quod esse non posset, si Valerius & Horatius in ultimo anno Decemvirorum comprehensî fuissent, & specialem annum imperii non habuissent.

**CXIX.** His ita discussis, sentiendum est, chronologiam Halicarnassæi usque ad annum 312. systhematicam, quanquam in annis U. C. ab alio calculo systhematico discrepantem esse. Abhinc autem tempus edax rerum seculis nostris surripuit annales posteriores Halicarnassæi, & chronologica ejus ratio non nisi in tribus temporibus posterioribus, nempe 1<sup>mo</sup> in tempore invasæ à Dionysio seniore Syracusano Tyrannidis, Olympiadis nonagesimæ tertiæ anno tertio, 2<sup>do</sup> in tempore captæ à Gallis Romæ, & 3<sup>io</sup> in tempore consulatûs Claudii Neronis iterum, & Calpurnii Pisonis, sub Imperio Augusti Cæsaris, conservata mansit. De tempore hoc tertio in generalibus hujus Sectionis sat jam actum. De tempore primo & secundo agetur commodiùs in chronologia Diodori Siculi, Sectione sequente quinta. Hîc autem sufficit ex notis temporum illorum trium concludere & statuere, chronologiam æquè deperditorum Halicarnassæi librorum sibi semper mansisse similem & systhematicam. Cæterùm Fasti Capitolini æquè detrahunt calculo Varroniano annum unum sed ex differente principio. Fasti omittunt unum annum in Imperio Regum, annum interceptum autem calculant: Halicarnassæus econtra annum regium calculat, sed interceptum omittit.

## Chronologia Polybii.

**Nus CXX.** Ex Polybio *Hist. lib. 1. pag. 5. editionis Parisiensis de A. 1609.* Porro initium ac velut fundamentum libri hujus  
 Pars II. N jus

- ius erit prima Romanorum extra Italiam trajectio cum illis co-  
hærens, in quibus Timæi historia desinit: idque in tempora  
Olympiadis centesimæ vigesimæ nonæ incidit. (hæc Olympias  
inquit medio Julii anno U. C. strictè computato 490.) Dicendum igitur  
fuerit, quomodo & quando rebus in Italia constitutis,  
quibusque postea rerum opportunitatibus usi, trajiciendi in Si-  
ciliam impetum cœperint. Nam omnium extra Italiam regio-  
num hanc primam Romani adierunt. *Pag. 10.* Consulum  
490. alter Appius Claudius cum imperio missus, & ferre suppetias  
trajectis Messanam copiis, est iussus. Mamertini, postquam  
Carthaginensium Ducem, qui jam arcem obtinebat, partim  
dolo extrusissent, Appium arcessunt, eique Urbem tradunt.  
*Pag. 15.* Quum igitur fama rerum ab Appio & Legionibus fe-  
liciter gestarum Romam ex Sicilia pervenisset, essentque Con-  
491. sules creati Manius Octacilius, & Manius Valerius, & Legio-  
nes omnes & Consules ambo in Siciliam mittuntur. Hiero &c.  
Legatos ad Consules de pace & amicitia mittit &c. Trans-  
actum conditionibus hisce &c. *Pag. 16.* qui ipsis (Octacilio  
492. & Valerio) successerunt L. Postumius & Q. Mamilius in Sicili-  
493. am cum Legionibus veniunt. *Pag. 20.* L. Valerius & T. O-  
ctacilius post illos creati, qui Agrigentum ceperant. *Pag.*  
512. *63.* pax Carthaginensibus data à Consule Lutatio. Romani non appro-  
bant. Mittunt 10. Legatos ad rem inspiciendam. Conditiones alterant.  
*Pag. 64.* His igitur legibus, atque hoc modo finitum est bel-  
lum inter Romanos & Carthaginenses de Sicilia gestum, post-  
quam annos continuos XXIV. durasset.

CXXI. *Ex Polybio Hist. lib. 1. pag. 2.* Initium porro scri-  
ptionis nobis erit, si tempora spectes, Olympias centesima qua-  
534. dragesima: (hæc Olympias inquit A. U. C. strictè computato 534.) Si  
res gestas, bellum apud Græcos quidem sociale, quod primum  
cum Achæis adversus Ætolos Philippus suscepit Demetrii fili-  
us, Persei pater: apud Asianos verò bellum Cœlesyriacum inter  
Antiochum & Ptolemæum Philopatorem: in Italia autem et  
Africa, quod Romani & Carthaginenses inter se se gesserunt,  
vulgò dictum Annibalicum.

*Ex Polybio Hist. lib. 3. pag. 158.* Tempus medium, inter  
principium & finem, anni tres & quinquaginta, quò spatio  
tales tantæque res continentur, quantas nulla superior ætas pa-  
ri temporis intervallo est complexa. De quibus initiò ductò ab  
Olympiade CXL. narrationem hoc ordine instituemus. &c.  
535. *Pag. 171.* Romani id consilium, quod ostendimus, secuti, ve-  
re incunte anni primi Olympiadis centesimæ quadragesimæ L.  
Æmi-

Æmiliū ad res in Illyrico gerendas cum exercitu mittunt. Hannibal verò cum omnibus copiis Carthagine Nova profectus Saguntum versùs iter instituit. *Pag. 172.* tandem intra menses octo Urbem cepit. &c. *Pag. 174.* Romani verò, postquam de capto Sagunto nuntium acceperunt, &c. Legatos repente eligunt, & Carthaginem properare jubent. *Pag. 189.* Hannibal interim Carthagine Nova hibernans &c. Tum Hannibal principio veris copias ex hibernis contrahit. *Pag. 193.* Cùm Romanis &c. nuntiatum, annem jam Iberum transiisse Hannibalem, P. Cornelium in Hispaniam, Tib. verò Sempronium in Africam mittendos statuunt. &c. *Pag. 194.* Incunte vere Romani Consules, omnibus jam satis comparatis ad perficiendum quæ moliebantur, in suas provincias classe proficiscuntur. Ac Publius quidem cum sexaginta navibus in Hispaniam cursum dirigebat: at Tib. Sempronius cum centum sexaginta navibus longis quinquereimis tam atrox bellum in Africam cogitabat inferre.

A.U.C.  
536.

**CXXII. NOTA:** Systhematica est chronologia Polybii: rarò quidem Olympiadum mentionem facit, sed dum eas commemorat, strictè computat. Annos Urbis conditæ non adjicit, sed Consules recto Varroniano ordine numerat. Anni hìc in margine prænotati sunt ex computu laxo secundo. Annus consularis eo tempore, de quo superiora excerpta loquuntur, Idibus Martiis inibat. Appius Claudius (de quo ad initium belli Punicì primi mentio fit) cum M. Fulvio Flacco consulatum iniit anno U. C. strictè computato 489. à 15. Martii usque ad 21. Aprilis per dies 37. adhuc decurrente, dein verò continuavit consulatum per undecim ferè menses anni U. C. 490. Bellum primum Punicum dicit Polybius incidisse in Olympiadem centesimam vigesimam nonam, & per annos continuos 24. durasse; pacem autem à Consule Lutatio Carthaginensibus datam esse. Lutatius is, ut testatur *Florus in Gestis Rom. lib. 2. cap. 2.* cognomento Catulus fuit, cujus consulatus se extendebat usque in mensem Martium anni U. C. strictè computati 512. jam jam finientis. Sub initium consulatùs Appii Claudii ex Olympiade 128. annus ultimus per quatuor postremos menses adhuc in cursu erat, atque proximè instabat annus primus Olympiadis 129. Finiente bello, exeunte anno U. C. 512. annus tertius Olympiadis 134. menses octo primos jam exegerat. Cùm ergo Polybius 24. annos belli numeret, in computu Olympiadicò strictò versatur, & hoc sensu verum est, bellatum jam esse anno 4<sup>to</sup>. Olympiadis 128. & bellatum adhuc esse anno 3<sup>to</sup>. Olympiadis 134. itaque per 24. annos. Si autem anni consulares ab inito consulatu Appii Claudii usque ad finitum consulatum Lutatii Catuli computentur, sunt præcisè & plenè anni viginti tres.

**CXXIII.** Bellum Punicum secundum orditur Polybius ab expeditione Hannibalis contra Saguntinos Romanorum socios, à vere anni primi Olympiadis 140. & à consulatu L. Æmilii: hæc enim expeditio Romanos concitavit contra Carthaginenses seu Pœnos, licèt eo anno pri-

535.

A. U. C. 536. mo belli, quô Saguntum excisum, Romani exercitum contra Pœnos non eduxerint, sed anno sequente primùm P. Cornelio Scipione, & Tib. Sempronio Longo Consulibus. L. Æmilius Paulus Consul erat cum M. Livio Salinatore usque ad Martium anni U. C. strictè computati 535. jam jam, nempe post 37. dies finituri; annus primus Olympiadis 140. tunc adhuc decurrebat per quatuor ultimos menses, à Martii medio usque ad Julii medium. Scripsit abhinc Polybius historiam Romanam per 53. annos, ergo usque ad finem belli Macedonici, & annum U. C. 587. quô, Consulibus Q. Ælio & M. Junio, devictâ plenè Macedoniâ, teste *Livio lib. 45. cap. 33. & 35.* de Rege Perseo Æmilius Paulus, qui priore anno Consul fuerat, tetrestrem, & Cn. Octavius navalem triumphum egit, atque Romana Respublica in summam potentiam excrevit. Polybius, qui circa hæc tempora vixit, sed cujus historia, maxima ex parte, deperdita est, iterum in initio assignando secundi belli Punici in computu stricto Olympiastico versatur: verum tempus enim, quo Hannibal Saguntum petiit, & Æmilius Paulus consulatum iniit, dein in Illyricum profectus est, attribuit anno primo Olympiadis 140. quod justo computui Varroniano optimè correspondet, qui æquè annum primum eum in mense Julio anni U. C. strictè computati 534. inchoat, & in mense Julio anni 535. finit. In Halicarnassæi quoque methodo initium consulatûs Æmilii Pauli incidit in primum annum Olympiadis 140. & tantùm hæc differentia intercedit, quòd Halicarnassæi methodus annum U. C. 534. numeret, quem Varroniana methodus numero 535. alligat.

## Chronologia Fastorum Capitolorum.

**Nus. CXXIV.** Chronologia hæc ab anno U. C. 460. in ipsissimo systemate, quod ex methodo Halicarnassæi, & Diodori Siculi fuit, nempe in computu annorum U. C. laxo primo versatur; usque ad eum annum autem dissidet modò uno, modò duobus, modò tribus annis. Congruum itaque erit, respectu horum priorum temporum methodum Halicarnassæi præmittere, & methodum Fastorum Capitolorum, (proût hi in *Grævii Thesaurò Antiquitatum Rom. Tom. XI. pag. 177. seqq.* exscripti sunt) diverso typo subjicere, ut combinationi locus detur, quæ methodus præeligenda sit.

**I.** Secundùm methodum Halicarnassæi, & Diodori Siculi: Reges Romani imperârunt annis 244.

1. Secundùm methodum fastorum Capitolorum: Reges Romani imperârunt annis 243.

**2.** Primi Consules Romani Reipublicæ præfuerunt A. 245.

2. Primi Consules Romani Reipublicæ præfuerunt anno 244.

**3.** Decemviri præfuerunt annis tribus integris 303. 304. 305. & Consules L. Valerius Potitus, & M. Horatius Barbatus novum annum occupârunt 306.

3. De-



3. Decemviri præfuerunt annis duobus integris 302. 303. & annus 304. partim Decemviris, partim dictis Consulibus regebatur, & hi non ultra annum 304. consulatu fungebantur.

4. Post Valerium & Horatium successerunt consulatus decem usque ad annum 316. inclusivè.

4. Post dictos Consules successerunt consulatus decem usque ad A. 314. inclusivè.

5. Anno 317. Tribuni militares obtinère imperium.

5. Computandum id pro A. 315.

6. A. 318. 319. 320. 321. Consules fuère.

6. Concernit id annos 316. 317. 318. 319.

7. Anni 322. 323. Tribunos militares habuère.

7. Anni ii sunt 320. 321.

8. Anni sequentes quinque 324. 325. 326. 327. 328. Consulibus parebant.

8. Anni erant 322. 323. 324. 325. 326.

9. Anno 329. 330. 331. Tribunatus subsequabantur.

9. Competit id annis 327. 328. 329.

10. Annus 332. Consules, 333. Tribunos, 334. iterum, Consules habuit.

10. Intelligendum de annis 330. 331. 332.

11. Annus 335. anarchicè sine curulibus magistratibus insumptus est.

11. De anarchia nihil sciunt Fasti Capitolini.

12. Per septem annos subsequos Tribuni iterum creati usque ad A. 342. inclusivè.

12. Septem Tribunatus sunt, sed ultimus de anno 339.

13. Sequuntur quinque consulatus, quorum ultimus est de A. 347.

13. Annus ultimus est 344.

14. Dein Tribunatus 15. quorum ultimus annus est 362.

14. Ultimus annus est 359.

15. Annus 363. & 364. Consules habuit.

15. Anni sunt 360. 361.

16. Annus 365. & 366. Tribunis regebatur, & hoc ultimo anno capta Roma est.

16. Roma capta est A. 363.

17. Abhinc usque ad novos Consules creatos computantur 23. anni, qui maxima ex parte Tribunatibus, partim quoque anarchiis exierunt.

17. Sunt omnino 23. anni, nempe unus, & quidem proximus post captam Romam, sub Dictatore M. Furio Camillo: dein 13. Tribunatus Militares, 5. anarchiæ sub Tribunis Plebis, & demum iterum 4. Tribunatus Militares.

18. A Consulibus L. Æmilio Mamerco, & L. Sextino Laterano, anno 390. usque ad Consules Cn. Domitium, L. Cornelium A. 423. utrinque inclusivè, sunt consulatus 34. & totidem anni.

18. A Consulibus L. Æmilio & L. Sextino, anno 387. usque ad Consules Cn. Domitium, & L. Cornelium A. 421. sunt consulatus 35. & totidem anni, & ante consulatum: Cn. Domitii, & L. Cornelii interserendus est consulatus L. Papirii Cursoris, & C. Poetelii Libonis Visoli, in aliis Fastis omissus.

19. A Consulibus C. Valerio, & M. Claudio Marcello, anno 424. usque ad Consules C. Sulpitium Longum II. & Q. Aulium Ceretanum anno 431. utrinque inclusivè, sunt consulatus 8. & totidem anni.

19. A Consulibus Valerio & Claudio Anno 422. usque ad Consules Sulpitium & Aulium anno 430. sunt consulatus octo & ante consulatum Sulpitii & Aulii interserenda annua Dictatura L. Papirii Cursoris, itaque novem computandi anni.

20. A Consulibus Q. Fabio & L. Fulvio A. 432. usque ad Consules Q. Fabium III. & P. Decium Murem II. A. 445. utrinque inclusivè, sunt consulatus 14. & totidem anni.

20. Intra id tempus ab A. 431. usque 445. sunt consulatus 14. & ante annum 445. interserenda Dictatura annua L. Papirii Cursoris, itaque computandi anni quindecim.

21. A Consulibus Appio Claudio, & L. Volumnio A. 446. usque ad Consules M. Valerium, Q. Apuleium A. 452. utrinque inclusivè, sunt consulatus 7. & totidem anni.

21. Intra id tempus sunt consulatus quidem septem, sed ante consulatum M. Valerii, & Q. Apuleii interserenda Dictatura annua, quam gesserunt primùm Q. Fabius Maximus, dein M. Valerius Corvus, itaque octo computandi anni, & consulatus M. Valerii, & Q. Apuleii anno 453. adscribendus.

22. A Consulibus M. Fulvio Poetino, & T. Manlio Torquato A. 453. usque ad Consules Q. Fabium Maximum VI. & P. Decium Murem V. anno 458. sunt consulatus sex & totidem anni, gesserunt enim Q. Fabius & P. Decius A. 457. & 458. duplicem continuativum consulatum.

22. Intra id tempus quinque tantùm sunt consulatus, & Consules Q. Fabius & P. Decius non biennem continuativum, sed annalem consulatum anno 458. gesserunt.

23. A Consulibus M. Atilio Regulo, & L. Postumio Megello II. qui in computu annorum U. C. laxo primo annum 459. occupant, series Consulium fermè ab omnibus scriptoribus & Fastis pariformiter contextitur.

23. Dicti Consules etiam secundùm Fastos Capitolinos annum 459. occupant, & tota reliqua series Consulium ambiguitate ferè caret.

Ani-

## Animadversiones in hoc Schema.

**Nus. CXXV.** Methodus igitur Halicarnassæi, cui Diodorus ab A. 338. par sit, computat à primo anno Urbis conditæ usque in consulatum M. Atilii Reguli, & P. Postumii Megelli (hoc consulatu simul comprehenso) 459. annos. Tempora autem intermedia sic distribuit: 1<sup>mo</sup>. Reges Romani imperârunt 244. annis. 2<sup>do</sup>. Decemviri triennium integrum A. 303. 304. 305. insumpserunt. 3<sup>tio</sup>. Anno 335, ob seditiones Tribunitias nulli creati sunt curules Magistratus, & annus anarchicus fuit. 4<sup>to</sup>. Consules Q. Fabius Maximus & P. Decius Mus, in bello contra quatuor populos, Etruscos, Samnites, Umbros, & Gallos, quod per duos annos 457. & 458. (in computu laxo primo) gestum est, continuatium adeoque biennalem consulatum gessere.

**CXXVI.** Methodus Fastorum Capitolinorum æquè à primo anno U. C. usque in consulatum Atilii & Postumii annos 459. computat, omnia autem prædicta supposita negat. Quoniam verò sic quatuor annos U. C. perdit, eos hunc in modum refarcit: in numero 18<sup>vo</sup>. schematis præmissi novum consulatum, in numero 19. Dictaturam, in numero 20. Dictaturam aliam, & demum in numero 21. itidem Dictaturam interferit. His institutis, respectivè consulatui, & tribus Dictaturis nihil auxilii ex scriptoribus antiquis reperiendum est: *Liv. lib. 10. cap. 22.* (ut jam supra *num. 77.* extractum) à M. Valerio, & A. Cornelio Coss. *qui primi* (ut inquit Livius) *Samnio arma intulerunt*, numerat 46. annos continuos belli Samnitici usque in consulatum ultimum P. Decii Muris, quò se pro exercitu devovit, & plenè devicti sunt Samnites. Consulatus M. Valerii & A. Cornelii erat in anno U. C. computus laxi primi 413. Consulatus ultimus devotivus Decii in anno 458. His duobus annis simul computatis, quia in utroque bellabatur contra Samnites, accuratè numerat Livius, quia 46. anni sunt. Consulatus omnes intermediorum annorum nominibus Consulum specificat Livius, & tantum biennalem ultimum consulatum Decii non sat explicitè assignat. Nullo modo autem Consulatum novorum, quos Fasti Capitolini ad annum 420. interjiciunt, meminit, nec Dictaturarum trium, quas Fasti Capitolini annis 429. 444. & 452. inserunt, quasi speciales annos à consulatibus separatos concernerent, rationem habet.

**CXXVII.** Econtrà computentur anni ab initio Samnitici belli, id est à consulatu M. Valerii & A. Cornelii ex Fastis Capitolinis, usque ad finem belli Samnitici, id est usque ad consulatum devotivum Decii. Illum consulatum primum alligant Fasti anno 410. hunc ultimum anno 458. In primo anno utriusque Consuli, in ultimo soli collegæ Decii occisi Q. Fabio triumphum de Samnitibus assignant: ergo in historia ipsam Livio conveniunt; sed quomodo in numero annorum, cum ab anno 410. simul imputato, usque ad annum 458. simul imputatum sint anni 49? Livius non inquit calculum suum ex numero consulatum, quia aliàs, ut computus anno non deficeret, vel biennalem postremum consulatum Decii, vel, si hic annalis fuit, Dictaturam, aut etiam anarchiam intercedentem, expressè declarare debuisset. Itaque durationem belli Samnitici per

per 46. annos continuos ex alio antiquiore probo auctore hauisse debuit. Nunquid ergo & Livius, & auctores, quibus usus, ita ignari fuere, ut bello Samnitico non nisi 46. annos imputarent, quod in computu Fastorum Capitolinorum 49. annos insumpserit? Plus credo ego Livio, ejusque diligenti inspectioni auctorum veterum, quam compositioni Fastorum Capitolinorum, quæ à suspectis Quindecim-viris, ut infra pluribus, permanasse videtur. Frustra itaque compositor Fastorum Capitolinorum ignotos aliis Consules anno 420. frustra duas Dictaturas anno 429. & 444. intrusit: illis enim opus non est, & anni 46. belli Samnitici sine illis explentur. Dictaturâ tertiâ de A. 452. etiam opus non est, si argumenta ex Livio ipso jam supra in Sectione 2<sup>da</sup> (num. 82. 83.) de ultimo consulatu biennali Decii allata attendi velint; si non? liberum cuique esto, pro anno eatenus tantum unico supplendo vel Dictaturam, vel anarchiam, & in quo placet anno, subrogare; historiæ enim illa varia computatio paucorum annorum ab A. 452. usque 458. nihil officit, & sufficit annum finiti belli Samnitici extra controversiam esse.

**CXXVIII.** Arbitrari nunc accedat *Diodorus Siculus*, cujus tricennali labori, saltem ab iis temporibus, in quibus methodo Halicarnassæi par est, fides non deneganda. Recenset ille in tempore, de quo hic agitur, feriem eandem Consulium, sicut Livius: duos tantum annos, nempe 432. & 433. tam in consulatibus Romanis, quam Archontibus Græcis, sed sine confusione chronologiæ omittit: ac aliquoties nomen unum vel alterum Consulium aliter profert: quod autem, si chronologiam non alterat, nihil facit, & omnibus Fastis commune est. In hanc epocham annorum incidit monarchia Alexandri Magni per 12 annos, & 7. menses, à consulatu Q. Publilii, & Tib. Æmilii Mamerci, usque ad consulatum C. Poetelii, & L. Papirii Mugillani Curforis, id est ab A. 417. usque in A. 429. computus laxi primi. De hac monarchia latè differit Diodorus. Is itaque M. Valerio, & A. Cornelio Coss. assignat annum primum Olympiadis 110. id est in methodo Halicarnassæi, annum U. C. 413. Non superest historia ejus, nisi usque ad annum tertium Olympiadis 119. M. Livio Dentre, & M. Æmilio Consulibus, id est anno 451. Ab Olympiade initiante 110. usque ad Olympiadis 119. annum tertium, utrinque inclusivè computando, sunt anni 39. Econtra Fasti Capitolini alligant consulatum M. Valerii & A. Cornelii anno 410. consulatum verò M. Livii Dentris & M. Æmilii anno 451. inde conflantur anni 42. & tres ex eis ultra Diodori chronologiam superabundant; ergo etiam secundum hanc compositor Fastorum Capitolinorum frustra ignotos aliis Consules A. 420. & Dictaturas duas A. 429. & 444. affinxit. De tertiæ Dictaturæ pari superfluitate ex Diodoro Siculo dijudicari nequit, quoniam ab illo ipso anno 452. quem hæc Dictatura occupasse dicitur, historia Diodori deficit.

**CXXIX.** Videndum nunc, cujus originis chronologia Fastorum Capitolinorum censi possit. Fasti hi, in pluribus saxorum fragmentis excisi, à Pighio in præfatione *annalium suorum* pro suo ævo haud ita dudum, ergo circa seculum Christianum decimum quintum, Romæ in ruinis reperi & effossi dicuntur. Quæ in fragmentis vetustate aut exesa, aut planè avulsa sunt, Pighius ex scriptoribus Romanis supplet. Labor certè laudandus, & rei literariæ admodum utilis, quoniam in Fastis  
his

his præter Consules & Dictatores etiam alii magistratus produntur. Res igitur fragmentis contentæ posteritati gratæ esse debent : sed id in dubio positum, cujus authoritatis sit conscriptio saxorum eorum, adeoque & ipsa chronologia annorum U. C. si hæc fragmentis ipsis in omnibus, ut editio fert, inserta reperiatur, quod clarè non testatur Pighius. Aliquid huic quæstioni lucis affunditur ex ludis secularibus, qui in his Fastis ad sequentes annos & Consules annotantur : Ludi sæculares primi A. 297. M. Valerio Maximo, & Sp. Virginio Tricosto Coss.

Secundi A. 407. M. Valerio Corvo, & C. Poetelio Libone Coss.

Tertii A. 517. P. Cornelio Lentulo, & C. Licinio Varo Coss.

Quarti A. 627. M. Æmilio Lepido, & L. Aurelio Oreste Coss.

Quinti A. 737. C. Furnio, & C. Junio Silano Coss.

Anni Ludorum quatuor primorum sunt ipsissimi, quos Quindecimviri, dum Augustus Cæsar rationem neglectorum Ludorum quintorum ab iis exigeret, ad obtegendam suam culpam ediderunt, &, ut chronologiæ scriptores loquuntur, confinxerunt, ut videri potest ex *Petri Tassini chronologia nova Ludorum secularium Parte II. cap. 2. apud Grævium in Thesaurο Antiquit. Rom. Tom. 8.* Profecti igitur videntur Fasti Capitolini ex authoritate & methodo computandi annos U. C. Quindecimvirali; hanc autem authoritatem cum Quindecim-viris Chronologi plerique in chronologia Ludorum secularium negent, & scriptorum veterum Romanorum fidem anteponant: negare æquè in definienda reliqua chronologia annorum Urbis conditæ, & Livii atque Diodori fidem anteponere licebit. Quam in rem & id per similitudinem applicari Decemviris potest, quod *Censorinus de die Natali cap. 20.* Pontificibus in pravo more intercalandi exprobrat his verbis: Quod delictum, ut corrigeretur, Pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio intercalandi ratio permessa. Sed horum plerique, ob odium, vel gratiam, quo quis magistratu citius abiret, diutiùsve fungeretur, aut publici redemptor ex anni magnitudine in lucro damnove esset, plus minusve ex libidine intercalando, rem sibi ad corrigendum mandatam ultrò depravârunt.

## SECTION V.

### Chronologia Diodori Siculi.

**N**us CXXX. Ex Diodoro Siculo lib. 1. in præfatione. In tribus tandem & viginti libris res reliquas inde cunctas digessimus usque ad *extremum* belli à Romanis adversus Celtas excitati, quò Imperator C. Julius Cæsar, cui res gestæ Divi nomen adscivère, plurimis & pugnacissimis Celticis gentibus debellatis, Imperium Romanum ad Britannicas usque insulas prolavit. Hujus prima gesta incidunt in primum Olympiadis centesimæ & octogesimæ annum, (Olympias hæc iniit A. U. C.

*Pars II.*

○

strictè

strictè computato 694. ) Archonte tum Athenis Herode &c. A bello autem Trojano, Apollodorum Atheniensem secuti, octoginta annos ad reditum Heraclidarum statuimus. Ab hoc ad Olympiadem primam, trecentos & viginti octo, à Regibus Lacedæmoniorum tempora computando. A prima autem Olympiade *ad extremum* belli Celtici, qui nobis historiæ finis est, septingentos & triginta. Ita ut opus universum quadraginta libris absolutum, annos mille centum triginta octo comprehendat, temporibus, quæ bellum Trojanum anteverunt, exceptis. Hæc itaque accuratè prædefinivimus, dum lectorem in totius instituti notionem deducere, eosque qui libros interpolare solent, ne alienos labores corrumpant, dehortari cupimus. &c.

**CXXXI. NOTA.** Diodorus igitur, ut modum distribuendi tempora historiæ suæ prædiceret, præmittit in præfatione regulas tres. *Regula prima:* à Troja capta usque ad primam Olympiadem sunt anni respectivè 80. & 328. ergo in summa 408. quod intelligendum, ut infra *num. 136.* de annis 407. completis, & octavo incompleto. *Regula secunda:* Gesta prima Julii Cæsaris incidunt in annum primum Olympiadis centesimæ octogesimæ, quò Archon Athenis fuit Herodes: quod intelligendum, ut infra, gesta eum annum immediatè præcedere, & attingere tantum. *Regula tertia:* à prima Olympiade usque ad extremum seu finem belli Romani contra Celtas, id est Gallos, sunt anni 730. Regula prima explicitè correspondet calculo Dionysii Halicarnassæi: computatis à Troja capta usque ad conditum Urbis Romæ 432. annos, & tunc elapsas dicit sex primas Olympiades. Sex Olympiades continent 24. annos, his detractis à 432. remanent 408. anni usque ad primam Olympiadem.

**CXXXII.** Ad Regulam secundam & tertiam præsuppono, nec Diodorum, nec Varronem ullo modo latere potuisse, quò annò Romanò & ejusdem solstitiò æstivò, in ætate, quam vivebant, (coævi enim ferme erant) annus Olympiadicus Græcus inierit. Itaque applico anni Olympiadici initium in ea conformitate, ut Varro, vel cum ejus scripta interierint, ut Censorinus ex Varrone docet, & credo, Diodorum eidem anno Romano eundem annum Olympiadicum attribuisse, ac calculus Varronianus ex Censorino commonstrat. In hoc supposito annus primus Olympiadis 180. qui in regula secunda refertur, inquit in A. U. C. Varroniano strictè computato 694. inchoante, & gesta Julii Cæsaris prima, quæ in hunc annum Olympiadicum *incidere*, id est immediatè ei præire, dicuntur, concernunt annum strictè itidem computatum 693. Bene ergo habet Diodorus, nam in hoc anno verè primùm inclaruit Julius Cæsar gestis bellicis gloriosis; ex Prætura Urbana tunc ulteriorem Hispanicam seu Lusitanicam nactus provinciam, victis & ad Oceanum usque perdomitis Lusitanis, triumphus honores meritis erat, quos autem, ut sui in consulatùs pro anno sequente 694. petitione ratio haberi posset, omisit, quanquam ipso etiam consulatu factione adversariorum frustratus fuerit.

**CXXXIII.**



**CXXXIII.** Ex eodem supposito, anni Olympiadici 730. in regula tertia traditi continent Olympiades 182. integras, & insuper duos annos Olympiadis 183. Annus hujus Olympiadis secundus iniiit in A. U. C. Varroniano strictè computato 707. inchoante. Idem annus U. C. ex annis Olympiadiciis 730. alia ratione, subtractis nempe 23. annis Urbis conditum prægressis, clarescit. Ex *lib. 8. de bello Gall. Jul. Caf.* constat quidem, Cæsarem A. U. C. 704. L. Paulo & C. Marcello Coss. de confecto bello Galliae *universa* triumphum egisse; ast *Liber. 1. & 2. de bello civ. Jul. Caf.* testatur: Massilienses Gallos partibus Pompejanis Cæsari contrariis ad hæsisse, eique in Hispanias contra Pompejanos A. U. C. 705. tendenti portas clausisse, ac primò post ejus reditum obsidione ad deditionem venisse. Diodorus igitur scriptionem suam ad exitum quoque belli Pompejani, tanquam connexi cum bello Gallico, unde Cæsar potentiam invisam orsus erat, adeoque usque ad A. U. C. 707. deduxisse censendus est, & ejus methodus in distribuendo tempore Olympiastico, & applicando ad Varronianam chronologiam, ex regula 2<sup>da</sup> & 3<sup>ia</sup> se patefacit; ubi autem annis captæ Trojæ utitur, regula prima tempus moderatur.

**CXXXIV.** Regula tertia, tanquam falsi suspecta, à recentioribus chronologiæ interpretibus plerumque transmittitur, & negligitur, ob græcum, ut videtur, textum: ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ κελτικῶν πολέμου, qui communiter sic vertitur: usque ad *principium* Celtici belli. Expeditione prima *Julii Cæsaris* Gallica, teste ipsomet *de bello Gall. lib. 1.*, contigit L. Pisone, & A. Gabinio Coss. itaque anno Urbis conditæ 696. causata autem est ex præcedente conspiratione Orgetorigis Helvetiorum principis, M. Messala, & M. Pisone Coss. A. U. C. 693. Neuter horum annorum combinari potest cum anno Olympiastico 730. quem Diodorus pro fine suæ historiæ facit. Ast sensum genuinum ipse *Diodorus lib. 4. in descriptione Insula Britannia* sic explicat: At de institutis horum aliisque peculiari-ter huic insulæ adjunctis tractabimus speciatim, quando ad Cæsaris in Britanniam expeditionem fuerit perventum &c. En testimonium Diodori clarum, quòd historiam non cum initio belli Gallici finiat, quoniam ex *Julio Cæsare de bell. Gall. lib. 4. & 5.* certum est, expeditiones ab eo Britannicas Cn. Pompejo, & M. Crasso, nec non L. Domitio & Ap. Claudio consulibus, anno quarto & quinto belli Gallici, id est in Varroniana computatione A. U. C. 699. & 700. susceptas esse; ergo scripsit Diodorus non usque ad initium, sed usque ad finem belli Gallici. Longè aliter igitur, quàm hodie à quibusdam accipitur, ly ἀρχὴ à Diodoro intellectum. Vocabulum hoc modò principium, modò præminentiam, modò extremitatem significat: extremitas, si à priori consideretur, idem est quod principium, si à posteriori, idem quod finis: in hoc ultimo sensu Diodorus versatur; & quemadmodum Ptolemæus in Geographia sua fluvios non à fontibus in divertigium, sed à divertigio versùs fontes respicit, & in idea sua, naturali cursui planè contraria, fluvios versùs fontes *tendere, vebis, ferri* dicit: ita Diodorus hic loci bellum Gallicum ex ævo suo retrorsum intuetur, & extremitatem sibi proximam ἀρχὴν vocat.

**CXXXV.** Regulam primam Diodorus in subsequis libris sic applicat, ut à 408. ad 407. annos se iis in libris saltem, qui adhuc supersunt, re-

cedere declaret. Quam in rem excerpta sunt ejus loca, quæ regulas has concernunt.

*Ex Diodoro Siculo lib. 13. in princ.* Ad res ipsas nos statim accedere necessum est, hoc tantum præmissis: quod superioribus sex Voluminibus rerum ubique gestarum recensio ad hoc usque tempus deducta sit, quò de bello Syracusanis inferendo Athenienses suffragia tulerunt, ad quod à Troja captivitate anni septingenti sexaginta effluxerunt. Archonte Athenis Chabria (anno secundo Olympiadis nonagesimæ primæ) & Romæ tribus iterum Tribunis militaribus consulari potestate creatis L. Sergio, M. Servilio, & M. Papirio, Athenienses bellò jam contra Syracusanos decretò, naves instaurant. &c.

*Lib. 14. in princ.* In libris huic præmissis res à Troja capta ad finem belli Peloponesiaci & Atheniensium principatûs per septingentos septuaginta novem annos gestas persecuti sumus. In hoc proximè connexa subjuncturi à triginta Tyrannis Atheniensium exordiemur, & ad Romam à Gallis captam historiarum seriem octodecim annos complexam deducemus. Cessante enim Athenis ordinaria Reipublicæ administratione, annus à Troja excidio octogesimo post septingentos currebat. Tum quatuor Romæ Tribuni militares consulari potestate creantur C. Furius, C. Servilius, C. Valerius, & Numerius Fabius. Agebatur verò hoc anno Olympias nonagesima quarta, quâ de stadio palmam adeptus est Corcinas Larissæus. &c.

*Lib. 19. in princ.* In præcedentibus igitur octodecim voluminibus res ab ultimis inde ætatibus per cognita Orbis loca gestas, pro facultate nostra descripsimus usque ad annum, qui tyrannidem Agathoclis præcedit, ad quem à capta Troja Octingenti sexaginta sex anni colliguntur. In hoc autem à dominatu illius exorsi, in pugna Agathoclis cum Carthaginensibus ad Himeram conferta, septem annos complexi, desinemus. Archonte Athenis Demogene (ultimo anno Olympiadis centesimæ decimæ quintæ) & Cons. Romæ L. Plautio & M. Fulvio (Foslio) Agathocles Syracusanus Tyrannus civitatis illius factus est. &c.

*Lib. 20. in princ.* In antecedentibus libris res à Græcis & Barbaris gestas à vetustissimis inde temporibus persecuti sumus, usque ad annum, qui expeditionem Agathoclis in Africam proximè antecedit: ad quam ab expugnatione Troja octingenti octoginta tres anni computantur. In hoc autem volumine, annexis quæ cum historia cohærent, annos octo complexi, à trajectione Agathoclis in Lybiam exordiemur, atque in eum desinemus annum, quò Reges animis & opibus conjuncti An-

tigo-

tigono Philippi commune bellum intulerunt. Archonte Hieronemone Athenis (tertio anno Olympiadis centesimæ decimæ septimæ) & Coss. Romæ C. Julio, & Q. Æmilio, in Sicilia Agathocles pugnâ ad Himeram à Carthaginensibus profligatus, maxima exercitûs parte, in qua præcipuæ vires, amissa, confugerat Syracusas.

**CXXXVI.** In collectione annorum à Troja capta *ad ingressum libri 13.* apertus est error librariorum, & locò annorum 760. ponendi sunt anni 768. Patet id ex computu Olympiastico: incipit Diodorus librum 13. cum anno secundo Olympiadis nonagesimæ primæ, ergo elapsi erant anni Olympiastici 361. his addendo 407. annos Olympiadem primam prægressos, fiunt anni 768. Patet quoque error ex computu *ad librum 14.* subsequente, qui infert annos 779. In libro 13. non continentur nisi 11. anni, hi additi corrupto calculo præcedenti 760. annorum, efficerent solummodò 771. annos.

Collectio annorum à Troja capta *ad ingressum libri 14.* patefacit, quòd Diodorus annis Olympiasticis annos Trojæ captæ priores tantùm addat 407. Incipit ibi Diodorus Olympiadem nonagesimam quartam, ergo elapsæ erant Olympiades 93. quæ continent annos 372. his addendo 407. annos Olympiadem primam prægressos, fiunt anni 779. ut in Diodoro numerantur.

Collectio annorum à Troja capta *ad ingressum libri 19.* in pari calculo est, ut præcedens. Incipit hunc librum Diodorus cum ultimo anno Olympiadis 115. ergo anni antè elapsi erant Olympiastici 459. his addendo 407. fiunt 866. anni.

Collectio *ad ingressum lib. 20.* imprimis iterum aperto librariorum errore laborat. Usque ad finem libri 18. Diodorus habebat annos à Troja capta 866. liber 19. continet annos tantùm septem; hi additi annis 866. efficiunt annos 873. non 883. ut vitiosè editum est. Cæterùm calculus ipse pariformis est præcedentibus. Incipit Diodorus librum 20. cum tertio anno Olympiadis 117. ergo antè elapsæ erant Olympiades 116. cum dimidia; hæ continent annos 466. his addendo 407. fiunt 873 anni. Intellexisse ergo videtur Diodorus Regulam primam sic, quòd anno quadringentesimo octavo post Trojam captam currente prima Olympias celebrata fuerit.

**CXXXVII.** Ostendere voluit Diodorus per regulas has ad initium historiæ traditas, & per limites quasi chronologicos certis epochis intermediis historicis assignatos, se in chronologia systematicè progredi. Voluit quoque per dictas regulas methodum subministrare, quâ chronologia, si à librariis vel aliis interpolaretur, & vitietur, ad mentem suam rectificari queat. Cùmque fata ex documentis, quibus ambigua valde chronologia Romana per quinque prima secula in ordinem redigi possit, solius fermè Diodori scripta servaverint, operæ pretium est, ejus systema chronologicum penitiùs in examen vocare.

## Specialia ad Chronologiam Diodori Siculi.

**D**iodorus Siculus, quanquam (ut ipse testatur) triginta annos operi suo impenderit, & verè diligens fuerit, atque saltem ex regula prima, seu ex annis Trojanis chronologia ejus perpetuò systhematicè procedat, evitare tamen nequivit, quin in tertium usque systhema computus Olympiadici (scilicet quoad res Romanas, & seriem magistratum Romanorum, in rebus Græcis enim iterum chronologia pro perpetuò systhematica habenda est) ab historicis prioribus, quos secutus est, induceretur.

**CXXXVIII.** Primum ejus systhema in libris, qui exstant, à septuagesima quinta Olympiade initiante usque ad Olympiadem octuagesimam primam finientem totò quadrienniò seu Olympiade differt à methodo Halicarnassæi, ita ut consules Romanos, quos Halicarnassæus primo anno Olympiadis 75 alligat, nempe Cæso Fabius, & Sp. Furius, à Diodoro Olympiadis sequentis 76. anno primo jungantur, & sic de reliquis, usque ad finientem Olympiadem 81. cujus ultimo anno Diodorus consules C. Nautium, & L. Minucium addicit, quos econtrà Halicarnassæus ad annum ultimum Olympiadis præcedentis octuagesimæ ponit.

Secundum Diodori systhema immediatè post hanc Olympiadem 81. incipit; namque annum primum Olympiadis 82. & Archontem seu Principem Atheniensem Calliam, quem Halicarnassæus ad hunc annum nominat, simpliciter, nullum consulatum Romanum omittendo, transfilit, & magistratum Romanum, qui in primo systhemate huic anno debebatur, anno secundo ejusdem Olympiadis adscribit, adeoque historiam non, sed computum annorum Olympiadiorum alterat, & ab Halicarnassæo jam quinque integris annis recedit. Durat hoc systhema usque ad Olympiadis 91. annum secundum.

Tertium systhema denique conforme fit Halicarnassæo; post annum enim primum nonagesimæ primæ Olympiadis Diodorus 5. magistratus Romanos transfilit, itaque jam exæquatur Dionysio Halicarnassæo.

**CXXXIX.** Ex his mutationibus systhematis inferendum: Systhema primum Diodori finit in C. Nautio, L. Minucio Coss. Hos Diodorus ponit ad annum quartum Olympiadis 81. Halicarnassæus econtrà ad annum quartum Olympiadis 80. Olympiades 81. completæ continent annos Olympiadicos 324. his detrahendo annos ab urbe condita in methodo Halicarnassæi 296. remanent anni priores Urbe condita 28. hi faciunt septem Olympiades; ergo Diodorus est in computu Pictoriano, qui statuit Urbem conditam finiente Olympiade septima & inchoante octava. Annus sequens primus Olympiadis 82. secundum dicta à Diodoro simpliciter & vacuè transmittitur: ergo Diodorus abhinc in alium auctorem Romanum incidit, qui uno anno seriùs, quàm Pictor, conditum Urbis statuebat, & præterea seriem magistratum Romanorum usque ad Decemvirorum imperium minùs justè tradebat, quem errorem itaque Diodorus ex eo hausit, & per idem tempus continuavit. In anno secundo & tertio Olympiadis 82. Diodorus duos consulatus ponit; locò quorum, Halicarnassæi & om-

& omnium aliorum scriptorum Fasti unicum tantum consulum C. Horatii & Q. Minucii agnoscunt. Par consulum igitur hic abundat & expungendum. Hoc factò quinque consulum subsequi, & itidem duo Decemviratus, locum semper anno uno anteriorem in conformitate Halicarnassæi sortiuntur, & annus, duos Decemviratus subsequens, evacuatur, qui verò tertio Decemviratu replendus: unde ex ipso quoque Diodoro, rectæ chronologiæ restituto evincitur, tres Decemviratus continuos, non duos tantum, ut communiter Chronologi hodierni volunt, obtinuisse.

*CXL.* Inde à Decemviris jam chronologia Diodori ad rectum ordinem pervenit, sed systema computus Olympiadici uno anno plus, quam in primo systemate, recedit, & tale est: annum, quò L. Valerius, M. Horatius Consules Romæ fuere, Diodorus alligat anno tertio Olympiadis 84. Halicarnassæus autem anno secundo Olympiadis 83. Olympiades 83. completæ cum tribus annis superadditis subsequæ Olympiadis 84. continent annos Olympiadicos 335. his detrahendo annos ab Urbe condita in methodo Halicarnassæi 306. remanent anni priores Urbe condita 29. Ergo Diodorus in hoc secundo Systemate est in computu, qui statuit Urbem conditam finiente anno primo, & inchoante secundo Olympiadis octavæ, quod quinque integris annis differt à computu Halicarnassæi.

*CXLI.* Diodorus ab A. 328. usque ad A. 332. seriem annorum quinque turbat, C. Sempronium, & Q. Fabium Consules anni 332. omittit, econtra L. Quintium & A. Sempronium Tribunos anni 330 simul Consules anni 328. facit, & reliquos tres magistratus uno anno dimovet, dein verò quinque sequentes magistratus annuos (præter anarchiam de A. 335.) planè transilit, & in A. 338. iterum recto ordini jungitur.

*CXLII.* Diodorus ab eo anno demum Systema, quod, in methodo applicandorum magistratuum Romanorum ad annos Olympiadicos, Halicarnassæi systemati simile est, assumit, & ordinatè jam seriem magistratuum Romanorum, in conformitate traditorum à Livio, paucis exceptis, recenset, & annis Olympiadicis jungit, id quod exemplis nunc confirmandum est.

*Ad ingressum lib. 13.* Diodorus incipit annum à Troja capta 769. cum anno secundo Olympiadis 91. Pro magistratu Romano assignat Tribunos militares consulari potestate L. Sergium, M. Papirium &c. Annus secundus Olympiadis 91. cadit secundum Tabulam supra *num. 101.* in annum U. C. Varronianum strictè computatum 339. in laxo primo computu verò 338. & huic anno secundum Fastos Livii omnino competunt Tribuni militares, quos Diodorus nominat. Idem annus laxi computus seu Halicarnassæus 338. etiam resultat ex annis Trojæ 769. his enim ex regula prima Diodori, prout eam in applicatione ipsa declaravit, anni 407. Olympiadem primam, dein anni 24. in sententia Halicarnassæi Romæ conditum prægressi, summatim itaque anni 431. detrahendi sunt; quò factò pro imperio Tribunorum à Diodoro nominatorum annus U. C. 338. invenitur.

*CXLIII.* *Dionysius Hal. lib. 7. in princ.* refert: T. Geganio Macerino, P. Minucio Coss. magna annonæ caritas urbem invasit, ex secessione orta. &c. Senatus legationes dimisit ad coëmenda frumenta, quanta possent maxima. In Siciliam missi sunt P. Valerius, & L. Ge-

**L. Geganius.** &c. in ea tum oppidatim Tyranni regnabant, & inter hos eminentissimus Gelo Dinomenis filius, &c. non Dionysius Syracusanus, ut Licinius scripsit, & Gellius, aliique aliquot Romani Historici, nulla temporum ratione habita, ut res ipsa indicat, sed temerè, quod in mentem venerat, affirmato. Nam hæc legatio in Siciliam enavigavit *secundo anno septuagesimæ secundæ Olympiadis*, principe Athenis Hybrilide, elapsis post pulsos Reges annis septemdecim, ut & hi, & alii ferè omnes scriptores uno consensu produnt. At Dionysius senior *anno post hac quinto & octuagesimo* Syracusis invasit tyrannidem, *Olympiadis nonagesimæ tertiæ anno tertio*, principe Athenis Callia, qui successit Antigeni &c.

A. U. C.  
347.

*Diodorus Siculus* hac de re sic refert *lib. 13*. Finito hoc anno magistratum *Euctemoni* tradunt Athenienses, &c. & tunc *Olympias tertiæ supra nonagesimam* celebrabatur, in qua stadii victoriam adeptus est Eubatus Cyrenæus. &c. Rebus per hunc annum ita, confectis, *Antigenes* magistratum Athenis iniit &c. Rebus anni illius ad exitum ita deductis, Athenis Archontis magistratum accepit *Callias*. &c. ad hanc vocem multitudine subito, ut ipsius mos est, in deterius inclinata, *Dionysius Imperator cum summa potestate creatur.* &c. Posteaquàm verò Syracusas fuit regressus, fixis in navali tentoriis, apertum se *Tyrannum civitati demonstravit*. Gravissimè hoc quidem Syracusani tulerunt; at quid facerent? &c.

345.

346.

347.

En, uno ore hìc loquuntur Halicarnassæus & Diodorus de Tyrannide Dionysii Syracusani anno tertio Olympiadis nonagesimæ tertiæ invasa; videatur hic annus Olympiadicus in Tabula *num. 101*. ei ex methodo Halicarnassæi in computu laxo primo adscriptus est annus U. C. 347. hoc accuratè convenit Halicarnassæi relatis; dicit is: Olympiadis 72. anno secundo, dum pro coëmendis frumentis in Siciliam navigaretur, elapsos esse à pulsis Regibus annos septemdecim, & bene habet in suo computu, atque annus navigationis est U. C. 262. Post hanc navigationem autem, id est post annum 262. ait Tyrannidem Dionysii Syracusani incidere in annum octuagesimum quintum; hic ipsissimus annus est in methodo tam Halicarnassæi, quàm Diodori tertius Olympiadis 93. & Urbis conditæ annus 347. ergo conformis uterque est in computu annorum.

**CXLIV.** Incidenter hìc notandum: ex hoc loco Halicarnassæi confirmari sententiam in Sectione 2<sup>da</sup> *num. 67*. à me adductam, annum U. C. 335. per anarchiam extractum esse: nempe in computu Halicarnassæi annus U. C. 312. habebat Consules M. Geganium, & T. Quintium, annus verò 347. L. Furium, Cn. Cornelium; inter hos duos consulatus igitur (iis ipsis exclusis) si non intervenisset anarchia, reperiri deberent magistratus annorum 34. atqui Livius non prodit nisi magistratus annorum 33. ergo annus unus, & quidem U. C. 335. (quia de alio anarchico nulla vestigia sunt) absque curulibus magistratibus infumtus est.

CXLV.



**CXLV.** *Ad ingressum lib. 14.* Diodorus incipit annum à Troja capta A.U.C. 780. cum anno primo Olympiadis 94. Pro magistratu Romano assignat Tribunos militares C. Servilium, C. Valerium, &c. Annus primus Olympiadis 94. cadit in annum U. C. Halicarnassæi seu laxi primi computûs 349. & huic secundùm Fastos Livii debentur Tribuni à Diodoro nominati. Idem annus etiam resultat ex annis Trojæ 780. his enim detrahendo 431. annos Urbis conditum prægressos, prodit annus 349.

**CXLVI.** *Lib. 17.* Diodorus refert Alexandrum Magnum mortuum esse Olympiadis 114. anno primo, Archonte Athenis Agesiâ, Consulibus Romæ C. Poetelio, L. Papirio. Annus primus Olympiadis 114. iniiit secundùm Tabulam *suprà num. 101.* in anno U. C. strictè computato 430. inchoante; in computu Halicarnassæi verò annus is totus 429. vocatur, & ei anno omnino dicti Consules debentur.

*Censorinus de die natali cap. 21.* annum, in quo scribebat, nempe Ulpio & Pontiano Coss. id est Christi 238. pluribus aliis annis comparat, dicitque, in eo inire annum Urbis conditæ 991. à Parilibus, annum secundum Olympiadis 254. à diebus æstivis, annum Philippicum ab excessu Alexandri Magni 562. à mense Ægyptio Thoth, qui dicto anno 991. cœperit VII. Cal. Julias, id est 25. Junii. *Petavius in Rat. temp. ut infrà num. 167.* docet, Thoth primi anni post mortem Alexandri cœpisse 12. die Novembris mensis. Si jam à mense Nov. anni U. C. strictè computati 430. usque ad mensem Junium anni U. C. itidem strictè computati 991. computus ducatur, complentur anni Philippici 561. & incipit currere annus 562. Eundem numerum annorum 561. infert quoque computus Olympiadicus: ab Olympiade enim ineunte 114. usque ad Olympiadis 254. annum secundum exclusivè sunt Olympiades integræ 140. cum excurrente uno anno, ergo æquè anni 561. & annus 562. incipit. Hinc sequitur, Diodorum esse in ipsissima methodo computandi initia Olympiadum, ac Censorinum, consequenter & Varronem; atque proinde chronologiam Diodori Olympiadicam, ab anno Urbis conditæ 338. jam esse regularem & systhematicam; non tantùm in se, sed & respectu consulatuum Romanorum; hoc ipso enim, quòd Censorinus dicat, annum secundum Olympiadis 254. iniisse à diebus æstivis anni U. C. 991. necesse est, annum primum Olympiadis 114. sub cujus initio mortuus est Alexander, iniisse diebus æstivis anni U. C. strictè computati 430. ut Diodorus idem tempus mortis Alexandri, non quidem addito anno Urbis conditæ, sed expressis Olympiadis & consulatûs annis refert.

**CXLVII.** Locus nunc opportunus adest, de *Anno intercepto* quædam dilucidius afferre. Exegesi, utpote quæ Sectione secunda jam continetur, hic non, sed synopsis opus est. Inierunt secundi post ejectos Reges Consules consulatum in autumno anni U. C. strictè computati 246. jam per sex menses procurrentis, & finierunt consulatum suum itidem post sex menses anni U. C. strictè computati 247. Hic annus consularis secundus pro anno U. C. 246. simpliciter habetur; itaque jam intercepti sunt sex menses sequentis anni. Hæc interceptio durat per primum systhema anni consularis; licet enim quandoque retrocesserit initium consularis anni, tamen ad autumnum rediit. In secundo systhemate ab A. U. C. 311. ubi initium anni consularis Idibus Decembribus seu diei 15. Decembris affixum erat, jam annus U. C. intercipiatur octo mensibus; ast perpetuum

*Pars II.*

P

non-

nondum erat hoc initium, sed aliquoties retrotractum ad Calendas Julias usque, quanquam semper ad Idus Decembres redierit. In tertio systemate autem ab A. 435. quod jam constans, & absque mobilitate mansit, initium consularis anni ad mensem Martium usque extrahebatur, itaque annus unus U. C. jam per undecim menses, adeoque ferme totus interceptiebatur. Ab hoc tempore ratio hujus intercepti anni haberi debebat, cum justum non fuisset, annum consulem ab eo anno U. C. denominari, qui per unicum tantum mensem consulatui iniantanti subserviret. Si igitur ante eum annus communis fors usus, ut ex multis colligere licet, fuerit, annos in computu laxo primo denominandi, saltem abhinc methodus illa variari, & annus Urbis conditæ laxo secundo modo intitulari debuit. Valde autem ad omnia ea, quæ hic & alibi de methodo hac vel illa laxa annorum Urbis conditæ dicta sunt, notandum est: disceptationem hanc in eo casu versari, dum de Historiographo agitur, qui gesta recensenda principaliter alligare vult annis Urbis conditæ; is enim annum vel strictè de Aprili in Aprilem dispescere, vel saltem ab eo anno Urbis conditæ denominationem desumere debet, qui anni V. G. consularis maximam partem occupat. Dum verò de Historiographo quæstio est, qui gesta non secundum annos Urbis conditæ, sed alios V. G. consulares, principaliter dimetitur, & annos Urbis conditæ tantum accessoriè, & quasi honoris vel memoriæ causâ adjicit, ejus fini magis convenit, annis Urbis conditæ in laxa prima methodo, quam in secunda uti, & pro more inter Historicos veteres recepto annum Urbis potius, qui in consulatu quolibet finit & completur, quam qui noviter init, citare. Hujus notæ est Livius, & plures alii, qui *annum Urbis completum & elapsum* intelligunt. Hæc methodus quoque ad Græcos posteriores in annis Mundi conditi derivata est, ut de Theophane infra probabitur, quod annis imperii eum semper annum Mundi adjiciat, qui in anno quolibet imperii completur.

**A.U.C.**  
436. **CXLVIII.** Porro *ad ingressum libri 19.* Diodorus incipit annum à Troja capta 867. cum anno quarto Olympiadis 115. Pro magistratu Romano assignat Consules L. Plaucium, & M. Fulvium (qui aliis Fastis Foflius dicitur) Annus quartus Olympiadis 115. ex Tabula *num. 101.* est annus U. C. in laxo computu primo 436. & ei secundum Livium conveniunt consules à Diodoro assignati. Idem annus etiam resultat ex annis Trojæ 867. his enim detrahendo 431. annos Urbis conditum prægressos, prodit annus 436.

*Ad ingressum libri 20.* Diodorus incipit annum à Troja capta 874. cum anno tertio Olympiadis 117. Pro magistratu Romano assignat Consules C. Julium (rectius Junium) & Q. Æmilium. Annus tertius Olympiadis 117. est annus U. C. in laxo computu primo 443. & ei secundum Livium Consules dicti rectè applicantur. Idem annus etiam resultat ex annis Trojæ 874. his enim detrahendo 431. annos Urbis conditum prægressos, annus remanet 443.

Ex omnibus his inferendum: systematicam & fide dignam esse chronologiam Diodori; cujus autem systematis in annis U. C. sit, frustra inquiritur, quoniam nunquam annorum U. C. mentionem facit. Cæterum annis Olympiadicis applicat magistratus Romanos pari modo, ut Halicarnassæus; in eo autem ab Halicarnassæo differt, quod res ipsas historicas secundum annos Olympiadicos à solstitio in solstitium strictè

strictè digerat, & determinet: Græcas enim historias principaliter profectur, & Græcorum alia anni ratio non erat, nisi à solstitio in solstitium computare. Demum locus hic in chronologia Diodori opportunus erit pro controversia examinanda :

## De Anno Captæ Urbis Romæ.

**CXLIX.** Hunc annum Diodorus expressè alligat Olympiadis 98. anno secundo, Archonte Athenis Theodoto. Huic anno adstipulatur *Polybius Hist. lib. 1.* cujus testimonium tantò majoris fidei est, quoniam Polybius Romæ diu commorans historiam suam ibidem scripsit, & seculo secundo post captam Romam, nempe sexto ab Urbe condita, vixit. Polybius itaque historiam 53. annorum, quibus vel maximè res Romanorum crevere, nempe à secundo bello Punico seu Annibalico, principaliter describere volens, originem potentiae Romanæ ab eo tempore, quo adversus finitimos in Italia ipsa terrestribus præliis vel maximè agere ceperint, præmittit, eamque à Romæ captivitate ordiens sic loquitur: annus igitur agebatur post Navalem quidem (pugnam) ad Ægos flumen decimus nonus: ante Leuëtricam verò decimus sextus: quò Lacedæmonii pacem cum Persa icerunt, quæ operâ & studio Antalcidæ convénit. At Dionysius senior superatis ad Elorum annem Græcis Italicis Rhegium obsidebat: Galli Romam ipsam per vim à se occupatam tenebant, capitolio excepto: quibuscum ubi fœdus ac pacta fecissent Romani, prout Gallis ipsis placuerat, mox præter spem recuperatâ patriâ, & quodam quasi principio incrementi sumpto, bella deinde adversus finitimos movere ceperunt &c.

**CL.** Tradit igitur hîc Polybius quatuor notas characteristicas temporis captæ Urbis. Prima nota est: captam esse Urbem eo anno, quo pax inter Lacedæmonios & Persas operâ Antalcidæ facta. Secunda nota: eodem illo anno Rhegium Græcorum Italicorum oppidum à Dionysio seniore, Syracusano Tyranno, obsessum esse. Tertia nota: decimo sexto ab hinc anno contigisse prælium Leuëtricum. Quarta nota: annum Romæ captæ esse decimum nonum à prælio navali ad Ægos flumen, seu Ægos Potamos. Omnes hæ notæ Polybii correspondent traditis Diodori: nempe nota prima & secunda *libro 14. ad Olympiadis nonagesima octava annum secundum*, Archonte Athenis Theodoto, cui anno Diodorus tam Romæ captivatem, quàm pacem cum Persis, & obsidionem Rhegii addicit. Nota tertia congruit *lib. 15. ad Olympiadis centesima secunda annum secundum* Archonte Athenis Phrasiclide; à secundo enim anno Olympiadis 98. usque ad secundum iterum annum Olympiadis 102. quò inter Lacedæmonios Duce Cleombroto, & Bœotos Duce Epaminonda prælium ad Leuëtra contigit, sunt anni sedecim. Quarta nota Polybii convenit *lib. 13. Diodori ad Olympiadis nonagesima tertia annum quartum* Archonte Athenis Alexiâ; huic anno tanquam ultimo belli Peloponesiaci (quo victi & fracti Athenienses) Diodorus prælium ad Ægos Potamos

alligat. Notandum autem est : Polybius secundum annos Olympiadicōs, & quidem strictè à Solstitio æstivo, ad Solstitium æstivum acceptos computat, ut in ejus chronologia jam dictum ; ut ergo annus decimus nonus conveniat, prælium ad Ægos Potamos incidisse dicendum est anno 4to initiante Olympiadis 93. hoc in supposito captivitas Romæ, quæ anno itidem initiante secundo Olympiadis 98. contigit, rectè adscribitur anno decimo nono à prælio ad Ægos Potamos ; & hic annus decimus nonus nullo modo verificari posset, si cum Halicarnassæo supponeretur, captivitatem Romæ contigisse anno primo Olympiadis 98.

**CLI.** Habemus itaque consentientes Polybium & Diodorum in anno captæ Urbis, quod is sit Olympiadis 98. annus secundus Archonte Theodoto. Econtra Halicarnassæus (ut in excerptis Sectionis primæ videri potest) vult, Romam captam esse Olympiadis ejusdem nonagesimæ octavæ anno primo, Archonte Athenis Pyrgione, seu Pyrhione. Utraque sententia suo sensu subsistit, ut autem hoc elucidetur, præmittenda quædam sunt : Roma à Gallis capta est, dum Reipublicæ præfessent Tribuni militum, cum tribus Fabiis, Q. Sulpitius Longus, Q. Servilius, Ser. Cornelius Maluginensis. Magistratum hi, ut præteriti anni Tribuni, de quibus locus expressus est in *Livio lib. 5. cap. 18.* Calendis Quintilibus, id est prima Julii, inierunt. Romanus exercitus à Gallis ad Aliam flumen (undecimo à Roma lapide) XV. Calendas Sextiles (id est 18. Julii) cæsus est : *Livius lib. 6. cap. 1.* Die quarto post hanc pugnam (itaque 22. Julii) Galli Urbem capiunt : *Diodorus Siculus lib. 14.* Capitolium à Gallis obsessum septem mensibus : *Florus Hist. Rom. lib. 1. cap. 13.* ergo usque ad finem Februarii mensis. *Plutarchus in Camillo* ait : ita Roma de improvise capta, magis adhuc contra omnium opinionem liberata est. Barbari eam septem omnino mensibus obtinuerunt : occupaverunt enim paucis post Idus Quintiles diebus : circiter Idus Februarias ejecti sunt. His præmissis statuendum videtur, Romam captam esse 22. Julii, dum ante paucos dies Pyrgion magistratu abiisset, & Theodotus magistratum initiasset. Diodorus ergo Theodotum Archontem assignans strictè, Halicarnassæus verò Pyrgionem assignans laxè loquitur.

**CLII.** Methodus hæc applicandi annos Romanos ad Olympiades Græcas perpetua est & solennis Halicarnassæo, inde à primis consulibus usque ad ætatem, quam vivebat, ut fusiùs dictum est in ejus chronologia. Cum igitur consulatum Neronis & Pisonis alliget Olympiadi 193. quæ sub consulatu præcedente jam per 6. menses primos procurerat, & in consulatum Neronis & Pisonis tantum 6. reliquos menses atulerat : quid mirum, Tribunatum Fabiorum, sub quo Roma capta, ab eo alligari Olympiadis 98. anno primo, qui in annum captæ Urbis usque ad medium Julii, & in ipsum captivitatis tempus, paucis diebus exceptis incurrit ? Nihil ergo officit, si cum Diodoro dicatur captam esse Romam anno secundo dictæ Olympiadis *initiante*, si cum auctoribus Halicarnassæi laxè enuntietur, captam esse Romam anno primo Olympiadis 98. *finiente*. Sed in eo errorem ipse commisit, quod ly finiente non subintellexerit, obindèque à primis Consulibus usque ad captam Romam annos Urbis minùs rectè numeraverit ; in Diodori enim computu post

post ejectos Reges usque ad captam Romam intercesserunt anni Olympiadi 121. & annus captæ Romæ est annus U. C. in computu laxo primo 366. in computu Varroniano stricto verò 367. jam per tres menses coeptus. Halicarnassæus autem ab ejectis Regibus tantum annos 120. itaque annum Urbis captæ 365. numerat.

**CLIII.** Ast & in hoc anno 365. Halicarnassæo *Petavius in Doctrina temporum lib. 9. cap. 47.* quæstionem movet. Caput illud 47. sic intitulat: **De Halicarnassensis opinione, ac duplici ejus hallucinatione,** quarum posterior hæctenus non animadversa. Primam hallucinationem vocat, quòd Halicarnassæus verbotenus natalem Urbis anno primo Olympiadis septimæ addicat, re ipsa autem per argumenta sua nihil aliud deducat, nisi quartum esse Olympiadis sextæ exeuntem. Respectu hujus inculpationis verum quidem est, si olympiadicè strictè loquendum sit, annum finientem, non inchoantem, nominandum fuisse; si autem laxè, ut Halicarnassæo fermè semper, loqui placet, non video, quid chronologiæ deroget, si natalis annus die 21. Aprilis ordiens, respectu anni Olympiadi à medio mense Julio ineuntis, annus primus Olympiadis 7. vocetur; annus enim ille (in Hal. supposito) ex anno primo septimæ Olympiadis novem menses participat. Secunda hallucinatio imputatur Halicarnassæo, quòd asserat, post ejectos Reges usque ad annum captæ Urbis annos 120. effluxisse, & annum captivitatis centesimum vigesimum primum fuisse; hoc falsum dicit Petavius, qui annos plures quam 119. ante captam Urbem exiisse negat. Ast huc non Dionysius, sed Petavius ipse hallucinatur: si enim penitiùs Halicarnassæum inspexisset, poterat & debebat scire, ab eo tres annos, distinctos à consulatu subsequente, Decemvirorum imperio dari, adeoque in hoc sensu rectè 120. annos computari; si ergo Petavius culpam Halicarnassæo dicere voluit, probare ipsi incumbere, tertium annum Decemvirorum non specialiter numerandum esse. Et demum *Halicarnassæus*, ut supra *num. 3.* pro se habet & citat *Commentarios Censorios* omni fide dignos, qui consulatum L. Valerii Potiti & Manlii Capitolini centesimo undevigesimo anno ab ejectis Regibus (computando scilicet conformiter Halicarnassæi calculo primum consulatum pro unico anno) expressè addicunt; ergo Tribuni huic consulatui proximi occupabant annum 120. subsequi autem alii Tribuni cum tribus Fabiis annum, quo Roma capta.

**CLIV.** Pro conclusione hujus controversiæ dicendum est, sententias de anno captæ Urbis ed recidere: qui annum 365. statuunt, præterquam quòd anni intercepti nullam rationem habeant, non computant annum 335. anarchicum; qui annum 364. (ut Petavius) asserunt, nec dictum anarchicum, nec tertium specialem annum Decemviralem computant, sed utrumque omittunt; qui annum 363. (ut Sectatores Fastorum Capitolinorum) volunt, numero annorum, præter dictos annos, adhuc alium annum ex imperio Regum detrahunt, & Regibus non nisi 243. annos tribuunt; qui autem omnes hos annos agnoscunt, in laxo primo computu annum 366. captæ Urbi assignant; & qui strictè annos Urbis ab Aprili in Aprilem numerant, Romam anno 367. jam per tertium mensem currente captam dicere necesse habent. Maneat igitur auctoritas Dionysii Halicarnassæi salva, utpote qui asserendo annos 120. intermedios ab ejectis Regibus usque ad captivitatem Romæ non anno abundat, sed

potius anno deficit ; in quam defectionem inductus est à Romanis auctoribus, Varrone anterioribus, qui chronologiam primorum quinque seculorum valdè confusam nondum digesserant, & ex communi sensu annum captivitatis pro A. 365. habebant, cum annus 366. & id quidem adhuc in laxo computu, interceptos eò usque menses tres à 21. Aprilis usque 22. Julii anni veri & strictè computati 367. non attendente, vocari deberet. Ideo autem ex communi sensu auctorum Varrone anteriorum, quin & ipsius Livii scriptoris post Varronem, annus captæ Romæ pro A. 365. habebatur, quoniam anarchiam anni 335. in computum non vocabant, sed tot annos tantum numerabant, quot Consulatus & respectivè Tribunatus inveniebant.

## SECTIO VI.

### Chronologia Livii.

- A.U.C. **N**us. *CLV.* Ex Livio lib. 3. cap. 14. Anno trecentesimo altero, 303. quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis ab Consulibus ad Decemviros.
311. Ex Livio lib. 4. cap. 3. Anno trecentesimo decimo, quàm Urbs Roma condita erat, primùm Tribuni militum pro consulibus Magistratum incunt A. Sempronius Atratinus, L. Atilius, T. Cæcilius. &c.
- Livius lib. 5. cap. 30.* Dictatorem Camillum in oratione dissuasoria, ne populus Romanus Vejos migret, liberatâ à Gallis Urbe Româ, sic inter alia loquentem inducit: Ad incrementum Urbis natum, unicè locum, argumento est ipsa magnitudo tam novæ Urbis.
366. *Trecentesimus sexagesimus quintus annus Urbis, Quirites! agitur:* (id intelligendum, exigitur, seu elapsus est) inter tot veterimos populos tam diu bella geritis. &c.
400. Ex Livio lib. 7. cap. 11. Concitatur deinde omne nomen Etruscum, & Tarquiniensibus, Faliscisque Ducibus ad Salinas perveniunt. Adversus eum terrorem Dictator C. Martius Rutilus primus de plebe dictus, Magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. Id verò Patribus indignum videri, etiam Dictaturam jam in promiscuo esse &c. profectus ab Urbe &c. VIII. milibus hostium captis aut cæsis, aut ex agro Romano fugatis, sinè auctoritate Patrum, populi jussu, triumphavit. *Cap. 12.* Et quia nec per Dictatorem plebejum, nec per Consulem, comitia consularia haberi volebant, & alter Consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpitius, L. Æmilius, Q. Servilius, M. Fabi-



**Fabius Ambustus.** In secundo interregno orta contentio est, quod duo patritii Consules creabantur : intercedentibusque, Tribunis plebis interrex Fabius aiebat in XII. Tabulis legem esse, ut quodcunque postremum populus jussisset, id jus ratumque esset : jussum populi & suffragia esse. Cùmque intercedendo Tribuni nihil aliud, quàm ut differrent comitia, valuissent, duo Patritii Consules creati sunt, C. Sulpitius Poeticus tertium, M. Valerius Poplicola : eodémque die Magistratum inierunt, *Quadragesimo anno, quàm Urbs Romana condita erat, quinto Tricesimo, quàm à Gallis recepta, ablato post undecimum annum, à plebe consulatu, patritii Consules ambo ex interregno Magistratum inière, C. Sulpitius Poeticus tertium, M. Valerius Poplicola.*

A. U. C.  
401.

*CLVI. Ex Livio lib. 31. cap. 1.* Me quoque juvat, velut ipse in parte laboris ac periculi fuerim, ad finem belli Punici pervenisse ; nam etsi profiteri ausum, perscripturum res omnes Romanas, in partibus singulis tanti operis fatigari minimè convenit : tamen cùm in mentem venit, tres & LX. annos (tot enim sunt à primo Punico ad secundum bellum finitum) æquè multa volumina occupasse mihi, quàm occuparint *quadragesimo LXXXVI. anni à condita Urbe ad Appium Claudium consulem, qui primus bellum Carthaginensibus intulit : jam provideo animo &c.*

489.  
&  
490.

*Ex Livii Epitome lib. 49.* Diti patri Ludi ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti : qui anno primo (ponendum decimo. quinto) primi Punici belli *quingentesimo & altero anno ab Urbe condita facti erant.*

504.  
&  
505.

*Ex Livio lib. 31. cap. 5.* Anno *quingentesimo quinquagesimo* ab Urbe condita, P. Sulpitio Galba, C. Aurelio Coss. bellum cum Rege Philippo initum est, paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam.

553.  
&  
554.

*Ex Livii Epitome lib. 47.* Consules anno *quingentesimo nonagesimo octavo* ab Urbe condita magistratum, peractis comitiis, insequentisque anni Consulibus creatis, inire cœperunt. Mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant.

600.  
&  
601.

*Lib. 49.* Tertii Punici belli initium *altero & sexcentesimo* anno ab Urbe condita : intra quintum annum, quàm erat cœprum, consummatum omnino est.

604.  
&  
605.

**CLVII. NOTA :** Anni excerptis Livii è margine suprà adscripti usque ad A. 401. inclusivè, ex computu annorum U. C. laxo primo, quò Halicarnassæus utitur, desumpti sunt ; reliquis excerptis anni adscribuntur duplices, quorum primus est ex methodo Halicarnassæi, alter ex Varro-

roniana. Ideo autem Halicarnassæi annus jungitur, quoniam Livius ad Varronianum calculum nunquam accedit, & fat esset, si systhemati Halicarnassæi per totum conformis maneret. Quod in Livii Epitome lib. 49. de Ludis Tarentinis dicitur, apertus est error, cujuscunque demum, seu Epitomatoris, seu librariorum; quis enim belli Punici primi annum primum cum anno U. C. 502. componeret? locò anni *primi* igitur substituendus est annus decimus quintus belli Punici: hoc anno enim, qui est 504 & resp. 505. Ludi Tarentini seu seculares acti sunt.

**CLVIII.** Livius usque ad A. 401. par est in computu annorum U. C. cum Halicarnassæo in quatuor annis 303. 311. 365. & 401. quos quasi regulativos chronologiæ suæ facit. Agnoscit per hos limites generales chronologicos, & emendat tacitè neglectam intermediam distributionem annorum accuratam; nempe per annum 303. & 311. commonstrat, mentionem Sp. Lartii & T. Herminii consulum anni 248. Q. Sulpitii Camerini, & Sp. Lartii II. consulum anni 264. C. Julii Juli, & P. Pinarii Rufi consulum anni 265. fortuitò excidisse, quoniam sub consulibus anni 248. nihil planè memorabile actum erat, anno 264. & 265. autem Ludi tantum biennales, & Volscorum à Ludis ejectio, inciderant, quæ gesta ipsa quidem *Livius lib. 2. cap. 20.* ast non nominatis consulibus, describit. Annum captæ Urbis vocat Livius 365. quia non computat anarchiam de A. 335. Per annum 401. agnoscit tacitè, anarchiam anno 335. intercessisse, quoniam cæteroquin cum consulatu C. Sulpitii Poetici, & M. Valerii Publicolæ ad annum 401. pervenire non potuisset.

**CLIX.** Ad consulatum postremum Q. Fabii Maximi & P. Decii Muris, qui in methodo Halicarnassæi anno 458: in Varroniana verò anno 459. alligatur, iterum *Livius lib. 10. cap. 22.* (ut Sectione secunda *num. 77.* jam excerptum) notam characteristicam temporis 46. annorum bellis Samniticis insumptorum adjicit, quâ tacitè agnoscit duplicem consulatum continuativum Fabii & Decii. Si jam Livius ab hoc tempore, quo nulla ampliùs difficultas de consulatibus subsequitur, computum annorum U. C. secundùm annos regulativos à se ipso traditos inire voluisset, & à L. Postumio, M. Atilio Consulibus, Fabium & Decium immediatè excipientibus, de consulatu in consulatum numerum produxisset, necessariò methodo Halicarnassæi per totam chronologiam suam par manere debuisset. Ast id minimè fecit, quin potius in annis, quos abhinc memorat, in alium & alium calculum, à methodo Halicarnassæi difformem incidit, & annos simpliciter ex aliis auctoribus describit.

**CLX.** Sequi inde quoque videtur, priores notas characteristicas usque ad A. 401. methodo Halicarnassæi conformes, non ex proprio Livii computu, sed ex scriptoribus, qui chronologiam Halicarnassensi similem tenuerant, fluxisse; qui enim fieri potuisset, ut consulum pro annis 248. 264. & 265. oblitus fuisset, si notas characteristicas annorum 303. & 311. ex numero consulatuum ipse deduxisset?

**CLXI.** Systhematica igitur propriè non est chronologia Livii, ipse enim systhema non formavit, sed systhema triplex aliorum auctorum secutus est. Primum Halicarnassæo conforme currit per totam decadem librorum primam: in Sectione 4ta enim ad chronologiam Fastorum Capitulinorum latiùs jam dictum est, Livium Halicarnassæo, in anno ultimo

mo belli Samnitici, U. C. 458. parem adhuc esse; quousque autem hoc systema duraverit, ex Decade secunda, cujus epitome tantum superest, & ex Decade tertia, ubi nulla mentio annorum Urbis conditæ, discerni nequit. Secundum systema jam dignoscitur in Decade quarta, *lib. 32. cap. 1. & 5.* ubi Livius pro annis regulativis respectivè numerum annorum ab U. C. usque ad primum bellum Punicum, & annum, quo coepit primum bellum Macedonicum seu Philippicum, tradit; hoc systema est Lutatio Nepoti conforme. Tertium systema incipit in Decade quinta, *dum epitome libri 47.* mutatum, & mensi Januario additum initium consulatûs, *lib. 49.* autem initium belli Punici tertii, & de præterito tempore quoque annum tertiorum Ludorum secularium pro annis regulativis tradit; hoc systema conforme est Polybiano computui Urbis conditæ. Semper verò anni regulativi, à Livio nominati, intelligendi sunt de annis *elapsis*, ut alibi in pluribus annis jam commonstratum.

**CLXII.** Unde Livius in diversitatem hanc systematis chronologici inductus sit, patet ex sequentibus locis: *Lib. 2. cap. 11.* inquit: tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modò, sed etiam auctorum, digerere possis. *Lib. 4. cap. 11.* Eosdem consules in sequenti anno relectos, Julium tertium, Virginium A. U. C. iterum, apud Macrum Licinium invenio. Valerius Antias, & 321. Q. Tubero, M. Manlium, & Q. Sulpitium consules in eum annum edunt. Cæterum in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur. Neuter Tribunos militum eo anno fuisse, traditum à scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubiè sequi linteos placet: & Tubero incertus veri est. Sed *inter cetera vetustate incomperta hoc quoque in incerto positum.* *Lib. 9. cap. 32.* Creati consules L. Postumius, T. Minucius. Hos consules Piso Q. Fabio & P. Decio suggerit, biennio exempto, quò Claudium Volumniùmque, & Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus. Memoria ne fugerit in annalibus digerendis, an consultò binos consules falsos ratus transcenderit, incertum est &c.

**CLXIII.** His ex Livio auditis mirum nemini videri potest, ipsum quoque Livium non uno in loco in incertitudines has impegisse, & partim consules aliquot omisisse, partim chronologiæ difficultates sub dubio proposito reliquisse, partim etiam ambiguitatibus jam fatigatum in aliorum sententias simpliciter ivisse. Quos consules omiserit, jam dictum. Anarchiam anni 335. (videatur sectio 2da num. 67.) re ipsa *lib. 4. cap. 23.* fat declarat, anarchiam autem expressè pro chronologiæ certitudine vocitare prætermittit. Duplicem consecutivum consulatum Fabii & Decii pro annis in methodo Halicarnassæi 457. 458. ita commiscet, ut nec, quid ipse senserit, pateat. Ab anno 489. in annis U. C. quos nominat, simpliciter alios auctores in chronologia variantes sequitur.

**CLXIV.** Et ne longus in recensendis singulis sim, unicum adhuc locum

*Pars II.*

Q

addam

addam ex *Livii lib. 21. cap. 4. in fine*: dicit ibi: Octavo mense, quàm cœptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere: inde Carthaginem Novam in hiberna Annibalem concessisse: quinto deinde mense quàm à Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. Quæ si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, & T. Sempronius consules fuerint; ad quos & in principio oppugnationis Legati Saguntini missi sunt: & qui in suo magistratu cum Annibale alter ad Ticinum amnem, ambo aliquantò post ad Trebiam pugnaverint. Aut omnia breviora aliquantò fuere: aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, & T. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum; nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii, & C. Flamini non potest, quia Flaminius Arimini consulatum inivit, creatus ab T. Sempronio consule: qui post pugnam ad Trebiam, ad creandos consules Romam cum venisset, comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit. En quomodo Livius fluctuet, & tamen nihil resolvat in anno capti Sagunti. Si *Polybii* historiam Romanam novisset, vel consulere voluisset, clarum ipsi factum foret, Hannibalem ineunte vere Olympiadis 140. (ergo mense Martio) sub Consulatu L. Æmilii Pauli (ergo anno præcedente consulatum P. Cornelii & Tib. Sempronii) Saguntum petiisse; intra menses octo (ergo circa Novembrem) cepisse; posthæc Carthagine hibernasse; altero vere autem, & jam P. Cornelio, Tib. Sempronio Consulibus, Iberum amnem transiisse, & in Romanos arma movisse, &c. *vid. sectione 4. Chronologia Polybii num. 121. 123.*

**CLXV.** Quare Livius criticæ chronologicæ disquisitioni vacare noluerit, colligendum ex supra excerptis *Livii lib. 31. cap. 1. ad annum 489. num. 156.* ubi expressè dicit: se, etsi profiteri ausum, perscripturum res omnes Romanas, *in partibus singulis* tamen *tanti operis fatigari minime convenire.* Rectè habet Livius, res omnes Romanas fideliter, recta serle, & stilo nitido perscripsit, circumstantias ad historiam elucidandam necessarias, & præprimis tempora creatorum magistratuum discernentes, ultra, quàm alius quisquam Scriptorum, insinuavit, inde verò chronologiam systematicam ex sui ipsius relatis eliciendi occasionem præbuit, itaque non obstante prætermessione criticæ chronologiæ, princeps nihilominus Historicorum Romanorum est, & unicum solummodò in eo desiderari potest, ut ejus scriptis integrè frui liceret.

## SECTIO VII.

### Chronologia Censorini.

**Nus. CLXVI.** Ex *Censorino de die natali cap. 17.* *Primos Ludos seculares exactis Regibus post Romam conditam annis*  
 A.U.C. 245. **CCXLV.** (subintelligendum *elapsis*, ita ut Valerius, occiso jam collegâ Bruto,

Bruto, 21mâ Aprilis finiente A. U. C. 245. & inchoante 246. pacatiore jam Rep. Ludos celebraverit) à Valerio Publicola institutos esse, Valerius Antias ait : At XV-virorum commentarii annis A.U.C. CCLXXXVIII. M. Valerio, Sp. Verginio Coss. 298.

*Secundos Ludos* (ut Antias vult) anno post Urbem conditam quinto trecentesimo. (subintelligendum iterum elapso, & celebrati Ludi videntur à primis consulibus post Decemviros, ad initium consulatûs, in gaudium liberatæ à Decemviris patriæ) Ut verò in Commentariis XV-virorum scriptum est, anno octavo & quadringentesimo M. Valerio Corvino iterum, C. Pœtelio Coss. (Hi Ludi *tertiis* videri possent, quoniam Antiatis relata falsa non censenda; nisi dici velit: Ludos ab Antiate memoratos tam post A. U. C. 245. quam 305. ob liberatam respectivè à Tarquiniis & Decemviris Rempublicam extra ordinem celebrari placuisse.) 305. 408.

*Tertii Ludi* fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, C. Junio Pullo Coss. Aut, ut in Libris XV-virorum scriptum est, anno quingentesimo duodevicesimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coss. 505. 518.

De *quartorum Ludorum* anno triplex opinio est. Antias enim, & Varro, & Livius relatos esse prodiderunt, L. Marcio Censorino, M. Manlio Coss. post Romam conditam anno DCV. At Piso Censorius, & Cn. Gellius, sed & Cassius Hemina, qui illo tempore vivebat, post annum factos tertium affirmant, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico Consulibus, id est, anno DCVIII. In XV-virorum autem Commentariis notantur sub anno DCXXVIII. M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreste Consulibus. 605. 608. 628.

*Quintos Ludos* C. Furnio, C. Junio Silano Coss. anno DCCXXXVII. Cæsar Augustus & Agrippa fecerunt. 737.

*Sextos* autem fecit T. Claudius Cæsar, se IV. & L. Vitellio III. Consulibus anno, DCCC. 800.

*Septimos* Domitianus, se XIV. & L. Minucio Rufo Coss. anno DCCCXLI. 841.

*Octavos* Imperatores Septimius, & M. Aurelius Antoninus, Cilone & Libone Consulibus, anno DCCCCLVII. 957.

Hinc animadvertere licet, neque post centum annos, ut hi referrentur Ludi, statum esse, neque post centum decem, quorum etiamsi alterutrum retrò fuisset observatum, non tamen id satis argumenti esset, quo quis his Ludis secula discerni constanter affirmet, præsertim cum ab Urbis primordio ad Reges exactos, annos CCXLIV. factos esse, nemo sit auctor. Quod tempus procul dubio naturali majus est seculo. Quod si quis credit, Ludis secularibus secula discerni, sola nominis ori-

origine inductus : Sciat, *seculares dici potuisse*, quod plerumque semel fiat hominis aetate, ut multa alia, quæ raro fiunt, post seculum evenire loquentium consuetudo usurpat. Sed nostri majores, quod naturale seculum, quantum esset, exploratum non habebant, civile ad certum annorum modulum centum statuerunt; testis est Piso, in cujus annali septimo scriptum est sic : Roma condita anno DXCVI. seculum accipit, his consulibus, quibus proximi sunt consules M. Æmilius M. F. Lepidus, C. Popilius II. absens.

A.U.C.  
596.

CLXVII. Cap. 18. Sed horum omnium Pentaëterides maximè notandis temporibus Græci observant, id est quaternum annorum circuitus, quas vocant Olympiadas : & nunc apud eos ducentesima quinquagesima quarta Olympias numeratur, ejusque annus hic secundus. Cap. 21. De tertio autem tempore (quod vocat Historicum, quia res in eo gestæ veris historiis contineantur, nempe à prima Olympiade incipiendo) fuit quidem aliqua inter auctores dissensio, in sex septemve tantummodò annis versata. Sed hoc, *quodcumque caliginis*, Varro discussit, & pro cætera sua sagacitate, nunc diversarum civitatum conferens tempora, *nunc defectus, eorumque intervalla retrò dinumerans*, eruit verum, lucemque ostendit, per quam *numerus certus non annorum modò, sed & dierum* perspicui possit : (Notandum hic, ex Censorini relatis sequi : post Varronis elucubrationes antiquam dissensionem de annis Olympiadicis & Romanis, apud Romanos saltem, cessasse, & Varronis computum pro communi jam receptum fuisse) secundum quam rationem, nisi fallor, hic annus, cujus velut index & titulus quidam est Ulpii & Pontiani consulatus, ab Olympiade prima millesimus est & quartus decimus, ex diebus duntaxat æstivis, quibus agon Olympicus celebratur; à Roma autem condita 991. DCCCCXCI. & quidem ex *Parilibus*, unde Urbis anni numerantur. (Hinc sequitur : tempore Censorini Fastis sic dictis Capitolinis assensum præbitum non fuisse, quoniam alioquin anni 990. tantum, non verò 991. numerandi forent) Eorum verò annorum, quibus Julianus nomen est, CCLXXXIII. sed ex die Kal. Jan. unde Julius Cæsar anni à se constituti fecit principium. At eorum, qui vocantur anni Augustorum CCLXV. perinde ex Kal. Jan. quamvis ex antè diem decimum sextum Kal. Februarii Imperator Cæsar Divi filius, sententiâ L. Munacii Planci, à Senatu, cæterisque Civibus, Augustus appellatus est, se VII. & M. Vipsanio Agrippa III. Consulibus. Sed Ægyptii, quod biennio antè in potestatem ditionemque populi Romani venerunt, habent hunc Augustorum annum CCLXVII. Nam, ut à nostris ita

727.

ab



ab Ægyptiis, quidam anni in literas relati sunt, ut quos Nabonazaru nominant, quod à primo imperii ejus anno confurgunt, quorum hic DCCCCLXXXVI. Item Philippi, qui ab excessu Alexandri Magni numerantur, & ad hunc usque perducti annos DLXII. consummant. (Non intelligendum hoc, quasi annus Phil. 562. in A. U. C. 991. completeretur, sed quod in summam veniat, tanquam inchoatus; omnes enim anni alii hic positi sunt inchoati, non completi. Patet id quoque ex annis Nabonassari: horum 424. præcesserant Philippicos, si ergo 424. & 562. sibi addantur, fiunt 986. atqui hic annus Nabonassaræus est inchoans, ergo & Philippicus 562.) Sed horum initia semper à primo die mensis ejus sumuntur, cui apud Ægyptios nomen est Thoth: quique hoc anno fuit ante diem VII. Kal. Jul. cum abhinc annos centum, Imperatore Antonino Pio II. & Bruttio Præsente Consulibus, idem dies fuerint ante diem XII. Calendas Augusti, quo tempore solet Canicula in Ægypto facere exortum.

A. U. C.  
430.

*Ex Petavio Rat. Temp. P. II. lib. 3. cap. 12.* Annus Nabonassari 425. sive Thoth anni primi post obitum Alexandri, cœpit 12. die Nov. anni ab Orbe condito 3660. qui est periodi Julianæ 4390. ante Christianam æram 324. &c. Annus Christi 238. (quo Censorinus scribebat) est ab Orbe condito 4221.

*Ex eod Petav. P. II. lib. 1. cap. 15.* Mortuus est Alexander M. anno periodi Jul. 4390. ante Christum 324. aut saltem anno per. Jul. 4391. ante Christum 323.

**CLXVIII.** NOTA. De Ludis primis dubium esse nequit, quod celebrati sint, non in Aprili illius anni, quod Regifugium contigit, sed in Aprili sequente, dum jam Tarquinius Rex ultimâ Februarii prælio victus, Junius Brutus consul occisus, in locum ejus alter consul nondum suffectus, sed Valerius Publicola pro tempore solus consul esset; si enim præcedenti Aprili Ludi deberentur, non eos Antias Valerio Publicolæ (qui nec tunc adhuc consul esse poterat) sed Junio Bruto primo consuli adscribere debuisset. Anni quatuor primi Ludorum, nempe 245. 298. 305. & 408. sunt in computu laxo primo: omnes reliqui anni autem in computu laxo secundo. Unde inferendum imò: morem apud Romanos obtinuisse, annos U. C. in quatuor primis seculis, usque ad systhema tertium consulare vernum, A. U. C. 435. introductum, in computu laxo primo, ab inde autem in computu laxo secundo denominandi. 2dò Ludi quatuor primorum annorum celebrati sunt annis illis finitis; Ludi sequentes autem annis, qui adscripti inveniuntur, inchoantibus: quoniam ad finem eorum annorum jam consules alii erant. Censorinus de Ludorum annis, quos Quindecimviri prodiderunt, crisin non suscipit, quanquam illis fidem adhibere non videatur. Cum annis Ludorum Quindecimviralibus conveniunt Fasti Capitolini, ut suprâ num. 129. dictum.

**CLXIX.** Quod Petavius tradit de Thoth primi anni post obitum Alexandri M. in diem 12. Novembris incidente, convenit cum traditis Censorini, Thoth anni 562. ab eodem Alexandri M. obitu incidisse eo anno, quo scribebat Censorinus, nempe U. C. 991. VII. Calendas Julias, id est 25. Junii. *Censorinus de die Natali cap. 18.* tradit: Ad Ægyptiorum verò annum magnum luna non pertinet, quem græcè *κννικόν*, latinè canicularem vocamus, propterea quòd initium illius sumitur, cùm primo die ejus mensis, quem vocant Ægyptii Thoth, caniculæ fidus exoritur. Nam eorum annus civilis solos habet dies CCCLXV. sinè ullo intercalari: itaque quadriennium apud eos uno circiter die minus est, quàm naturale quadriennium: còque fit, ut anno MCCCCLXI. ad idem revolvatur principium. Thoth igitur, sive initium anni Ægyptiaci, singulis elapsis quadrienniis diem unum naturalem anticipat, & per ditos 1461. annos naturales, totius anni dies percurrit, & tunc demum in eundem diem, quo cœperat, recurrit. Subjungendum nunc schema, ex quo appareat, secundùm hoc initium defultorium Ægyptiacum anno emortuali Alexandri M. competere Thoth 12. Novembris, & quidem anni U. C. strictè computati 430. eo adhuc prænotato, annum emortua-lem Alexandri fuisse Nabonassaræum æquè Ægyptiacum 425. ergo primum post centum & sex quadriennia, consequenter annum Philippicum 561. esse primum, & 562. secundum noviter iniantis quadriennii, obindeque eodem die naturali utrumque hunc annum iniisse.

| A.Phil. | U.C. | Thoth   | A.Ph. | U.C. | Thoth   | A.Ph. | U.C. | Thoth   | A.Ph. | U.C. | Thoth   | A.Ph. | U.C. | Thoth  | A.Ph. | U.C. | Thoth   |
|---------|------|---------|-------|------|---------|-------|------|---------|-------|------|---------|-------|------|--------|-------|------|---------|
| 562     | 991  |         |       |      |         |       |      |         |       |      |         |       |      |        |       |      |         |
| 561     | 990  | Jun. 25 | 461   | 890  | Jul. 20 | 361   | 790  | An. 14  | 261   | 690  | Sept. 8 | 161   | 590  | Oct. 3 | 61    | 490  | Oct. 28 |
| 557     | 986  | 26      | 457   | 886  | 21      | 357   | 786  | 15      | 257   | 686  | 9       | 157   | 586  | 4      | 57    | 486  | 29      |
| 553     | 982  | 27      | 453   | 882  | 22      | 353   | 782  | 16      | 253   | 682  | 10      | 153   | 582  | 5      | 53    | 482  | 30      |
| 549     | 978  | 28      | 449   | 878  | 23      | 349   | 778  | 17      | 249   | 678  | 11      | 149   | 578  | 6      | 49    | 478  | 31      |
| 545     | 974  | 29      | 445   | 874  | 24      | 345   | 774  | 18      | 245   | 674  | 12      | 145   | 574  | 7      | 45    | 474  | Nov. 1  |
| 541     | 970  | 30      | 441   | 870  | 25      | 341   | 770  | 19      | 241   | 670  | 13      | 141   | 570  | 8      | 41    | 470  | 2       |
| 537     | 966  | Jul. 1  | 437   | 866  | 26      | 337   | 766  | 20      | 237   | 666  | 14      | 137   | 566  | 9      | 37    | 466  | 3       |
| 533     | 962  | 2       | 433   | 862  | 27      | 333   | 762  | 21      | 233   | 662  | 15      | 133   | 562  | 10     | 33    | 462  | 4       |
| 529     | 958  | 3       | 429   | 858  | 28      | 329   | 758  | 22      | 229   | 658  | 16      | 129   | 558  | 11     | 29    | 458  | 5       |
| 525     | 954  | 4       | 425   | 854  | 29      | 325   | 754  | 23      | 225   | 654  | 17      | 125   | 554  | 12     | 25    | 454  | 6       |
| 521     | 950  | 5       | 421   | 850  | 30      | 321   | 750  | 24      | 221   | 650  | 18      | 121   | 550  | 13     | 21    | 450  | 7       |
| 517     | 946  | 6       | 417   | 846  | 31      | 317   | 746  | 25      | 217   | 646  | 19      | 117   | 546  | 14     | 17    | 446  | 8       |
| 513     | 942  | 7       | 413   | 842  | Aug. 1  | 313   | 742  | 26      | 213   | 642  | 20      | 113   | 542  | 15     | 13    | 442  | 9       |
| 509     | 938  | 8       | 409   | 838  | 2       | 309   | 738  | 27      | 209   | 638  | 21      | 109   | 538  | 16     | 9     | 438  | 10      |
| 505     | 934  | 9       | 405   | 834  | 3       | 305   | 734  | 28      | 205   | 634  | 22      | 105   | 534  | 17     | 5     | 434  | 11      |
| 501     | 930  | 10      | 401   | 830  | 4       | 301   | 730  | 29      | 201   | 630  | 23      | 101   | 530  | 18     | 1     | 430  | 12      |
| 497     | 926  | 11      | 397   | 826  | 5       | 297   | 726  | 30      | 197   | 626  | 24      | 97    | 526  | 19     |       |      |         |
| 493     | 922  | 12      | 393   | 822  | 6       | 293   | 722  | 31      | 193   | 622  | 25      | 93    | 522  | 20     |       |      |         |
| 489     | 918  | 13      | 389   | 818  | 7       | 289   | 718  | Sept. 1 | 189   | 618  | 26      | 89    | 518  | 21     |       |      |         |
| 485     | 914  | 14      | 385   | 814  | 8       | 285   | 714  | 2       | 185   | 614  | 27      | 85    | 514  | 22     |       |      |         |
| 481     | 910  | 15      | 381   | 810  | 9       | 281   | 710  | 3       | 181   | 610  | 28      | 81    | 510  | 23     |       |      |         |
| 477     | 906  | 16      | 377   | 806  | 10      | 277   | 706  | 4       | 177   | 606  | 29      | 77    | 506  | 24     |       |      |         |
| 473     | 902  | 17      | 373   | 802  | 11      | 273   | 702  | 5       | 173   | 602  | 30      | 73    | 502  | 25     |       |      |         |
| 469     | 898  | 18      | 369   | 798  | 12      | 269   | 698  | 6       | 169   | 598  | Oct. 1  | 69    | 498  | 26     |       |      |         |
| 465     | 894  | 19      | 365   | 794  | 13      | 265   | 694  | 7       | 165   | 594  | 2       | 65    | 494  | 27     |       |      |         |

Ex hoc Schemate confirmantur ea, quæ *suprà num. 61. 62. 146.* de anno Alexandri M. emortuali dicta sunt, illum nempe incidere in annum U. C. 430. strictè computatum, Olympiade 114. quæ hoc eodem anno in mense Julio inierat, C. Poetelio, & L. Papirio Cursore Coss. qui usque ad Idus

Idus Decembres ejusdem anni consulatu fungebantur. Per hanc tabulam accedit documentum, Alexandro M. mensē emortuale absolute fuisse Novembrem, quia Thoth vagum Philippicorum annorum statim à morte Alexandri M. computari ceptorum itidem absolute in mensē Novembrem incidit: unde sequitur, alio anno Alexandrum non obiisse quàm U. C. 430: mensi Novembri enim tam præcedentis quàm subsequēntis anni alius jam annus Olympiadis, & alius consulatus debetur. Per hujus anni certitudinem quoque chronologia seculorum Romanorum IV. & V. maximè dubiis obnoxia multùm adjuvatur, cùm, præter consulatum seriem ex Livio & Diodoro Siculo, etiam ex hoc auctore Olympiadum series accedat, & ab A. U. C. 338. quo Halicarnassensi par fit, fide digna sit. De die tamen præcisâ, quâ anni primi Thoth post mortem Alexandri M. cœperit, advertendum adhuc est, diem illam 12. Novembris secundum computum initii Thoth laxum tantum competere; si enim strictè computetur, dies 4. decerpendi veniunt, adeoque Thoth primum post Alexandri mortem diei octavæ Novembris addicendum est. Laxa computatio cuilibet anno naturali ad 365. dies addit 6. horas, & quadriennio integrum diem; stricta econtrâ, ut Petavius *Rat. Temp. P. II. lib. 2. cap. 2.* & passim chronologi recentiores docent, sex illis horis detrahit 11. & quadrienniali spatio 44. minutas; quapropter etiam in reformatione Calendarii Gregoriana ordinatum est, *uti singulis* (ita inquit Petavius d. l.) *annorum centuriis vertentibus dies unus bissextilis omitteretur, quartâ duntaxat exceptâ centuriâ, quæ bissextilem ex more retinet. Ita quadringentis annis tres tantummodò bissextiles perimantur; quoniam non centum annis, sed 132. circiter dies unus accrescit anno Juliano, quo Tropicum superat.* Annorum Philippicorum usque ad Censorini ævum fuerunt quinque centuriæ cum dimidia, itaque una centuria tantum retinet bissextilem, & quatuor bissextiles dies ex summa tota bissextilium 141. in præmissâ tabula annotatorum decedunt; atque pro primo Thoth post Alexandrum locò duodecimæ octava Novembris substituenda est, quia ab anno primo post Alexandrum usque ad annum 562. dies tantum 137. naturales ultra Ægyptiacum computum annorum 561. qui præcisè 365. dierum sint, excesserunt, hiq̄ue à 25. Junii non nisi usque ad octavam Novembris pertingunt. Sciverunt veteres teste *Censorino cap. 28.* anno naturali plus deberi quàm 365. dies, sed tunc *inter astrologos non convēnit; quanto sol plus quàm trecentos sexaginta quinque dies in anno conficiat*, ut sunt verba Censorini, excessum tamen illum pro *diei parte circiter quarta* habebant.

CLXX. Cæterum ea, quæ ex ejusdem Censorini cap. 18. & 21. excerpta sunt, fundamento Computus Varroniani stricti annorum U. C. & Olympadicorum subserviunt. Testatur inter alia Censorinus, quòd Varro (cujus scripta de originibus Romanis tunc adhuc exstare debebant) *defectus temporum & intervalla retrò dinumeraverit*; quid aliud per hoc indicare vult Censorinus, quàm quòd Varro tempora, per primum consulatum fermè biennalem, per prorogata initia consulatum, per interregna, per Tribunitias seditiones intercepta, ordini suo restituerit, & non tantum annos ipsos, sed & dies in computum debitum vocaverit? ast utinam vel hæc elucubratio Varroniana ad nos usque pervenisset, vel Censorinus saltem de methodo rectificationis Varronianæ plura & specialiora libello suo inseruisset. Cùm verò neutrum nobis obtigerit, Censorinum pro

pro Varrone accipere, itaque conjecturare saltem licebit : ut in Censorino videmus, ita à Varrone quoque computum communem primum laxum, usque circa Seculi quinti Romani tempora, retentum, & tum demum cum computu laxo secundo commutatum fuisse. Quod tempus ei mutationi congruerit, dictum supra *sect. 5. num. 147.* dici ergo posse videtur : mutationem eam, id est, transitionem ex computu annorum U. C. laxo primo in laxum secundum, inter annum 435. (quo tertium systema initii consularis coepit) & annum 460. (à quo jam computatio laxa secunda pro communi habenda est) contingere debuisse.

## Conclusio ad totam Chronologiam Systematicam.

**Nus CLXXI.** Anni consularis *stricta computatio* fit, dum initium consulatus ex Tabulæ sub *num. 102.* columna prima, & finis ex columna secunda desumitur : v. g. in systemate primo consulari, consulatui post ejectos Reges secundo obveniunt ex anno 246. columnæ primæ menses November, December, Januarius, Februarius, Martius & Aprilis, ex anno 247. columnæ secundæ autem pars tertia Aprilis, dein menses Majus, Junius, Julius, Augustus, September, & October. In Systemate secundo consulatui L. Papirii Mugillani & L. Sempronii Atratini debentur ex anno 311. columnæ primæ posterior medietas Decembris, & menses sequentes tres integri, cum duplici tertia Aprilis, ex anno 312. columnæ secundæ verò reliqui menses usque ad Idus Decembres. In Systemate tertio Consulatui Q. Publilii Philonis III. & L. Papirii Cursoris II. attribuendus est ex anno 434. columnæ primæ mensis Martius pro parte, & mensis Aprilis pro duplici tertia, deinde ex anno 435. columnæ secundæ accedunt omnes reliqui menses usque iterum ad Martium. In Systemate quarto consulatus M. Claudii Marcelli, & L. Valerii Flacci participat ex anno 601. columnæ primæ menses Januarius, Februarius, Martium, & Aprilem pro parte, ex anno 602. columnæ secundæ e contra reliquam partem Aprilis & octo integros menses subsequos.

**CLXXII.** Anni consularis *laxa seu communis computatio* duplex est : *communis antiqua*, quæ cuilibet anno consulari toti denominationem tribuit ex anno U. C. prout in columna prima reperitur, & hæc quoque ab Halicarnassæo per totam chronologiam servatur. Altera est *computatio communis novior*, quæ ab A. 435. vel saltem 460. incipiendo, annum totum consularem ab anno U. C. prout in columna secunda assignatur, tanquam à parte principali, plus quàm octo menses continente, denominat. Utrumque hunc computum communem in hoc specimine chronologico & ego sequor, & quidem in Sectione secunda annos in computu communi antiquo usque ad tertium systema consularis initii, id est usque ad A. 435. ab inde verò in computu communi noviore annotavi.

## S E C T I O V I I I .

De chronologia non Sythematica  
sed vaga.

## Chronologia Eutropii.

**Nus CLXXIII.** *Thomas Hearne in Pref. ad Eutrop.* sic de ea sentit: Eutropius, licet ex optimis probatissimisque annalibus res plus quàm MC. annorum in Imperio Rom. gestas collegerit, atque stilo succincto, & pro seculi ratione, nitido satis & eleganti historiam contexuerit, haud tamen adeò, ac historicum decuit, ad amussim chronologicam narrationes suas exigit: quippe varias urbis conditæ epochas, Varronianam nempe, Catonianam, Fabianam, Polybianam &c. promiscuè adhibet, Scriptorum unde aliquid excerpserat, supputationem secutus.&c.

**CLXXIV.** Reverà sic se habet, ut dicit Hearne: Eutropius gesta bene refert, ea quoque consulatibus Romanis bene distinguit, sed in annis exprimendis varius est.

*Lib. 1. cap. 10. 11. 12.* numerat annos ab expulsis Regibus corruptè: v. g. *cap. 12.* annum illum, quo primus Dictator creatus Lartius, nominat annum nonum post Reges exactos, cum secundum rectiorem chronologiam Dionysii Halicarnassæi annus ille fuerit duodecimus.

*Lib. eod. cap. 13.* refert: secessionem plebis in sacrum montem contigisse anno sexto decimo post Reges exactos, & *cap. 15.* Q. Marcium expulsam esse ex Urbe anno octavo decimo post ejectos Reges. Secessio facta est anno finiente 260. & inchoante 261. expulsus Marcius anno 263. si itaque in Eutropio sub *ly anno* intelligatur *elapso*, recta est chronologia.

*Lib. 1. cap. 18.* relatio de introductis locò Consulibus Decemviris, anno trecentesimo & altero ab Urbe condita, est Livio conformis, & inde fors desumpta, sed æquè de anno jam *elapso* intelligenda.

*Cap. 19.* defectio Fidenatum anno trecentesimo decimo quinto, si subintelligatur *elapso*, chronologiæ rectæ correspondet in supposito Eutropii, quòd Regum Imperium non per 244. annos, ut communis sententia est, sed per 243. tantum annos duraverit.

*Lib. 2. cap. 1.* quod ibi de anno 365. dicitur, si subintelligatur *elapso*, iterum convenit rectæ chronologiæ in supposito 243. annorum Regionum. Tribuni autem militares consulari potestate non eo anno primùm, sed jam dudum antè, scilicet A. 317. quin & A. 311. (quanquam hoc anno absque effectu) creati coepti.

*Lib. 2. cap. 15.* de Legatis Alexandrinis, Romam à Ptolemæo missis, C. Fabio Lusino, & C. Claudio Canina Coss. anno Urbis conditæ 480. congruit rectæ chronologiæ, si vel subintelligatur *elapso*, vel anni Urbis conditæ strictè computentur, & Legatio statim ad initium consulatûs tunc Idibus Martiis initi, adeoque mense adhuc ultimo anni U. C. 480.

Pars II.

R

super-

superfite, advenerit, vel suppositum hîc, æquè de 243. annis Regiis daret.

**CLXXV.** *Lib. 2. cap. 18. & lib. 3. cap. 20.* in annis U. C. apertus est error librariorum.

*A lib. 4. cap. 2.* usque ad *librum 7.* chronologia annorum U. C. à chronologia Varroniana modò tribus, modò duobus annis retrocedit; quòd unde veniat, alibi jam dictum est.

*Lib. 7. cap. 1.* in nece Julii Cæsaris anno U. C. 709. Eutropius est in stricta computatione annorum Urbis conditæ, ut etiam alibi dictum. Ab hoc tempore verò Eutropius chronologiam per annos regnorum præcipuè dîsternat, ut suo ævo mos hic invaluerat, Consulum rarò, annorum Urbis conditæ verò bis solummodò mentionem injicit: nempe primò ad initium Imperii Nervæ *lib. 8. cap. 1.* quod addicit anno U. C. 850. 2<sup>do</sup> ad exitum Joviani Imperii, seu initium Valentiniani, sub quo scripsit, cui assignat annum U. C. 1129. *lib. 10. in fine.* Primum tempus anno abundat, secundum biennio; quod fieri non potuisset, si Eutropius annos Urbis conditæ à nece Cæsaris, quam ipse de A. 709. tradit, & ad finem anni contigisse ignorare non potuit, ad Fastos consulares dimensurâisset. Ex aliis scriptoribus, cum infrequens valde fuerit chronologia annorum Urbis conditæ, errorem suum non hausit; ergo eum proprio minùs exacto calculo annorum Imperii contraxit hunc in modum: ab exitu anni U. C. 709. effluxerant annus integer & quatuor menses, antequàm Augustus consulatu primo, à quo ejusdem Imperii annos 56. Eutropius rectè numerat, potiretur; hi 56. anni unà cum annis reliquorum Imperatorum usque ad Nervam, prout Eutropius cuilibet annos, menses, & dies assignat, efficiunt annos 139. mensem unum, & dies 10. itaque summa annorum à fine 709. effluxorum 140. cum mensibus quinque, & diebus decem; additis hîs ad 709. sunt anni ab Urbe condita 849. integri, & insuper sextus mensis, nempe October initians, anni 850. agebatur. Econtra calculo (ut infra sequetur, & nullum dubium, in his temporibus saltem, obversatur) exactè ducto, Nerva ad Imperium pervenit A. U. C. 849. Septembris die 18. In secundo tempore suprâ allato æquè ex minùs curata regnorum supputatione alter annus accrevit. Errorem hunc ultimum Eutropii emendat *Sextus Rufus*, scriptor ejusdem cum Eutropio ævi sub Valentiniano & Valente Impp. *in Breviario ad Valentem scripto cap. 2.* dum dicit: Ab Urbe igitur condita in ortum Perennitatis vestræ, quo prosperius factum Imperium Romanum sortitus es, *anni numerantur mille centum decem, & septem.*

## Chronologia Orosii.

**CLXXVI.** Is in annis Urbis conditæ sequitur partim Eutropium, cæterùm autem proprium computum in opere, quod defendendæ à Gentilium fugillatione religionis Christianæ ergò suscepit, & ad annum æræ Christianæ communis 416. perduxit, egregio quidem, quantum ad materias ipsas pertractatas, nec non justo in chronologicis ad Fastos consulares adaptatis; ast chronologia Urbis conditæ, æquè ex regnorum epochis elicitâ, plerumque vacillat, & exceptis, post Caligulam, quinque Impe-



Imperatorum, Alexandri, Maximini, Gordiani, Philippi, & Valentis, initiis rectè deductis, in reliquis ad biennium & triennium ultra citràque evagatur.

## Chronologia Miscellæ

### Historiæ.

**CLXXVII.** Hæc Pauli Diaconi, sive alterius scriptoris sæculi octavi opus, tota fermè ab Eutropio & Orofio pendet, adeoque in chronologia ejusdem notæ est, quandoque tamen, ut in Alexandro, & Maximo, Orofii chronologiam immeritò corrigit.

## Chronologia Cassiodori.

**CLXXVIII.** Hic Vir consularis, utpote qui anno æræ Christianæ communis 514. consulatum gessit, dum chronologiæ per prima Secula Christiana usque ad ævum suum, plerumque solis regnorum annis, saltem à scriptoribus Christianis, distingui solitæ, seriem Consulatum in cujuslibet Imperatoris epochas divisam adjicere, hocque modo chronica Eusebii & S. Hieronymi (quorum expressam quoque mentionem in fine suorum Fastorum facit) illustrare institueret, adeo infelici successu hoc egit, ut dubium sit, an Fastos ipse ad suam mentem corruperit, an verò tabulis aliunde corruptis deceptus fuerit? Id sanè proprium ipsius errorem arguit; quòd consulatus quorundam Imperatorum proprio nomine jam regnantium prædecessoribus eorum attribuat; sic consulatum Vespasiani & Titi de A. C. 70. ad annos Imperii Galbæ, Othonis, & Vitellii (quasi verò Vespasianus, quà adhuc privatus illum consulatum gessisset) nec non Domitiani jam Imperatoris tres consulatus de A. C. 82. 83. 84. ad prædecessores Vespasianum & Titum, & sic consequenter usque ad M. Antonini Imperium, veris & propriis Consulibus distinctum, alios consulatus transfert, ulterius autem Decii consulatus duos cum Grato, & Etrusco Decio Cæsare de A. 250. 251. ad Philippum &c. itidem consulatus tres Cari & Carini, Carini & Numeriani, Diocletiani & Aristobuli de A. 283. 284. 285. ad Probum trahit, & in illo errore continuat, usque dum demum à Valentiniano & Valente, post quorum exitum *Prosperi Aquitanici* Fastos exscribit, ad certam Fastorum seriem devolvatur; à quo tempore relata ejus, quoniam usque ad annum 445. Prosperi Aquitanici sunt, abinde autem ævum ipsius Cassiodori proprium attingunt, fidem omnino merentur. In confusa verò illa priore parte Fastorum, præterquam quòd Consules sæpissimè aliter nominet, post A. C. 38. 42. 51. 66. 68. 97. 103. 117. 146. 160. 226. 344. Consules novos & numerum augentes interjicit, econtrà Consules veros annorum 56. 59. 63. 65. 73. 77. 89. 130. 276. 297. missos facit.

## SECTIO IX.

De memorabilibus sub Augusto ante  
nativitatem Christi.

**A.U.C.** **Nus** **CLXXIX.** Natus erat Augustus M. Tullio Cicerone &  
691. Antonio Coss. IX. Cal. oct. ( id est 23. Sept. ) *Suetonius lib.*  
*2. cap. 4.* Patre Octavio, matre Attia, sororis Cæsaris filiâ. An-  
te obitum Julii Cæsaris nominabatur Cajus Octavius Cœpias.  
*Dio Cassius lib. 45.*

Deinde secundum instituta majorum in Cæsaris familiam  
adoptatus est, noménque mutavit ( quanquam enim jam an-  
tè, ut fert quorundam sententia, Cæsaris nomen sibi cum hæ-  
reditate assumpserat: tamen id nomen neque constanter, neque  
apud omnes gerebat, priusquam more Romano id confirmâs-  
set ) ac *Cajus Julius Cæsar Octavianus* dictus est. Sic enim insti-  
tutum est, ut, qui adoptatur, ab adoptante appellationem ac-  
cipiat: nomen tamen eorum, quæ prius gessit, aliquod, aliter  
paulò formatum servet. *Dio Cassius lib. 46.*

709. **CLXXX.** Anno Urbis septingentesimo ferè ac nono inter-  
fectus Cæsar. *Entrop. lib. 7. cap. 1.* Idibus Martiis. *Suetonius in Jul.*  
*Cæs. cap. 80.* tribus & viginti plagis. *Suetonius cap. 82.*

*Jornandes* quoque de *regnor. success.* Imperium Augusti statim à nece  
Cæsaris A. 709. computat; unde nihil insoliti fuit, etiam apud veteres  
scriptores, computum Imperii Augusti, sinè ullo intervallo & interstitio,  
à Cæsaris morte inire. Nec ineptum hoc videri poterat, tum ne tempo-  
ra Imperii Cæsaris & Augusti, cum chronologiæ hiatu, à se nimium di-  
vellantur; tum quia ex gestis Augusti cognitum est: eum à nece Cæsaris  
Imperium vacuum unà cum nomine & hæreditate Cæsaris prehensâsse;  
paulò post extorto consulatu sibi obfirmâsse; & demum Actiacâ Victoriâ  
plenariè appropriâsse.

711. **C. Vibio Pansa Caproniano, & Aulo Hirtio Coss. Cæsar**  
Octavianus à populo Consul factus, collegâ addito **Q. Pedio.**  
*Dio Cassius lib. 46.*

**CLXXXI.** *Petavius in Rat. temp. P. II. lib. 3. cap. 15.* dicit: ab Augu-  
sto primum consulatum annò 711. Septembris die 22. & Triumviratum  
V. Cal. Dec. id est, 27. Nov. cum Antonio & Lepido initum esse; sed  
de consulatu aliter se res habet; ita enim *Dio Cassius lib. 55.* ait: Augu-  
stus mensem Sextilem Augustum nominavit, quod nomen,  
quum alii Septembri, quo mense natus esset Augustus, indere  
vellent, ipse Sextilem prætulit, quòd eo mense primum Consul  
factus, ac eo multis magnis præliis victoriâ potitus esset. Idem  
quo-

quoque *lib. 56.* de obitu Augusti expressè dicit : vitâ excessit XIV. Cal. Sept. qua die quondam primum consulatum inierat. Et demum proximus temporis illius scriptor *Tacitus Annal. lib. 1. cap. 9.* de obitu Augusti refert : multus hinc ipso de Augusto sermo , plerisque vana mirantibus : quòd idem dies accepti quondam Imperii princeps, & vitæ supremus.

A. U. C.

Cæsare Octaviano , & Valerio Messala Coss. Victoria navali Actiaca devictus est Antonius. *Dio Cassius lib. 50.* 723.

CLXXXII. Pugna navalis facta est IV. Nonas Septembris (id est 2. Sept.) id à me non frustra commemoratum est , dies annotare alioquin non solito : sed quòd ab ea die primum Cæsar solus rerum potitus est , Imperiique ejus recensio præcisè ab ea sumitur. *Dio Cassius lib. 51. in princ.*

CLXXXIII. Cæsare V. Sex. Apulejo Coss. Juramento omnia ejus acta confirmata sunt , ipsis Kalendis Januariis , quumque etiam à Parthis literæ venissent , decretum , ut in hymnos juxtâ Diis immortalibus ipse adscriberetur : Tribus Julia ab eo denominaretur : coronâ triumphali omnibus ludis uteretur. *Dio Cassius lib. 51.* 724.

Ex omnibus his Decretis nullum ei majori voluptati fuit : quàm quòd *porta Fani* ab ipsis clausæ sunt , quasi omnibus bellis confectis. *Dio Cassius lib. 51.*

Hæc itaque sub Regibus , inque populari Reip. administratione , ac certorum deinde hominum Principatibus à Romanis acta sunt annis DCCXXV. Hoc autem anno verè iterum penes unum hominem summa totius Reipublicæ esse cœpit : quanquam armorum deponendorum , rélique omnes Senatus populique potestati tradendi consilium Cæsar agitaverit. *Dio Cassius lib. 52. ad init.* 725.

Eodem anno etiam Imperatoris nomen accepit , non quale propter victoriam tribui verustò more solebat ( id enim sæpius , & antea , & postmodò , ex ipsis actionibus reportavit , vicies quidem Imperator dictus ) sed quo summa Imperii demonstraretur , quod patri quoque ejus Julio , & ejus filiis fuerat decretum. *Dio Cassius lib. 52. circa finem.*

Cæsar , quòd longius Romanos à suspitione Regiæ potestatis sibi propositæ abduceret , imperium in suas provincias decennale suscepit , hoc etiam jactanter addito , si breviori spatio eas posset pacare , eò citius se imperio destitutum. *Dio Cassius lib. 53.*

CLXXXIV. Ex ante diem decimum sextum Kalendas Februarii Imperator Cæsar , Divi filius , sententiâ L. Munacii Plancii, 726.

ci, à Senatu cæterisque civibus Augustus appellatus est, se VII & M. Vipfano Agrippa III. Consulibus. *Censorinus de die natali cap. 21.*

Sed posteaquàm ea, quæ pollicitus fuit, re ipsa perfecit, ibi demùm *Augustus* à Senatu populòque appellatus est. Et enim quum statuissent peculiari eum quòdam cognomentò insignire, ac alii alia referrent ac probarent, Cæsar, quamvis Romuli nomen vehementer appetebat, tamen quum sentiret, hinc se suspectum affectati regni fieri, eo omisso, Augustus, quasi hominis naturâ amplior ipse, cognominatus est: Augustæ enim ea, quæ honore dignissima ac sanctissima sunt, dicuntur, idèoque Græci Augustum interpretati sunt, quasi venerandum dicas. *Dio Cassius lib. 53.*

**CLXXXV.** Ex his relatis apparet: quadruplex diversum statui posse initium Imperii Augusti: primum statim à nece Julii Cæsaris; secundum à primo consulatu; tertium ab Actiaca Victoria; quartum à formaliter per Senatum decreto summo Imperio. Diem hujus decreti *Miscella historia* specificat VIII. Idus Januarii, dum Augustus triplici triumpho Urbem ingrederetur. Augustus autem dictus est primum biennio post. Anni his relatis ex margine annotati 709. 724. 725. & 726. sunt stricti computus.

**A.U.C. 729.** **CLXXXVI.** Igitur Augustus, qui tum nonum consulatum M. Silano collegâ gerebat, adversum Salassos Terentium Varonem misit, ipse bellum contra Cantabros & Astures suscepit gerendum. Ferè hoc ipso tempore M. Vinicius Germanos quosdam ultus, qui Romanos viros in ipsorum regionem commercii gratiâ ingressos obtruncaverant, ipse quoque nomen Imperatoris Augustæ paravit. Augustus bellis ad hunc modum confectis, *Jani templum*, quod propter hæc bella fuerat reseratum, clausit. *Dio Cassius lib. 53.*

**744.** Decretum quoque est, ut *Jani Gemini* templum, quod iis, quæ dixi, bellis exortis apertum fuerat, iis jam compositis clauderetur: verùm, id ne fieret, *Daci obstitere*, qui Istrum frigore concretum transgressi ex Pannonia prædas abstulerant. Dalmatæ quoque propter exactum tributum rebellionem fecerunt. &c. hæc acta Julio ac Fabio maximo Coss. *Dio Cassius lib. 54. ad finem.*

**748.** **CLXXXVII.** Annus deinde proximus Cajum Antistium Venterem, D. Lælium Balbum Consules habuit &c. Cajo autem ad bellum Armeniacum misso, Tiberius in Chium profectus, ei se submitit: neque Cajo solùm, sed omnibus qui cum eo erant. Phraates Rex Parthorum, quum de pace ad Augustum lite-

litteras dedisset, isque rescribens, Phraaten tantum nominasset, omisso titulo Regis Regum, jussissetque Armeniam cum cedere: adeò nihil territus est Phraates, ut rescribens superbe, sibi ipsi Regis Regum titulo dato, Augustum tantum Cæsaris vocabulo affecerit. Post verò quum Cajum in Syriam advenisse audisset, ac res domi odio sui conturbatas suspicaretur, ea conditione, ut Armeniam missam faceret, in gratiam rediit. Statim post hanc rem, Cajo & Lucio mortuis, Tiberius Romam à Rhodò rediit. &c. *Dio Cassius lib. 55.*

**CLXXXVIII.** Post hanc pacem cum Parthorum Rege *Janum* eodem anno U. C. 748. clausum fuisse ex subsequenter relatis Dionis Cassii colligere licet: sequitur enim in Dione (post exiguam tantum mentionem de Thrasillo Astrologo) locus mutilus, seu spatium historiae incompletæ, (ubi fors Dio de clauso Jano retulerat) & immediatè abhinc relatio de corporibus Caji & Lucii Romam allatis, ergo eodem anno 748. Dein pergit *Dio*: Augustus eo tempore *Dominus salutatus*, non modò prohibuit, ne quis ipsum hoc nomine compellaret, sed summopere etiam id cavuit. Tertio quoque jam decennio completo, in quartum decennium coactus scilicet imperium suscepit. &c. Dominus itaque Augustus dicebatur, quòd jam tertia vice pacem Romano Imperio universalem dederit, & omnibus gentibus antea rebellibus pacatè nunc dominaretur. Quapropter quoque gesta Augusti, tempore pacis, Dio Cassius non profèquitur, sed statim ab A. 748. ad A. 755. saltum facit, dum dicit: ab Augusto *quartum decennium Imperii* susceptum esse, quod necessario incidit in A. 755. cum primum decennium à decreto summo Imperio, id est ab anno 725. inceperit. Porro ab Augusto ter Janum clausum esse constat ex *Suetonio lib. 2. cap. 22.* ubi ait: Janum Quirinum semel atque iterum à condita Urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviori temporis spatio, terrâ marique pace parta, ter clusit. &c. Ante Augustum prima vice clausus est Janus sub Rege Numa; 2da vice sub Imperio consulari post Punicum primum perfectum bellum Tito Manlio Consule, *Livius lib. 1. cap. 8.* Sic etiam refert *Entropius lib. 3. cap. 3.* T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo. Coss. de Sardis triumphatum est: & pace omnibus locis facta Romani nullum bellum habuerunt, quod his post Romam conditam semel tantum, Numâ Pompiliò regnante, contigerat. &c.

Itaque 2da vice Janus clausus est A. U. C. 519. sub Augusto ter clausus est Janus: 1mò A. U. C. 725. *Dio Cassius lib. 51.* 2dò. A. U. C. 729. devictis Cantabris & Asturibus. *Dio Cassius lib. 53.* & 3tiò. ut scriptores antiqui Christiani testantur, circa tempus Nativitatis Christi Domini.

**CLXXXIX.** Aliud tempus clausi tertiæ vice Jani assignari nequit, nisi anni ab U. C. 748. cum ab hoc anno Dio Cassius & alii scriptores usque ad A. 759. nullum bellum commemorent, adeoque per undecim annos pax constans fuerit. Luculenter hæc tertia clausura confirmatur  
ab

**A. U. C.** 748. ab *Eusebio Cafariensi Episcopo*, scriptore seculi quarti sub Constantino Magno & Constantio II. *in chronico*, dum ad annum Imperii Augusti 38. adnotat: Tiberius de Rhetiis, Vindelicis, Armeniis, ac Pannoniis triumphavit. Hic triumphus itaque erat generalis de subactis per diversos annos omnibus gentibus Romano Imperio refractariis, inter quas ultimi hoc ipso anno 748. secundum *Dionem* domabantur Parthi, cessâ Romanis Armeniâ pacem precantes & obtinentes; ut itaque ei tempori & triumpho generali clausura Jani jam anno U. C. 744. decreta, sed ob noviter exortos Dacorum, Dalmatarum, & demum Parthorum motus, usque huc dilata, optimè & unicè convenerit. Annum autem Imperii Augusti 38. in computu Eusebii esse Urbis conditæ 748. apertè liquet ex ipso Eusebio, qui annum primum Imperii Augusti ponit eum, quò *Antonius adversum Casarem Augustum bellum movit*. Annus hic secundum omnes scriptores & absque ullo dubio erat Urbis conditæ 711. Hirtio & Pansa Coss. qui ambo Consules quoque in hoc ipso bello contra Antonium à populo Romano hostem judicatum obierunt, & Augusto Consulatus hoc eodem anno adipiscendi occasionem fecerunt. Si itaque annus 711. fuit primus Imperii Augusti, necessariò annus 748. Urbis conditæ erat 38vus Imperii.

## SECTIO X.

### De Annis æræ Christianæ.

**Nus. CXC.** Contrôversia de anno nativitatis Christi, à tot & tantis Chronologis quàm diutissimè jam agitata, eatenus huic præsentii instituto subservit, et, carptim licèt, inferenda est, quoniam ex ea vel maximè dubia & errores in chronologiam rerum Romanarum promanarunt. *Eusebius* Cæsariensis Episcopus *in chronico* ad annum Imperii Augusti 42. (qui in ejus calculo æquivalet A. U. C. 752.) sic scribit: **JESUS** Christus filius Dei in Bethleem Judææ nascitur, quo anno cœpit Christianorum salus, qui & primus annus Christianæ salutis numeratur. Colliguntur omnes anni ab Abraham usque ad nativitatem Christi anni 2025. Tertullianus in eo libro, quem contra Judæos scripsit, affirmat, Christum 41. anno Augusti natum, & 15. Tiberii esse passum. Ad annum Imperii Tiberii 18. dein subjungit Eusebius: Secundum prophetias, quæ de Deo fuerant prælocutæ, ad passionem venit anno Tiberii XVIII. quo tempore & in aliis Ethnicorum commentariis hæc ad verbum scripta reperimus: solis facta defectio, & tenebræ super universam terram. Bithynia terræ motu concussa, & in Urbe Nicæna ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salvatoris acciderunt. Scripsit verò super his & Phlegon, qui Olympiadarum egregius supputator est, in 14. libro ita dicens:



**Cens** : quarto autem anno ducentessimæ secundæ Olympiadis (quartus is annus, secundum *Tab. 3. infra num. 254. n.* finiebatur in diebus æstivis anni æræ Chr. communis 33.) magna & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta; dies horâ sextâ ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ cælo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicenæ Urbis multas ædes subvertent. Hæc supradictus vir. Argumentum autem hujus rei, quòd Salvator isto anno passus sit, Evangelium præbet Joannis, in quo scribitur, post quintum decimum annum Tiberii Cæsaris tribus annis Dominum prædicasse. Josephus etiam vernaculus Judæorum scriptor, circa hæc tempora die Pentecostes sacerdotes primùm commotiones locorum, & quosdam sonitus sensisse testatur. &c.

**CXCI.** *Orosius* scriptor initiantis seculi quinti *lib. 6. cap. 22.* scribit: Anno ab Urbe condita DCCLII. Cæsar Augustus ab Oriente in Occidentem, à septentrione in meridiem, ac per totum Oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis, Jani portas tertio ipse tunc clausit, quas ex eo per duodecim ferò annos quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam rubigo consignavit, nec prius, quàm sub extrema senectute Augusti, pulsata, & Atheniensium seditione, & Dacorum commotione, patuerunt. &c. Igitur ex eo tempore, id est, anno, quò firmissimam verissimamque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, natus est Christus, cujus adventui pax ista famulata est. &c. *Cassiodorus* scriptor seculi initiantis sexti (qui fastis suis breviarium historicum interferit) ad annum, quo C. Lentulus, & M. Messala Consules fuere, addit: Dominus Noster Jesus Christus in Bethlechem nascitur anno Imperii Augusti XLI. *Jornandes de Regnor. Success.* nativitatem Christi anno Imperii Augusti XLII, addicit. *Dionysius Exiguus Abbas*, compilator æræ Christianæ vulgaris in seculo itidem sexto, nativitatem Christi anno U. C. 753. annum autem primum Christianum mox sequenti anno consulari, C. Julio Cæsare & L. Æmilio Paulo Coss. Urbis conditæ verò quoad partem principalem 754. alligat. *Miscella Historia* seculo octavo ex diversis antiquioribus scriptoribus compilata, in nativitate Christi ipsa verba Orosii exscribit. *Regino Abbas Prumiensis* scriptor seculi noni finientis & decimi inchoantis pro nativitate Christi eundem annum XLII. Imperii Augusti cum Eusebio & Orosio habet. *Hermannus Contractus* scriptor seculi undecimi ejusdem est opinionis. *Marianus Scotus*, uti in aliis, ita in nativitate Domini, Cassiodori Fastos Consulares & sententiam sequitur.

**CXCII.** Demum, ut cæteros præteream, *Auctor Dissertationis prioris, Petavii Rationario temporum P. II. ad calcem additæ*, fusè & fundatè deducit: Herodem Regem Judæorum mortuum esse anno Urbis conditæ 750. adeoque Christi nativitatem necessariò in annum U. C. præcedentem 749. & diem 25. Decembris, passionem autem ejus in annum Julianum

Pars II.

S

anum

annum 78. æræ Christianæ vulgaris 33. igitur in annum U. C. strictè & usque ad 21 Aprilis computatum 785. incidere; Porro Christum anno æræ vulgaris 30. cum jam 33. ætatis complèffet annos, & 34tum inchoasset, quod in Evangelio vocari dicitur *quasi* triginta annorum, à Joanne baptizatum esse, tres integros prædicationis ac ministerii sui annos obiisse, quatuor Paschata interim celebrasse, & in quarto, ætatis tum 36. annorum, & 3. mensium, sese Deo Patri immolasse.

*Dissertatio Petavio annexa posterior* annum nativitatis Christi eundem, quem prior, nempe U. C. 749. retinet, sed annum passionis ob auctoritates antiquorum Ecclesiæ Doctorum, qui Christum passum esse duobus Geminis, scilicet C. Rubellio Gemino, & C. Fusio Gemino Coss. tradiderunt, in annum æræ vulgaris 29. ponit.

**CXCIII.** Inter curatiores chronologos postremorum horum seculorum communiter jam receptum est: tempus nativitatis Christi, respectu æræ vulgaris Christianæ, integro quadriennio anteverti, atque in annum Urbis conditæ 749. collocari debere; cui calculo firmissimum argumentum dictarum Dissertationum de morte Herodis A. U. C. 750. fermè solum sufficit. Accedit huic traditio perpetua à primis seculis usque huc propagata de pace universali, quæ nativitati Christi famulata est, & secundum suprascripta (*num. 188. 189.*) in alium U. C. annum, quàm 748. cadere nequit. Salvatur quoque traditio alia antiqua Ecclesiæ ex *Ireneo*, qui proximis temporibus Apostolorum vixit, & Polycarpum discipulum Joannis Evangelistæ magistrum habuit, *lib. 3. cap. 25.* sic scribente: natus est Dominus Noster circa primum & quadragesimum annum Augusti Imperii; verificatur enim hoc inter annum necis Cæsaris 709. & nativitatis Christi 749. ubi intercurrunt quadraginta anni; & appropinquatur quadragesimo primo, quod sufficit pro salvanda vocula, *circa*; cui accedit, quòd nihil insoliti sit scriptoribus, annum primum & ultimum, ut ut incompletos, numero inserere.

**CXCIV.** Ab hoc computu autem nativitatis Christi distant antiquiores omnes scriptores Christiani, quorum triplex potissimum est sententia: prima natalem Christi addicit anno Romanorum 751. secunda A. 752. tertia A. 753. Hæc tertia est *Dionysii Exigui*, & inde oritur æra Christiana vulgaris. Et quoniam Christus natus est in Decembri, itaque in ultimo mense anni Romani consularis, hinc annus primus æræ Christianæ vulgaris cum anno Romano consulari 754. pari passu currit. Porro hic idem primus annus correspondet anno quarto Olympiadis 194. non quidem ex integro, sed usque ad dies æstivos in Julio, ubi incipit annus primus Olympiadis 195. Inde sequitur, quòd anno æræ Christianæ primo inchoante elapsi fuerint anni Olympiadici 775. & menses 6. Sententiam primam de nativitate Christi Anno Romano consulari 751. adeoque de primi anni Christiani purificatione cum anno Romano 752. *Cassiodorus* cum sequacibus suis tenet; sententiam secundam verò de paritate anni primi Christiani cum anno Romano 753. *Eusebius Casariensis*. Ut igitur de Eusebii calculo, quem plures secuti sunt, constet, libet eum paulò penitiùs pervestigare.

**CXCV.** Eusebius annos Christi non aliunde quàm ex annis Olympiadici deducit, & pro fundamento suo ponit, annum Christi primum

COR-

DE ANNIS ÆRÆ CHRISTIANÆ.

215

correspondere anno tertio Olympiadis 194. Hoc suppositum in sententia Eusebii, anno uno æram communem antevortente nihil chronologiæ in se derogaret, sed eam tantum æquè uno anno semper anteriorem faceret æræ communi Christianæ. Ast error calculi Eusebiani latet in applicatione annorum Olympiadicorum ad annos Christi. Ut rectè hæc fieret, ex annis cognitis Olympiadicis pro cognoscendo & efformando anno Christi deduci deberent (in systemate Eusebiano) anni 774. menses sex. Huic divisioni mensium non censuit Eusebius incumbere, sed ex annis Olympiadicis semper solummodò abiecit 774. annos integros, non attentis 6. mensibus excurrentibus. Qui calculus minus exactus, ut in initio parvam, ita in progressu ulteriori magnam differentiam inter hos arbitrarios annos Christi & verum calculum causavit.

CXCVI. Totum hoc ex schemate hic subjecto clariùs discerni poterit.

| Usque ad finem Imperii.        | Olympiadis. | Anno | sunt anni Olympiadi. | destratis 774. remanent anni Christi secundum Eusebium | secundum æræ communem verò sunt anni Christi. | menses & dies finiti Imperii erant. | Olympiadi anni autem genuinè computati Olympiadis. | annus. |
|--------------------------------|-------------|------|----------------------|--|---|-------------------------------------|--|--------|
| Augusti. -                     | 198         | 1    | 789                  | 15   | 14  | Aug. 19                             | 198  | 2      |
| Tiberii. -                     | 203         | 4    | 812                  | 38   | 37  | Mart. 16                            | 203  | 4      |
| Caligulæ. -                    | 204         | 4    | 816                  | 42   | 41  | Jan. 24                             | 204  | 4      |
| Claudii. - -                   | 208         | 2    | 830                  | 56   | 54  | Octob. 13                           | 208  | 2      |
| Neronis. -                     | 211         | 4    | 844                  | 70   | 68  | Jun. 10                             | 211  | 4      |
| Galbæ, Ottonis, & Vitellii.    | 212         | 1    | 845                  | 71   | 69  | Decemb. 20                          | 212  | 1      |
| Vespasiani. -                  | 214         | 3    | 855                  | 81   | 79  | Jun. 24                             | 214  | 2      |
| Titii. - -                     | 215         | 1    | 857                  | 83   | 81  | Sept. 13                            | 215  | 1      |
| Domitiani.                     | 219         | 1    | 873                  | 99   | 96  | Sept. 18                            | 218  | 4      |
| Nervæ. -                       | 219         | 2    | 874                  | 100  | 98  | Jan. 27                             | 219  | 1      |
| Trajani. -                     | 224         | 1    | 893                  | 119  | 117   | Aug. 10                             | 224  | 1      |
| Adriani. -                     | 229         | 2    | 914                  | 140  | 139   | Jul. 10                             | 229  | 2      |
| Antonini Pii.                  | 235         | 1    | 937                  | 163  | 162   | Mart. 7                             | 235  | 1      |
| M. Aur. Antonini               | 239         | 4    | 956                  | 182  | 180   | Mart. 16                            | 239  | 3      |
| Commodi.                       | 243         | 1    | 969                  | 195  | 192   | Decemb. 31                          | 243  | 1      |
| Severi. -                      | 247         | 3    | 987                  | 213  | 211   | Febr. 4                             | 247  | 2      |
| Caracallæ. -                   | 249         | 1    | 993                  | 219  | 217   | Apr. 6                              | 248  | 4      |
| Macrini. -                     | 249         | 2    | 994                  | 220  | 218   | Jun. 3                              | 249  | 1      |
| Heliogabali.                   | 250         | 2    | 998                  | 224  | 222   | Mart. 6                             | 250  | 1      |
| Alexandri. -                   | 253         | 3    | 1011                 | 237  | 235   | Mart. 15                            | 253  | 2      |
| Maximinorum, Pupieni, & Albini | 254         | 2    | 1014                 | 240  | 138   | ad initium anni                     | 254  | 1      |
| Gordiani. -                    | 255         | 4    | 1020                 | 246  | 244   | Mart. 21                            | 255  | 4      |
| Philipporum.                   | 257         | 3    | 1027                 | 253  | 249   | Aug. 25                             | 257  | 1      |
| Deciorum. -                    | 257         | 4    | 1028                 | 254  | 251   | Aug. 28                             | 257  | 3      |
| Galli & Volusiani              | 258         | 2    | 1030                 | 256  | 253   | Aug. 31                             | 258  | 1      |
| Valer. & Gallieni.             | 262         | 1    | 1045                 | 271  | 269   | Mart. 24                            | 261  | 4      |
| Claudii II. -                  | 262         | 3    | 1047                 | 273  | 270   | ad finem anni.                      | 262  | 2      |
| Aureliani. - -                 | 263         | 4    | 1052                 | 278  | 275   | ad finem anni.                      | 263  | 3      |
| Taciti & Floriani.             | 264         | 1    | 1053                 | 279  | 277   | ad initium anni.                    | 263  | 4      |
| Probi. - -                     | 265         | 3    | 1059                 | 285  | 282   | post solstitium.                    | 265  | 2      |
| Diocletiani.                   | 271         | 1    | 1081                 | 307  | 304   | Apr. 1                              | 270  | 4      |
| Constantii Chlorigi            | 271         | 3    | 1083                 | 309  | 306   | Jul. 25                             | 271  | 2      |
| Constantini Vicefalia          | 276         | 3    | 1103                 | 329  | 326   | Jul. 25                             | 276  | 2      |

**CXCVII.** Ex hoc schemate eruendum primò : in Eusebii chronico exactam rationem veri computûs Olympiadici, quod mirum de Græco scriptore videri posset, non haberi. Sic V.G. Augustus scribitur mortuus Olympiade 198. anno primo ; in hoc supposito debebat mors contingere anno æræ communis Christianæ 14. vel, quod in se idem est ; anno æræ specialis Eusebianæ 15. ante Solstitium æstivum, quod autem non est, cum certissimum sit ex *Suetonio*, *Dione* &c. diem emortualem fuisse XIV. Cal. Sept. seu 19. Augusti, ubi jam annus secundus in mensè altero procurrebat ; & sic de reliquis, ubi computus Eusebianus à vero differt, quarum differentiarum maxima est in tempore necis Philipporum, quæ ex græco quodam alio, ut videtur, authore annos Olympiadicis strictè computante, atque completos cum incompletis pariter numerante, obindèque Philippis septennium regiminis assignante ; ultra annum solidum justo tardior ponitur, ut infra in chronologia Imperii Philipporum dilucidius dicetur. Calculus igitur Olympiadicus chronici Eusebiani non præcognitis certis temporum distinctionibus, ut in Olympiadibus opus esset, sed solis annorum Imperii numeris innititur, qui in ordinem Olympiadicum compilatori verosimillimum visum digesti sunt.

**CXCVIII.** Porro ex præmissis schemate certissimè addò liquet : Ex inventis his arbitrariis annis Olympiadicis, subtrahendo semper 774. annos, natalem Christi in supposito Eusebiano præcedentes, formatos esse simpliciter annos Christianos, expedita quidem methodo, sed minimè exacta, utpote quæ errorem jam in Olympiadum computatione admissum, alio errore novo ex segmentis Olympiadum annum Christianum partientibus nato cumulat. Verus igitur, sed is utique adhuc eximius usus chronologiæ Eusebianæ in eo consistit, ut attento & ad æram Christianam communem rectificato initio & exitu cujuslibet Imperatoris, gesta intermediarum annorum sic sibi subsecuta, & intervallis ab invicem disjuncta fuisse credi possint, prout Eusebius, multæ notitiæ, præsertim circa tempora ei proximiora, & gravis Judicii vir eadem dispescuit.

**CXCIX.** *S. Hieronymus*, qui græcum chronicon Eusebii latinum reddidit, & ab anno æræ Christianæ communis 326. usque ad mortem Valentis majoris Anno ejusdem æræ communis 378. (qui quidem Hieronymo est 381.) continuavit, eandem normam computûs Eusebiani tam in annis Olympiadicis, quam Christianis præferret, adeoque chronologia hæc eidem notæ, ut Eusebiana, subjacet. Immo Eusebii narrata, quæ de Romanis rebus agunt, potiori ex parte Sancti Hieronymi censenda. Sic enim is ipse testatur *in præfatione* : Itaque à Nino & Abraham usque ad Trojæ captivitatem pura græca translatio est. A Troja usque ad vicessimum Constantini annum, nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de Tranquillo & cæteris illustribus historicis curiosissimè excerptissimus. A Constantini autem supraddicto anno usque ad consulatum Augustorum Valentis VI. & Valentiniani iterum, totum meum est.

Porro *Eusebius* propriam præfationem sic finit : A Tiberii autem quindecimo anno, usque ad decimum quartum annum Valentis, quo interit, numerantur anni CCCLI. Itaque fiunt, anni

anni istius Historiæ MMCCCXCV. Et ne longus ordo numerorum aliquid fortè turbationis afferat, omnem annorum congenerem in decades decidimus, quas ex singularum gentium historiis congregantes, sibi invicem fecimus esse contrarias, ut facilis præbeatur inventio, cujus Græci ætate, vel Barbari, Prophetæ & Reges; & sacerdotes fuerint Hebræorum; Item, qui diversarum gentium falsò crediti Dii, qui de illustribus viris, Philolophi, Poëtæ, Principes, Scriptorésque variorum operum extiterint, & si qua alia digna memoriâ putavit antiquitas, quæ universa in suis locis summa brevitate ponemus.

CC. Ex his præfationibus notandum: 1mò Eusebius historiam suam non usque ad Valentis exitum Anno Christiano 378. sed usque ad vicennalia tantum Constantini A. 326. produxisse censendus est; dicit enim S. Hieronymus, à vicesimo Constantini anno totum suum esse, ergo nihil Eusebii; nec facilè Eusebius usque ad Valentis exitum superesse poterat, namque ante Constantini vicennalia jam Episcopus ergo ætatis provectoris erat, ab illo autem anno usque ad exitum Valentis adhuc 52. anni intercedunt. Itaque quod in præfatione Eusebii de exitu Valentis dicitur, æquè S. Hieronymi & ab eo correctum est, utpote qui etiam suam continuationem historiæ sub numero totali annorum comprehendere volebat. 2dò reliqua præfationis Eusebianæ Eusebii ipsius esse credibilius videtur. Igitur 3tò anni mundi, qui in chronico usque ad nativitatem Christi adscripti & in decades distributi reperiuntur, sunt Eusebii, quoniam hujus distributionis in præfatione mentionem facit. 4tò anni Olympiadici sunt æquè ipsius Eusebii, ut ex digestionem totius operis, & combinatione Olympiadum cum annis diversorum Regnorum apparet. 5tò anni Christi ab ejus nativitate locò annorum mundi adjecti pariter videntur esse ipsius Eusebii, usque ad vicennalia Constantini. 6tò præfatio computat ab anno decimo quinto Tiberii, id est in methodo Eusebiana ab anno Christi 30, usque ad Valentis exitum 351. annos: his addendo dictos Christi annos 30. evadit annus Christi 381. pro obitu Valentis; quod correspondet computui, qui historiæ adjectus est. Econtrà hunc computum annorum Christi esse erroneum, ipsius S. Hieronymi relatio, qui tunc Consules Romani fuerint, declarat: consulatus enim Valentis sextus & Valentiniani Junioris secundus anno æræ Christianæ communis 378. æræ specialis Eusebianæ verò 379. & non 381. alligatus est. His non obstantibus 7mò chronologiæ Eusebianæ & Hieronymianæ, quoad annos regnorum sua manet autoritas, namque Eusebii relata à S. Hieronymo revisa, & curiosissimâ, ut ipse inquit, excerptione scriptorum illustrium recognita sunt: atque fors dubietates, quæ supersunt, omnes elucidarentur, si librarii regulas in præfatione S. Hieronymi traditas, quid ad quemque numerum pertineat, in editione curatius attendissent; de quibus regulis videantur plura infra ad chronologiam specialem Imperatorum in Parallelismo chronologiæ ad tempora Constantini Magni.

Cæterum, quanti errores ex differentia opinionum de nativitate Christi in chronologiam Christianam, & in Fastos quoque Consulares Romanos irrepserint, conquerendo explicat *Author dissertationis prioris*

de anno natiuitatis & passionis Christi, in Petavii Rationario temporum P. II: ad finem his verbis: Sanè ipsemet Baronius hanc vulgarem æram, quam sequi se profitetur, biennio tamen integro antevertit, cùm Christum vult natum Lentulo & Messalino Coss. hincque in multis historiam tam Ecclesiasticam quàm profanam turbavit: donec à Fastis duobus paribus Consulibus erasis, à Diocletiani temporibus rectâ tandem chronologiâ progressus est. Similitérque Onuphrius Panvinius, Mercator, & alii, ut in eandem æram devolvantur, quam imprudenter uno anno anteverterant, eradunt Probum & Paulinum Consules A. 277. & sic alii alios; cùm contrâ longè æquius fuisset, Dionysianam æram illam justo breviorè, sicuti est, fateri, quàm privatâ licentiâ Fastos ad mentem suam componere, & in multis chronologiam vexare.

## SECTIO XI.

### De Chronologia Speciali Romanorum Imperatorum usque ad Carolum Magnum.

| Nus. CCI. Synopsis Chronologiae hujus                          | Cœpit   |          | Regnavit |        |      | Finiit  |          |
|--|---------|----------|----------|--------|------|---------|----------|
|  | A. Chr. | mensē    | annos    | mensēs | dies | A. Chr. | mensē    |
| Augustus ab obitu Cæsaris 15. Martii A. U. C. 709. computando. |         |          | 57       | 5      | 5    | 14      | Aug. 19  |
| Tiberius   | 14      | Aug. 19  | 22       | 6      | 26   | 37      | Mart. 16 |
| C. Caligula  | 37      | Mart. 16 | 3        | 10     | 8    | 41      | Jan. 24  |
| Claudius   | 41      | Jan. 23  | 13       | 8      | 20   | 54      | Oct. 13  |
| Domitius Nero  | 54      | Oct. 13  | 13       | 7      | 29   | 68      | Jun. 10  |
| Sergius Galba  | 68      | Jun. 10  | -        | 7      | 6    | 69      | Jan. 15  |
| M. Salvius Otho  | 69      | Jan. 15  | -        | -      | 95   | 69      | Apr. 19  |
| A. Vitellius   | 69      | Apr. 19  | -        | 8      | 1    | 69      | Dec. 20  |
| Vespasianus  | 69      | Julii 1  | 9        | 11     | 24   | 79      | Jun. 24  |
| Titus Vespasianus  | 79      | Jun. 24  | 2        | 2      | 20   | 81      | Sept. 13 |
| Domitianus   | 81      | Sept. 13 | 15       | -      | 6    | 96      | Sept. 13 |
| Nerva  | 96      | Sept. 19 | 1        | 4      | 9    | 98      | Jan. 27  |
| Trajanus   | 98      | Jan. 27  | 19       | 6      | 15   | 117     | Aug. 10  |
| Adrianus   | 117     | Aug. 10  | 21       | 11     | -    | 139     | Jul. 10  |
| Antoninus Pius   | 139     | Jul. 10  | 22       | 7      | 26   | 162     | Mart. 7  |
| Marcus Aur. Antoninus  | 162     | Mart. 7  | 18       | -      | 16   | 180     | Mart. 16 |
| Lucius Verus   | 162     | Mart. 7  | 10       | 1      | -    | 172     | Apr.     |
| Commodus   | 180     | Mart. 16 | 12       | 9      | 16   | 192     | Dec. 31  |
| Ælius Pertinax   | 193     | Jan. 1   | -        | -      | 87   | 193     | Mart. 28 |
| Didius Julianus  | 193     | Mart. 28 | -        | 2      | 6    | 193     | Jun. 2   |

Sep-



CHRONOLOGIA ROM. IMPERATORUM.

|                                      | Coepit |          |       | Regnavit |      |        | Finiit       |  |
|--------------------------------------|--------|----------|-------|----------|------|--------|--------------|--|
|                                      | A.Chr. | mense    | annos | menfes   | dies | A.Chr. | mense        |  |
| Septimius Severus                    | 193    | Junii 1  | 17    | 8        | 3    | 211    | Febr. 4      |  |
| Antoninus Caracalla                  | 211    | Febr. 4  | 6     | 2        | 3    | 217    | Apr. 6       |  |
| Macrinus, cum filio                  | 217    | Apr. 6   | 1     | 1        | 29   | 218    | Junii 3      |  |
| Antoninus Heliogabalus               | 218    | Jun. 3   | 3     | 9        | 4    | 222    | Mart. 6      |  |
| Alexander                            | 222    | Mart. 6  | 13    | -        | 10   | 235    | Mart. 15     |  |
| Maximini, Pater, & Filius            | 235    | Mart. 15 | 2     | 1        | -    | 237    | Maj.         |  |
| Balbinus & Pupienus                  | 237    | Maj.     | -     | 11       | -    | 238    | Mart.        |  |
| Gordianus Junior                     | 238    | Mart.    | 6     | -        | -    | 244    | Mart. 21     |  |
| Philippi, Pater, & Filius            | 244    | Mart. 21 | 5     | 5        | -    | 249    | Aug.         |  |
| Decii, Pater, & Filius               | 249    | Aug.     | 2     | -        | -    | 251    | Aug.         |  |
| Gallus cum Volufiano filio           | 251    | Aug.     | 2     | -        | -    | 253    | Aug.         |  |
| Æmilianus                            | 253    | Maj.     | -     | 3        | -    | 253    | Aug.         |  |
| Valerianus cum Gallieno filio        | 253    | Aug.     | 6     | 1        | -    | 259    | Oct.         |  |
| Gallienus folus                      | 259    | Oct.     | 9     | 6        | -    | 269    | Mart. 24     |  |
| Claudius II.                         | 269    | Mart. 24 | 1     | 9        | -    | 270    | Dec.         |  |
| Quintilius                           | 270    | Dec.     | -     | -        | 17   | 271    | Jan.         |  |
| Aurelianus                           | 270    | Dec.     | 5     | -        | -    | 275    | Dec.         |  |
| Interregnum                          | 275    | Dec.     | -     | 6        | -    | 276    | Jul.         |  |
| Tacitus                              | 276    | Jul.     | -     | -        | 200  | 277    | Jan.         |  |
| Florianus                            | 277    | Jan.     | -     | -        | 60   | 277    | Mart.        |  |
| Probus                               | 277    | Jan.     | 5     | 9        | -    | 282    | Sept.        |  |
| Carus                                | 282    | Sept.    | 1     | -        | -    | 283    |              |  |
| Carinus                              | 282    | Sept.    | 2     | -        | -    | 285    |              |  |
| Numerianus                           | 282    | Sept.    | 1     | 11       | -    | 284    | Aug.         |  |
| Diocletianus                         | 284    | Sept. 17 | 19    | 6        | 16   | 304    | Apr. 1       |  |
| Maximianus Herculus                  | 286    | Apr. 1   | 18    | -        | 1    | 304    | Apr. 1       |  |
| Constantius Chlorus                  | 304    | Apr. 1   | 2     | 3        | 26   | 306    | Jul. 25      |  |
| Galerius Maximianus Armenta-<br>rius | 304    | Apr. 1   | 7     | -        | -    | 311    | ad init.     |  |
| Severus, Cæfar                       | 305    | ad finem | 2     | -        | -    | 307    |              |  |
| Constantinus Magnus                  | 306    | Jul. 25  | 30    | 9        | 28   | 337    | Maj. 22      |  |
| Maxentius                            | 306    | Oct. 28  | 6     | -        | 1    | 312    | Oct. 28      |  |
| Licinius                             | 308    | Nov. 11  | 14    | 10       | 8    | 323    | Sept. 18     |  |
| Maximinus, quæ Augustus              | 311    | ad init. | 2     | -        | -    | 313    |              |  |
| Constantinus Junior                  | 337    | Maj. 22  | 2     | 10       | -    | 340    | Apr. init.   |  |
| Constans                             | 337    | Maj. 22  | 12    | 7        | 28   | 350    | Jan. 18      |  |
| Constantius II.                      | 337    | Maj. 22  | 24    | 5        | 13   | 361    | Nov. 3       |  |
| Veteranio                            | 350    | Mart. 1  | -     | 9        | 25   | 350    | Dec. 25      |  |
| Magentius                            | 350    | Jan. 18  | 3     | 6        | 25   | 353    | Aug. 11      |  |
| Gallus Constantius, Cæfar            | 351    | Mart. 1  | 3     | 9        | -    | 354    | ad finem     |  |
| Julianus Apoftata, quæ Augustus      | 361    | Nov. 3   | 1     | 7        | 24   | 363    | Junii 26     |  |
| Jovianus                             | 363    | Jun. 27  | -     | 7        | 21   | 364    | Febr. 16     |  |
| Valentinianus                        | 364    | Febr. 26 | 11    | 8        | 23   | 375    | Nov. 17      |  |
| Valens                               | 364    | Mart. 29 | 14    | 5        | -    | 378    | Aug. ad fin. |  |
| Gratianus                            | 367    | Aug. 24  | 16    | -        | 1    | 383    | Aug. 25      |  |
| Valentinianus Junior, feu II.        | 375    | Nov. 22  | 16    | 5        | 24   | 392    | Maj. 15      |  |
| Theodofius Magnus                    | 379    | Jan. 19  | 16    | -        | 3    | 395    | Jan. 17      |  |

Arca-

|  | Cœpit   |              |       | Regnavit |      |         | Finiit           |  |
|--|---------|--------------|-------|----------|------|---------|------------------|--|
|  | A. Chr. | menſe        | annos | menſes   | dies | A. Chr. | menſe            |  |
| Arcadius   | 383     | Jan. 19      | 25    | 3        | 13   | 408     | Maj. 1           |  |
| Maximus  | 382     |              | 6     |          |      | 388     | Jul. 28          |  |
| Eugenius   | 392     | Maj. 15      | 2     | 3        | 23   | 394     | Sept. 6          |  |
| Honorius   | 393     | Jan. 10      | 30    | 7        | 6    | 423     | Aug. 15          |  |
| Constantius III.   | 421     | Febr. 8      | -     | 6        | 26   | 421     | Sept. 2          |  |
| Theodoſius Junior  | 408     | Maj. 1       | 42    | 1        | 20   | 450     | Junii 20         |  |
| <b>In Occidente Succellores.</b>                                   |         |              |       |          |      |         |                  |  |
| Valentinianus III.   | 425     | Oct. 23      | 29    | 4        | 23   | 455     | Mart. 17         |  |
| Maximus  | 455     | Mart. 17     | -     | 2        | 27   | 455     | Junii 12         |  |
| Avitus   | 455     | Julii 10     | 1     | 2        | 10   | 456     | Sept. 19         |  |
| Interregnum  | 456     | Sept. 20     | -     | 6        | 12   | 457     | Apr. 1           |  |
| Majorianus   | 457     | Apr. 1       | 4     | 4        | 2    | 461     | Aug. 2           |  |
| Interregnum  | 461     | Aug. 3       | -     | 3        | 16   | 461     | Nov. 19          |  |
| Severus  | 461     | Nov. 19      | 3     | 8        | 28   | 465     | Aug. 13          |  |
| Interregnum  | 465     | Aug. 16      | 1     | 7        | 24   | 467     | Apr. 12          |  |
| Anthemius  | 467     | Apr. 12      | 5     | 3        | -    | 472     | Julii 11         |  |
| Olybrius   | 472     | Julii 11     | -     | 3        | 13   | 472     | Oct. 23          |  |
| Interregnum  | 472     | Oct. 24      | -     | 4        | 9    | 473     | Mart. 5          |  |
| Glycerius  | 473     | Mart. 5      | 1     | 3        | 20   | 474     | Junii 24         |  |
| Julius Nepos   | 474     | Junii 24     | 1     | 2        | 5    | 475     | Aug. 28          |  |
| Interregnum  | 475     | Aug. 29      | -     | 2        | 2    | 475     | Oct. 31          |  |
| Auguſtulus, ultimus Imperatorum Occidentis uſque ad Carolum Magnum | 475     | Oct. 31      | -     | 10       | 5    | 476     | Sept. 4          |  |
| <b>In Oriente Succellores.</b>                                     |         |              |       |          |      |         |                  |  |
| Marcianus  | 450     | Jul. ad fin. | 6     | 6        |      | 457     | Febr. 7          |  |
| Leo Senior, ſeu Thrax  | 457     | Febr. 7      | 16    | 11       |      | 474     | Jan.             |  |
| Leo Junior   | 474     | Jan.         | -     | 10       |      | 474     | Nov.             |  |
| Zeno   | 474     | Febr. init.  | 17    | 2        |      | 491     | Apr. 11          |  |
| Anaſtaſius   | 491     | Apr. 11      | 27    | 2        | 29   | 518     | Jul. 9           |  |
| Juſtinus   | 518     | Jul. 9       | 9     | -        | 24   | 527     | Aug. 1           |  |
| Juſtinianus  | 527     | Apr. 1       | 38    | 7        | 14   | 565     | Nov. 14          |  |
| Juſtinus II.   | 565     | Nov. 14      | 12    | 10       | 22   | 578     | Oct. 5           |  |
| Tiberius II.   | 578     | Oct. 5       | 3     | 10       | 10   | 582     | Aug. 14          |  |
| Mauricius  | 582     | Aug. 14      | 20    | 3        | 15   | 602     | Nov. 27          |  |
| Phocas   | 602     | Nov. 25      | 7     | 10       | 12   | 610     | Oct. 6           |  |
| Heraclius  | 610     | Oct. 6       | 30    | 5        | 6    | 641     | Mart. 11         |  |
| Conſtantine III.   | 641     | Mart. 11     | -     | 3        | 12   | 641     | Junii 22         |  |
| Heraclionas, cum matre Martina                                     | 641     | Junii 22     | -     | 6        |      | 641     | ad finem         |  |
| Conſtans II.   | 641     | ad finem     | 27    |          |      | 668     | ad finem         |  |
| Conſtantine IV. Pogonatus  | 668     | ad finem     | 17    |          |      | 686     |                  |  |
| Juſtinianus II.  | 686     |              | 10    |          |      | 696     |                  |  |
| Leontius   | 696     |              | 3     |          |      | 699     |                  |  |
| Tiberius Apſimarus   | 699     |              | 7     |          |      | 706     |                  |  |
| Juſtinianus II. iterum   | 706     |              | 6     |          |      | 712     | ad init. Philip. |  |



Pòst Consulatum Germanicus, nondum gestâ Præturâ, occipit, ac toto anno gessit, non dignitatis causâ, sed quia idem etiamnum ab aliis quibusdam fiebat: nulla re memorabili gesta, nisi quòd potiores tulit partes, quum ipsius Collega C. Capito obiter tantum numeraretur. At verò Augustus, senectute jam gravis, Germanicum Senatui, *Senatum Tiberio* scriptò commendavit: quod ipse, quidem, voce enim destituebatur, non recitavit, sed Germanicus, uti consueverat. *Dio Cassius lib. 56.*

Nero (scilicet Tiberius) solus è privignis erat: illuc cuncta vergere: filius, *Collega Imperii*, *Consors tribunitia potestatis* adsumitur, omnesque per exercitus ostentatur: non obscuris, ut antea, matris artibus, sed palam hortatu. *Tacitus Annal. lib. 1. cap. 3.*

Ante utriusque horum (Lucii & Caji Cæsarum) obitum, patre tuo P. Vinicio Consule (A. æræ Christ. 2.) Tiberius Nero, reversus Rhodo, incredibili lætitia patriam repleverat. Non est diu cunctatus Cæsar Augustus, neque enim quærendus erat, quem legeret, sed legendus, qui eminebat. Itaque quod post Lucii mortem, adhuc Cajo vivò, facere voluerat, eoque vehementer repugnante, Nerone (ipso nempe Tiberio, qui nolebat ob dissensum Caji) erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere perseveravit, ut & *Tribunitia potestatis consortionem* Neroni constitueret, multum quidem eo, cum domi tum in Senatu, recusante, & cum Ælio Cato Sentio Consule (Ælio Cato & Sentio Coss.) post Urbem conditam annis DCCLIV (in calculo Varroniano DCCLVII, anno autem æræ Christianæ communis quarto) abhinc annis XXVII. (scripsit Vellejus ad M. Vinicium Consulem anno æræ Christ. 30.) adoptaret. *Vellej. Paterc. Hist. lib. 2.*

CCIV. NOTA: Cum Vellejo Paterculo, qui tum vixit, credendum sit, Tiberius jam anno Christi 4. filius adoptivus, & consors Tribunitiæ potestatis, sed Collega propriè Imperii secundum Dionem ex post primum, & Augusto jam valde senectute ante mortem anno, nempe Germanico & Capitone Coss. anno Christi 12. factus erat. Prior declaratio, ut Vellejus expressè testatur, fiebat ab Augusto oretenus in Senatu, posterior secundum Dionem ex scripto per Germanicum publicato. Ab hoc anno 12. æræ Christianæ igitur rectè quoque initium regiminis Tiberii unà cum Augusto computari potest. Et hoc computu inito, decimus quintus annus Tiberii incipit currere simul cum anno æræ Christianæ 26. quod hic notatur conformiter illorum sententiæ, qui volunt Christum passum esse anno æræ Christianæ 29. duobus Geminis Coss. ubi adhuc addendum: ab his Authoribus annos Imperii Tiberii jam ab undecimo anno æræ Christianæ vulgaris, à V. Cal. Sept. seu 28. Augusti, *ex loco Clementis Alexandrini*, adeoque decimi quinti anni initium ab eodem die anni æræ Christianæ 25. computari.

Tiberius cum ingenti omnium gaudio, insidiis Caligulæ, in Campania extinctus est, A. U. C. 790. *Miscella.*

Supre-

CHRONOLOGIA ROM. IMPERATORUM.

Supremi Tiberio Consules Cn. Acronius, C. Pontius: *Tacitus Annal. lib. 6. cap. 45.* septimo decimo Kal. Aprilis interclusa anima: *Tacitus lib. eodem cap. 50.* cui testimonio standum, licet *Dio Cassius lib. 58. VII. Cal. April.* ponat. Regnavit igitur una cum patre Augusto à 28. Aug. A. Chr. 11. usque 19. Aug. A. Chr. 14. Post Patrem solus.

CCV. C. CALIGULA interfectus à militibus. Nono Calendas Februarias: *Suetonius lib. 4. cap. 58.* Imperavit triennio, & decem mensibus, diebusque octo: *Suetonius cap. 59.* annis tribus, mensibus novem, diebus 28. *Dio Cassius lib. 59.* annis tribus mensibus 10. *Eusebius.*

Standum est testimonio Suetonii, ut ex morte Prædecessoris Tiberii, & Successoris Claudii patet.

TIB. CLAUDIUS venens ab Uxore Agrippina necatus, Asinio & Acilio Coss. *Tacitus Annal. 12. III. Idus Octob. Sueton lib. 5. cap. 45. Dio Cassius lib. 60.* vixit annos LXIII. Imperavit XIII. mensibusque præterea VIII. dies (incluso primo & ultimo) XX. *Dio ibidem.* Per hoc certa efficitur præcedens chronologia.

CCVI. DOMITIUS NERO se ipsum gladio transegit; vixit annos triginta, menses novem, regnavit annos tredecim, menses 8. *Xiphilinus in excerptis Dionis. Biduo minus. Zonaras.* Obiit die, quo quondam Octaviam interemerat. *Sueton. lib. 6. cap. 57.*

SERGIUS GALBA Jugulatus in foro Romæ; ipso Galba II. & T. Vinio Coss. *Tacitus Hist. lib. 1. cap. 27.* periit tertio & septuagesimo ætatis anno, Imperii mense septimo. *Suet. lib. 7. cap. 23. XVIII. Cal. Febr. Plutarchus in Galba.*

M. SALVIUS OTHO Sponte semet occidit; XCV. Imperii die: *Sueton. lib. 7. cap. 21.* cujus pater Suetonius Lenis secundum relata *cap. 10.* ipse intererat bello inter Othonem & Vitellium, ut tribunus Legionis XIII. Per Suetonii scriptoris cœvi assertum de 95. diebus Imperii (incluso primo & ultimo die) & per Vitellii initium certum, confirmatur dies obitus non tantum Othonis, sed & Galbæ, & Neronis.

A. VITELLIUS contra Galbam ab exercitu Germanico inferiore 2dâ, & superiore 3tiâ Januarii Imperator eligitur: *Tacitus Hist. I. cap. 57. in-*

| Imperii tempus<br>ab | mens./die |     | An. Chr. | mens.    |
|----------------------|-----------|-----|----------|----------|
|                      | mens.     | die |          |          |
| 2                    | 11        | 22  |          |          |
| 22                   | 6         | 26  | 37       | Mart. 16 |
| 3                    | 10        | 8   | 41       | Jan. 24  |
| 13                   | 8         | 20  | 54       | Oct. 13  |
| 13                   | 7         | 29  | 68       | Junii 10 |
| -                    | 7         | 6   | 69       | Jan. 15  |
| -                    | -         | 95  | 69       | Apr. 19  |

terficitur à militibus 20. Decemb. *Tacitus Hist. III.* in combinatione capitum 67. 70. 79. 85. regnavit post obitum Othonis solus

VESPASIANUS contra Vitellium, adhuc eo vivente (*Sex. Aur. Victor in Epitome*) Imperator creatur ab exercitu in Judæa, & à Cal. Jul (A. Chr. 69.) Alexandriae fuscipit Imperium, *Tacitus Hist. lib. 2. cap. 79.* Alvò repente usque ad defectionem solutà, Imperatorem, ait, stantem mori oportere, dùmque confurgit ac nititur, inter manus sublevantium exstinctus est, Consulatu suo nono, VIII. Cal. Julii, annum gerens ætatis sexagesimum ac nonum, superque mensem, ac diem septimum, *Suetonius lib. 8. cap. 24.*

| Imperii tempus |       |       | Finis.  |          |
|----------------|-------|-------|---------|----------|
| an.            | menf. | dies. | A. Chr. | menfe.   |
| -              | 8     | 1     | 69      | Dec. 20  |
| 9              | 11    | 24    | 79      | Junii 24 |

CCVII. Chronologiam à Nerone usque ad Vespasianum firmat *Xiphilinus in Vespasiano*, dum dicit: Vespasianus vixit annos LXIX. menses VIII. regnavit annos X. sex diebus exceptis. Ex quo fit, ut à morte Neronis, usque ad principatum Vespasiani annus unus intercedat, diésque viginti duo; quod idcirco scribendum putavi, ne errore ducerentur ii, qui numerum temporis ad eos, qui principatum obtinuerunt, referrent; non enim sibi successere invicem, sed vivo adhuc & regnante altero quisque eorum Imperatorem se tum esse credidit, quum primùm Imperium quodammodo accepit. Itaque dies eorum non ex successione mutua numerandi sunt, sed accurata exactaque ratione temporis, ut à me dictum est.

Xiphilinus assignat Imperio Galbæ menses 9. dies 13. Othonis dies 90. Vitellii annum unum, decem diebus exceptis; hoc tempus simul computatum facit annos duos, uno vel altero die adhuc excurrente, si nempe cujuslibet Imperatoris initium computetur ab eo die, quo se putavit Imperium, vivo adhuc priore Imperatore, jam tenere. Reverà autem à morte Neronis usque ad initium Vespasiani intercesserat tantùm annus unus cum diebus 22. id quod monet Xiphilinus, si stricta ratio Imperii à Successore in Successorem iniri velit. Secundùm hanc strictam rationem Nero periit decimâ Junii A. Chr. 68. Vespasianus elevatus est Imperator primâ Julii A. Chr. 69. His diebus decimâ Junii, & primâ Julii adhuc in computum vocatis; quoniam illo die Nero, hoc Vitellius pro parte saltem adhuc imperabat, intercedit annus unus cum 22. diebus, ut Xiphilinus in stricto computu monet. Ergo recta est chronologia intermedia suprà posita.

CCVIII. TITUS VESPASIANUS excessit in eadem, quâ pater, villa, Idibus Septembris, post biennium, ac menses duos, diésque XX. quàm successerat patri, altero et

|  |  |  |  |
|--|--|--|--|
|  |  |  |  |
|  |  |  |  |

qua;



| Imperii tempus  | Ani |       |      | finis<br>A. Chr. | mensis   |
|---|-----|-------|------|------------------|----------|
|   | an. | menf. | dies |                  |          |
| quadragésimo ætatis anno : <i>Sueton. lib. 8. cap. 11.</i>  | 2   | 2     | 20   | 81               | Sept. 13 |
| DOMITIANUS ex infidiis occisus est Cajo Valente, & Cajo Antistio Coss. <i>Xiphilinus in excerptis Dionis. XIV. Cal. Oct. Sueton lib. 8. cap. 17.</i> Regnavit annos XV. dies V. <i>Xiphil.</i>  | 15  | -     | 5    | 96               | Sept. 18 |
| NERVA regnavit annum unum, menses 4. dies 9. <i>Xiphilinus in excerptis Dionis.</i> Teste <i>Miscella</i> pervenit ad Imperium sub Coss. Vetere & Valente, adeoque in A. C. 96. vid. <i>Petav. P. II. lib. 4. cap. 6.</i>   | 1   | 4     | 9    | 98               | Jan. 27  |
| TRAJANUS regnavit annos 19. menses 6. dies 15. <i>Xiphilinus in excerptis Dionis.</i> Obiit Nigro & Aproniano Coss. IV. Id. Aug. <i>Petavius P. II. lib. 4. cap. 6.</i>   | 19  | 6     | 15   | 117              | Aug. 10  |
| ADRIANUS regnavit annos 21. menses 11. obiit die sexto Iduum Juliarum. <i>Ælius Spartianus.</i> Petavius, licet ipse Imperii annos 21. menses 11. assignet Adriano, labitur tamen in calculo anni emortualis, eumque ponit 138.   | 21  | 11    | -    | 139              | Jul. 10  |
| CCIX. ANTONINUS PIUS mortuus Nonis Martiis. <i>Petav.</i> Regnavit secundum <i>Orosium</i> viginti, & non plenis tribus annis; itaque, ut Nonæ Martiæ docent  | 22  | 7     | 26   | 162              | Mart. 7  |
| Dies imperii intelligendi sunt, primo & ultimo die incluso. Petavius errorem calculi continuat pro anno emortuali ponens 161.   |     |       |      |                  |          |
| M. AURELIUS ANTONINUS regnavit 18. annis: <i>Julius Capitolinus, Eutropius, &amp; Miscella;</i> moritur XVII. Cal. April. <i>Excerpta Dionis apud Xiphilinum</i>  | 18  | -     | 10   | 180              | Mart. 16 |
| <i>Petavius</i> Marco attribuit 19. annos Imperii; superaddendo ipsi annum, ut ad verum ejus annum emortualis iterum incideret. Habet sibi consentientem <i>Eusebium</i> , sed magis standum pro testimonio <i>Capitolini</i> , & <i>Eusebius</i> numerat incompletos annos, ut alibi clarius deducetur.    |     |       |      |                  |          |
| LUCIUS VERUS, Consors Imperii & Frater adoptivus, cum Marco proficiscens ad bellum Marcomannicum, apoplexiâ extinguitur, <i>Julius Capitolinus in M. Antonino.</i> Imperavit cum fratre annis undecim, <i>idem Julius Capitol. in L. Vero.</i> periit undecimo Imperii anno, <i>Victor &amp; Eutropius.</i> | 10  | 1     | -    | 172              | Apr.     |
| COMMODUS cum in Ludo gladiatorio dormire, & inde altero die, festo Jani, in publicum armatus prodire pararet, infidiis Martiæ concubinæ aliorumque venenò propinatò, constrieto gutture interficitur, tre-  |     |       |      |                  |          |

|  | Imperii tempus |       |      | finis<br>A. Chr. | mensis   |
|--|----------------|-------|------|------------------|----------|
|  | an.            | mens. | dies |                  |          |
| decim annos post parentis obitum Imperio administrato, <i>Herodianus</i> : cum regnasset annos XII. menses IX. dies XIV. <i>excerpta Dionis apud Xiphilinum</i> . Nominatus inter Cæsares IV. Id. Oct. Pudente & Pollione Coss. (A. 166.) appellatus Germanicus Id. Oct. Maximo & Orfito Coss. (A. 172.) appellatus Imperator V. Cal. Decemb. Pollione iterum & Apro Coss. (A. 176.) <i>Ælius Lampridius</i> . | 12             | 9     | 16   | 192              | Dec. 31  |
| CCX. <b>ÆLIUS PERTINAX</b> . Hujus Imperii tempus declarant leges duæ Codicis Justiniani, scilicet <i>L. 1. C. de necess. serv. hered. instit.</i> & <i>L. 1. C. ad Sclium. Maced.</i> utraque inscribitur Legislatori Ælio Pertinaci, sub Coss. Falcone & Claro (qui incidunt in annum 193.) Prior data est XI. Cal. April. posterior X. Cal. April. id est 22. & 23. Mart.                                   |                |       |      |                  |          |
| Factus est sexagenariò major Imperator, pridie Kal. Januarias, de castris nocte, quum ad Senatum venisset. Interfectus est V. Kal. Apriles Falcone & Claro Coss. imperavit mensibus duobus, diebus XXVI. <i>Julius Capitolinus</i> . Regnavit diebus octoginta septem. <i>Dio apud Xiphilinum</i> .  | -              | 2     | 28   | 193              | Mart. 28 |
| DIDIUS JULIANUS. Interfectus dum imperasset dies LXVI. <i>Dio apud Xiphil.</i> mensibus duobus, diebus quinque: <i>Ælius Spartianus</i> .  | -              | 2     | 6    | 193              | Junii 2  |
| SEPTIMIUS SEVERUS, post necem Pertinacis contra Didium Julianum repugnans Imperator est appellatus apud Carnuntum Idibus Augustis: mortuus anno Imperii decimo octavo, <i>Ælius Spartianus</i> . Pridie Non. Febr. dum sublato Juliano solus regnasset annos XVII. menses VIII. dies III. <i>Dio apud Xiphilinum</i>   | 17             | 8     | 3    | 211              | Febr. 4  |

Multæ admodum Leges in Codice exstant Legislatoribus Severo & Antonino conjunctivè, nullæ verò soli Severo inscriptæ, unde necesse est, vel à Severo filium Bassianum (locò cujus compellationis à Senatu nomen pro eo Antonini expetiit) statim ab initio in Imperio cooptatum, vel, si Severus ab initio solus regnavit, assumpto post filio, Leges omnes etiam à solo Severo latas, in unum Librum Constitutionum relatas, & sub accrescente post Titulo, *Severus & Antoninus*, in Codicem Justinianum translatas fuisse.

Antiquissima Lex, titulum Severi & Antonini præferens, inter eas, quæ Codici Just. insertæ sunt, est sub iisdem Consulibus, sub quibus re-

rat.

rat Pertinax, scilicet Falcone & Claro, in *L. 1. C. de inofficios. test.* data V. Cal. Julii, adeoque 27. Junii.

De ultimo anno Severi, Faustino & Rufo Coss. (id est A. C. 210.) invenitur *L. 1. C. de rei vind.*, Eboraci (*in Britannia*, ubi tunc belli causâ Severus morabatur, & expost ibidem fatis cessit) III. Non. Maji, postrema verò finè addito loco, *L. 1. C. de bonis Libert.* data V. Non. Jul. cum itaque pridie Non. Febr. mortuus sit, necesse est, hoc incidere in sequentem annum 211.

CCXI, ANTONINUS CARACALLA. confoditur VIII. Idus Aprilis, *Ælius Spartianus*: regnavit annos sex, menses duos, dies tres, *Dio apud Xiphilinum*

|   |   |   |     |         |
|---|---|---|-----|---------|
| 6 | 2 | 3 | 217 | Apr. 6. |
|---|---|---|-----|---------|

Anno primo Imperii Caracallæ 211. Gentiano & Basso Coss. *L. 3. C. de Legatis* data VI. Cal. Maj. Severo & Antonino simul adhuc inscribitur, quam inscriptionem itaque *Gotthofredus* ibidem in notis corrigi vult, eò quòd Severus, referente Pamelino, prid. Non. Febr. obierit, adeoque hujus legis in Martio author esse non potuerit; sed oriri videtur hæc confusio ex eo, quòd Antoninus Caracalla suas Leges in Codicem simultaneum cum patre inferi continuaverit. Subsequæ Leges de hoc anno & sub iisdem Coss. jam rectè soli Antonino inscribuntur, v. g. *L. 5. C. de inoff. test.* data II. Non. Oct. Lex postrema Antonini, Præsente, & Extricato Coss. (adeoque in A. C. 217.) est in *L. 3. Cod. de contrab. & committ. Stip.* data VI. Cal. Mart.

MACRINUS, & filius ejus ANTONINUS DIADUMENUS, in fuga ex conflictu obruncantur XIV. mense Imperii, *Ælius Lampridius in Antonino Diadumeno*. Regnavit Macrinus annum unum, menses duos, tribus diebus exceptis, si usque ad tempus pugnae numeres: *Dio apud Xiphilinum*.

Tempus regiminis etiam determinatur per hoc, quòd primis anni 217. Consulibus, Præsenti & Extricato, à prima Maji suscepti sint alii Consules, nempe Macrinus ipse novus Imperator, & Diadumenus filius ejus Cæsar.

|   |   |    |     |         |
|---|---|----|-----|---------|
| I | I | 29 | 218 | Junii 3 |
|---|---|----|-----|---------|

ANTONINUS HELIOGABALUS foeda morte periit. Occisis Macrino & Diadumeno, Consulatus, qui gerebatur usque ad Junium A. 218. à Diadumeno & Advento, respectu primi cessaverat, & ad Antoninum Heliogabalum novum Imp. devolvebatur. Hic Antoninus Heliogabalus A. 219. fuit secundum Consul cum Licinio: A. 220. tertium cum Comazone: & interpolato Consulatu A. 221. per Gratum & Seleucum, demum adhuc quartum Consul in A. 222. sed pauco tempore, cum Alexandro, qui exin Imperator & solus Consul fuit.

*Dio apud Xiphilinum* imperii tempus sic definit: quòd tres annos, menses. 9. & dies quatuor principatum tenuerit, à prælio facto, per quod omnem potentiam adeptus est. Itaque à 3. Junii A. 218. quousque Macrini Imperium Dio dinumeraverat.

|   |   |   |     |         |
|---|---|---|-----|---------|
| 3 | 9 | 4 | 222 | Mart. 6 |
|---|---|---|-----|---------|

CCXII.

CCXII. ALEXANDER imperavit annis XIII. | 13 | - | 9 | 235 | Mart. 15  
diebus IX. *Ælius Lampridius*. occisus à militibus.

*Petavius Rat. temp. P. II. lib. 4. cap. 6.* initialem Alexandri annum 222. indubium habet ex Hippolyti Portuensis Canone Paschali. Annus ille quoque ex Codice Justiniano indubius redditur, quoniam ibidem plurimæ leges Alexandri de hoc ipso anno inveniuntur; nempe:

*Lib. 4. tit. 24. L. 2. & 3.*

*Lib. 5. tit. 12. L. 3. tit. 51. L. 4.*

*Lib. 6. tit. 2. L. 4. tit. 34. L. 1. tit. 35. L. 3. tit. 44. L. 2. tit. 50. L. 3. & 4.*

*Lib. 7. tit. 8. L. 4. tit. 64. L. 1. tit. 66. L. 1. & 2.*

*Lib. 8. tit. 10. L. 2. tit. 30. L. 1. & 2. tit. 35. L. 1. tit. 38. L. 3. & 4. tit. 45. L. 6. 7. 8. 9.*

*Lib. 9. tit. 1. L. 3. 4. 5. tit. 2. L. 1. 2. tit. 35. L. 1.*

Omnes hæ Leges habent inscriptionem hanc, *Imp. Alexander A. Consulatus* in tribus legibus, quæ ordine librorum & titulorum Codicis primæ sunt, videlicet in L. 2. & 3. Lib. 4. tit. 24. de pigneratitia actione, & in L. 3. Lib. 5. tit. 12. de jure dotium, adnotatus est: *Antonino IV. & Alexandro Coss.* & respectivè in tertia, *Antonino & Alexandro Coss.* in reliquis omnibus verò, omisso nomine Antonini, *Alexandro A. Cof.* Dictæ tres primæ leges sunt datæ respectivè, Calendis Octobribus, Idibus Decembribus, & sexto Idus Decembres, itaque postquam Antoninus Heliogabalus jam pluribus mensibus antè, 6. Martii, neci datus fuisset. Ex reliquis anteriores tempore leges sunt: L. 3. Lib. 9. Tit. 1. de his qui accusare non possunt, data III. Non. Febr. *Alexandro A. Cof.* (id est 3. Febr. A. 222.) L. 6. Lib. 8. tit. 45. de evictionibus, data VIII. Id. Mart. *Alexandro A. Coss.* (8. Mart. A. 222.) L. 1. Lib. 7. tit. 64. quando provocare non est necesse, lata VIII. Cal. Apr. *Alexandro A. Cof.* (25. Mart. A. 222.) Reliquæ omnes verò de posterioribus ejusdem anni mensibus sunt. Oritur nunc dubium ex dicta lege omnium in Codice contentarum prima Alexandri in Tit. de his qui accusare non possunt, data 3. Febr. A. 222. dum Antoninus Varius Heliogabalus, secundùm chronologiam suprâ positam, adhuc in vivis & Imperator, Alexander verò Cæsar esset, an non Lex hæc chronologiæ ei adversetur, & Heliogabalum jam ante tertiam Februarii nece sublatum, Alexandrum verò solum Consulem & Augustum probet? sentiendum autem est negativè, atque latam quidem legem illam vivo adhuc Heliogabalo, sed nomen ejus, ob damnatam memoriam, in inscriptione legis erasum esse. Testatur hanc in rem *Ælius Lampridius* in *Antonino Heliogabalo* dicens: *Nomen ejus, id est Antonini erasum est Senatu jubente.* Unde quoque in toto Codice Justiniano nulla Lex de consulatibus tribus præcedentibus, sub quibus imperaverat Heliogabalus, scilicet Antonini & Sacerdotis, Antonini & Comazonis, Grati & Seleuci, reperitur. De anno primo quidem, quo per aliquot posteriores menses imperare cœpit Heliogabalus, Antonino Diadumeno & Advento Coss. invenitur Lex 8. lib. 2. tit. 19. de negotiis gestis, cum inscriptione, *Idem A.* (scilicet, ut in præcedente Lege: Imperator *Antoninus A.*) data VI. Cal. Aug. *Antonino & Advento Coss.* id est 27. Julii A. 218. quæ lex secundùm hoc datum incidere in secundum mensem Imperii Heliogabali, post necem Antonini Diadumeni. Ast tum dicta præcedens, tum immediatè subsequens lex fat innuit, vel errorem in Consulium nomine subesse, vel legem eam ex inadvertentia, & quasi Antonini Caracallæ esset, irrepsisse; ita enim inscribuntur & Consulibus notantur hæ tres leges:

*Imp.*

Imp. Antoninus A. Euphrata. P. P. VI. Id. Mart. Roma, Sabino & Anulino Coss. (10. Martii A. 216. sub Antonino Caracalla.)

Idem A. & C. Severo VI. Cal. Aug. Antonino & Advento Coss.

Idem A. Sallustio. P. P. VIII. Cal. Mart. Præsente & Extricato Coss. (22. Febr. A. 217.)

Legi intermediæ, de qua est quæstio, conformis est in parte Lex 3. C. de contrah. & commis. Stip. data VI. Cal. Mart. Præsente & Extricato Coss. id est 24. Martii A. 217. & eidem Antonino, Caracallæ nempe, qui usque ad 6. Aprilis hujus anni imperavit, inscripta. Unde vult *Cujacius*, hujus legis inscriptionem emendandam esse secundum dictam L. 8. de neg. gest. Sed contrarium potius dicendum: scilicet L. 8. de neg. gest. emendandam esse secundum L. 3. de cont. & com. stip. ita ut utraque ejusdem Imperatoris, nempe Antonini Caracallæ, & ejusdem aut saltem anterioris dati quam 6. Aprilis sit. Concludendum itaque: nulla Lex est in Codice, auctoritatem Antonini Heliogabali præferens, sed L. 8. de negotiis gestis Antonino Caracallæ debetur; L. 3. de his qui accusare non possunt, vivo quidem Heliogabalo lata, sed postea eraso ejus nomine edita est; Leges supradictæ tres, subscriptionem *Antonino & Alexandro Coss.* habentes per inadvertentiam in nomine Antonini incorrectæ manserunt; & per hanc historiam quoque chronologia ad hæc tempora firmatur.

**CCXII. b. MAXIMINUS** cum filio **MAXIMINO** regnavit per biennium, *Julius Capitolinus*: occisi à militibus. Contra Maximinum Gordianus senior, cum filio ab exercitu in Africa Imperator dictus, & à Senatu, relatis ejus literis VI. Cal. Junias (27. Maji A. 237.) confirmatus, ita *Julius Capitolinus in Maximinis*: laqueo vitam finiit, & filius occisus.

**BALBINUS & PUPIENUS**, qui & Maximus dictus cognomine paterno, à Senatu contra Maximinum creati, ab exercitu occiduntur; regnarunt anno uno. *Julius Capitolinus*.

**GORDIANUS Junior**, nepos Gordiani senioris, cum Balbino & Pupieno Imperium simul obtinuerat, dein solus regnavit annos sex, & fraude Philippi P. P. interfectus est: *Jul. Capit.*

Hujus Imp. Lex prior est L. 8. C. de his qui accusare non possunt: data XVII. Cal. Aug. Pio & Pontiano Coss. ly Pio debet esse Ulpio. Sic habet L. 5. C. de stipul. usur. IV. Non Sept. Ulp. & Pontiano Coss. erant enim A. 238. consules M. Ulpius Crinitus, & Proculus Pontianus.

**CCXIII. M. JUL. PHILIPPUS**, cum Filio **C. JUL. SATURN. PHILIPPO**.

| Imperii tempus<br>an. | mens. | dies. | finis.  | mens.    |
|-----------------------|-------|-------|---------|----------|
|                       |       |       | A. Chr. |          |
| 2                     | I     |       | 237     | Maj.     |
|                       | II    |       | 238     | Mart.    |
| 6                     |       |       | 244     | Mart. 21 |
| 5                     | 5     |       | 249     | Aug.     |

Philippus senior A. 243. à Gordiano renuntiatus est Præfectus Prætorio, Apriano & Papeo Coss. *Jul. Capitolinus in Gordiano*. A. 244. circa 21. Martii occiso per dolum Gordiano involavit Imperium, ut computat *Petrus Tassinus in chronol. nova Ludorum Secul. P. II. cap. 12. apud Grævium Thesaurum antiquitatum Roman. Tom. 8.*

De his Augustis multæ Leges exstant : unica, quæ de primo anno adepti Imperii invenitur, est *L. 4. Cod. de Crim. Stell.* data VI. Id. Maji, Peregrino & Æmiliano Coss. id est, 10. Maji A. 244. inscripta soli Philippo seniori. Ab anno sequente autem jam filius in titulo conjungitur sic : *Philippus A. & Philippus Caesar. v. g. L. 2. C. si omissa sit causa testam.* data Kal. Jan. Philippo A. & Titiano Coss. id est, anno 245. Lex postrema est sub inscriptione *Philippus A. L. 1. C. de revocand. donat.* data XV. Kal. Jul. Æmiliano & Aquilino Coss. id est anno 249. Imperium Philipporum A. 249. & quidem superstitionibus adhuc aliquot mensibus finitum esse, docet Decii Imp. consulatus secundus in anno sequente 250. unde necesse est, Decium jam A. 249. aliquot saltem mensibus Imperio, & simul consulatui, ut solebat in novis Imperatoribus, præfuisse : docet itidem intervallum inter Philippum & Valerianum, cui ab omnibus scriptoribus quatuor anni tribuuntur. Valerianus anno 254. consulatum secundum gessit, ergo in parte præcedentis anni 253. jam Imperator & consul erat, & quadriennium intervalli à Philippo in annum 249. retrahendum.

**CCXIV.** Imperium itaque Philippi, patris & filii, annorum quinque, mensum aliquot fuit, ab Aprili scilicet anno 244. usque ad autumnum anno 249. à Majo enim 244. usque ad Junium 249. imperii durationem Leges supra citatæ docent, & de exitu Philipporum ex *Pomponio Lato* notandum : antequàm instinctu Decii Philippus senior Veronæ, & junior Romæ à militibus occiderentur, jam Decius sumpserat purpuram ; hic namque à Philippo ad exercitum Illyricum, ut dux contra Scythas pugnaturus, missus erat, sed ab eodem exercitu ad Imperium suscipiendum strictis ensibus cogebatur, literas autem ad Philippum dedit, quibus se excusabat, suppliciter exorans, ne turbato animo ferret, promittens abdicaturum se dignitate, ad quam invitatus tractus esset. Philippus expeditionem, scriptis novis Legionibus, contra Decium parat, minis ingentibus palam asserens, se Decium cum toto scelerato exercitu perditurum ; Romæ saltem mense Junio, cum Legem XV. Kal. Julii ibi condiderit, adhuc substitit ; demum verò cum exercitu, & ut præsumendum, æstivo jam calore remittente, Veronam perveniens ibidem opprimitur.

**CCXV.** Hoc tempus Imperii Philipporum *Sextus Aur. Victor* annotat per verba : *annos potentia quinque egere* ; completos enim annos hæc, & in pluribus aliis Imperatoribus, computat, omissis aliquot mensibus excurrentibus. Alii, ut *S. Hieronymus in Eusebii chronico* (quod duplicem numerum annorum, nempe 7. ex Eusebii, 6. ex Hieronymi opinione habet) annum sextum per aliquot menses inchoatum, adeoque incompletum pro completo numerant. Ipse *Eusebius* verò, dum Imperium septem annorum facit, annos Olympiadiaco more, ad solstitium æstivum inchoantes & finientes, imputatis primo & ultimo anno licet incompletis, computat ; quo sensu verum est, Philippos in anno primo suo, æræ Christianæ 244. ab Aprili usque ad Julium per tres ultimos menses anni Olympiadiaci, dein post quinque sequentes annos integros, iterum in septimo anno suo, æræ Christianæ 249. per duos menses primos anni Olympiadiaci Julium, & Augustum, Imperio præfuisse :

**CCXVI.** Porro sub Philippis magno apparatu celebrata fuit Romæ solennitas millesimi anni ab Urbe condita. De hac solennitate scribit :

*Julius Capitolinus in Gordiano Juniore* : omnes feras à Gordiano pro triumpho Persico asservatas, à Philippo secularibus Ludis exhibitas fuisse,



fuisse, quum millesimum ab Urbe condita annum in consulatu suo & filii celebravit.

*Pomponius Latus in Philippo*: Philippi Imperii anno secundo ante XI. Kal. Maji ingenti pompa, magnoque sumptu & apparatu, seculares Ludi anno U. C. millesimo celebrati sunt.

*Eusebius in chronico ad initium Imperii Philipporum*: Philippus Philippum filium suum consortem regni facit, primusque omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit. Regnantibus Philippis millesimus annus Romanæ Urbis expletus est, ob quam solennitatem innumerabiles bestię in circo magno interfectæ, Ludique in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo pervigilante celebrati.

*Idem Eusebius paulò infra ad annum quartum Imperii Philipporum*: Atlas mons (error hic est librarii: quadraginta missus memorat Cassiodorus) natali Romæ Urbis cucurrit, & agon mille annorum actus.

*Cassiodorus ad Consulatum Æmiliani & Aquilini*: His consulibus millesimus Urbis annus expletus est: ob quam solennitatem innumerabiles Philippus cum filio suo bestias in circo magno interfecit, Ludosque in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus, populo pervigilante, celebravit: quadraginta etiam missus natali Romanæ Urbis concurrerunt, & agon mille annorum actus.

*Orosius in Philippo*: post tertium ejus Imperii annum millesimus à conditione Romæ completus est: ita Ludis magnificis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus à Christiano Imperatore celebratus est.

*Jornandes de Regnor. Success. & Miscella Historia* Eusebium plerumque & Orosium sequentes dicunt: solennitatem millesimi anni tertio anno Imperii Philipporum actam esse.

*Petrus Tassinus in chronologia nova Ludorum secularium P. II. cap. 12. in Grævii Thesauro Antiqu. Rom. Tom. 8.* nummos Philipporum de actis secularibus Ludis cufos, in musæo Stephani Magni, Patritii Veneti exstantes, ex Onuphrio refert, quorum primus inscribitur: IMP. CÆS. M. IVL. PHILIPPVS AVG. C. F. III. alter verò IMP. CÆS. M. IVLIVS. PHILIPPVS. AVG. COS. II. ex adversa parte nummus uterque habet: SECVLARES. AVGVSTI. Idem Tassinus ab aliis quoque nummos productos, partim consulatui secundo, partim tertio Philippi cum filio inscriptos recenset, & Ludos seculares Philipporum millesimo Urbis conditæ anno inchoante, in consulatu Philippi patris secundo & filii primo celebratos, nummos autem consulatui tertio inscriptos, durante adhuc anno U. C. millesimo, ad initium consulatûs tertii, pro donis Kalendarum Januariarum solitis, distributos esse opinatur.

**CCXVII.** Ex his omnibus relatis inferendum venit: diem inchoativam solennitatis certam esse, nempe XI. Kal. Maji, id est, nostro more, diem

diem vigesimam primam Aprilis. Sequitur ulteriùs: annum Ludis his attribui debere millesimum Urbis conditæ inchoantem, itaque æræ Christianæ communis 247. Hic annus omnium scriptorum opinioni, secundùm diversum computum acceptæ, convenit, non alius.

*Julius Capitolinus* scriptor Romanus & ordinis consulatum bene gnarus dicit, *in consulatu suo & filii*, quod denotat primum consulatum filii, adeoque consulatum secundum patris, namque mentio expressa *secundi* consulatûs respectu patris, & *primi* respectu filii non requirebatur, sed per se intelligitur hoc ipso, quod consulatui filii nullus numerus addatur. Econtrâ, si consulatum secundum filii adstruere voluisset Capitolinus, jam necesse habuisset dicere, in consulatu suo tertium, & filii iterum.

*Pomponius Lætus*, dum ait, *Philippi Imperii anno secundo*, morem eorum sequitur, qui primum & ultimum annum incompletos non, sed solos intermedios completos numerant; quin & hîc suppetit alia ratio: anno adepti Imperii primo, æræ Christianæ 244. Philippus, cujus, tunc Præfecti Prætorio, fraude Gordianus occisus, tumultuariè Imperium arripuerat, & non legitime designatus, sed verè inuasor & Tyrannus erat, donec absterso paulatim hoc nævo, ad initium anni sequentis, ut Romanis tertio Nonas Januarias pro incolumitate Principum solenne fuit, vota populi & militis in eum pro legitimo tum agniti conciperentur, unde Pomponius, & auctores veteres, quos hic secutus est, vitiosum annum primum & eum nec integrum ex calculo annorum Imperii omisisse censendi sunt.

*Eusebius* tribuit Philippo septem annos Imperii, computu suprâ relato Olympiastico, unde congruenter etiam solennitati quartum annum adnotat, qui à Julio A. 246. cœperat, & in Aprili A. 247. adhuc procurrebat. Cæterùm autem, quod Eusebius statim ad initium Imperii Philippi præmittit, sub hoc Imperatore millesimum annum Urbis Romanæ expletum, & ludos celebratos esse, præliminare est, nulli notæ temporis alligatum, atque proinde natalium Urbis & agonis mille annorum repetitam mentionem ad annum quartum facit.

*Cassiodorus*, ut suprâ *num. 178.* perperam sæpè consulatus ad annos Imperii applicat, & quidem Philippi Imperio, post consulatum Æmiliani & Aquilini, adhuc duos Decii jam Imperatoris consulatus, cum Grato, & cum Etrusco Decio filio tribuit, adeoque dum consulatui Æmiliani & Aquilini ludos seculares addicit, in re ipsa tertio ante Philippi mortem anno solennitatem deberi statuit, quod igitur annum æræ christianæ 247. & consulatum Philippi cum filio, non illum à Cassiodoro erroneè valde allatum afficit.

*Orosius* secutus maximè est in chronologicis Romanis Eusebium, obindèque conformiter huic quartum annum Imperii Philippi ponit, & suo sensu rectè.

*Jornandes, & Miscella*, de tertio Philippi Imperii anno, completo scilicet, itidem rectè loquuntur, ad finem enim Martii A. 244. cœperat Philippus, & tertium Imperii sui annum ad finem Martii A. 247. compleverat, itaque mensis proximus Aprilis, quo ludi seculares editi, in numerum apud Jornandem & Miscellam non venit.

*Petrus Taffinus* scitè interpretatur nummos Ludorum secularium, inscriptionem duplicis consulatûs exhibentes; in annum enim millesimum Urbis conditæ à 21. Aprilis anni christiani nec non consularis 247. usque ad eundem mensem anni 248. incurrunt partes duorum consulatum Philippi, nempe secundi & tertii, ut & nummi alterutrum consulatum referentes, partim  
tempus

tempus editorum Ludorum, partim donorum solennium Januarius finè ulla contrarietate denotent, Philippi enim reverà erant *Augusti seculares*, ut inscriptio habet, tam in A. 247. quàm ad initium anni 248.

**CCXVIII.** Concludendum igitur: solennitatem millenarii anno U. C. millesimo inchoante, non finiente, peractam esse, quod & inde credibilis, quoniam primò à temporibus Gordiani jam ferè pro triumpho Persico destinatæ, usque in simul incidentem celebritatem millenarii assertatæ fuerunt, ita ut populus Romanus millesimum annum attigisse sat, & diutiùs expectandum non duxerit. Secundò nihil insoliti erat apud Romanos, tum Ludos ipsos seculares, ut suprà *num. 169.* tum alias festivitates v. g. quinquennialiorum, Decennialiorum, Vicennialiorum, modò initiante modò finiente tempore agere, uti Constantinus Magnus vicennialibus suis & tricennialibus initiantibus A. 325. & 335. docuit. De Ludis secularibus anticipatis videatur *chronol. novæ Ludorum secularium Petri Tassini, suprà citati.*

**CCXIX. MESSIUS QUINTUS DECIUS,** cum filio Q. ETRUSCO DECIO. Decii occubuerunt, Gallo prodente Barbaris exercitum, exacto Regni biennio: *Sex. Aur. Victor in lib. de Caesar.* biennio nondum finito, *Pomponius Latus.*

C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS, cum filio C. VIBIO VOLUSIANO. Interamnæ in Italia ab exercitu proprio occiduntur. Imperârunt annis duobus, *Sex. Aur. Victor,* & *Pomponius Latus:* interfecti sunt non completo biennio: *Entropius lib. 9. cap. 5.*

| Imperii tempus |      |      | Anno Cbr. | mensis     |
|----------------|------|------|-----------|------------|
| an.            | men. | dies |           |            |
| 2              | -    | -    | 251       | circa Aug. |
| 2              | -    | -    | 253       | circa Aug. |

Deciis patri & filio communiter scriptores assignant menses 30. seu annos 2. menses 6. *Sex. Aur. Victor in Epitome.* Gallo & Volusiano annos 2. *Sex. Aur. Victor,* & *Pomponius Latus.* Æmiliano tribuit *Pomponius Latus* menses 3. *Sex. Aur. Victor in lib. de Caesar.* etiam menses 3. *in Epitome* verò menses 4. id est incompletos. Hæc tempora simul sumpta efficiunt annos 4. menses 9. & computu ducto ab excessu Philipporum extenderentur usque ad mensem Junium A. 254. cui computationi autem apertè obstat *L. 2. C. de Advoc. Fisci* à Valeriano & Gallieno AA. VI. Kal. Mart. iisdem Valeriano *bis* & Gallieno AA. Coss. lata: in qua lege itaque Valerianus A. 254. se jam *bis Consulem* scribit, unde necesse est, eum anno priore, quem consules Volusianus A. & M. Valerius Maximus occeperant, locò occisi eodem anno Volusiani, cum Imperio simul consulatum suscepisse, adeoque Imperium Galli & Volusiani aliquot saltem mensibus ante novum annum consularem 254. finitum fuisse. Pro combinatione hujus apparentis tantùm contrarietatis jam in Philippis suprà monitum, vivis adhuc iisdem Decium ab exercitu Illyricano circa finem Martii A. 249. procul dubio ob odium Christianitatis Philipporum, Imperatorem renuntiatum esse; regnârunt ergo Philippi & Decius Anti-Cæsar simul à Martio usque ad Septembrem per 6. menses, qui, si Imperio Decii imputentur, hoc omnino ad totidem menses ultra duos annos extendunt, cum Decii æquè circa Septembrem A. 251. in prælio contra Gothos perierint. Inspecto autem solo Imperii tempore post Philippos, Decii duobus duntaxat an-

nis, ut alii scriptores computant, regnarunt. Porro Gallus & Volusianus, quorum ille, ob libidinem regnandi, Decii exercitum Gothis prodiderat, ceceperunt Imperium primò à nece Deciorum, illudque secundum omnes scriptores ad biennium propè completum, itaque usque in Augustum A. 253. continuârunt; abinde verò Valerianus Imperium adeptus est.

**ÆMILIANUS**, referente *Pomponio Lato*, dum, quâ dux limitis Sarmatici in Mœsia, Scythas seu Gothos fudisset, vivis adhuc Gallo & Volusiano, ab exercitu suo Imperator acclamatus est; quo comperto Gallus cum filio, Romæ tunc adhuc subsistens, exercitum duxit, sed ambo in primis præliis occubuerunt. Exercitus hic uterque Æmiliano hæsit; ast milites, qui in Alpibus erant, Valerianum Imperatorem faciunt; quo nuntio accepto exercitus Æmiliani ab hoc deficiunt, eoque trucidato, Valeriano accedunt. Regnavit igitur quidem Æmilianus in quartum mensẽ, sed solus paucis diebus usque ad creationem Valeriani; unde tempus Imperii ejus pro separato non computandum, sed partim Galli, partim Valeriani Imperio inest.

|   | Imperii tempus |       |       | finis<br>A. Chr. | mens.    |
|---|----------------|-------|-------|------------------|----------|
|   | afu            | mens. | dieb. |                  |          |
| <b>CCXX. LICINIUS VALERIANUS</b> , cum fi-  |                |       |       |                  |          |
| lio <b>LICINIO GALLIENO</b> - - -           | 6              | 1     |       | 259              | Oct.     |
| Licinius Gallienus, solus post patrem -     | 9              | 6     |       | 269              | Mart. 24 |
| M. Aur. Claudius, seu <b>CLAUDIUS II.</b> - | 1              | 9     |       | 270              | Dec.     |
| <b>QUINTILIUS</b> , frater Claudii. -       |                |       |       |                  |          |

Valerianus in Rhætia & Norico agens ab exercitu Imperator, & mox Augustus est factus. Gallienus quoque Romæ à Senatu Cæsar est appellatus, *Entropius lib. 9. cap. 7.*

Valerianus cæsus à Persis, & dein dolo captus, vitam in captivitate finiit. Tempus captivitatis *Sex. Aur. Victor* dupliciter prodit: *in lib. de Cæsar.* dicit, Imperii anno sexto: *in epitome*, anno septimo: itaque anno sexto completo, & septimo inchoato. *Trebellius Pollio* dicit, Valerianum anno sexto esse captum, ubi subintelligendum *elapso*, pervenerat nempe ad Imperium anno 253. circa Augustum, & captus est A. 259. circa finem. *Idatius* notas suas chronologicas circa annum captivitatis Valeriani Fastis suis inferere incipit, ast captivitatem eam nimis serò nempe primùm ad consulatum Gallieni VII. cum Sabinillo adnotat; si hoc verum esset, Gallienus tantùm tribus annis solus regnâisset, quod est contra omnes alios scriptores. *Trebellius Pollio* Macrianum *inter 30. Tyrannos* undecimum nominat sub Gallieno; illum *in Gallienis duobus* Tyrannidem inchoâsse dicit Gallieno & Volusiano Coss. (id est A. 261.) & quidem *Valeriano jam capto*: ergo Valerianus captus ante hoc tempus, & relatio *Idatii* de Gallieno VII. & Sabinillo Coss. id est de A. 266. potius de morte Valeriani, quàm captivitate intelligenda, atque librariorum error hinc intervenisse censendus est. Finis Imperii Gallieni patet ex initio Claudii II. Cæterùm tempore Gallieni Imperium Romanum à 30. Tyrannis vexatum est.

**CCXXI.** Claudius II. Imperator creatus est Nono Kalendas Aprilis, *Trebell. Pollio*, id est 24. Martii A. 269. intra biennium morbo interiit, *Entropius*. regnavit anno uno, mensibus novem, *Eusebius*. Quòd in Octobri A. 270. adhuc vixerit, docet *L. 2. C. de diversis rescriptis*, ab eodem Claudio VII. Kal. Nov. Antiochiano & Orphito Coss. (26. Oct. A. 270.) lata. His Coss. Claudius Gothos debellavit, ut etiam ex eo chronologia firmetur, cùmque secundum has autoritates ad finem usque anni 270. vixerit Claudius, & se-

cun-

cundum omnes scriptores biennium Imperii non compleverit, certum est, eum in Martio A. 269. non verò 268. ut putat *Petavius*, coepisse.

Quintilius frater Claudii usurpavit regnum, sed à militibus decimo septimo suscepti Imperii die obtruncatus est, *Trebell. Pollio, & Eutropius.*

CCXXII. A Claudio II. usque ad Carum *Idatius in Fastis* has notas habet:

Claudio & Paterno Coss. victi Gothi à Claudio. A. Chr. 269.

Antiochiano & Orfito Coss. levatus Aurelianus Imperator. 270.

Aureliano III. & Marcellino Coss. occisus est Aurelianus Imp. Cænofrurio, & levatus est post dies - - - Tacitus Romæ. 275.

Probo & Paulino Coss. occisus est Tacitus Tyana. 277.

Caro & Carino Coss. occisus est Probus in Sirmio. 283.

Nota de A. 269. rectè posita est, quia illo anno propriè bellabatur contra Gothos, anno sequente 270. autem in Hæmo monte Gothi magis fame, quàm bello conterebantur. Nota ultima de Probi nece sub Cari consulatu pertinet ad annum præcedentem 282. ut per legem à Caro anno hoc latam docebitur. Mens Idatii id quoque innuit: quomodo enim Carus consul esse poterat, nisi occiso jam antè probo. Hinc etiam rectiùs dicit *Chronicum Alexandrinum*: Probo Aug. V. & Victorino Coss. (id est A. 282.) Probus Augustus in Syrmio occiditur: Pro difficultatibus his chronologicis discernendis sequentia subservient. Ex lege suprà de Claudio II. citata certum est, Claudium in fine Octobris A. 270. adhuc vixisse, & cum ille coeperit 24. Martii 269. & abinde annum unum, menses novem, regnaverit, Imperium ejus finiebatur circa Decembrem A. 270. De Cari initio certum quoque est ex *L. 8. C. de SS. Ecclesijs. VI. Id. Oct.* (id est 10. Oct.) C. P. Victore V. C. Cof. (id est A. 282.) à solo Caro lata, quòd in Oct. hujus anni 282. jam Imperium & simul consulatum per mortem Probi vacantem cum Victore altero consule gesserit.

Inter hæc duo tempora certa intercedunt anni 11. menses 9. aut decem. Hos *Flavius Vopiscus* ita distribuit, ut Aureliano sex annos incompletos, Tacito simul cum interregno annum unum, Probo annos quinque det. Nunquam autem Vopiscus consules hujus vel illius imperii prodit, ita ut in annis facilè error librorum intervenire potuerit. *Victor in lib. de Casar.* Probo paulò cis sextum annum Imperii dat, unde Aureliano quinquennium, quod & alii scriptores asserunt, dandum. Hic computus correspondet Idatio, itaque à me quoque præfertur. Cæterùm *Vopiscus* in mensibus mutati Imperii tum post Aureliani, tum Taciti mortem specialia prodit, quæ non negligenda. De Aureliani morte refert: literas exercitùs, quibus designationem novi Imperatoris Senatui deferebat, recitatas esse in Senatu III. Nonas februarias (id est 3. febr. A. 276.) & cum Aurelianus ad Cœnophrurium inter Byzantium & Heracleam interemptus sit, rectè notæ Idatii sic intelligi possunt, quòd Aurelianus in Decembri A. 270. Imperium inchoaverit, & itidem in Decembri 275. finierit.

Probus, simul ac post Tacitum Florianus frater ejus Imperium, quasi hæreditariè sibi debitum, arripuit, ab omnibus orientalibus exercitibus Imperator factus est, qui autem Imperium simpliciter non suscepit, sed secum meritis suis Senatui per literas commisit, à quo postea referente iterum

*Flavio*

*Flavio Vopisco*, tertio nonas februarias confirmatus est. Incidit igitur ejus electio ab exercitu in Oriente facta in mensem finientem Decembrem A. 276. vel inchoantem Januarium A. 277. cui adstipulatur *Idatius*, dum Taciti necem, circa initium consulatus Probi & Paulini patratam, huic consulatui jam adscribit; & cum teste *Ann. Victore in lib. de Caesar.* paulò cis sextum annum Imperaverit, expletur hoc tempus à Januario A. 277. usque ad Octobrem 282. quo Carus jam successerat.

**CCXXIII.** Manet itaque adhuc tempus intermedium à Januario A. 276 usque ad Januarium A. 277. distribuendum, partim in interregnum, partim in Imperium Taciti. Interregnum causabatur post necem Aureliani ob amicam contentionem inter exercitum & Senatum, cum alter alteri nominationem novi Imperatoris de- & referret. Tandem Senatus dixit Tacitum; hic autem Imperio se subducere nitebatur. Interregnum hoc *Victor in Epitome* asserit 7. in *lib. de Caesar.* verò 6. mensium, ergo 6. mensium completorum fuit, & septimus incompletus erat. Idem tempus 6. mensium constanter sæpius asserit *Vopiscus*. Porro Imperium Taciti *Victor in lib. de Caesar. & in Epitome* per dies definit dum dicit: moritur Tacitus *ducentesima regni luce*. Econtrà addit *Vopiscus*: Tacitum VII. Kal. Oct. (id est 25. Sept.) Senatus Consulto Imperatorem firmatum esse. Si igitur ab hoc die Imperium Taciti computaretur in ducentesimam lucem usque, incurreret in 12. Aprilis anno 277. ubi jam Probus mensibus tribus electus Imperator erat. Unde conciliatio ex aliis relatis *Vopisci in Probo* afferenda, ait enim: Hoc loco tacendum non est, plerosque in literas retulisse, Tacitum absentem & in Campania positum, Principem nuncupatum: quod verum est, nec dissimulare possum. Nam quum rumor emerisset illum Imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Bajano duobus mensibus fuit. Sed inde deductus huic Senatus Consulto interfuit, quasi verè privatus, & qui verè recusaret Imperium &c. Igitur Tacitus ad initium Julii jam à Senatu nominatus erat Imperator, subscripsit autem demum Senatus Consulto in Septembri, & formaliter acceptavit Imperium, quod nihilominus *Victor* à die primæ electionis computat.

**CCXXIV.** His præmissis tempora sic distribuenda:

**AURELIANUS** statim à morte Claudii ab exercitu Imperator electus

Interregnum intercessit mensium sex.

**TACITUS** Julio mense nominatus à Senatu Imperator, moritur ducentesima Regni luce.

**FLORIANUS** frater uterinus Taciti arripit quidem Imperium, quasi hæreditario jure ad se devolutum, sed contra eum à majore parte exercitus eligitur Probus; itaque Florianus incisis à semet ipso venis intra 60. dies sponte obiit: cujus tempus non separatim computandum, sed sub Probo continetur.

**PROBUS** post mortem Taciti contra Florianum ab exercitu Imperator eligitur. Tumultu militari apud Sirmium in turri, quæ vocatur

| Imperii tempus finis. |       |       | A. Chr. | mense.        |
|-----------------------|-------|-------|---------|---------------|
| an.                   | mens. | dies. |         |               |
| 5                     | -     |       | 275     | ad finem anni |
| -                     | 6     | 16    | 277     | Januar.       |

tur

tur Ferrata, occiditur, anno Imperii sexto.

*Eusebius in chronico*

CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS.

Leges eorum regimen declarantes sunt: ad initium regiminis anno 282. *L. 8. C. de SS. Ecclesiis.* à solo Caro lata VI. Id. Oct. C. P. Victore V. C. Cof. Ad finem regiminis anno 284. *L. 9. C. ad L. Corn. de falsis,* mortuo jam Caro, à Carino & Numeriano A. A. & eisdem Consulibus III. Kal. Apr. (id est, 30. Martii) lata. Carus fulminis tactu conflagravit. *Victor in lib. de Cesar. & in Epitome, A. 283.*

Numerianus à suis occisus A. 284.

Carinus autem in prælio ad Margum fluvium A. 285.

De Carino sic refert *Idatius in Fastis*: Diocletiano II. & Aristobulo Cof. occisus est Carinus Margo, qui ipso anno cum Aristobulo consul processerat &c. id est A. 285. primâ Januarii erat Carinus Consul cum Aristobulo, Carino autem dein occiso Diocletianus consulatum ejus suscepit cum eodem Collega Aristobulo. Imperium eorum usque ad Diocletiani initium fuit.

CCXXV. DIOCLETIANUS

MAXIMIANUS HERCULIUS

CONSTANTIUS CHLORUS. Regnavit post

Diocletianum.

GALERIUS MAXIMIANUS ARMENTARIUS. Regnavit post Diocletianum.

| Imperii tempus |       |      | fnis.   |          |
|----------------|-------|------|---------|----------|
| an.            | menf. | dies | A. Chr. | menfe.   |
| 5              | 9     |      | 282     | Sept.    |
| 1              |       |      | 283     |          |
| 1              | 11    |      | 284     | Aug.     |
| 2              |       |      | 285     |          |
| 1              | 11    |      | 284     | Sept. 17 |
| 19             | 6     | 16   | 304     | Apr. 1   |
| 18             |       | 1    | 304     | Apr. 8   |
| 2              | 3     | 26   | 306     | Jul. 25  |
| 7              |       |      | 311     |          |

De Diocletiani imperio *chronicon Alexandrinum* sic habet: Carino II. & Numeriano Cof. Diocletianus Imp. XV. Calendas Oct. Chalcedone renuntiatus, V. Cal. Oct. Nicomediam purpuratus intravit. Exstat de eo *L. 1. C. ut nemo invitus agere &c.* Diocletiano soli inscripta, Carino bis & Numeriano Cof. Idibus Octobr. lata (15. Oct. A. 284.) Unde apparet, Diocletianum per notabilem partem anni hujus jam regnasse.

Maximianus Herculus anno sequente 285. à Diocletiano contra motus in Gallia Cæsar, A. 286. Kal. April. Augustus declaratus est. *Idatius in Fastis* dicit: Maximiano II. & Aquilino Cof. (anno 286.) levatus est Maximianus Imperator senior die Kal. Aprilis; id intelligendum, factum esse Augustum. *Sextus Aur. Victor* refert: Herculis anno minùs potentiam fuisse.

Diocletianus, cum ingravescente ævo parum se idoneum moderando Imperio esse sentiret, auctor Herculis fuit, ut in privatam vitam concederent, & stationem tuendæ Republicæ viridioribus junioribusque mandarent. Cui ægrè collega obtemperavit; tamen uterque

Pars II.

X

que



que una die privato habitu Imperii insigne mutavit : Nicomediæ Diocletianus, Herculus Mediolani: post triumphum inclytum, quem Romæ ex numerosis gentibus egerant, pompa ferculorum illustri, qua Narsei conjuges, sororesque, & liberi ante currum ducti sunt, Concesserunt tunc Salonas unus, alter in Lucaniam, *Eutropius lib. 9. cap. 27.* anno Imperii Diocletiani vigesimo, *Eusebius in chronico, Sextus Aur. Victor in lib. de Casar. & Pomponius Letus.* Kalendis Aprilis, *Petavius Ration. temp. P. II. lib. 4. cap. 10.* Ubi hoc tempus multis firmat argumentis. Ultima Lex horum Imperatorum reperitur in *L. 24. C. de donat.* Nonis Febr. Diocletiano novies, & Maximiano octies Coss. (5. Febr. A. 304.) lata. *Idatius in Fastis* dicit : Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coss. deposuerunt purpuram privati effecti Diocletianus & Maximianus, & vestierunt Severum & Maximinum. Nam Constantius & Maximianus, qui Cæsares fuerunt, eâdem horâ Augusti nuncupati sunt die Kal. April. Alii scriptores rectius creationem Severi & Maximini Cæsarum Maximiano Galerio, non Herculo tribuunt; unde ly vestierunt intelligendum, quòd abdicatio Diocletiani & Maximiani occasio fuerit vestiendi Severum & Maximinum Cæsares.

**CCXXVI.** Anno Imperii Diocletiani quinto (intelligendum completo, & sexto currente, itaque anno 290.) Ægyptum Achilleus obtinuit, ob quod Constantius, & Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum. *Eusebius in chronico.*

Diocletiano & Herculo abeuntibus ab administratione Reip. Constantius & Galerius Augusti creati sunt; divisusque inter eos ita Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam Constantius: Illyricum, Asiam, Orientem, Galerius obtineret, sumptis duobus Cæsaribus. Constantius tamen contentus dignitate Augusti, Italiæ atque Africæ administrandæ sollicitudinem recusavit. *Eutropius lib. 10. cap. 1.*

Galerius cum Italiam quoque, finente Constantio, administrationi suæ accessisse sentiret, Cæsares duos creavit, Maximinum, quem Orienti præfecit, & Severum, cui Italiam dedit, ipse in Illyrico commoratus est. *Eutropius lib. 10. cap. 2.*

Anno secundo post Diocletianum, Maximinus, & Severus à Galerio Maximiano Cæsares facti. *Eusebius in chronico.* itaque A. 306.

**CCXXVII.** Constantio VI. & Maximiano VI. Coss. diem functus Constantius, & postea levatus est Constantinus, VIII. Kal. Aug. *Idatius in Fastis.*

Constantinus dum juvenculus à Galerio in Urbe Roma religionis specie obses teneretur, fugam arripens, atque ad frustrandos insequentes, publica jumenta, quaquâ iter egerat, interfecit, & ad patrem in Britanniam pervenit; & fortè iisdem diebus ibidem

dem Constantium parentem fata ultima perurgebant. Quo mortuo, cunctis, qui aderant, adnitentibus, sed præcipuè Eroco Alemannorum Rege, auxilii gratiâ Constantium comitato, Imperium capit. *Sex. Aur. Victor in Epitome.*

Anno II. post consulatum decimum, & septimum, quod est Maxentio III. solo, diem functus Maximianus senior. (Herculius anno 310.) Maximiano VIII. Consule, quod est Rufino & Volufiano, diem functus Maximianus Junior. (Galerius anno 311.) *Idatius in Fastis.*

|   | Imperii tempus |       |      | finis<br>A. Chr. | mense    |
|---|----------------|-------|------|------------------|----------|
|   | an.            | mens. | dies |                  |          |
| CCXXVIII. CONSTANTINUS MA-<br>GNUS.                 | 30             | 9     | 28   | 337              | Maj. 22  |
| SEVERUS.  | 2              |       |      | 307              |          |
| MAXIMINUS.<br>Regnavit à Galerii Maximiniani morte. | 2              |       |      | 313              |          |
| MAXENTIUS.  | 6              |       | 1    | 312              | Oct. 28  |
| LICINIUS.   | 14             | 10    | 8    | 323              | Sept. 18 |

Chronologia sub Constantini temporibus intricatior est, obindèque, parallelismi cujusdam locò, hic notas temporis ex chronico Eusebii, cum aliorum scriptorum assertis combinare haud supervacaneum erit. Eusebii relata ad annum Imperii Constantini primum: Maxentius Herculi Maximiani filius à Prætorianis militibus Romæ Augustus appellatur.

Severus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium missus, Ravennæ secundo Imperii sui anno interficitur.

Cum hæc relata uno anno comprehendi nequeant, sed partim primo, partim secundo anno Imperii Constantini debeantur, præmonendum hic generaliter: in præfatione S. Hieronymi in chronicon Eusebii regulas certas, quibus dignosci queant tempora (namque S. Hieronymus Eusebianum chronicon non tantum ex Græco in Latinum sermonem vertit, sed & digestionem & transmutationem ferè suam fecit) hunc in modum tradi: ut autem manifesto cognoscantur indicio, ad quem numerum historia quæque pertineat, has distinctiones positas lector advertat: ut si ad primum numerum regni primitus adnotati historia referenda est, primam literam in explicatione historiae contempletur; & si quidem eam ex minio viderit, illi temporis applicandum vel anno sciatur, quem suggererit numerus eodem minio figuratus. Si verò numerum non purò minio, sed mixtò nigro, notatum esse perviderit, secundæ lineæ numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est, quod fuerit adscriptum, medium purò minio numerum, & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. &c. Pergit S. Hieronymus regulas posteriores explanare, & subjungit: id enim elucubraturum est, ut regnorum trames, qui per vicinitatem nimiam penè mixti erant, distinctione minii separarentur. &c.

**CCXXIX.** Patet ergo ex his regulis : commixtas esse historias diversorum numerorum regni , ut mirum non sit , chronologiam Hieronymianam difficultate laborare , non quidem ab origine sua , dum in manuscriptis colorum diversitas observaretur , sed ex posteriorum librariorum oscitantia , qui notas has distinctivas , nullo adhibito medio diversificantium characterum , intercidere permiserunt , & protestationem S. Hieronymi , ne sibi accidat , quod accidere plerisque soleret , negligentias librariorum ad auctores referri , non attenderunt.

His præmissis , relata chronici Eusebiani de Maxentii in Imperatorem creatione omnino pertinent ad annum primum Constantini Imperii , æræ Christianæ 306. Maxentius statim à primordio Imperii Constantini à militibus Augustus nuncupatus est teste *Zosimo* , seu , ut alii dicunt , quamprimùm ex Britannia , ubi Constantinus post mortem patris imperium susceperat , notitia hujus Romam pervenit , & imagines Constantini allatæ sunt. Et quidem V. Kal. Nov. seu 28. Oct. A. 306. *Nov. Edit. Cod. Theod. sam. 1. in chronol.*

**CCXXX.** Econtra relata de Severo Cæsare contra Maxentium misso , & interfecto , absolutè pertinent ad A. 307. quoniam Maxentius 28. Octobris anno 306. Romæ Augustus appellatus , adeoque Severus à Galerio in Illyrico , ut testatur *Eutropius* , commorante prius non , nisi A. 307. cum exercitu contra Maxentium in Italiam mitti poterat. Patet hoc quoque ex creatione Severi in Cæsarem anno 2do post Diocletianum , ergo ad finem anni 305 : & ex morte Severi anno 2do imperii sui , ergo A. 307. Porro ex *Eutropio lib. 10. cap. 2. & 3.* constat : Severum cum exercitu Romam venisse , Urbemque obsedisse , ast militum suorum scelere desertum Ravennam fugisse ; ex *Zosimo* verò : Severum ex urbe Ravenna fraude Maxentii elicitum , ad tres Tabernas occisum esse ; quæ intermedia annum omnino requirunt 307. *Idatius in Fastis* id expressè confirmat , dum dicit : Maximiano novies , & Constantino Coss. quod est post sextum consulatum , occisus Severus Romæ. ( rectiùs prope Ravennam )

**CCXXXI.** Eusebius ad annum secundum & tertium Imperii Constantini. Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus. Herculius Maximianus à filia Fausta detectus , quòd dolum Constantino viro suo pararet , Massiliæ fugiens occiditur.

Secundus annus Constantini finiebatur 25. Julii A. 308. & post hoc tempus primùm Licinius Imperator creabatur , teste *Idatio* , qui ait : Maximiano decies & Maximiano VII. Coss. quod est Maxentio & Romulo , levatus Licinius Carnunti III. Idus Novemb.

Historia Maximiani Herculii anno 2do & 3tio Constantini convenit ; Hanc in rem *Eutropius lib. 10. cap. 2.* refert : Quo nuntio ( nempe Maxentium à militibus Augustum appellatum esse ) Maximianus Herculius ad spem arrectus resumendi fastigii , quod invitus amiserat , Romam advolavit è Lucania , quam sedem privatus elegerat , in agris amœnissimis consenscens ; Diocletianumque etiam per literas adhortatus est , ut depositam resumeret potestatem : quas ille irritas habuit. ( abhinc interjicit *Eutropius* historiam & mortem Severi , & continuat cap. 3. ) Herculius tamen Maximianus *post hac* in concione exercitûs

tus filium Maxentium denudare ( imperio ) conatus, seditionem & convicia militum tulit. Inde ad Gallias profectus est, dolò compositò, tanquam à filio esset expulsus, ut Constantino genero jungeretur. Moliens tamen ( A. 309. ) Constantinum reperta occasione interficere, qui in Galliis & militum & provincialium ingenti jam favore regnabat, cæsis Francis, atque Alamannis, captisque eorum Regibus, quos etiam bestiis, cùm magnificum spectaculum muneris parâisset, objecit. Detectis igitur insidiis per Faustam filiam, quæ dolum viro enunciaverat, profugit Herculius, Massiliæque oppressus, ex ea etenim navigare ad filium præparabat, poenas dedit justissimo exitu: vir ad omnem asperitatem lævitiâque proclivis, infidus, incommodus, civilitatis penitus expers.

*Ex Sexti Aur. Victoris Epitome.* Maximianus Herculius à Constantino apud Massiliam obsessus, deinde captus, poenas dedit, mortis genere postremo, fractis laqueo cervicibus.

Ex his relatis sat apparet, Herculium in Galliis non paucò tempore commoratum; unde *Idatio* credendum est, qui eum occubuisse dicit Maxentio III. solo Consule, ergo ad initium anni 310. Eusebius autem de anno tertio Constantini finito & currente quarto intelligendus est; non separat quoque Eusebius necem ab insidiis, tanquam poenam suo delicto coherentem.

CCXXXII. Eusebius ad annum Imp. Constantini 4. & 5.

*Galerius Maximianus* moritur 20. Imperii sui anno, quod partim Cæsar, partim Augustus exercuit.

Suprà in Diocletiano adscripserat Eusebius seu Hieronymus creationem Constantii & Galerii in Cæsares, & conjunctionem eorundem per affinitatem annis imperii Diocletiani 5. 6. & 7. Constantium postea regnâsse ait 16. annis. De initio Diocletiani anno Christi 284. Sept. 17, & de Constantii Chlorigi morte 25. Julii A. 306. constat; retroacti abhinc 16. anni incidunt in A. 290. ergo hic fuit sextus Diocletiani & primus Constantii & Galerii, unde vigesimus annus Galerii complebatur, & mors ejus secuta anno 311. ad initium, hoc enim anno inchoante adhuc octavum Consul fuit, in quo consulatu teste *Idatio in Fastis* obiit, foeda morte, consumptis nempe genitalibus: *Sex. Aur. Victor.*

CCXXXIII. Eusebius ad annum Imp. Constantini 6. 7. 8. 9. &c.

*Maximinus* persecutione in Christianos facta, cùm jam à Licinio puniendus esset, apud Tharsum moritur, anno Imperii sui sexto.

*Maxentius* juxta pontem Milvium à Constantino superatus occiditur, anno Imperii sui sexto.

Bellum Cibalense adversum Licinium.

*Diocletianus* haud procul à Salonis in villæ suæ palatio moritur, & solus omnium inter Deos privatus refertur.

*Crispus, & Constantinus* filius Constantini, & Licinius adolescens, Licinii Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Cæsares appellantur.

Ex Maximini historia pertinet persecutio Christianorum ad A. 312. ejus autem mors ad A. 313. quæ ut vindicta Dei jungitur. *Miscella Historia* ait: Maximinus quadriennio Cæsar, dehinc per Orientem triennio Augustus fuit, ast novas res contra Licinium molitus, vicinum exitium fortuita apud Tharsum Ciliciæ & simplici morte prævenit. *Sex. Aur. Victor*: Maximinus ad Orientem post biennii Augustum imperium fufus fugatusque à Licinio apud Tharsum perit. *Eutropius lib. 10. cap. 4*: non multò deinceps (nempe post devictum Maxentium) in Oriente quoque adversus Licinium Maximinus res novas molitus, vicinum exitium fortuita apud Tharsum morte prævenit.

*Nova Editio Cod. Theod. Tom. 1. in chronol.* ex legibus Constantini circa hoc tempus, ejus commorationem sic colligit: Constantinus post devictum Maxentium mansit Romæ usque ad finem anni 312. dein Mediolanum abit, ibi sororem suam Constantiam Licinio A. 313. in matrimonium dat, VI. Id. Mart. adhuc erat Mediolani, postea autem ad inferiorem Germaniam proficiscitur. A morte Galerii Maximiani, A. 311. ad initium, Maximinus Augustum Imperium adipiscebatur, hoc cum functus esset biennio, ergo A. 313. bellum intulit Licinio, sed fufus, & in Asiam fugiens eodem anno moritur, dum tertium annum Imperii nondum compleverat.

Maxentii Historiam alligari A. 312. scriptores consentiunt: Constantino II. & Licinio II. Coss. quod est Maxentio IV. solo, victus & occisus Maxentius Romæ ad pontem Milvium, *Idatius in Fastis*. Reliqua relata Eusebii *Idatius in Fastis* sic dispescit:

Volusiano II. & Anniano Coss. (A. 314.) bellum Cibalense fuit die VIII. Idus Octob.

Sabino & Rufino Coss. (A. 316.) diem functus Diocletianus Salona die III. Non. Decemb.

Gallicano & Basso Coss. (A. 317.) levati tres Cæsares, Crispus, Licinius, & Constantinus die Kal. Martii.

In parte historica ex *Zosimo* referetur, hos novos Cæsares, respective Constantini Magni, & Licinii senioris filios, quasi in pignus futuræ amicitiae post pugnam Cibalensem, & quæ in Thracia postmodum subsequeretur, creatos esse. Itaque hæc omnia tanquam connexa conjunguntur ab Hieronymo in chronico Eusebiano sub diversis numeris annorum, quorum distribuendorum regulæ à librariis neglectæ.

CCXXXIV. Eusebius ad annos Constantini 17. 18. 19. 20.

*Constantinus* (ponendum Constantius) filius Constantini Cæsar factus.

Licinius Thessalonicæ contra jus Sacramenti privatus occiditur.

Crispus filius Constantini, & Licinius Junior, Constantiæ Constantini sororis, & Licinii superioris filius crudelissime interficitur, anno imperii sui nono. Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, & sequenti anno Romæ edita.

*Idatius in Fastis* dicit ad A. 324. Crispo III. & Constantino III. Coss. levatum esse Constantium Cæsarem VI. Idus Novemb.

*Ammianus Marcellinus lib. 21.* computat Constantii Imperium pariter cum vita ejus initiante; mortuum namque dicit imperii vitæque anno quadragésimo & mensibus paucis; mors sequebatur A. 361. in Novembri; ergo debebat natus esse A. 321. circa æstatem. Ast hoc non convenit Idatio, nec Eusebio, annus enim decimus septimus imperii Constantini Magni cœpit anno Christi 322. Porro reliqua relata Eusebii ita distribuit *Idatius in Fastis*.

A. 324. Crispo III. & Constantino III. Coss. bellum Hadriano-politanum die V. Nonas Julias, & bellum Chalcedonenſe XIV. Kal. Oct. contigit.

A. 325. Paulino & Juliano Coss. occisus Licinius.

A. 326. Constantino VII. & Constantio Cæsare Coss. occisus est Crispus, & edidit vicennalia Constantinus Augustus Romæ.

Econtra *editio nova Cod. Theod. Tom. 1. in chronol.* ex variis antiquis scriptoribus tempus sic dispescit: A. 323. V. Nonas Julii, id est 3. Julii, Licinius Constantino ob fines imperii Liciniani prætensè invasos bellum movens, prope Hadrianopolim maximam cladem accepit: eodem anno prope Byzantium variæ pugnæ navales committuntur, terrestres autem pugna ultima ad Chalcedonem. Licinius XIV. Cal. Oct. fugit Nicomediam, sed obsessus ibidem egreditur, & supplex Constantino fit. Nicomediæ Constantinus fermè per 5. menses moratur. A. 324. in Aprili Constantinus Theſſalonicam cum Licinio digreditur, eumque ibi manere jubet. A. 325. Licinius Theſſalonicæ res novas moliens occiditur. A. eodem 325. Vicennalia imperii Constantini Nicomediæ celebrantur, itaque ad ingressum anni vicesimi; Romæ verò sequente anno 326. ad exitum anni vicesimi. Intra hoc tempus occiduntur jussu Constantini Crispus, proprius filius, & Licinius Junior, Licinii majoris filius.

CCXXXV. Hieronymus ad annum Imp. Constantini 25.

Constantinopolis dedicatur penè omnium Urbium nuditate.

*Ex Fastis Idatii:* Gallicano & Symmacho Coss. (A. 330.) dedicata est Constantinopolis die V. Idus Majas.

Idem ex aliis scriptoribus probat *Nova editio Cod. Theod. in chronol.*

Hic igitur Hieronymus computat annum Imperii Constantini 25. proximè in Augusto inepturum pro jam inepto.

CCXXXVI. Hieronymus ad annum Imp. Constantini 30.

Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.

*Ex Fastis Idatii:* Dalmatio & Xenophilo Coss. (A. 333.) levatus est Constans die VIII. Kal. Januar. Constantio & Albino Coss. (A. 335.) Tricennalia edidit Constantinus Augustus die VIII. Kal. Aug. & levatus est Dalmatius Cæsar XIV. Kal. Octob.

Idem adfert *nova editio Cod. Theod.* Hoc igitur tempus convenit anno imperii Constantini 30. inchoanti.

CCXXXVII. Hieronymus ad annum Imp. Constantini 31.

Constantinus, cum bellum pararet in Persas, in Ancyrone villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis suæ 66. post quem liberi ejus tres ex Cæsaribus Augusti appellantur.

*Ex*

*Ex Fastis Idatii:* Feliciano & Titiano Coss. Constantinus Augustus ad cœlestia regna ablati sunt XI. Kal. Junias, & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti Constantinus, & Constantius, & Constans, V. Idus Septemb.

*Ex Socratis Hist. Eccles. lib. 1. cap. 40.* vixit autem Imperator Constantinus annos quinque & sexaginta: ex quibus unum & triginta imperavit. Mortuus est Feliciano & Titiano Coss. die XI. Cal. Junii (ipso Pentecostes festo *Chron. Alex.*) qui quidem secundus erat annus Olympiadis ducentessimæ septuagesimæ octavæ.

Diversimodè computantur anni imperii Constantini: *Eutropius* numerat 31. annos, ut *Hieronymus in chronico*. At *Eusebius in vita Constantini cap. 53.* attribuit annos 32. paucis exceptis mensibus. *Sex. Aur. Victor* in uno eodè capite suæ historiæ de Constantino, primùm ei summatim tantùm assignat annos triginta, dein verò 32. annorum imperium diverso respectu facit. Conciliatio hæc videtur: in 30. annis Victor tantùm numerat completos, in 32. verò completos & incompletos, ita ut annus initians 306. & finiens 337. in numerum, quasi integri fuissent, veniant. *Eusebius* autem in vita Constantini (& itidem *Chronicon Alexand.*) orditur imperium Constantini ab anno 305. quo à patre Gallias regendas accepit: quo computu inito reverà 31. annos & menses 10. regnavit.

**CCXXXVIII. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS.** Acyndino & Proculo Coss. occisus est Constantinus Junior: *Idatius in Fastis*. Constantinus, dum nititur partes Junioris fratris invadere, apud Aquileiam à Constantis ducibus interficitur consulatu Acindini & Procli, *Miscella historia*: anno imperii tertio, *Hieron. in chronico*: ante V. Idus Apr. *nova editio Cod. Theod. Tom. 1. in chronologia*.

|   | Imperii tempus |       |      | Finis.  | mens.      |
|---|----------------|-------|------|---------|------------|
|   | ani            | mens. | dies | A. Chr. |            |
| Constantinus Junior ergo regnavit à morte Constantini Magni | 2              | 10    |      | 340     | Apr. init. |

**CONSTANS** Sergio & Nigriniano Coss. occisus est in Gallia à Magnentio, & levatus est Magnentius die XV. Kal. Febr. & Vetrano apud Sirmium Kal. Martii eo anno: & Nepotianus Romæ III. Nonas Junias: & pugna magna fuit cum Romanis & Magnentianis. *Idatius in Fastis, & Chron. Alex.*

Constans cum ex convivio Marcellini, in quo Magnentius Augustoduni in Gallia purpuram sumpserat, fugeret, apud Helenam oppidum Pyrenæo proximum insidiis Magnentii à Gaisone interficitur anno imperii (cum patre & post eum) decimo septimo, ætatis tricesimo, nam Cæsar triennio fuit, *Miscella*: anno XIII. Augustæ dominationis, nam Cæsar triennio fuit, *Sex. Aur. Victor*: anno imperii sui XIII. *Hieronymus in chron.*

|                       |  |  |  |    |   |    |     |         |
|-----------------------|--|--|--|----|---|----|-----|---------|
| Regnavit post patrem. |  |  |  | 12 | 7 | 28 | 350 | Jan. 18 |
|-----------------------|--|--|--|----|---|----|-----|---------|

CCXXXIX.



CCXXXIX. CONSTANTIUS , Monocrator effectus.

Tauro & Florentio Coss. diem functus Constantius Aug. Mopsucrenis in finibus Ciliciæ, Phœniciaë provinciæ, III. Nonas Novemb. & introivit Julianus Aug. Constantinopolim die III. Idus Decemb. *Idatius in Fastis.*

Autumno jam senescente profectus venit Tharsum, ubi leviore febris correptus &c. petit per vias difficiles Mopsucrenem Ciliciæ ultimam sub Tauri montis radicibus positam &c. abiit è vita tertio Nonarum Octobrium, Imperii vitæque anno quadragesimo & mensibus paucis. *Ammianus Marcellinus lib. 21.*

Tertio Iduum Decembrium Julianus Constantinopoli recipitur ut Imperator. Allapso itaque Calendarum Januariarum die, cum Mamertini & Nevittæ nomina suscepissent paginæ consulares &c. *Ammianus Marcellinus lib. 22.*

Ex Ammiano itaque liquet, Constantium jam inde ab infantia in Imperium à patre Constantino Magno cooptatum esse. In die emortuali ejus apud Ammianum videtur subesse error librariorum, & locò III. Nonarum Oct. intelligi Novembrium, utpote quod magis convenit *autumno jam senescenti*, & ita præter Idatium tradit Socrates, &c. vid. *nova editio Cod. Theod. in chronol.*

Regnavit Constantius post patrem - - - [24] 5|13|361|Nov. 3  
 VETERANIO Pannonicorum exercituum Dux, audito Magnentium ad Imperium evectum esse, incensus eadem libidine, suarum legionum suffragio (Calendis Martiis, ut supra *Idatius*, quanquam *nova editio Cod. Theod. in chronol.* velit Calendis Majis) dictus est Imperator. Constantius, Magnentium debellare volens, Veteranionem astute in suas partes trahit, & in folio penes se eodem anno apud Sirmium collocat, concione autem blanda de beneficiis patris Constantini, & fide ab exercitu erga liberos ejus promissa, milites Veteranionem ex folio detrahunt, & purpuram ejus cum privato habitu commutant, *Zosimus & Miscella.* post decimum mensem *Chron. Alex. VIII.* Cal. Jan. *nova editio Cod. Theod. in chronologia* - - - | - | 9|25|350|Dec. 25

MAGNENTIUS, auctoribus Chrestio & Marcellino, conspirat in necem Constantis, venationibus dediti, & in convivio Marcellini nocturno Augustoduni in Gallia, ubi & Constans præsens erat (XV. Cal. Febr. id est 18. Jan. A. 350. ut supra ex *Idatio*) purpuram induit, & Augustus acclamatur, *Zosimus*, & *Sex. Aur. Victor*: sed Constantio Aug. VI. & Constantio (Gallo) II. Coss. se interfecit in Galliis apud Lugdunum die III. Idus Aug. & Decentius frater Magnentii laqueò se suspendit XV. Cal. Sept. *Idatius in Fastis.*

Tyrannis Magnentii duravit - - - | 3| 6|25|353|Aug. 11

GALLUS CONSTANTIUS ex Constantini Magni fratre Constantio nepos (Idibus Martiis post Consulatum Sergii & Nigriniani, itaque A. 351. *Idatius in Fastis & Chron. Alex.*) pro partibus Orientalibus ab Imperatore Constantio Cæsar denominatus, cum quadriennio imperasset, Petobione oppidò Noricorum à Barbatione purpurâ exuitur, & captivus Polam Istriæ ductus moritur consulatum ter gerens, *Ammianus*: occisus est Constantius Cæsar in Insula Flanona Constantio Aug. VII. & Constantio Gallo ipso III. Coss. *Idatius in Fastis.*

Pars II.

Y

| 3| 9| |354|ad finem anni

CCXL.

**CCXL. a. JULIANUS APOSTATA.**

Arbetione & Lolliano Coss. levatus est Julianus Cæsar die VIII. Idus Novembres, *Idatius in Fastis*. Julianus frater Galli à Constantio Imp. in Cæsarem ad tuendas Gallias assumitur die octavo Iduum Novembrium, cum Arbetionem Consulem annus haberet & Lollianum, *Ammianus Marcell. Lib. 15.* id est 6. Nov. A. 355.

Ascito in collegium Trabeæ Salustio Præfecto per Gallias, quater ipse amplissimum inierat magistratum; & videbatur novum, adjunctum esse Augusto privatum: quod post Diocletianum & Aristobulum nullus meminerat gestum. *Ammianus lib. 23.*

Juliano per hunc annum mortuo, & corpore curato, principio lucis secutæ, quæ erat quintum Calendas Julias, super creando Principe consultabatur. *Ammianus lib. 25.*

Remeans victor (ex Persia) dum se inconsultius præliis inserit, hostili manu interfectus est VI. Cal. Julias, *Eutropius*, qui ipse expeditioni intererat.

Juliano Aug. IV. & Salustio Coss. occisus est Julianus Aug. in bello Persico die VI. Cal. Jul. & quia apostata à Deo factus est, Christianorum etiam persecutor, occisus est. *Idatius in Fastis.*

Regnavit post Constantium.

| 1 | 7 | 24 | 363 | Jun. 26

**CCXL. b. JOVIANUS.** Joviano Aug. & Varroniano Coss. recessit Jovianus Aug. Dadaстана, die XI. (ponendum XIV. ut ex Ammiano & Eutropio coævis scriptoribus liquet) Kalendas Martias. *Idatius in Fastis.*

Cum venisset Dadaстанam, qui locus Bithyniam distinguit, & Galatas, exanimatus inventus est nocte. &c. *Ammianus lib. 25.*

Progresso Nicæam versum exercitu, quæ in Bithynia mater est Urbium, Valentinianus Imperator electus est. &c. Diebus decem nullus Imperii tenuit gubernacula &c. Qui (Valentinianus) dum venisset accitus, implendique negotii, præfagiis, ut opinari dabatur, vel somniorum assiduitate, nec videri die secundo nec prodire in medium voluit, *bis - sextum vitans februarii mensis* tunc illucescens, quod aliquoties rei Romanæ fuisse cognorat infaustum &c. altera die Augustus nuncupatus &c. *Ammianus lib. 26.*

Ex his locis Ammiani manifestè apparet, Jovianum mortuum esse in A. C. 364. utpote *bis - sextili*, & quidem mense Februario. *Eutropius*, qui in Joviano finit historiam, & planè coævus erat, addit diem & Consulem, scilicet: quarto decimo Kal. Mart. Joviano & Varroniano Coss. | - | 7 | 21 | 364 | Feb. 16

**CCXL. c. VALENTINIANUS, & VALENS.** Joviano Aug. & Varroniano Coss. levatus est Valentinianus Aug. apud Nicæam die V. Kal. Mart. (26. Febr.) Ipso anno levatus est Valens Aug. Constantinopoli in milliario VII. in Tribunali à fratre suo Valentiniano die IV. Kal. Aprilis (29. Martii) *Idatius in Fastis.*

Pro-

Præcopius inuasor, in Oriente contra Valentem, anno ejus Imperii 2do insurrexerat, & purpuram sumpserat, à Valente autem anno sequente (366) victus, & arboribus discerptus est. *Miscella Historia.*

Lupicino & Jovino Coss. (A. 367.) levatus est Gratianus Aug. in Galliis apud Ambianos in tribunali à patre suo Aug. Valentiniano die IX. Kal. Sept. (24. Aug.) *Idatius in Fastis.*

**CCXLI. a. VALENTINIANUS, VALENS, & GRATIANUS.** Post Consulatum Gratiani III. & Equitii, diem functus Valentinianus senior XV. Kal. Decemb. in castello Virgitione (Brigitone seu Bregetione) & levatus est Valentinianus Junior Augustus, filius Aug. Valentiniani ab exercitu in Tribunali die X. Kal. Decemb. in Civitate Acinco. *Idatius in Fastis.*

*Ammianus Lib. 30. habet, anno Imperii, minus centum dies, secundo & decimo, mortuum esse Valentinianum; coincidit hoc accuratè cum Idatii relatis: Valentinianus enim regnavit à 26. Febr. 364. usque ad 17. Nov. 375. anno duodecimo defunt dies ex Nov. 13. ex Decemb. 31. ex Januar. 31. ex Februario 25. ergo centum - - -*

| Imperii tempus |       |      | fnis.   | menfe   |
|----------------|-------|------|---------|---------|
| an.            | menf. | dies | A. Chr. |         |
| 11             | 8     | 23   | 375     | Nov. 17 |

*Miscella Historia, dum Valentinianum anno imperii sui undecimo mortuum esse dicit, laxè loquitur, annum undecimum completum intelligens, & annum duodecimum incompletum prætermittens. Valentinianus Junior Sexto die post patris Valentiniani mortem, tunc quadrimus, Imperator & Augustus declaratur, Ammianus lib. 30. quod convenit cum Idatio, qui diem X. Kal. Decemb. id est 22. Nov. assignat: jam ergo erant Co-imperantes:*

**CCXLI. b. VALENS, GRATIANUS, & VALENTINIANUS.** Valens regnavit cum fratre Valentiniano majore à 29. Martii A. 364. annos 11. menses 7. dies 18. à fratris morte autem cum Gratiano nepote à 17. Nov. A. 375. annos 2. menses 9. dies paucos. Cùm in prælio contra Gothos sauciatus in quandam vilem casam fugeret, eà à Gothis ignaris, ibi eum latere, accensâ conflagravit.

*Idatius in Fastis sic refert: Valente VI. & Valentiniano II. Coss. profectus est Valens Aug. ad Fossatum die III. Idus Junias, & pugna magna fuit cum Romanis & Gothis milliaro XII. ab Hadriano die V. Idus Aug.*

Secundùm *Ammianum* econtra, qui planè coævus erat, *lib. 31. primùm Augusti 16ta die exercitus Romanorum & Gothorum in conspectu cominus sibi stabant, pugna autem, simulato à Gothis pacis tractatu, in plures dies dilata, ita ut sol jam ad domicilium celestis Virginis transisset, quod itaque denotat Augustum mensem jam finientem.* |14| 5| |378| Aug. circ. fin.

Gratianus, & Valentinianus, ambo regnarunt per reliquum tempus anni 378. ab initio verò anni 379. accessit tertius Augustus, Theodosius Gratiani filius, sub consulatu Ausonii, & Olybrii: *Prosper Aquitan. die XIV. Kal. Febr. id est 19. Jan. Idat. in Fastis. & chron. Com. Marcellini.*

GRATIANUS, VALENTINIANUS, THEODOSIUS M. Gratianus à Tyranno Maximo per Andragatium dolò perimitur, sub consulatu Merobaudis & Saturnini. *Miscella*. VIII. Cal. Sept. *Chron. Com. Marcellini, & Edit. Cod. Theod. tom. 1. in chronol.* - - - [16] - | 1|383|Aug. 25

CCXLII. a. VALENTINIANUS, THEODOSIUS, ARCADIUS. Merobaudes II. & Saturnino Coss. levatus est Arcadius Aug. Constantinopoli in Milliaro VII. in tribunali à Theodosio Aug. patre suo die XVII. Kal. Febr. *Idatius in Fastis*: die XIII. Kal. Febr. *Miscella*: eodem die, scilicet 19. Januarii, quo Theodosius ipse A. 379. imperium acceperat, *Editio nova Cod. Theod. in chronol.* Ast constans manet Idatius in die assignato, subjungit enim ad consulatum Valentiniani III. & Eutropii A. 387: his Coss. Quinquennalia Arcadius Augustus propria cum Theodosio Aug. patre suo editionibus ludisque celebravit, XVII. Kal. Febr. Idatio consentit *Socrates Hist. Eccl. lib. 5. cap. 10.* & nominat diem septimum decimum Cal. Febr. Merobaudes iterum & Saturnino Coss.

Ricomere & Clearcho Coss. (A. 384.) natus est Honorius nobilissimus in purpuris die V. Idus Septemb. *Idatius in Fastis.*

Theodosio Aug. II. & Cynegio Coss. (A. 388.) occiditur hostis publicus MAXIMUS Tyrannus à Theodosio Aug. in milliaro III. de Aquileia die V. Kal. Aug. sed & filius ejus Victor occiditur post paucos dies in Galliis à Comite Theodosii Augusti, *Idatius in Fastis.* Consules eosdem & locum necis Maximi refert *Prosper Aquitan.*

CCXLII. b. Arcadio Aug. II. & Rufino Coss. Valentinianus Junior apud Viennam est interfectus, & levavit se Eugenius Tyrannus, postmodum Theodosius Aug. occidit Eugenium, *Idatius in Fastis.*

Valentinianus ab Arbogaste Comite, occisus Arcadio II. & Rufino Coss. *Prosper Aquitan. Idibus Maji, Petavius, & Edit. nova Cod. Theod. in chronol.* - - - [16] 5 24 392 Maj. 15

EUGENIUS Tyrannus Arcadio III. & Honorio II. Coss. VIII. Idus Sept. id est 6. Sept. A. 394. à Theodosio vincitur & occiditur ad Frigidum amnem propè Aquileiam. *Edit. nova Cod. Theod. in chronol.*

Theodosius Olybrio & Probino Coss. (anno 395.) decessit apud Mediolanum, *Idatius in Fastis, & Prosper Aquitan. XVI. Cal. Febr. Miscella.* - - - [16] - | 3 | 395 | Jan. 17

CCXLII. c. ARCADIUS & HONORIUS Fratres. Honorius Theodosii filius ex Flaccilla conjuge, V. Id. Sept. id est 9. Sept. Richomere & Clearcho Coss. A. 384. natus, IV. Id. Jan. id est 10. Jan. Theodosio A. III. & Abundantio Coss. A. 393. Augustus à patre renuntiatur. *Edit. Cod. Theod. in chronol. ad hos annos.* Tempus anni 395. confirmat *L. 45. Cod. Just. de Decur. XIII.*

XIII. Cal. Febr. Olybrio & Probino Coss. adeoque quarto die post mortem Theodosii lata, filiis ejus solis Arcadio & Honorio inscripta. Mortuo patre diviserunt Imperium, & Arcadius in Oriente, Honorius in Occidente regnavit. Arcadio filius nascebatur Theodosius Junior A. 401. Aprilis die 10. quem Arcadius sequenti die Augustum renuntiavit. *Petav. P. I. lib. 6. cap. 12. Edit. Cod. Theod. Tom. I. in chron. item ad L. 17. C. Theod. de prox. Com. disp.* Arcadius defunctus est sub consulatu Bassi & Philippi : *Prosper Aquitan. & Cassiodorus. Cal. Maji Petav. & Edit. Cod. Theod. Tom. I. in chronol.*

Regnavit cum Patre & post Patrem - |25| 3|13|408|Maj. 1.

*Miscella* dicit : *Imperii cum patre annis tredecim, solus quatuordecim.* Ex hoc apparet, quam laxè aliquando à scriptoribus accipiuntur anni : coeperat Arcadius regnare cum patre A. 383. 19. Janu. mortuus pater A. 395. 17. Januar. Itaque computat *Miscella* utrumque hunc annum primum & ultimum pro integris, licèt reverà tantum sint anni 12. minùs uno die : item ab anno 395. 17. Janu. usque 408. 1. Maji computat iterum primum & ultimum annum pro integris, licèt reverà tantum sint 13. anni, 3. menses, 14. dies.

CCXLIII. a. HONORIUS, & THEODOSIUS JUNIOR. His Imperatoribus sub tutelam ceciderat Imperium. Honorii, licèt jam A. 384. Ricimere & Clearcho Coss. V. Idus Sept. nati, potestatem involabat focer ejus, Stilico Patritius; Theodosio autem vero pupillo pater Arcadius in testamento tutorem dederat Hisdigerdem Persarum Regem, qui eam in Imperio Orientis per Antiochum ex fide administrabat. *Petav.*

Sub Honorio in Occidente plures prodierunt Tyranni : A. 407. Constantinus in Britannia, captus A. 411. ab Honorii Ducibus : Jovinus & Sebastianus fratres in Galliis A. 413. interempti A. 409 : Attalus Romæ, & iterum A. 414. in Galliis, A. 415. captus. *Prosper Aquitan.*

CCXLIII. b. CONSTANTIUS III. A. 417. ipso, quo consulatum iniiit; die, conciliante Honorio, sororem ejus Placidiam uxorem duxit, dein ab eodem Honorio A. 421. sexto Idus Febr. in imperium assumitur, quarto verò Nonas Sept. ejusdem anni mortuus est, *Theophanes, & Edit. Cod. Theod. Tom. 1. in Chronol.* Regnavit ergo quanquam

|    |   |    |     |       |    |
|----|---|----|-----|-------|----|
|    |   |    |     |       |    |
|    | 6 | 26 | 421 | Sept. | 2  |
| 30 | 7 | 6  | 423 | Aug.  | 15 |

contradicente Theodosio ab 8. Febr. usque 2 Sept. Honorius moritur Mariniano & Asclepiodoto Coss. *Prosper Aquit. & Idatius*; Augusti mensis die quinta decima, *Theophanes*; Ravennæ, *Edit. C. Theod. in Chronol.*

CCXLIII. c. THEODOSIUS JUNIOR Solus. Extant *L. 1. & 2. Cod. Just. de Off. quaestoris*, VI. & III. Cal. Maji Castino & Victore Coss. (A. 424.) lata, soli Theodosio inscripta, plures quoque in Cod. Theod.

THEODOSIUS & VALENTINIANUS III. Theodosius Valentianum Amitæ suæ filium, Honorio XII & Theodosio VIII. Coss. (A. 418.) sexto nonas Julias ex Constantio & Placidia natum, Cæsarem facit, Castino & Victore Coss. (A. 424.) *Prosper Aquit.* Post diem decimam Oct. *Edit. Cod. Theod. in chronol.* A. sequente 425. decimo Kal. Nov. id est 23. Oct. Valentinianus Romæ Augustus renuntiatur, *Edit. Cod. Theod. in Chronol.*

Theodosius moritur Valentiniano VII. & Avieno Coss. *Cassiodorus*: mensis Junii die vigesimo, indictione tertia. *Theophanes*.

| Imperii tempus | finis. |      |
|----------------|--------|------|
| an.            | menf.  | dies |
| 42             | I      | 20   |

| A. Chr. | mensis   |
|---------|----------|
| 450     | Junii 20 |

**CCXLIII. a. VALENTINIANUS III. & MARCIANUS.** Pulcheria, nondum ulli Imperatoris morte manifestata, Marcianum &c. ad se accersitum alloquitur: &c. da fidem, virginitatem meam, quam Deo consecravi, te servaturum inviolatam, & Imperatorem renuntiabo. Illa se ita facturum pollicito, Patriarcham & Senatum Pulcheria convocat, & Marcianum Rom. Imperatorem declarandum curat. *Theophanes*. Non videtur tamen Marcianus Imperium adeptus esse, nisi ad finem Julii: dicit enim *Theophanes*, quartam Synodum Chalcedone celebratam esse mense Octobri, indictione quinta (A. 451.) Marciano jam unum annum, & duos menses (ergo ab Augusto computando) imperante. Hoc tempus quoque convenit. *Legi 6. Cod. de Apostatis* Cal. Aug. Valentiniano A. VII. & Avieno Coss. (A. 450.) latæ, Valentiniano & Marciano A. A. inscripta. Itaque ima Augusti jam erat creatus novus Imperator Marcianus.

Valentinianus III. in Campo Martio ab amicis Aëtii occiditur, Valentiniano ipso VIII. & Anthemio Coss. *Cassiodorus*; XVI. Cal. April. *Petav.* Regnavit itaque ab A. 425. Oct. 23. quo Augustus appellatus.

|    |   |    |     |          |
|----|---|----|-----|----------|
| 29 | 4 | 23 | 455 | Mart. 17 |
|----|---|----|-----|----------|

**MAXIMUS**, Tyrannus, Eudoxiæ Valentiniani conjugis potitus nuptiis, invadit Imperium, sed cum se ejus amore fassus esset in Valentiniani conspirasse mortem, id indignè illa ferens, Genfericum in Italiam evocavit ex Africa: cujus adventu territus Maximus, in fuga pridie Idus Junias laniatus à suis, & in Tiberim projectus est, vix altero imperii mense confecto A. 455. *Petav.*

**CCXLIV. a. MARCIANUS** in Oriente, & **AVITUS GALLUS** in Occidente. Avitus eodem A. 455. VI. Idus Julias, ut ait Anonymus Cuspiniani, ab exercitu Gallicano Tolosæ renuntiatus Imperator, tertio, quam creatus fuerat, anno destitutus à Gothis, Imperio, vitæque caruit, ut scribit Idatius. Paulus Diaconus (in Miscella historia) posito imperio, Placentinum esse factum Episcopum refert. Id anno accidit 457. *Petav.*

Avitus Placentiæ deposuit imperium Joanne & Varari Coss. (A. 456.) ita *Cassiodorus* testatur vir Consularis, qui circa hæc tempora vixit, & A. 514. consulatum egit.

*Anonymus Cuspiniani* Avitum XIII. Cal. Oct. captum ait Placentiæ A. 456. quò Joannes & Varari Consules fuere: regnavit itaque.

|   |   |    |     |          |
|---|---|----|-----|----------|
| 1 | 2 | 10 | 456 | Sept. 19 |
|---|---|----|-----|----------|

Subsecutum abhinc interregnum in Occidente per menses sex, dies 12.

Marcianus in Oriente moritur Constantino & Rufo Coss. *Cassiodorus*. Levatusque est Imperator ab exercitu Leo Magnus VII. Idus Febr. *Cro-*

*nicon.*

*nicon Paschale* : cui standum, licet *Theophanes* Mar-  
cianum pridie Calendas Majas obiisse scribat.

**CCXLIV. b. LEO SENIOR**, seu Thrax  
in Oriente, & **MAJORIANUS** in Occidente. Leo,  
genere Thrax, dignitate Tribunus, Imperator sa-  
lutatur, mense Februario, indictione decima (is est  
annus 457.) & ab Anatolio Patriarcha coronatur.  
*Theophanes*. Ergo conformis est *Theophanes* chro-  
nico Paschali in mense Februario, itaque & mor-  
tuus jam erat Marcianus.

Majorianus Ravennæ sumpsit Imperium A.  
457. *Petav.* Cal. April. *Fabrit.* A. 461. IV. Non. Aug.  
imperio exutus, VII. Idus Aug. (id est 7. Aug.)  
ad Hyram fluvium occiditur, *Petav.* immissione  
Ricimeris, Severino & Dagalaipho Coss. *Cassiodo-  
rns.*

Interregnum in Occidente per menses tres di-  
es sedecim.

**SEVERUS** in Occidente, à Ricimere ex pa-  
cto constituitur Imperator A. 461. XIII. Cal. De-  
cembris. A. 465. autem XVIII. Cal. Sept. veneno  
extinguitur. *Petav.* Ricimeris fraude, ut di-  
citur, Severus Romæ in palatio veneno pe-  
remptus est, Herminero & Basilisco Coss.  
*Cassiod.*

Interregnum in Occidente per annum unum,  
menses 7. dies 24.

**CCXLIV. c. ANTHEMIUS** in Occidente,  
à Leone Imperatore, Pusæo & Joanne Coss.  
(A. 467.) ad Italiam mittitur, qui tertio ab  
Urbe milliaro in loco Brontotas suscepit  
Imperium, *Cassiod.* Romæ Imperator appella-  
tus est pridie Idus Apriles (12. April.) *Petav.* Pa-  
gritius Ricimer Romæ facto Imperatore O-  
lybrio, Anthemium extinguit, Festo et  
Marciano Coss. (A. 472.) *Cassiod.* V. Idus Jul.  
*Petav.*

**OLYBRIUS**, in Occidente eodem anno X.  
Cal. Nov. vitâ fungitur, *Petav.* & *Miscella in Lectio-  
ne Ambros.* regnavit vivo adhuc Anthemio (contra  
quem opposito Olybrio, Ricimer civile bellum  
moverat) universim in septimum mensem, post  
Anthemium verò.

Interregnum per menses 4. dies 9.

**GLYCERIUS** in Occidente, Gundibato  
hortante Ravennæ sumpsit Imperium, Le-

|   |    |     |       |         |
|---|----|-----|-------|---------|
| 6 | 6  | 457 | Febr. | 7       |
| 4 | 4  | 2   | 461   | Aug. 2  |
| 3 | 8  | 28  | 465   | Aug. 15 |
| 5 | 3  | -   | 472   | Jul. 11 |
| 3 | 13 | -   | 472   | Oct. 23 |



|  | Imperii tempus |       |      | An. Chr. | mense.  |
|--|----------------|-------|------|----------|---------|
|  | an.            | menf. | dies |          |         |
| one A. V. Consule (A. 473.) <i>Cassiod.</i> III. Non. Mart. <i>Petar.</i> Imperium cum Episcopatu commutavit anno sequente.  | 1              | 3     | 20   | 474      | Jun. 24 |
| <b>CCXLV.</b> Leo Senior, in Oriente eodem anno (Leone Aug. V. Conf. A. 473.) nepotem suum Leonem consortem facit Imperii, <i>Cassiod.</i> defunctus est Leone Jun. Aug. Conf. <i>Cassiod.</i> mense Jan. indictione duodecima. <i>Theoph.</i>   | 16             | 11    |      | 474      | Januar. |
| LEO JUNIOR, mense Februario Zenonem patrem in Circi sella, Verinâ & Ariadnâ opem ad hoc ferentibus, Imperii coronâ redimivit. Solus autem menses decem, cum proprio patre Zenone Leo Junior imperium affectus, ægra valetudine vexatus extinguitur: <i>Theophanes.</i> mense Novembri. <i>Chron. Paschale.</i> | -              | 10    |      | 474      | Nov.    |
| Quòd in Martio A. 474. ZENO jam Augustus fuerit, declarat L. 16. C. de advoc. div. jud. XVII. Cal. Apr. (16. Martii) Leone Juniore A. Conf. lata, & eodem Leoni Juniori & Zenoni inscripta.  |                |       |      |          |         |
| JULIUS NEPOS in Occidente, Romæ Glycerio successit in Regno, Leone Jun. Aug. Conf. <i>Cassiod.</i> VIII. Cal. Jul. <i>Petar.</i> ab Oreste in Dalmatiam fugatus, post Conf. Leonis Aug. Jun. (A. 475.) <i>Cassiod.</i> V. Cal. Sept. <i>Petar.</i>   | 1              | 2     | 5    | 475      | Aug. 28 |
| Interregnum duorum mensium, & dierum totidem.  |                |       |      |          |         |
| AUGUSTULUS seu Momyllus in Occidente à patre Oreste Imperator constituitur, post Conf. Leonis Aug. Jun. <i>Cassiod.</i> pridie Cal. Nov. <i>Petar.</i>   |                |       |      |          |         |
| Ab Odovacre Orestes, & frater ejus Paulus extincti sunt Basilisco II. & Armato Conf. (A. 476.) <i>Cassiod.</i> V. Cal. Sept. <i>Petar.</i>   |                |       |      |          |         |
| Augustulus pridie Nonas Sept. relegatur ab Odoacro in Campaniam. <i>Petavius.</i>  | -              | 10    | 5    | 476      | Sept. 4 |
| Desierunt abhinc Imperatores Occidentis usque ad Carolum Magnum.   |                |       |      |          |         |

## Series

**CCXLVI.** Imperatorum Orientis usque ad seculum nonum.

ZENO. Indictione XV. (A. 477.) ob insidias socris suæ Verinæ, Chalcedonem, & dein in Isauriam fugit. Indictione prima (A. 478.) ex Isauria cum magnis copiis redit, &, remoto Basilisco Tyranno, Imperio restituitur. *Chron. Pasch.* Moritur Olybrio Juniore

niore Consule. *Cassiod.* Sanguinis fluxu, mense Aprili, Indictione XIV. (A. 491.) *Chron. Pasch.* Dies mortis patet ex initio Anastasii. Regnavit Zeno, computando à Febr. A. 474. - |17| 2| |491| Apr. 11 In Julio A. 491. jam mortuum fuisse docet *L. 1. C. ut nemini liceat in emptione &c.* III. Cal. Aug. Olybrio V. C. Cos. lata, & successori Anastasio inscripta.

ANASTASIUS. Coronatus est mense Aprili, feriâ quintâ majoris hebdomadæ, indictione XIV. *Chron. Pasch.* XI. Aprilis: nam hoc anno Pascha incidit in XIV. ejusdem mensis. *Nota in Chron. Pasch.* Decubuit Anastasius Magno Solo Cos. Indictione XI. (A. 518.) cumque coruscatio, ingensque omnino fieret tonitru, exterminatus animam efflavit. *Chron. Pasch.* Dies mortis patet ex initio Justini. - - - - - |27| 2|29|518| Jul. 9

JUSTINUS. Magno Cos. Julii IX. Indictione XI. ab excubitorum militia & plebe Imperator proclamatur. *Chron. Pasch. & Alex.* Nocte decima diei mensis, quo extinctum Anastasium tradit Cyrillus, *Nota in Chron. Pasch.* Ex ulcere pedis, quod ex sagittæ ictu in prælio accepto ortum erat, obiit mense Augusto, die prima Dominica, horâ tertiâ, præsentis V. Indictionis. (is est annus Christi 527.) *Chron. Pasch.* - - - - - |9| - |24|527| Aug. 1

CCXLVII. JUSTINIANUS. A. 524. à Justino creatus est Cæsar. *Petav.*

Anno VIII. cum mensibus IX. diebusque V. Imperii Justini exacto, cum illo imperavit Justinianus, coronatus est mense Aprili, die prima, Indictione V. Consule Mavortio Romano. Numeratur tempus illius Imperii, ex quo Imperator est renuntiatus, id est à mensis Aprilis die prima, Indictione V. solus deinceps imperavit. Justinianus annos XXXVIII. menses XI. *Chron. Pasch. in anno ultimo Justini.*

Hoc anno, post Conf. Justini Junioris II. solius, XIV. die mensis Nov. Ind. XV. mortuus est Justinianus, & imperavit Justinus junior annos XI. menses VIII. *Chron. Pasch. ad annum XXXIX. Imperii Justiniani.*

Justinianus mortuus est die XI. mensis Nov. Indictione XIV. jam currente, cum regnasset annos XXXVIII. menses VII. dies XIII. *Theophanes ad annum XXXVIII. Justiniani.*

Hoc anno mensis Novembris die XIV. Indict. XIV. nepos Justiniani Justinus à Joanne Ex-Scholastico Patriarcha coronatus suscipit Imperium. *Theophanes ad annum I. Justiniani.*

Justinianum decessisse mense Novembri Indictionis XIV. tradunt Theophanes, Symeon Logotheta, & aliquot alii, in eamque sententiam plerique ex eruditoribus eunt: contra quam Auctor Chronici Paschalis, Joannes Biclariensis, & Marius Aventicensis; qui in annum sequentem ejus obitum referunt: *Nota in Chron. Pasch.*

Chronicon itaque hoc, uti & *Alexandrinum*, mortem Justiniani rejicit in Indictionem XV. diem 14. Nov. id est, in annum 566. & Justino annos Imperii tantum XI. cum mensibus VIII. tribuit. Rectior autem est Theophanis sententia, Justinianum mortuum esse Indictione XIV. Anno 565. & Justinum regnasse ultra XII. annos. Theophanes diversificat diem mortis Justiniani.

stiniani, à die inaugurationis Justini, illam enim 11. hanc 14. Novembris facit; ast pro hac die 14. utrobique communior sententia est. Cæterum in Chronico Paschali, & itidem Alexandrino, error calculi est in verbis: *anno VIII. cum mensibus IX. diebusque V. Imperii Justini exacto*: rectus calculus enim requirit, ut ponatur: anno VIII. cum mensibus IX. minùs diebus VIII. id tempus namque intercedit à Julii 9. Ind. XI. seu A. 518. usque ad Aprilis 1. Ind. V. quem utrumque terminum Chronicon ipsum dicit. Justinianus ergo regnavit à 1. Aprilis A. 527. usque ad 14. Nov. A. 565.

|   | Imperii tempus |       |      | finis<br>A. Chr. | mense   |
|---|----------------|-------|------|------------------|---------|
|   | an.            | mens. | dies |                  |         |
| Justinianus ergo regnavit à 1. Aprilis A. 527. usque ad 14. Nov. A. 565.  | 38             | 7     | 14   | 565              | Nov. 14 |
| JUSTINUS II. seu junior. moritur anno XII. (secundum alios XIII.) Imperii sui, mense Oct. die V. Indictione XII. <i>Chron. Pasch.</i> | 12             | 10    | 22   | 578              | Oct. 5  |

TIBERIUS II. Anno Imperii Justini VIII. mense Septembri, die VII. Indict. VIII. (A. 574.) morbo correptus est Justinus Augustus, & Tiberium Cæsarem dixit, nomine Constantini indito. Anno XII. Justini Imperii, mense Septembri, die XXVI. Indict. XII. (A. 578.) coronatus est Tiberius Novus Constantinus, & V. die mensis Oct. moritur Justinus. *Cron. Pasch.*

A. IV. Imperii sui die XIV. mensis Augusti, Indictione XV. (A. 582.) moritur Tiberius in suburbano Hebdomi. *Chron. Pasch. Theophanes.*

|  |   |    |    |     |         |
|--|---|----|----|-----|---------|
|  | 3 | 10 | 10 | 582 | Aug. 14 |
|--|---|----|----|-----|---------|

CCXLVIII. a. MAURICIUS. Anno IV. Imperii sui ægotavit Tiberius, & V. Augusti mensis, Ind. XV. (A. 582.) creatus est Cæsar Mauricius Tiberius, ac XIII. ejusdem mensis Augusti coronatus est Imperator, & XIV. ejusdem moritur Tiberius. *Chron. Pasch. in anno ult. Tiberii.*

Anno I. Mauricii, Indictione I. Primus annus consulibus caruit. (ergo jam agitur de mense Januario anni 583.) & ex communi sententia scriptum est, post Consulatum Tiberii Constantini divæ memoriæ anno IV. *Chron. Pasch. ad primum annum Mauricii.*

Anno XX. Imperii Mauricii, mense Febuario, Indict. V. (anno Christi 602.) solemnia nuptiarum Theodosii, filii Mauricii, per VII. dies peracta sunt, ab XI. scilicet die, ad XV. ejusdem mensis Februarii. Sexto deinde Julii mensis die, ejusdem V. Ind. proposito edicto, scriptum est reliqua parte anni, nempe usque ad Januarium VI. Indictionis (id est usque ad annum Christi exordientem 603.) sic: & Consulatu ejusdem piissimi Domini nostri secundo. Et Novembri mense ejusdem indictionis (id est, Novembri mense anni 602. qui mensis in eadem indictione est cum Januario sequente) Phocas miles, unà cum exercitu, in Mauricium Tyrannidem arripuit. &c. Fugit XXII. mensis Novembris, noctu, illucescente jam XXIII. die feriæ VI. Phocas autem XXIII. ejusdem mensis, feriâ VI. coronatur à Cyriaco Patriarcha &c. Comprehensus est autem Mauricius Tiberius

rius

rius cum uxore & octo liberis, versus S. Autonomum juxta Prænetum: & XXVII. ejusdem mensis die, feriâ III. interfectus est juxta Chalcedonem. *Chron. Pasch.* - |20|3|15|602|Nov. 27

A die XXV. ejusdem mensis Nov. in reliquum annum, scilicet usque ad mensem Januarium præsentis VI. Indictionis, adscriptum est in publicis Commentariis: Imperii Phocæ anno primo. Imperavit verò idem Phocas annos VIII. *Chron. Pasch.*

PHOCAS (A. 610.) Anno octavo Imperii, Indictione XIV. mense Octobri, die VI. feriâ secundâ illucescente &c. raptatus per Urbem, & trucidatus, *Chron. Pasch.* - |7|10|12|610|Oft. 6.

CCXLVIII. b. HERACLIUS. Horâ IX. ejusdem feriæ II. coronatus est in Imperatorem à Sergio Patriarcha. Anno primo Imperii Indictione XIV. ab ipso VII. Octobris mensis die (A. 610.) usque ad XIV. Januarii mensis, ejusdem indictionis (A. 611.) scriptum est in Actis publicis: Imperante Heraclio; & à XIV. ejusdem indictionis, ipsius mensis, scriptum est in reliquum anni, usque ad Decembrem scilicet expletum XV. indictionis, sic: & consultatu ejusdem piissimi Domini nostri: *Chron. Pasch.*

Anno XXXI. Imperii, mense Martio, Indictione XIV. Imperator Heraclius, post Imperii annos XXX. & menses X. hydrophis morbo affectus obiit. *Theophanes.* die XI. Martii. *Cedrenus.* - - - -

CONSTANTINUS III. Heraclii filius, menses quatuor post eum tenet Imperium: & Martinæ Novercæ, Pyrrhique Patriarchæ operâ, veneno propinato interiit. *Theophanes.*

Constantinus, cum octo & viginti annos cum patre imperasset, & centum ac tribus diebus supervixisset, moritur. *S. Nicephorus Patriarcha.* - - - -

HERACLEONAS cum matre Martina: eodem anno ab administrando Imperio per Senatum repelluntur, & in exilium aguntur, linguâ Martinæ abscissâ, amputatisque Heracleonæ naribus. *Theophanes.* Imperium tenuerunt menses sex. *Cedrenus.* - - - -

CCXLIX. a. CONSTANS II. Constantini filius & Heraclii nepos ad Imperii thronum subvehitur. Imperavit annos XXVII. Anno Imperii XXVII. Syracusis Siciliæ in balneo, cado in caput ejus impacto, occisus est. *Theophanes.* Constantinus (Constans) in Sicilia à servis suis dolo in balneis interfectus, anno expleto im-

|    |   |    |     |          |
|----|---|----|-----|----------|
| 30 | 5 | 6  | 641 | Mart. 11 |
|    |   |    |     |          |
|    | 3 | 12 | 641 | Junii 22 |
|    |   |    |     |          |
|    | 6 |    | 641 | ad fin.  |

|  | Imperii tempus |       |      | Anno Chr. | mens.    |
|--|----------------|-------|------|-----------|----------|
|  | an.            | menf. | dies |           |          |
| perii sui vicesimo septimo moritur, <i>Nicephorus Patr.</i>  | 27             |       |      | 668       | ad fin.  |
| CONSTANTINUS IV. POGONATUS, Constantis II. filius, moritur, cum annos XVII. Imperasset.                              | 17             |       |      | 686       |          |
| JUSTINIANUS II. filius Constantini. In Chersonam urbem deportatur, anno ejus Imperii <i>exto decimo. Nicephorus.</i> | 10             |       |      | 696       |          |
| LEONTIUS.  | 3              |       |      | 699       |          |
| TIBERIUS APSIMARUS.  | 7              |       |      | 706       |          |
| JUSTINIANUS II. restitutus in Imperium.  | 6              |       |      | 712       | ad init. |

CCXLIX. *b. Ex Theophane ad annum XVII. Constantini IV.* Accurata, quippe temporum ratio & designatio sanctum universale sextum, Concilium, verum Monothelitarum excidium, Imperatoris Constantini, Heraclii pronepotis, anno duodecimo celebratum affirmat, *anno à mundi conditu sexies millesimo centesimo septuagesimo secundo*: ipsumque Constantinum annos posthac quinque imperasse; eoque vivis crepto, Justinianum ejus filium Monarchiam tenuisse annos decem: ejecto Justiniano Leontium Tyrannide potitum, annos tres: post hunc Tiberium, qui etiam ApSIMARUS, annos septem regnasse: ejectumque prius Justinianum denuò restitutum imperio annos sex: adeò ut ex ipsis editis Concilii typis sive Canonibus anno secundo Imperii Justiniano naribus mutilato restituti, eos primùm promulgatos aperte comperiamus. Tertio siquidem Canone in hæc verba legimus: matura consilii discussione præhabita, eos, qui duobus conjugii implicati fuere, & ad præteriti mensis Januarii diem decimum quintum, præteritæ quartæ indicationis (is erat annus 706. & in eodem anno à Martio incepit annus mundi 6199. in computu stricto) *anni sexies millesimi centesimi nonagesimi noni*, peccati servituti obnoxios se voluere, nec ullo pacto respicere, canonicæ depositioni subicere decrevimus. &c. Ex ipsa itaque temporum designatione, à celebrata sancta universali sexta Synodo, usque ad editos Canones ejus nomine promulgatos aperte colliguntur *anni viginti septem.* &c.

CCL. *a.* PHILIPPICUS BARDANES. Philippicus sine pugna, Urbem ingreditur: ac statim Heliam cum armaturis contra Justinianum mittit. Qui omnibus, qui cum Justiniano erant, data fide, vitam ac salutem concessit: Bulgariis verò, ut sine fraude ad suos redirent, permisit. Tum *Justiniani caput*, sexto anno quàm imperare secundò cœperat, præcidit, & ad Philippicum mittit. Hoc ille accepto in Occidentem, *Romam* usque, perferri jubet. *Nicephorus Patr.*

Refert

Refert Anastasius in vita Constantini Papæ, hunc ipsum à Justiniano Constantinopolim excitum Româ profectum esse Oct. V. Ind. IX (est hic annus 710.) & illic summo exceptum honore, Romam rediisse Oct. XXIV. Ind. X. (qui est annus 711.) ac post menses tres nuntium allatum esse Romam de Justiniani nece. Quare sub finem anni 711. vel ineunte 712. Justinianus interfectus est. *Petavius Rat. temp. P. I. lib. 8. cap. 3.*

Anno secundo Imperii Philippici validus terræ motus mensis Peritii (Februarii) die XXVIII. Syriam concussit. *Biennio verò Imperii Philippici inter superius memorata transacto, & equestribus natalitiis ludis peractis, cum vicissent Prasini, placuit Imperatori Sabbatho Pentecostes inter apparatus varium & instrumenta musica grandi equo incedere. Publico itaque Zeuxippi balneo lotus, cum civibus Urbis antiqua nobilitate spectatis pransus est. Cùm verò quieti sub meridiem indulgeret, Rufus &c. cum militibus præsidariis &c. irrumpentes, Philippicum meridiana relaxatione solum reperientes, raptum è lecto in Prasinorum ornatorium abduxerunt, ibique, nullo penè propositi eorum conscio, oculos effoderunt. Postera die, quæ fuit Pentecostes (die tum XXVII. Maji) populo in magnam Ecclesiam confertim coacervato, Artemius Protosecretis, Anastasius cognominatus, Imperii tæniâ redimitus est. *Theophanes anno 2. Philippici.**

CCL. b. ARTEMIUS, seu ANASTASIUS II. Anno secundo Imperii Artemii, Ind. XIII. mensis Augusti die XI. (is est, Annus Christi 715.) è Cyzicena Metropoli Constantinopolim Germanus translatus est. (narratur dein, naves missas esse Rhodum pro congreganda classe adversus Saracenos; Opficios autem rebellasse) Ex quo classis divisa, & singuli in patriam suam reversi sunt. Rebelles autem in Regnam Urbem rectâ contendere. Cùm verò ad Adramyttium applicuissent, hominem quemdam hujus loci indigenam, nomine *Theodosium*, publicorum vectigalium exactorem, à rebus agendis alienum ac privatum ibi fortè repertum, ipsi, nullo sub capite militantes, & sinè duce, ad Imperium capessendum hortati sunt. Ille fugâ lapsus in monte delituit: quem tandem inventientes, vimque inferentes, Imperatorem salutavere. Eò compertò *Artemius &c. in urbem Nicæam recessit, probèque se muniit. (per sex menses inter classem rebellem, & Imperatoriam pugnatur. Recedente hac, Theodosius Thraciam occupat, Constantinopolim dein in potestatem accipit.)* Artemius iis conspectis, de rerum suarum salute desperavit: & vitæ sibi relinquendæ servandæque fide accepta, dedit manus, & *monasticum habitum induit.* Theodosius saluum eum esse jubens, Thessalonicam in exilium egit. Imperavit itaque Philippicus annos duos & menses

novem: Artemius annum unum, & menses tres. *Theophanes ad annum secundum Artemii.*

Non combinabilia sunt, quæ de imperiis Philippici, Artemii, & Theodosii Theophanes refert, nisi error librariorum in transposito mensium numero supponatur, itaque mens Theophanis hæc fuerit: Philippicum regnâsse annos duos, menses tres: Artemium annum unum, menses novem: Theodosium verò annum unum; quo supposito omnia rectè correspondent.

|                |       |      |         |
|----------------|-------|------|---------|
| Imperii tempus |       |      | finis.  |
| an.            | menf. | dies | A. Chr. |
| 1              | 9     | -    | 716     |

Feb. ad 6. mense.

CCL. c. THEODOSIUS III. Adramyttenus. Theodosius de iis, quæ gesta erant, certior factus, requisita Germani Patriarchæ & Senatûs sententiâ, à Leone, qui hoc in tractatu Patriarcham admiserat sequestrem, immunitatis & salutis fidem accipit, atque ita Imperio se abdicat, & Leoni tradit: & tum ipse, tum filius quoque, clericorum albo adscripti, reliquum vitæ tempus in pace transegere. *Theophanes.*

|   |   |   |     |
|---|---|---|-----|
| 1 | - | - | 717 |
|---|---|---|-----|

Mart. 25

CCLI. a. LEO III. Isauricus. A mensis Martii die vigesimo quinto, decima quinta indictione, ad mensis Junii diem decimum octavum, nona indictione, Leo imperavit. Tenuit autem Imperium, annos XXIV. menses II. dies XXV. *Theophanes in anno ultimo Leonis.* Annos Imperii eosdem numerat *Cedrenus.*

|    |   |    |     |
|----|---|----|-----|
| 24 | 2 | 25 | 741 |
|----|---|----|-----|

Junii 18

CONSTANTINUS V. COPRONYMUS. Constantinus Leonis filius, impietatis æquè ac Imperii successor, à præfato mensis Junii die decimo octavo nona indictione, ad mensis Septembris diem decimum quartum, indictione decima quarta, Deo permittente, potestatem obtinuit, annos XXXIV. menses III. dies II. *Theophanes in anno ultimo Leonis.* Solus post Patris obitum imperavit annos XXXIV. menses II. dies XXVI. *Theophanes in anno ultimo Constantini.* In priore ergo relatione legendum est: potestatem obtinuit annos XXXIV. menses III. minus diebus duobus, & is computus primum & ultimum diem Imperii simul numerat, altera relatio omittit hos dies.

|    |   |    |     |
|----|---|----|-----|
| 34 | 2 | 28 | 775 |
|----|---|----|-----|

Sept. 14

LEO IV. Mensis Septembris die octavo, quarta indictione, Leo filius Constantini diem suum clausit &c. Imperii demptis mensibus sex (est error librarum, & legendum diebus sex; à die emortuali enim Septembris octava, usque ad diem inauguralem Sept. 14. defunt dies sex: ) anno quinto. *Theophanes in anno ultimo Leonis IV.*

|   |    |    |     |
|---|----|----|-----|
| 4 | 11 | 26 | 780 |
|---|----|----|-----|

Sept. 8

CCLI. b. CONSTANTINUS VI. & mater ejus IRENE: Anno mundi 6273. piissima Irene, unà cum filio Constantino præter hominum opinionem, Deo ita ordinante, Imperium suscipit administrandum, mense Septembri, indictione quarta. &c. Anno mundi 6283. mense Septembri, indictione decima quarta, &c. Armeniaci Constantinum solum Imperatorem elatis vocibus celebraverunt &c. Octobri porro mense, indictione XIV. Legiones Thematum cunctæ, apud Atroam collectæ, Constantinum, vicissimum tunc annum agentem, solum Imperatorem agnosci postulave-



laverunt. Quare exercitûs impetum Irene formidans, filium tandem dimisit. Constantino in Imperii sede confirmato, matrem omni potestate milites abdicârunt. *Theophanes.* |10| - |790| Oct. init.

**CONSTANTINUS Solus.** Anno Imperii Constantini septimo, mense Octobri (A. Christi 796.) quintæ indictionis &c. tempus accomodum Irene nacta, cum ordinum militarium Ducibus colloquium habuit, & quâ muneribus in eos sparsis, quâ promissis majoribus, abrogato filio summam Imperii ut sibi committerent, induxit, &c. subindèque diem opportunum censuit expectandum, &c. Porro *Adriano Papa defuncto Leo &c. successus est* &c. (recensentur deinde gesta Martii & Maji, anni jam Christi 797. ejusdem autem adhuc indictionis quintæ) *Junii mensis die decimo septimo*, indictione quinta, Imperatore post equestre Circi spectaculum ad S. Mamantem transeunte, Ordinum pariter Duces obviam facti eum comprehendere moliti sunt. &c. Illi (Irenis amici Imperatorem fugientem comitati) Constantinum precibus vacantem comprehendunt, & chelandio (navi) ab ipsis impositum, Sabbatho *mensis ejusdem, die decimo quinto* (vel hîc vel suprâ in die est error librarii, & suprâ videtur fors locò 16. duodecimo, scriptum esse 17. decimo septimo) in Urbem summo mane inductum in Porphyra, quâ primùm in lucem prodiit, includunt, & circa horam nonam tanta immanitate illi oculos confodere, ex matris & consiliariorum ejus sententia, ut penè mortem inferrent. *Theophanes* - - - | 6| 8| - |797| Junii 15

**IRENE, Sola.** *Anno mundi 6295. mensis Octobris die tricesimo primo* (anno Christi 802.) indictione undecima, hora noctis quarta illucescentis feriæ secundæ, Nicephorus Patritius & generalis Logotheta, in piissimam Irenem &c. Tyrannidem excitavit. *Theophanes.* - - - - - | 5| 4|17|802| Oct. 31

## SECTIONO XII.

### Corollarium ad Chronologiam antiquam.

**Nus. CCLII. a.** Communiores chronologiam deducendi species, seu æræ, apud Veteres reperiuntur septem, nempe: per annos Urbis Romæ conditæ, Consulatus Romanorum, Olympiades Græcorum, annos mundi conditi, annos Christi, annos regnorum, & demum per indictiones.

De ratione computûs in annis Urbis conditæ, nec non Consulatum Romanorum, & Olympiadum Græcanicarum, in anterioribus sectionibus fat, quantum meo instituto necesse visum fuit, dictum est; pauca nunc addenda de usu genuino vel perverso applicandi hunc triplicem computum ad tempora seculorum Christianorum, idque vel maxime respectu Græcorum scripto-

Scriptorum à seculo Christiano sexto usque ad seculum nonum, utpote ex quibus plurima, Origines Slavicæ concernentia, mihi haurienda fuerunt.

## De Annis Urbis Conditæ.

**CCLII. b.** Horum annorum in scriptoribus Græcis, qui à seculo sexto vixerunt, rara occurrit mentio: v. g. *Chronicon Alexandrinum* refert dedicationem Urbis Novæ Romæ seu Constantinopolis ad diem quintum Idus Majas, Indictione III. anno Imperii Constantini XXV. Gallieano & Symmacho Coss. quæ omnia recta sunt, & annum Æræ Christ. com. 330. denotant; addit autem *Chronicon*: Ab Urbe (Roma Veteri) condita usque ad dedicatam Constantinopolim numerantur anni MLXXX. *Chronicon Paschale*, quod idem cum Alexandrino, & tantum alia & completior editio est, errorem librarii habet in versione latina ponendo annos Urbis conditæ, MLXXXX. locò Græci numeri ατ'. quod est MLXXX. Ast in computu Varroniano, die V. Idus Majas seu XI. Maji anno æræ Christianæ 330. elapsi in Aprili erant anni U. C. MLXXXII. & cœperat annus U. C. MLXXXIII.

*Georgius Cedrenus in Historiarum compendio pag. edit. Ven. 265.* dicit: Capta est Roma ab Alarico Gotho, Vandalorum Duce, annis ab ejus exordio MCLX. elapsis, die XXVI. mensis Augusti, Indictione IX. &c. Quo præcisè anno hæc captivitas acciderit, an A. 409. an verò 410? variant testimonia Scriptorum: priorem asserunt *Orosius lib. 7. cap. 39.* *Idatius in Chron.* & *Isidorus*, posteriorem *Prosper*, *Cassiodorus*, & *Marcellinus Comes*, & his accedit *Chronicon*, de quo hîc, dum eam captivitatem Indictioni IX. (nempe proximè seu post 5. dies imminente) addicit. Hunc annum quoque magis approbat *Petavius Rat. Temp. P. II. lib. 4. cap. 12.* Quiscunque autem annus fuerit, calculo ei, qui ex Varrone & Censorino deducitur, non correspondet annus Urbis conditæ 1160. sed in priore supposito annus 1162. in posteriore 1163.

## De Annis Consularibus.

**CCLII. c.** Consulatum Romanorum seriem, usque ad Diocletiani & Constantini Imperatorum tempora, mirum in modum miscent & corrumpunt Scriptores Græci: v. g. *Chronicon Alexandrinum*, & *Paschale* committunt apertum parachronismum septem consulatum, ut in *seq. numero* dicitur, & multum distant in primis Seculis ab æra Christiana communi: nihilominus autem consulatus Lentuli & Pisonis, quem pro tempore conceptionis & nativitatis Christi, nec non Cæsaris & Pauli, quem pro circumcissione Christi, itaque pro primo anno æræ Christianæ assignant, conveniunt omnino communi calculo. Econtra *Georgius Syncellus in Chronographia* ex loco competente consules longè dimovet, dum nativitati Christi *pag. edit. Ven. 251.* consules Sulpicium Camerinum, & C. Poppæum Sabinum, crucifixioni autem *pag. 255.* consulatum Neronis tertium cum Valerio Messala attribuit, & illum anno Imperii Augusti 43. hunc Tiberii 19. applicat, quorum consulatum primus in annum æræ Christianæ communis 9. alter in 58. igitur in aliud planè tempus incidit. Unde inferendum videtur, Scriptores Græcos nullo

nullo Latino scriptore vetere, qui factos aliter docuisset, vel ob defectum linguæ, vel ob odium gentilismi, usos esse. A temporibus Constantini Magni demum rectè jam ordo consulatum etiam apud Græcos procedit.

## De Annis Olympiadicis.

**CCLII. d.** In computatione Olympiadum haud multum præsidii apud Græcos reperitur, ut exempla sequentia ex *Chronico Alexandrino*, & *Paschali* commonstrant:

Epochæ quædam celebriores, ubi de consulatu, indictione, & anno Regnorum inter Latinos & Græcos convenit.

A. Chr.

|  | Computus Latinus strictè de Julio in Julium. |      | Computus Græcus. |      |
|--|--|------|------------------|------|
|  | Olym.  | anno | Olym.            | anno |
| 284. in Sept. imperii Diocletiani initium: Carino II. & Numeriano Coss. indictione III. ineunte. | 265  | 4    | 266              | 2    |
| 337. in Majo: Mors Constantini Magni: Feliciano & Tatiano Coss. ind. X.                          | 278  | 4    | 279              | 2    |
| 361. in Nov. Mors Constantii II, Tauro & Florentio Coss. indict. V.                              | 285  | 1    | 285              | 2    |
| 450. in Augusto: Marciani imperii initium: Valentiniano VII. & Avieno Coss. ind. III. finiente.  | 307  | 2    | 307              | 3    |
| 518. in Julio: Mors Anastasii: Magno Solo Cof. indictione XI.                                    | 324  | 2    | 324              | 3    |
| 527. in Aprili: Justiniani initium: Mavortio Romano Cof. ind. V.                                 | 326  | 2    | 326              | 4    |
| 579. in Oct. Tiberii II. initium: post Consulatum Justini Junioris XII. solius: indictione XII.  | 339  | 2    | 339              | 3    |

Ex his exemplis (primo Diocletiano excepto) eruitur, computum Græcum in epochis, quæ à Julio acciderunt, à computo Latino distare anno uno, in epochis ante Julium annis duobus. Systhema ergo tale est: imprimis computus Græcus absolute anticipat annum unum; dein verò totum annum consularem seu christianum denominat ab Olympiatico, qui medietate anni consularis jam exactâ noviter in Julio init. Econtrà computus Latinus absolute est posterior uno anno, & prætereà annum consularem seu christianum in semisses dividit, & quemlibet semissem alteri anno Olympiatico alligat. Exemplum Diocletianum irregulare est ob confusionem consulatum, quæ in chronico Alexandrino & Paschali usque ad annum æræ christianæ communis 310. durat, cujus consulatum expungit & omitit. Quòd autem à chronicis his prædictum systhema teneatur, patet pag. 297. ubi generalis & regulativa nota chronologica continetur, & periodi Paschalis primæ finis traditur, his verbis: Quinto & trigesimo Justiniani Imp. anno, & post consulatum Basilii XXI. Martii mensis die XX. & Indictione X. anno III. Olympiadis CCCXXXV. completi sunt anni DXXXII. paschalis Cycli ex quo nos Christiani celebrare coepimus sanctam Christi resurrectionem &c. Hæ notæ chronologicæ absolute denotant annum æræ christianæ communis 562. in Martio; annus tantum Olympiadicus diversus est à calculo Latino: hic enim in mense

Martio ejus anni adhuc denominat annum primum finientem Olympiadis CCCXXXV. & in Julio primum incipit annum secundum, quem jam chronicon pro tertio numerat. Porro *paginâ Paschalis Chronici* 230. ad annum Mundi 5852. completum, Leontio & Salustio Consulibus, id est, ad annum æræ Christi communis 344. mensem Martium, traditur periodus annorum Mundi undecima finita, & hoc tempus conjungitur cum Olympiadis CCLXXXI. anno primo; econtrâ calculus Latinus strictus in dicto mense computat Olympiadis præcedentis CCLXXX. annum tertium, & in Julio primò inchoat quartum. Hactenus de systemate dictorum chronicorum. Ab hoc iterum differt *Socrates*, is namque *Hist. Eccl. lib. 1. cap. 40.* Constantini Magni mortem XI. Cal. Junii, Feliciano & Titiano Coss. (id est anno æræ Christianæ 337. & perquam rectè) contigisse dicit, sed addit: qui quidem secundus erat annus Olympiadis ducentessimæ septuagesimæ octavæ: verus calculus econtrâ, qui ex Dionysio Halicarnassæo, Diodoro Siculo, Varrone, & Censorino deducitur, aliud planè habet, & annum eum consularem pro prima medietate Olympiadis 278. anno quarto, pro altera verò Olympiadis 279. anno primo insigniri debere evincit. Ex omnibus his itaque inferendum: Græcorum noviorum computationem Olympiadicam dubiis chronologicis seculorum christianorum enodandis haud securè adhiberi posse.

## De annis Mundi conditi.

**CCLII. e.** *Chronicon Paschale*, cui par est Alexandrinum, circa tempora conceptionis, nativitatis, baptismi, passionis, & resurrectionis Christi à se ipso diffidet: *pag. edit. Ven. 159. & seqq.* annum eum, in quo Christus conceptus, natus, circumcisus, atque die purificationis iterum in templo præsentatus est, pro anno mundi 5507. computat, inchoando annum mundi, ut sæpe monet, à 21. Martii & finiendo in 20. Martii. *Pag. 167. & seq.* dicit, Christum die VI. Januarii anno mundi 5536. (itaque ad finem jam vergeñte) cum complisset annum trigessimum, tertiam decimam die anni ætatis suæ trigesimali primi, à Joanne baptizatum esse. *Pag. 174.* subjungit: Jesus Christus Dei filius cum annis III. & diebus LXXVI. post baptismum discipulis suis salutaria & cælestia præcepta, editasque, de se prophetias tradidisset, ad passionem transiit, anno Imperii Tiberii XIX. initium sumente à Martii mensis XXI. præsentate quarta indictione &c. Hæc quarta indictio, si strictè ad annos æræ communis christianæ applicetur, denotat Martium anni 31. *Pag. 176. & seq.* firmat passionem in die XXIII. Martii anni à mundo condito 5540. ante tres dies inchoati. Demum *pag. 179.* addit: quadragesimo verò die post resurrectionem suam Dominus Noster Jesus Christus in cælum assumptus est, tertio die Artemisii seu Maji mensis, feria V. hebdomadis &c. Ex his assertis colliguntur anni ætatis Christi à nativitate usque ad baptismum 30. cum diebus 13. à baptismo usque ad passionem 3. cum diebus 76. ergo anni integri 33. & dies 89. seu tres menses minus duobus diebus. Dies passionis erat dies tertius anni à mundo condito 5540. hic ergo annus initiatus in computu ætatis Christi prætermittendus, & detrahendi sunt 33. anni integri

gri ex annis mundi 5539. remanent anni 5506. itaque hoc anno (detractis ei 89.88. diebus) in Decembri nativitas Christi computanda venit, non in anno 5507. ut chronicon pag. 159. supponit. Hinc igitur inferendum est, totum hunc calculum, à conceptione Christi usque ad ascensionem, non uni auctori, & opinioni, sed duplici annum unum inter se dissidenti deberi, & à compilatore chronici, non animadversa disparitate, partim ex uno partim ex alio auctore descriptum esse. Et hæc contrarietas calculi in causa esse videtur, cur chronicon nunquam annos Christi à nativitate, sed potius, quamquam rarò, ab assumptione in coelum computaverit: qui tamen computus æram communem semper tribus annis anteverit, adeoque etiam Christum natum tribus annis ante æram christianam, igitur anno mundi CPiano. 5506. supponit. Hæc de annis mundi circa Christi in terris conversationem.

Cæterum ad quælibet fermè initia Imperatorum chronicon novam adnotat collectionem annorum mundi, quæ sic intelligenda: collectio illa initio imperii adjecta, non initium idem, sed finem imperii afficit: v.g. chronicon pag. 152. Augusto Cæsari assignat annos imperii 56. menses 6. & hoc tempore imputato colligit annos mundi 5521. hi ergo anni pertingunt usque ad finem imperii Augusti, seu initium Tiberii. Tiberio postea pag. 165. attribuit annos imperii 22. his ad annos in Augusto Cæsare collectos 5521. additis colliguntur, usque ad finem Tiberii, anni 5543. Porro Caligulae dat chronicon annos imperii 4. his ad annos 5543. additis colliguntur quidem anni 5547. sed chronicon ponit 5548. supplendo hic menses sex ex Augusti, & totidem ex Tiberii imperio, qui annos regiminis respectivè 56. & 22. superaverant, & usque huc in calculum non venerant. Pari prorsus modo chronicon in collectionibus annorum ad omnes subsequos Imperatores procedit: v.g. ad imperium Cari, Carini, & Numeriani colligit annos 5794. Diocletiano dein assignat annos imperii 20. & his additis pro fine Diocletiani colligit annos mundi 5814. Constantino Magno assignat annos imperii 31. menses 10. ergo annos fermè 32. his ad priorem numerum additis, colliguntur anni mundi 5846. & sic consequenter.

*Georgius Cedrenus in Historiarum compendio, in anno mundi, quo natus Christus, conformis est chronico Paschali & Alexandrino, secundum principia nempe ab illis ad passionem, resurrectionem, & ascensionem Christi tradita; statuit enim pag. edit. Ven. 138. Christum natum esse anno mundi 5506. mensis Decembris die 25. subjungit dein pag. 139. decimo nono Tiberii anno Christus supplicio sese subdidit, anno mundi 5539. (intelligendum: anno hoc ante tres dies elapso) die mensis Martii 23. septimanæ sextâ: item pag. 140. qui Christum scribunt (ita Syncellus & Theophanes sentiunt) anno 5500. natum, anno 5533. supplicio affectum, errant, neque præcisè annos norunt. Ita ille: ast huic calculi principio minimè insistit, ut infra dicitur.*

*Georgius Syncellus in Chronographia pag. edit. Ven. 249. disputat contra Pannodori sententiam, dicens, eum annis integris septem à 5500. summa aberrasse, & hujus vice annos 5493. reposuisse, quam sententiam, ut sacris paginis non convenientem, taxat.*

*Theophanes in chronographiæ suæ præfatione se continuatorem Syncelli proficitur, chronographiam eam ab imperio Diocletiani (quousque Syncellus pervenerat) orditur, & primo Diocletiani imperii anno annum mundi 5777. à divina incarnatione autem 277. alligat; quod itaque common-*

strat, Theophanem Syncelli opinioni adhærere : námque detractis 277. ex 5777. remanent anni mundi 5500.

Haftenus dicta de annis mundi, & dicenda adhuc, respiciunt Græcorum suppositum, annos plùs minùs 5500. elapsos esse ante nativitatem Christi ; aliud planè enim sentiunt Latini, qui nec 4000. integros evolutos esse firmioribus argumentis asserunt. Ast in chronologia post Christum nihil officit, sive pauciores sive plures anni ante Christum exierint, dummodo chronologia sequens supposito anno primo Christi, tanquam principio immobili, semper conformetur.

## De annis æræ Christianæ.

**CCLII. f.** Inter omnes Græcorum opiniones de anno mundi circa nativitatem Christi, æram communem Latinorum exæquat *Panodori* sententia, obindèque frustra à Syncello quasi heterodoxa notatur: quam in rem schema sequens in combinatione Theophanis & Cedreni subjicere lubet.

| Epochæ quædam.   | Anni à mundo condito |  | Anni à Divina incarnatione. |             | Ex regula Panodori ad annos Theoph. |
|--|----------------------|--|-----------------------------|-------------|-------------------------------------|
|  | ex Theoph.           | ex Cedreno.  | ex Theoph.                  | ex Cedreno. |                                     |
| 1mò. Initium imperii Constantini Magni in Galliis, vivo Patre, A. æræ com. Chr. 305. post Martium. | 5797                 | 5797   | 297                         | 291         | 304                                 |
| 2dò. Mors Theodosii Magni A. Chr. 395. Januarii 17.  | 5887                 | 5888   | 387                         | 394         | 394                                 |
| 3tiò. Roma ab Alafico Gotho capta XXVI. Augusti, A. Chr. 410.                                      | 5903                 | 5965<br><small>error est Librarii, repone-<br/>ndum:</small> | 403                         |             | 410                                 |
| 4tò. Mors Marciani, A. Chr. 457. Febr. 7. Indictione X.  | 5949                 | 5904   | 449                         | 456         | 456                                 |
| 5tò. Initium Justiniani Imperii A. Chr. 527.   | 6019                 | 5950   | 519                         | 527         | 526                                 |
| 6tò. Initium imperii Heraclii, A. Chr. 610. Oct. 6.  | 6102                 | 6021   | 602                         | 609         | 609                                 |
| 7mò. Annus XII. imperii Heraclii, & ejus expeditio in Persas A. Chr. 622. Apr. 4. Ind. X.          | 6113                 | 6103   | 613                         |             | 620                                 |
| 8vò. Initium Constantis II. A. Chr. 641. ad finem.   | 6134                 | 6131<br><small>error est Librarii, repone-<br/>ndum.</small> | 634                         | 640         | 641                                 |
| 9nò. Initium Leonis Isauri, A. C. 717. Martii 25.  | 6209                 | 6114   | 709                         | 703         | 716                                 |
| 10mò. Initium Constantini VI. cum matre Irene, A. Chr. 780. Sept. 8. Ind. IV.                      | 6273                 | 6209   | 773                         | 779         | 780                                 |

Ad

Ad hoc schema notandum 1<sup>mò</sup>. in tertio & septimo exemplo apertus subest error in annis mundi apud Cedrenum: quomodo enim Romæ captæ annum 5965. assignare potuisset Cedrenus, cum morti Marciani, quæ anno quadragesimo septimo post contigit, annum 5950. præfigat? Similis est repugnantia in anno duodecimo Heraclii, qui ex ipsius Cedreni asserto, primum Heraclii annum afficere annum mundi 6103. alius, quàm 6114. esse nequit. Notandum 2<sup>dò</sup>. Proût triplex potissimum apud Græcos sententia de nativitate Christi est, nempe Panodori de anno mundi 5493. finiente, Theophanis de anno 5500. finiente, chronici Alexandrini seu Paschalis, & Cedreni de A. 5506. pariter finiente: ita quoque triplex inde pro conficiendis annis Christi exurgit regula, Panodori, cuilibet anno mundi annos 5493. Theophanis 5500. & Cedreni 5506. detrahentis, & residuum numerum pro anno christiano statuentis. Notandum 3<sup>tiò</sup>. Theophanes regulam suam, nullo prorsus anno per totam chronographiam suam excepto, constantissimè observat, quod signum evidentissimum est, eum ex majorum traditis annos christianos non hausisse, sed ex regula sua efformasse, & deduxisse; unde major fides æræ per ipsum formatæ christianæ, quàm regulæ ipsi, haberi nequit, quæ autem in supposito fallit. Notandum 4<sup>tò</sup>. Cedrenus regulæ suæ non, nisi in duobus exemplis, nempe 1<sup>mo</sup> & 9<sup>no</sup> adhæret; ergo in reliquis non ipse annos Christi ex regula deduxit, sed ex aliis auctoribus hausit. Notandum 5<sup>tò</sup>. Panodori regula ad annos mundi Alexandrinos applicata, aliquando ipsum Christi annum, quo res contigit, producit, aliquando fallit, non ex se, sed ex supposito falso anni minus justè allati: aliquando autem annus verus implicite latet, & ex distinctione temporum anni eruendus est; Græci enim annum mundi conditi computant à 21. Martii, unde quilibet annus æræ christianæ continet partes duplicis, nempe tres menses finientis, & novem inchoantis anni mundi. Notandum 6<sup>tò</sup>. Theophanes (ut infra in examine ejus chronologiæ sequetur) annis regnorum applicat semper eum annum mundi, qui in anno regni quocunque completur; & inde est, quòd annus per deductionem numeri 5493. productus quandoque unitate minor sit, atque hæc unitas, si de anno regni post 21. Martii oriente agatur, addi debeat.

His prænotatis facile ex superiore schemate apparet, nec regulam Theophanis, nec Cedreni, annis æræ christianæ communis correspondere. Regula Panodorianæ autem ex æquo parem producit annum cum calculo æræ christianæ communis, si annus mundi ex computu Alexandrino rectè allegatur, & ejus à Martio in Martium determinandi ratio stricta habeatur. In columna igitur ultima schematis explicita rectitudo reperitur in exemplo 3. 8. & 10. implicita in 2. & 4. nam annus Theophanis 5887. & 5949. in Martium usque anni æræ communis 395. & 457. procurrit, adeoque Januarium & Februarium, de quibus mensibus agitur, comprehendit. In exemplo 9. annus mundi 6209. procurrit usque ad 21. Martii A. Chr. 717. adeoque 5. tantum diebus ab initio Leonis abest. In exemplo 6. & 7. est error calculi (ut infra num. 254. e. specialiter dicetur) in annis Theophanis, & rectius à Cedreno allegantur anni mundi. In exemplo 1<sup>mo</sup> annus mundi 5797 seu christianæ æræ communis 304. Aprilis 1<sup>ma</sup> finem imponebat Diocletiani imperio, cui uterque auctor (non habita ratione Constantii patris, & non assignato ei post Diocletianum speciali regimine) Constantinum filium immediate subrogat, unde & annum eundem ponit. De hoc altero errore calculi etiam infra num. 254. a. agatur. In exemplo quinto demum annus Theo-



phanis 6019. procurrit usque in 21. Martii A. Chr. 527. itaque attingit fermè primum annum Justiniani, qui coepit 1ma Aprilis. Annus autem Cædreni 6021. finem tantùm occupat anni primi, quo Justinianus à 1ma Augusti solus regnare coepit.

## De annis regnorum.

**CCLII. g.** Hic modus chronologiam contexendi omnium est vetustissimus, ad quem non tantùm ii, qui vel diversitatem alterius chronologiæ nauseant, vel faciliùs se expedire volunt, recurrunt, sed & recurrere necesse est, dum aliæ notæ temporum characteristicæ vel deficiunt, vel dubiis innodatae sunt. Ast in hoc modo, si alia desint adminicula, non semper & præcisè annus specificus & indubitatus christianus de Januario in Januarium currens definiri potest, & valde attendendum est, qua methodo procedatur, an annus strictè à die initi regni usque ad eundem diem alterius anni, an verò, non attentis diebus, & paucis quoque mensibus, anni regnorum vel ab Autumno, ut in Theophane sæpissimè, vel à communi christiani anni, vel alio initio computetur. Unde computus annorum regni, se solo, id solummodò sat securè præstat, gesta, quæ narrantur, uni ex duobus annis sibi consecutivis deberi.

## De annis Indictionum.

**CCLIII. a.** Gratulandum certè est orbi literato de hoc modo chronologiæ, quacunquè demum ætate adinvento, & in usum redacto. Is saltem annum à Septembri ad Septembrem determinat. Is variationi & præposterationi haud faciliè obnoxius esse poterat, quòniam memoriam etiam plebis infimæ excitabat novum semper à Septembri imminens tributarium onus, ut recordaretur, quòta ea fuerit indictio hujus oneris, & sub cujus regimine. Is, utpote nervum rerum gerendarum concernens, crebrum locum in paginis publicis fortiebatur. Is denique annis cujuslibet imperii junctus, in tam perplexo olim annorum mundi conditi, æræ christianæ, & cæterorum computr, si non necessarius, saltem expeditior, & cuique hominum conditioni comprehensibilior existimandus erat. De hoc itaque plura verba facere nec incongruum, nec ab instituto meo alienum (cùm Slavicas Origines sinè temporum distributione conflare nequeam) ratus sum.

*Ex Chronico Paschali, seu Alexandrino.* Olympiadis CLXXXIII. anno primo, Cleopatrarum Imperii anno V. Pansa & Hirtio Coss. Cajus Julius Cæsar primus Romanorum Imperator creatus. Hactenus res Romanorum administratæ sunt à Bruto & Collatino, cæterisque post illos Consulibus, per annos CCCXCIII. sive usque ad præsentem quintum annum Cleopatrarum, & primum annum Caji Julii Cæsaris, & prædictos consules &c. Abrogato deinde consularu &c. tyrannidem in Romanos arripuit &c. Hic Cajus Julius Dictator, id est Monarcha, superbum ac tyrannicum in omnes imperium exercuit per annos IV. & menses VII. ex ante diem IV. Idus Majas. &c.

Cle-

Cleopatrarum Imperii anno VI. Cæsaris I. Lepido & Planco Coss. Cajus Julius Cæsar primus Romanorum levatus est Imperator, sub quo res Romanorum floruerunt. Qui verò hunc sunt subsecuti, Cæsares appellati sunt. Is porro Imperator, Dictator, & Primus Romanorum processit. Hic eximia dicendi facultate præstitit.

*Initium Indictionum.* A primo anno Caji Julii Cæsaris & prædictis consulibus Lepido & Planco, ac ipso XII. die mensis Artemisii, seu Maji, Antiocheni annos suos putant; ac Indictiones numerari cœpere à primo die ipsius Gorpiazii, seu Septembris, mensis.

Cleopatrarum Imperii anno VII. Indictione I. Antonio & Isaurico Coss. Anno II. Caji Julii Cæsaris. *Laodicenses* hinc annos suos numerant. His Coss. bellum Isauricum peractum est. &c.

Cleopatrarum Imperii anno X. Indictione V. Pulchro & Flacco Coss. Anno V. Caji Julii Cæsaris. Cajus Julius Cæsar Romam reversus, ab altero Bruto interfectus est, cum eo conjurantibus aliis quibusdam Senatoribus.

*Ex Petavio Rationar. Temp. P. I. lib. 5. cap. 1.* Indictionum originem vulgò Constantini ætate prodiisse putant, ejusque anno sexto, Christi 312. Sed ego, qui sic sentiunt, divinare eos arbitrator, non certum dicere, nam nullum idoneum testem citant. Apud Ambrosium fit ejus mentio verbis istis: *indictio enim Septembri mense incipit*; & in Cod. Theod. Valentiaca indictio nominatur. Antiquiorem his auctorem, qui quidem exploratæ sit fidei, non facile reperias. &c. Est autem indictionis usus triplex. Nam alia Calendis ab Septembribus proficiscitur, eaque *Constantinopolitana* dicitur. Alia ab VIII. Cal. Oct. (id est 24. Sept.) quæ *Cæsarea* vocatur. Harum utra sit vetustior, nondum mihi constat. Tertia *Pontificia*, seu Romana nominatur, quæ in Pontificiis Diplomatis adhibetur, & à Calendis Januariis, quæ priores duas illas epochas sequuntur, sumit exordium.

*Ex Codice Theodosiano L. 9. de indulgentiis debitorum.* Per omnes provincias Orientis *ex indictione undecima Valentiaca in quintam usque nuper transactam indictionem*, annorum scilicet quadraginta (indictio illa XI. coepit 1ma Sept. A. 367. Indictio alia quinta finiit 1ma Sept. A. 407. & hunc terminum à quo & ad quem, per annos quadraginta Lex computat) id est, ex consulatu Divorum Valentiniani & Valentis iterum, Augustorum (qui consulatus initus fuit in Januario A. 368. indictione XI. jam per quatuor menses currente) usque ad consulatum invictissimi Honorii, patris mei, septies, & meum iterum (inierant hunc consulatum Honorius, & Theodosius Junior hujus Legis conditor, in Januario A. 407. & indictio quinta in hoc consulatu finiebat 1ma Septembris) omnium generalium titulorum sub æqua lance, tam Curis, quam con-

conlatori privato, & patrimoniali &c. concessimus reliqua: ( id est, remittimus, quæ inferenda adhuc restarent ) sive species, sive æs, pecunia, aurum, argentumque debetur: ita ut nec horreis, & Præfectoriæ arcæ, nec nostro aliquid ex his ærario debeat. Sequentis temporis debitis, *ex indictione sexta usque ad præsentem duodecimam* ( cum ergo Theodosius tantum reservet conlationes seu tributa ex indictione VI. incipiendo, remissa sunt reliqua ex indictione XI. inclusivè, usque ad indictionem quintam *transactam*, id est, itidem inclusivè, ut numerus 40. annorum expleatur ) emergentibus necessitatibus reservatis. Dat. V. Idus Apriles Constantinop. Constantio & Constante Coss. id est, 9. Apr. A. 414. signanter Theodosius indictionem XII. vocat *præsentem*, id est, currentem, ea enim 1<sup>ma</sup> Sept. A. 413. cœperat, & sub dato Legis in mense Aprili A. 414. jam in octavum mensem processerat.

*Ex Notis editionis nova Codicis Theod. ad hanc Legem:* Docet pariter hæc lex, ab Imperatorum nominibus indictiones designatas, in quorum videlicet tempora inciderent, licet non inchoatæ eorum temporibus, quod tamen Baronius & Scaliger tradiderunt: sic *Valentiana indictio* hac lege, & seq. 10. quæ in annum Valentis Imp. quintum inciderat; sanè *Constantiniana indictiones* in chronico Alexandrino dicuntur, quæ Constantini tempore cœperunt.

*Ex Cod. Theod. L. 2. de militari veste.* Omnem canonem vestium *ex Kal. Sept.* ( ergo à Calendis Septembribus indictiones incipiunt ) ad Kal. Apr. nostris largitionibus tradi præcipimus. &c. Dat. XIV. Kal. Dec. Marcianopoli, Valentiniano & Valente Coss. ( A. 368. )

*Ex Cod. Theod. L. 8. de indulgentiis debitorum.* Naviculariis intra Africam ex quarta decima indictione Consulatus Valentiniani Aug. III. & Eutropii V. C. ( hi inierant in Jan. A. 387. & indictio XIV. de qua Lex loquitur, exspiraverat ante quatuor menses, primâ nempe Septembris A. 386. ) usque ad indictionem quartam Consulatus nostri septies, & Theodosii iterum ( hi inierant in Januario A. 407. & indictio IV. exspiraverat itidem ante quatuor menses à Septembri A. 406. ita ut Lex in termino à quo & ad quem loquatur à proximè elapsa indictione ad proximè elapsam ) omnia reliqua indulgemus. Dat. III. Non. Apr. Ravennæ, Constantio & Constante Coss. ( id est, 3. Apr. A. 414. )

**CCLIII. b.** Intellecto hoc sensu Legis 8. necesse non est, cum *Petavio & Scaligero* ad correctionem numeri indictionum, nec cum *notis ad hanc Legem in edit. nova Codicis Theod.* ad diversa initia indictionum recurrere, & statuere, ab A. 312. primam indictionem, quæ *Italica* dicatur, ab A. 313. Orientalem, & ab A. 314. Carthaginensem inchoari, sed manendum in regula est, à 1<sup>ma</sup> Sept. anni 312. primam, anni 313. secundam, & anni 314. tertiam indictionem iniisse. Quam in rem adhuc indictiones à *Lege 3. Cod. Theod. d. tit. de indulg. debitorum*. commemoratas inspicere, & genuino sensui applicare juvabit; dicitur ibi à Legislatore Honorio, primò: usque in consulatum primum clementiæ nostræ, id est usque indictionem quintam decimam,

cinam, quæ proxima fuerit, reliqua universa concedimus. Consulatum primum gesserat Honorius cum Evodio per annum 386. Indictio XV. hoc eodem anno 1<sup>ma</sup> Septembris, itaque consulatu adhuc per 4 menses durante, coeperat; rectè igitur Honorius vocat indictiorem XV. quæ proxima fuerit consulatui, majore ex parte exacto, & mens ipsius apparet remittendi reliqua usque in consulatum primum, includendo indictiorem XV. quæ in parte consulatûs jam inierat. Dicitur ibidem addò: Post consulatum, verò mansuetudinis nostræ, id est à prima indictiione, in consulatum Olybrii & Proбини omnium reliquorum exactiorem suspendi oportere censemus, donec &c. Id est, ab anno consulatum Honorii sequente 387. à nova indictiione, nempe prima, tunc 1<sup>ma</sup> Sept. ineunte, usque in annum 395. omnia reliqua in suspenso manent, donec meliùs de iis inquisitum fuerit. Dicitur 3<sup>tio</sup>: Ex consulatu sanè Olybrii & Proбини, id est ex nona indictiione, in præsentem diem accelerari solutionem omnium conveniet debitorum &c. Id est, à nona indictiione, quæ 1<sup>ma</sup> Sept. anni 395. durante adhuc consulatu Olybrii & Proбини iniiit; reliqua nec remittuntur, nec suspenduntur, sed eorum solutio acceleranda est. Datum Legis ponitur VII. Kal. Jul. Mediolani, Vincentio & Fravitta Coss. id est, 25. Junii A. 401. Hoc sensu nulla est repugnantia inter indictiões Legis 3. & 8. & simili planè modo conciliandæ aliæ Leges de indictiõibus mentionem facientes; sollicitè enim dispiciendum semper est, an de indictiõne proximè transacta, an de præsentè, seu currente, an verò de imminente sermo sit? & id in Historiographis quoque vel maximè usuvenit, præsertim respectu seculi quarti, & pro parte quinti: nam deinceps major cura discernendarum indictiõnum, secundùm menses adjectos, in historiis reperitur.

Ex hætenus dictis colligere licet, indictiorem communem, & tam à Legibus quàm Historiographis frequentatam esse eam, quam *Petavius* Constantinopolitanam vocat, à prima Septembris quotannis ineuntem. De altera Cæsarea à 24. ejusdem mensis ineunte rara sunt vestigia, & discrepantia 23. dierum haud magnam confusionem gestorum inducere potest. Tertia computatio autem à Januario ad Januarium cujuslibet anni, quam Pontificiam & Romanam dicit *Petavius*, majoris commoditatis gratiã in diplomatibus Pontificiis assumpta esse videtur, ne annus christianus duplici semper indictiõne distingui, & quasi divelli debeat. Interim laxior hæc computatio strictam & propriam determinationem indictiõnum nec tollit, nec turbat, sed ea in omnibus seculis christianis sic contexenda, prout corollario huic infra adjuncta *tabula V.* demonstrat.

**CCLIII. c.** Quando primitus & præcisè numerari coeperint indictiões, parum scire refert, usus certè earum à seculo quarto christiano invaluit: & credibile est, ad finem seculi tertii, aut initium quarti, dum tantopere opiniones in æra Mundi, & Christi inter se dissiderent, alios à Diocletiani initio, neglectis præteritis temporibus tanquam dubiis, computare coepisse, alios porro, qui secula prima christiana haud præterire censabant, aliùs, nempe à Dictatura, seu, ut vocant, Tyrannide Caji Julii Cæsaris orfos esse, ut ea methodo tempus nativitatis Christi, variis agitatam disputationibus, certiore saltem epocha antecedente, nempe Julii Cæsaris, & subsequente Diocletiani, includeretur.

Tempus oceptæ primæ Dictaturæ *Julius Cæsar ipse Libro 2. de bello Gallico cap. 22. prodit, dum de consulatu Marcelli & Lentuli, id est de anno Urbis conditæ 705. agens, dicit: Cæsar Tarracone discessit, pedibusque Narbonem, atque inde Massiliam pervenit: ibi legem de Dictatore latam, seseque Dictatorem dictum, à M. Lepido Prætorè cognoscit. &c. Quibus rebus confectis magis eos (Massilienses) pro nomine & vultate, quàm pro meritis in se civitatis, conservans, duas ibi legiones præsidio relinquit, cæteras in Italiam mittit: ipse ad Urbem proficiscitur. &c. Lib. 3. ad initium* dein subjungit: Dictatore habente comitia Cæsare, consules creantur Cæsar (is ipse) & P. Servilius (hi consules erant A. U. C. 706.) is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. &c.

Quàm gravis indictio conlationum eundem annum 705. vexaverit, testatur idem *Julius Cæsar lib. 1. de bello civili cap. 6. ibi de initio consulatûs Marcelli & Lentuli, itaque mensè Januario agens, ait: De reliquis rebus ad Senatum refertur, totâ ut Italiâ delectus habeatur: Faustus Sulla, pro Prætorè in Mauritaniam mittatur: pecunia uti ex ærario Pompejo detur &c. Totâ Italiâ delectus habentur, arma imperantur, pecunia à municipiis exiguntur &c. Lib. 3. dein, Julius Cæsar, dum jam de suo consulatu & Servilii, igitur de A. U. C. 706. agere incipit, Pompeji copias terrâ marique contra Cæsarem ex Asia & Africa anno præterito U. C. 705. comparatas recenset, & subjicit: magnam imperatam Asiæ, Syriæ, Regibusque omnibus, & Dynastis, & Tetrarchis, & liberis Achaïæ populis, pecuniam exegerat, magnam societates earum, provinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat. &c.*

Julius Cæsar ergo Dictaturam, ceu initium usurpatae summæ in Romanos potestatis, adeptus est in Gallia apud Massiliam A. U. C. 705. potestate autem hac excidit 15. Martii anno U. C. finiente 709. Hoc tempus à Chronico Alexandrino, & Paschali rectè vocatur annorum IV. mensium septem. namque à 15. Martii A. U. C. 709. retrò computatum incidit in mensè Augustum A. V. C. 705. Itaque chronica ea Imperium Cæsaris præcisè à Dictatura accepta inchoant, aut chronologiam aliter circa hæc tempora turbant, dum Dictaturæ locò consulatûs Marcelli & Lentuli, consulatum septem annis posteriorem Pansæ & Hirtii, & similiter neci Cæsaris, locò consulatûs Cæsaris V. & Antonii, consulatum itidem septennio posteriorem Pulchri & Flacci applicant. Consules Hirtius & Pansa nullo modo ad Julium Cæsarem, sed ad Augustum Cæsarem pertinent: hic enim illis in bello occumbentibus primum consulatum adeptus est. Committunt ergo chronica Parachronismum septem consulatum: & is in æram subsequentem christianam per plura secula, errore semper continuato, apud Græcos scriptores, Alexandrino calculo utentes diffunditur. Interim reverà & in recta chronologia Julius Cæsar sub consulatu Marcelli & Lentuli, itaque in A. U. C. 705. Dictator & Monarcha initiatus factus est; ergo, si vera est traditio chronici Alexandrini & Paschalis de initio indictionum conjuncto cum prima Dictatura Cæsaris, primitiva illa indictio à dictis consulibus & A. U. C. 705. à Calendis Septembribus computari debet. Huic supposito optimè correspondet calculus indictio.

ditionum omnibus subsequis seculis observatus, ut ex schemate nunc sub-  
jiciendo liquet:

**CCLIII. d. Schema ab initio indictionum, us-  
que ad annum primum æræ Christianæ  
communis.**

| 1 <sup>ma</sup> Sept.<br>A. U. C. | init<br>Indictio | 1 <sup>ma</sup> Sept.<br>A. U. C. | init<br>Indictio | 1 <sup>ma</sup> Sept.<br>A. U. C. | init<br>Indictio | 1 <sup>ma</sup> Sept.<br>A. U. C. | init<br>Indictio | 1 <sup>ma</sup> Sept.<br>A. U. C. | init<br>Indictio |
|-----------------------------------|------------------|-----------------------------------|------------------|-----------------------------------|------------------|-----------------------------------|------------------|-----------------------------------|------------------|
| 705                               | 1                | 715                               | 11               | 725                               | 6                | 735                               | 1                | 745                               | 11               |
| 706                               | 2                | 716                               | 12               | 726                               | 7                | 736                               | 2                | 746                               | 12               |
| 707                               | 3                | 717                               | 13               | 727                               | 8                | 737                               | 3                | 747                               | 13               |
| 708                               | 4                | 718                               | 14               | 728                               | 9                | 738                               | 4                | 748                               | 14               |
| 709                               | 5                | 719                               | 15               | 729                               | 10               | 739                               | 5                | 749                               | 15               |
| 710                               | 6                | 720                               | 1                | 730                               | 11               | 740                               | 6                | 750                               | 1                |
| 711                               | 7                | 721                               | 2                | 731                               | 12               | 741                               | 7                | 751                               | 2                |
| 712                               | 8                | 722                               | 3                | 732                               | 13               | 742                               | 8                | 752                               | 3                |
| 713                               | 9                | 723                               | 4                | 733                               | 14               | 743                               | 9                | 753                               | 4                |
| 714                               | 10               | 724                               | 5                | 734                               | 15               | 744                               | 10               | 754                               | 5                |

Annus in hoc schemate ultimus U. C. 754. est æræ communis christianæ primus, in eumque ex prædicto supposito incidit ipsissima indictio quinta, quam *tabula V.* huic corollario sub *num. 254. p.* annexa, in columna prima pro anno Christi 1. designat.

Præter Dictaturam autem Caji Julii Cæsaris annus sæpedictus Urbis conditæ 705. secundum superius relata, memorabilis maximè erat ex gravissima indictione Pompejana; ut igitur iis, qui posterioribus temporibus determinationem & calculum annorum à famoso quodam exordio inire volebant, non una ansa sese obtulerit, ad annum U. C. 705. respiciendi, eumque, tanquam Alpha Principatûs Romani certi & stabilis, pro primo quoque æræ novæ indictionalis seligendi, quod & exemplo Antiochenium, suam æram particularem æquè inde ordientium, conveniebat. Testantur de hoc initio indictionum *Chronicon Alexandrinum*, & *Paschale*, quibus sanè, cum ex vetustis notitiis & documentis collectanea, quanquam quandoque vacillantia sint, non omnis fides abroganda, præsertim si alia, uti hîc, accedant adminicula.

Chronicis his adversari videtur *Georgius Syncellus in Chronographia pag. editionis Veneta 243.* dicens: Anno ab orbis natalibus 5460. Augusti Cæsaris annus secundus completur, & init tertius, quo indictio, id est annorum distributio, ejus placito instituta est, teste B. Maximo tractatu de Paschate &c. Ast idem Syncellus eodem loco subjicit: *Æræ sibi propriæ annos Antiocheni hinc exordiuntur numerare.* Atqui communis Chronologorum schola, ut videre est ex *Notis in chronicon Paschale pag. edit. Veneta 431.* & ex *Petavii Rationario temp. P. 11. lib. 3. cap. 14.* indubiis argumentis firmat, æram Antiochenam coepisse in autumnno anni Urbis conditæ 705. Ergo & indictionis initium, quod æræ ei conjungitur, huic anno debetur. Porro annus mundi 5500. in computu Alexandrino, quem Syncellus sequitur, æquivalet juxta *Tabulam II. infra num. 254. m.* anno christi-

næ æræ communis 7. seu Urbis conditæ 760. ergo etiam annus mundi 5460. æquivalet anno U. C. 720 ; atqui in hunc annum juxta paulò *suprà* positum *schema* reverà incidit indictio prima secundæ periodi ; ergo potius inferendum foret, ab Augusto approbatam esse indictionum numerationem, quæ quindecim annis antè apud quosdam in usu esse cœperat. Sequitur nunc

## Schema Parachronismi septem consulatum in Chronico Alexandrino & Paschali.

| CCLIII. e. Interjecti falsi Consulatus.                                | Omisi Consulatus veri.  |
|--|---|
| Ante annum U. C.   | Anno U. C.  |
| 725. Crassi 2dus consulatus cum Augusto.                               | 751. Lentuli & Messalini.   |
| 732. consulatus Celsi & Lepidi.  | Anno æræ Christ.  |
| 737. Lentuli II. & Cornelii.   | 4. Ælii Cati, & Saturnini.  |
| 743. Rubellii & Saturnini.   | 78. Commodi, & Prisci.  |
| Ante annum æræ Christ.   | 80. octavus Titi Vespasiani.  |
| 7. Tiberii Cæsaris, & Capitonis.                                       | 189. duorum Syllanorum.   |
| 15. alter consulatus Sex. Pompeji & Sex. Apuleji, seu duorum Sextorum. | 191. Aproniani & Braduæ.  |
| 30. alter consulatus Rufi & Rubellini, seu duorum Geminorum.           | Summa, Consulatus 6.  |
| 73. quartus consulatus Vespasiani post annum 69.                       | Horum injuriâ omissorum consulatum loca si repleantur per sex paria illegitimè intrusorum consulatum, remanent, quibus à consulatu Hirtii & Pansa incipiendo, nullus locus in factis est, consulatus septem, ergo totidem, quot annis chronologia Chronici Alexandrini in assignando initio indictionum à vero calculo distat. Unde chronicon non in re, sed in assignatione consulatum tantum discrepat, & æquè tot annos, & tot consulatus ab Hirtio & Pansa, quot in recta chronologia sunt à Marcello & Lentulo, numerat, demum quoque ad annum |
| 94. Domitiani & Flavii.  |   |
| 162. alter consulatus M. Aurelii, & L. Veri.                           |   |
| 266. alter consulatus Valeriani & Lucilli.                             |   |
| 274. alter conf. Quieti, & Voldumiani.                                 |   |
| 284. Diocletiani & Bassi.  |   |
| Summa, Consulatus 13.  |   |

Diocletiani primum, illo ipso & Aristobulo Coss. id est A. 285. indictionem quartam, scilicet præsentem seu currentem, adnotat, quod coincidit cum *tabula V. num. 254. p.* quæ in dicto anno 285. mense Septembri, indictionem quintam inchoat, ergo per antè annis tempus indictionem quartam in cursu esse demonstrat.

Incidenter hinc ad controversiam de vero anno passionis Christi *suprà* num. 192. notandum : Si antiqui Ecclesiæ Doctores, qui Christum *duobus Geminis Coss.* passum tradiderunt, fors cum Chronico Paschali & Alexandrino à Christi nativitate repetitos consulatus Tiberii cum Capitone, dein duorum Sextorum, & duorum Geminorum, numeraverint, consulatus horum alter tribus annis posterior evadit, & ad annum passionis, qui in veriore sententia tenetur, nempe æræ communis 33. proximè accedit. Unde salvari pos-



se videretur traditio antiqua, manente tamen anno passionis vero 33. cui ad stipulatur Phlegontis testimonium de defectione insigni-folis, ut supra num. 190.

## De Theophanis chronologia.

**CCLIV.** a. Examinata & sensu genuino intellecta Theophanis chronologia clavis locò inservire potest ad referendas aliorum Græcorum Scriptorum chronologias. Prænotandum autem, familiare ei esse: *gesta annorum ab autumno* in autumnum dispescere; solenne verò & systematicum: anno imperii cuilibet *annum Mundi*, qui in eo año imperii *completur*, adjungere. Prima methodus anno indictionum, quas Theophanes sæpe allegat, nec non Ægyptiaco conformis est, qui ordinante Augusto Cæsare, post Antonium & Cleopatram devictos, principium stabile à 29. Augusti mensis accepit. *Petar. Rat. Temp. P. II. lib. 3. cap. 15.* Secunda methodus laxam sequitur annorum mundi computationem; strictè enim Theophanes gesta post vigesimam Martii à prioribus distinguere, & anno subsequo attribuere deberet. Computatio annorum mundi, quibus Theophanes utitur, nempe Alexandrinorum, tam stricta quàm laxa, ex *Tabula II.* corollario huic num. 254. m. subjecta, dignoscitur, unde ad tabulam eam combinanda nunc mihi erit Theophanis chronologia.

Exordium chronographiæ suæ instituit Theophanes ab *imperii Diocletiani* anno primo, eique annum mundi 5777. conjungit, qui juxta *Tabulam II.* in Martio anni Chr. 284. init, & in Martio A. Chr. 285. finitur. Certum est initium Diocletiani à mense Septembri anni æræ Christianæ communis 284. Ecclesia quidem, non attentis 4. mensibus postremis hujus anni, primum annum Diocletiani à 1ma Januarii A. 285. numerare cœpit, namque *Chronicon Paschale & Alexandrinum* disertè ait: *à consulatu Diocletiani II. & Aristobuli anni Diocletiani statuuntur in Paschali.* Theophanes autem annum cum Diocletiani primum à Septembri A. Chr. 284. usque in Septembrem 285. computat. Dum ergo huic anno imperii annum mundi 5777. adjungit, systema suum prodit, annos mundi eos à se intelligi, qui in anno regnorum quolibet *compleuntur*, quod & confirmat regula chronologica à Theophane ad mortem Zenonis tradita, de qua infra num. 254. c.

In anno ultimo seu vigesimo Diocletiani Theophanes, mentione breviter de imperio & morte *Constantii Cblori* injecta, & nullo speciali post Diocletianum regiminis anno assignato, statim transitum facit ad Constantinum Magnum, ejusque initio in Galliis & Britannia alligat annum proximum mundi 5797. qui juxta *Tab. II.* à 21. Martii anno Chr. 304. usque ad 20. Martii A. 305. procurrit; tunc autem nondum Constantinus à patre Gallias, ut Cæsar, regendas acceperat, sed post Martium A. 305. ergo annus mundi 5797. ante imperium Constantini complebatur, & Theophanes simpliciter eum annum, quo in Galliis & Britannia Constantius ab Aprili A. 304. usque in æstatem A. 305. solus regnavit, præterit & perdit, nec eum nisi in imperio demum Juliani recuperat.

Anno 20. Constantini, mundi autem 5816. (is est in *Tabula II.* annus Chr. 323. à Martio usque in Martium A. 324.) indictione XII. mensis Maji die 20. refert Theophanes celebratum esse *Concilium Nicanum primum.* Continuat hic error supradictus omisi unius anni, & reponi debet annus mundi

di 5817. qui complebatur in anno concilii celebrati, Christi 325. porro indictio XII. quæ annum 324. usque ad Septembrem respicit, æquè corrigenda est in decimam tertiam. Non solus autem Theophanes in anno hujus concilii erravit, sed plures alii. *vid. Petav. Rat. Temp. P. II. lib. 4. cap. 12.*

Anno Constantini 28. mundi 5824. indictione VII. imminente, fames Orienti infesta refertur. In anno mundi par est error, & intelligendus annus 5825. qui in anno Chr. 333. finiit. In indictione non est error, sed ea annum hunc jam Septembri propinquum rectè denotat. Ex his duobus locis de anno Constantini 20. & 28. specialiter colligendum, quòd Theophanes indictiones, non suo calculo de anno in annum deductas, sed ab antiquioribus traditas afferat: si enim suo calculo indictiones formâisset, assignata indictione XII. præsentem pro anno 20. debuisset necessariò assignare indictionem V. præsentem vel VI. imminetentem pro A. 28. In hoc anno ergo natus est auctorem, qui rectè tradidit indictionem pro fame, in illo auctorem, qui erroneè concilium uno anno anticipavit.

Anno Constantini 32. seu ultimo, mundi 5828. computat Theophanes imperii ejus tempus annos 31. menses decem. Hinc apertè patet *omissio unius anni* inter Diocletiani & Constantini imperium; ille abdicavit A. Chr. 304. Aprilis 1. hic mortuus A. Chr. 337. Maji 22. tempus intermedium est 33. non 32. annorum; unde annus mundi in Theophanis methodo ex *Tab. II.* ponendus 5829.

Anno Constantii ultimo seu 24. adjicit Theophanes in verbis: numerato tunc temporis universi Orbis anno 5852. duodecimâ, post undecimam exactam, annorum 532. redeunte periodo. Hic fuisset locus, generalem notam chronologicam ceu regulam temporum dimensurandorum tradendi, dum undecim periodi mundi exivissent, & duodecima ordiretur. Sic Chronicon Paschale, sui Systhematis regulam de inchoante nova periodo 532. annorum, sedecim annis antè, nempe ad consulatum Leontii & Salustii, id est, ad annum æræ christianæ communis 344. expresso hoc consulatu, addita quoque indictione, ita ut nullum dubium de anno relinqueretur, patefecit. Theophanes autem, ut videtur, ipse de hoc tempore dubius, suo periodico initio nec annum computûs Romani seu Constantinopolitani, nec indictionem apposuit, sed regulam suam differt in certius tempus anni mundi 5983. ut infra videbitur. Error itaque anni omissi adhuc hic operatur, & annus 5852. non in anno emortuali Constantii, seu christiano 361. sed in præcedente 360. Martii 20. expiravit.

Anno *Juliani* ultimo seu 3. numerat annum mundi 5855. imperii annos 2. menses 9. mortuum dicit mensis Januarii (corrigendum Junii) die 26. indictione VI. Anno *Joviani* unico, mundi 5856. tribuit ejus imperio menses 9. dies 15. In hoc calculo, sub imperio Juliani, & Joviani, exacti sunt anni 3. menses 6. dies 15. in vero autem calculo scriptorum coævorum non regnârunt nisi annos 2. menses 5. dies 15. Nunc ergo Theophanes *annum Constantii Cblori omissum* hic recuperat, & jam uterque Juliani & Joviani annus emortualis secundum methodum in Diocletiano coeptam procedit, indictio VI. etiam Junio anni 363. rectè congruit.

**CCLIV. b.** Anno *Valentiniani majoris* ultimo seu 11. mundi 5867. mensis Nov. die 17. indictione III. mortuus Valentinianus in quodam Galliæ castello. Ita *Theophanes*. Galliæ castellum non erat, sed Pannoniæ, & indictio III. ante semialterum mensem jam exierat; unde strictè loquendo indictio

IV. inchoata nominari debuisset. Annus mundi 5867. finit in anno emortuali Valentiniani, id est christianæ æræ 375. in Martio; unde systemati Theophanis convenit.

Annus *Valentis* ultimus, mundi 5870. æquè correspondet systemati Theophanis, namque in anno Chr. 378. mense Martio finiit ille annus mundi, & mense Augusto Valens extinctus est.

*Theodosii Magni* ultimo anno minùs rectè annus mundi 5886. sed primo anno successoris ejus & filii Arcadii rectè annus mundi 5887. jungitur, finit enim hic in Martio A. Chr. 395. itaque in primo anno imperii Arcadii.

Ultimo anno Arcadii alligatur annus mundi 5900. & rectè, mortuus namque est A. Chr. 408. Maji 1. & ante semialterum mensem exierat annus mundi 5900. locò Maji in Theophane per errorem Augustus mensis invenitur, ut errorem hunc ipse calculus Theophanis prodit, dum dicit, Arcadium à morte patris regnâsse annos 14. menses 3. & dies 14. quod tempori imperii ab A. 395. Januarii 17. usque ad A. 408. Maji primam rectissimè convenit.

*Theodosii Junioris* anno ultimo alligatur annus mundi 5942. itidem rectè, quia exierat in A. Chr. 450. in Martio, antequam Theodosius mensis Junii die 20. moreretur.

*Marciani* imperii anno primo assignatur annus mundi 5943. æquè rectè, quia complebatur A. Chr. 451. in Martio, antequam annus primus Marciani circa Augustum elaboretur.

Anno dein 5944. subjicit Theophanes: Hoc anno sancta & quarta Synodus Chalcedone celebrata est, mense Octobri, indictione quinta, Marciano jam unum añum & duos menses imperante. Hic jam reflexè recurrendum ad prænotatum suprâ primum: Theophani familiare esse, annos regnorum describere ab autumno ad autumnum. Mortuus certè est Theodosius A. Chr. 450. in Junio, quod & indictio III. probat. Renuntiatum est Marcianus Imperator eodem anno circa Augustum mensem. Theophanes tamen hoc initium tanquam jam autumno proximum, statim sequente año insignit, itaque annum primum Marciani ab autumno 450. in autumnum 451. definit, & abhinc annum secundum inchoat, in ejusque primordio concilium celebratum esse recenset, adeoque hinc nondum de A. Chr. 452. agit, sed de fine anni 451. & postmodum annus mundi 5944. in sequente anno Christi 452. mense Martio finiebatur, antequam secundus annus imperii Marciani efflueret.

Cæterum Theophanes in anno primo Marciani ab autumno 450. ut dictum, usque in autumnum 451. excurrente, cladem *Attilæ* in Galliis, & dein ad annum mundi 5946. seu annum Marciani quartum (qui ab autumno A. Chr. 453. in autumnum A. 454. procurrat) mortem *Attilæ* rectè collocat, quoniam autem eum annum in suo supposito pro anno Divinæ incarnationis 446. habet, Hungaricos Annales ex Græcorum supputatione inductos esse credibile est, ut *Attilæ* mortem anno Christi 445. assererent.

**CCLIV. c.** *Leo Senior* iniit Imperium eodem anno mundi 5949. quo mortuus Marcianus, mense Februario, indictione X. regnavit septendecim annis, mortuus est anno mundi 5966. mense Januario, indictione XII. ut omnia hæc *Theophanes* habet, id est, regnavit à Februario A. Chr. 457. usque ad Januarium A. 474. per annos ferme completos 17. Annus mundi 5949. in systemate Theophanis rectè positus est, finitur enim A. Chr. 457. in Martio

tio, itaque currente primo anno Leonis. Annus autem 5966. quidem femialtero mense post mortem Leonis exiit, non longè tamen finis is anni à fine Leonis aberat; unde Theophanes hunc annum pro fine Leonis, & sequentem pro initio Zenonis ponere maluit, ut sic in Zenonis anno ultimo ad ordinem perfectissimum perveniret.

Ad decessum *Zenonis*, & initium *Anastasi*, Theophanes notam demum generalem chronologicam apponit his verbis: annus, quo Zeno mortuus est & Anastasius imperare cœpit, ab Adamo 5999. apud Romanos numeratur, qui juxta diligentiolem & veriolem Alexandrinorum calculum 5983. à Diocletiani imperio 207. à Divina incarnatione 483. indictione XIV. notatur. Coronatus est Anastasius præfata indictione XIV. mensis Aprilis 14. magnâ Paschalis solennitatis feriâ V. in Circi sedili. Omnia hæc præter diem Aprilis rectissima sunt. Annus mundi secundum Romanos, id est, Neo-Romanos, seu Constantinopolitanos 5999. cœperat juxta *Tabulam I. huic Corollario num. 254. l. subjunctam* A. Chr. 490. & finiebat A. Chr. 491. Martii 20. Zeno decedebat, & Anastasius succedebat in Aprili sequente, inchoato jam per 20. dies novo anno mundi 6000. *Chronicon Paschale*, quod & *Alexandrinum* vocatur, in Imperatore Zenone, imperio ejus 17. annorum imputato, colligit hunc numerum annorum 6000. adeoque de cœpto anno loquitur; Theophanes autem regulæ suæ, vel potiùs scriptoris ex quo hausit, chronologicæ, ut par erat, adjicit annum ante totidem dies completum 5999. Pari modo procedit in anno mundi Alexandrino 5983. is enim juxta *Tabulam II. æquè finiebat* in eodem A. Chr. 491. Martii 20. Porro anno huic Christi rectè correspondent anni à Diocletiani initio 207. si enim annus 285. primus est Diocletiani, sequitur annus 385. esse centesimum primum, 485. ducentesimum primum, & 491. ducentesimum septimum. Annus incarnationis secundum Theophanem 483. congruit ejus supposito diverso à sententia communi. Indictionem rectè citari ostendit *Tabula V.* Indictio enim XIV. cœperat à Septembri A. Chr. 490. & in mense Aprili 491. de quo agitur, adhuc *presens* seu currens erat usque ad Septembrem. In solo die coronationis Anastasii error est, & secundum peritorum calculum in decimam quartam Aprilis A. Chr. 491. ipsum festum Paschatis, non ergo feria V. majoris hebdomadæ antecedentis, sed in 11. Aprilis incidebat; unde numerus 14. hic vel transpositus, vel à Librariis adfutus est.

*Anastasi* finis has notas à Theophane habet: anno Mundi 6010. Indictione XI. Mensis Aprilis die 9. exactis in imperio annis 27. mensibus 7. anno à Diocletiani imperio 234. Pro Aprilis 9. reponendum Julii 9. & pro mensibus septem, menses tres, cætera recta sunt; indictio enim XI. certum facit annum Chr. 518. in cujus mense Martio finierat annus mundi 6010.

**CCLIV. d.** Anno *Justini majoris* 8vo. mundi 6018. primò Theophanes refert deflagrationem Antiochenæ civitatis mense Octobri, indictione IV. dein everisionem ejusdem Urbis per terribilem terræ motum, Maji mensis 20. horâ 7. indictione eadem, Olybrio Romæ consulatum gerente. Prior relatio de incendio in mense Octobri pertinet (ut indictio docet) ad A. Chr. 525. posterior de terræ motu in Majo (ut itidem indictio, & consulatus simul docet) ad A. Chr. 526. Annus mundi 6018. secundum *Tabulam II.*  
mic-

inierat à 21. Martii A. Chr. 525. & finiebatur 20. Martii A. Chr. 526. Incendium igitur anno eo 6018. strictè computato contigit, sed terræ motus anno sequente jam per duos menses inchoato 6019. Theophanes autem utrumque infortunium anno eidem 6018. adscribit; unde hîc clarè patet veritas utriusque prænotati, Theophani familiare esse, annos regnorum ab autumno in autumnum computare, solenne autem & systhematicum, iisdem eum annum mundi adungere, qui durante anno regni complementum capiebat.

Methodus modò dicta Theophanis apparet quoque ex pluribus annis Imperii *Justiniani II.* v. g. anno Justiniani 2. mundi 6021. recensetur novus terræ motus, qui Antiochiam affixit mense Nov. die 29. horâ 3. feriâ IV. indictione VII. (igitur A. Chr. 528.) dein diversa alia de mensibus Martio, Aprili, Majo, Junio, Julio, ejusdem indictionis (ergo de A. Chr. 529. in cujus mense Martio annus mundi 6021. finiebat) subjunguntur. Item anno Justiniani 15. mundi 6034. mense Octobri, indictione V. (A. Chr. 541.) horrenda mortalitas Byzantii, mense Augusto verò die 16. eâdem indictione (A. Chr. 542.) ingens terræ motus Constantinopoli fuisse refertur. Porro anno Justiniani 25. mundi 6044. primùm de mense Septembri, indictione XV. (A. Chr. 551.) dein de Augusto mense (A. Chr. 552.) agitur; anno autem Justiniani 27. mundi 6046. nullâ præmissâ, itaque deficiente, relatione de mensibus prioribus, de Augusto mense, indictione II. (A. Chr. 554.) relatio inchoatur. Inde colligendum, Theophanem de autumno in autumnum scribere, quoniam, si à mense, quo Imperium obtinuit Justinianus, scriberet, Aprilis jam, vel saltem Augustus mensis, ad sequentem annum imperii seponendus fuisset.

Anno Justiniani 37. mundi 6056. Theophanes refert de mensibus Octobri, Novembri, Decembri, indictionis XII. ergo anni Chr. 563, nihil autem referendum habuit de toto anno Chr. 564. sed in sequenti anno Imperii 38. mundi 6057. mortem Belisarii refert mense Martio, indictione XIII. (A. Chr. 565.) Justiniani autem mense Novembri, indictione XIV. jam currente, itaque eodem anno Chr. & hîc annum eum ultimum in Novembrem usque profequitur, ut finis Justiniani ei includeretur.

*Justinii junioris* imperii annos, licet reverà mediâ Novembris cœperint, tamen ab ineunte autumno describit Theophanes, ut ex anno Justinii 8. mundi 6065. apparet, ubi infirmitatem Justinii mense Octobri (A. Chr. 572.) præmittit, & pugnam cum Persis, quæ jam ad A. Chr. 573. pertinet, subjicit. Clariùs id adhuc confirmatur in anno Justinii ultimo seu 13. mundi 6070. cui accenset primò restitutionem Eutychie in Patriarchatum Constantinopolitanum, mense Octobri, indictione XI. (restitutus is Octobris 3. A. Chr. 577. *Petav. Rat. Temp. P. I. lib. 7. cap. 12.*) dein mortem Justinii, & coronationem Tiberii II. quæ mense Octobri, indictione XII. itaque A. Chr. 578. peracta est.

Anno sequenti, *Tiberii 2mo*, mundi 6071. cum non haberet, quæ de A. Chr. 579. referret, coronationis mentionem additis mense & indictione, repetit, dein Augustæ Anastasiæ coronationem refert, quæ æquè anno Chr. 578. finiente adhuc secuta est, cum sparsionem muneris consularis in populum, itaque Januarium anni Chr. 579. præcesserit.

Anno Tiberii ultimo seu 4. mundi 6074. Theophanes mortem Eutychie Patriarchæ, mense Aprili, die 6. indictione XV. & coronationem Mauricii Imperatoris, mense Augusto, die 14. indictione eadem XV. (A. Chr. 582.)

nec non Imperii Tiberii annos 3. menses 10. dies 8. ( non imputato primo & ultimo die , utpote incompleto ) rectissimè refert.

*Mauricii* Imperii annos , qui à media Augusti cœperant , à Septembri pro more suo Theophanes incipit. Sic anno Mauricii 6. mundi 6080. bellum Langobardicum , mense Septembri , indictione VI. ( A. Chr. 587. ) dein bellum Persicum ad A. Chr. 588. pertinens narrat.

Anno Mauricii ultimo seu 20. mundi 6094. agitur primùm de nuptiis filii Mauricii , mense Novembri , indictione V. itaque de anno Chr. finiente 601. dein de aliis gestis à Januario in autumnum usque anni Chr. 602.

*CCLIV. e. Phoca* initium anno 6095. mense Novembri , indictione VI. ergo anno Chr. 602. finiente , dein rebellio Narsetis ad A. Chr. 603. pertinens commemoratur. Phocas regnavit ab A. Chr. 602. Nov. 25. usque ad A. Chr. 610. Oct. 6. igitur annos 7. menses 10. dies 12. seu annos fermè 8. Theophanes autem ei non tribuit nisi annos 7. & pro anno ejus ultimo assignat annum mundi 6101. qui ( ut *Tabula II.* monstrat ) finiit in Martio A. Chr. 609. secundùm systhema prius verò debuisset assignari annus mundi 6102. qui elabebatur in Martio A. Chr. 610. cujus anni mense Octobri desiit regnare Phocas. Ergo hìc iterum in errorem incidit Theophanes , & præterit totum annum. Errorem hunc continuat in *Heraclio* , cujus primo Imperii anno conjungit annum mundi 6102. qui secundùm *Tabulam II.* finiit in Martio A. Chr. 610. ergo non in anno Heraclii primo , sed sex mensibus antè , quàm Heraclius imperio potiretur. Hic error continuatur per totum Imperium Heraclii , & manifestus est per indictiones adjectas : v. g. annus Heraclii primus , mundi 6102. notatur ab Octobri in Majum indictione XIV ; annus 2. mundi 6103. in Majo indictione XV ; annus 12. mundi 6113. in Aprili , indictione X ; &c. inde clarum fit , anno primo deberi annum Chr. 611. anno secundo 612. anno duodecimo 622. itaque & in systhemate Theophanis applicari debuisse anno primo Heraclii annum mundi in eodem anno primo regni finitum 6103 ; anno secundo 6104 ; & anno duodecimo 6114. Emendatur hic lapsus ad finem Heraclii imperii : Heraclium post imperii annos 30. menses 10. anno mundi 6132. mense Martio , indictione XIV. mortuum esse dicit Theophanes , & ei successisse filium Constantinum per menses 4. dein verò filium alterum Heracleonam cum matre Martina. Huic alteri filio specialem & separatam assignat annum mundi 6133. ubi quidem in ordinem reditur , sed suppositum deficit : Heraclius mortuus est anno mundi , in systhemate Theophanis rectificato , 6133. intra novem dies exspiraturo , nempe Christi ( ut *Indictio* docet ) 641. mensis Martii ( ut *Cedrenus* prodit ) die 11. regnavit ergo à die initii ex indictione ab ipso Theophane allata certi , mensis Octobris 6. A. Chr. 610 , annos 30. menses 5. dies 6. *Constantinus* filius post eum , teste *Nicephoro Patriarcha* , regnavit dies 103. id est , menses 3. dies 12. ergo mortuus eodem , quo pater , anno Chr. 641. Junii 22. *Heracleonas* & *Martina* imperium tenuerunt , ut *Cedrenus* iterum refert , menses 6. ergo in exilium acti anno eodem 641. in Decembri. Inde concludendum : Heracleonæ & Martinæ separatam annum regiminis non deberi , sed annum , qui hìc abundat , retrahendum ad initium Heraclii. Ast *felix* est iste *error Theophanis* , & facili emendatione per indictiones peractâ , gratè admodùm suscipiendus ; ille enim docet , à Theophane allegari indictiones non suo calculo formatas , sed per manus majorum rebus narratis cœvorum traditas , adeoque omni fide dignas. Qui etenim fieri potuisset , ut Theophanes ad  
Novem-

Novembrem primi anni Phocæ indictionem sextam, & ad Octobrem finientis imperii Phocæ & initiantis Heraclii indictionem decimam quartam afferret, si ex suo computu indictiones disposuisset, cum hoc pacto Phocæ imperium non septennale, sed octennale necessario deprehendere, & erroris se ipsum convincere debuisset.

Ex hisce apparet *ingenuitas Theophanis*, & veritas asserti ejus in præfatione chronographiæ suæ, in verbis: multis voluminibus diligentius exquisitis, & quantum facultas & ingenium dedit, examinatis, præsentem Chronographiam &c. qua par fuit sedulitate, ex proprio penu nil depromentes, aut conferentes, in unum congestimus: quin potius selectis ex veteribus Historicis, vel Rhetoribus plerisque, singulorum acta per annos & tempora pulchro ordine cuncta disposuimus: ut quoto quoque anno rem gestam vel facinus editum &c. lector in promptu habeat, & in propatulo. Ita ille: cui officio & satisfecit, relata fide digniora veterum collegit, ea respectu annorum mundi conditi, & Verbi incarnati in ordinem, qui ex supposito primo anno Diocletiani, & collectis semper regnorum annis progreditur, suomet calculo redegit, acta verò ipsa, uti & indictiones, quarum crisin non suscepit, in tenore tradito fideliter reliquit, maximo posteritatis beneficio, cui per genuinam indictionum traditionem combinatio penitior chronologiæ Theophanis salva mansit.

**CCLIV. f. Constantis II.** Imperium jam iterum recto ordini & systemati Theophanis alligatum est: v. g. annus Constantis 8. Mundi 6141. complebatur secundum *Tab. II.* in anno Chr. 649. & hic annus aliunde constat, namque in eo concilium Romanum contra Monothelitas, de quo hic agitur, celebratum est. *Petav. Rat. Temp. P. I. lib. 8. cap. 1.*

Anno Constantis 17. Mundi 6150. mense Dæsiō seu Junio, indictione II. Theophanes refert magnum terræ motum per Palæstinam & Syriam exortum esse. Annus Mundi rectè allegatur, is enim complebatur A. Chr. 658. in Martio. Ast, ut indictio II. competat, vel pro mense Dæsiō reponendum est mense Dio, id est Novembri, vel indictio intelligenda *imminens*, cum post Junium adhuc duo menses indictioni primæ finienti subsint.

Anno Constantis ultimo seu 27. Mundi 6160. completo rectè correspondet annus 668. christianus, quo pariter finiente elabebantur 27. anni Imperii Constantis.

Anno *Constantini Pogonati* 11. Mundi 6171. completo (id est A. C. 679.) mense Aprili, notatur in editione Theophanis indictio prima; id apertum errorem librariorum involvit, reponenda est indictio VII. ut antecedentes & subsequentes indictiones demonstrant.

Anno *Constantini Pogonati* 12. Mundi 6172. completo (id est, Christi 680.) refert Theophanes celebratum esse *sextum generale Concilium Constantinopoli*, & rectè, namque ex *Anastasio Bibliothecario* constat, id concilium indictione IX. Novembri mense, ergo A. Chr. 680. finiente, coeptum, & sequenti anno terminatum esse: *Petav. Rat. Temp. P. I. lib. 8. cap. 1.* unde & prioris anni indictio rectificationem accipit, quòd usque ad Septembrem septima, & ab inde octava fuerit. *Cedrenus* dicit, celebratum esse concilium anno 13. Constantini, quod intelligendum de terminatione concilii, non de initio.



**CCLIV. g.** Anno Constantini Pogonati ultimo feu 17. Mundi 6177. completo (Christi 685.) Theophanes nec mensem obitûs Constantini, nec indictionem adjicit, & similiter imperium successorum aliquot, *Justiniani II. Leontii, Tiberii Apfimari, & Justiniani iterum* imperio adepti, notis chronologicis specialibus destituit, notam tamen generalem supra Num. 249. b. jam extractam subjicit, quâ contra eos, qui canones concilii sexti quadrienniô post editos affirmant, disputat, & *accurata temporum rationi & designationi convenire* dicit, à concilii celebratione usque ad canonum editionem intermedios fuisse annos 27. quod ex annis tam Imperatorum, quàm Patriarcharum Constantinopolitanorum, atque ex ipso canonum editorum tenore indictionis quartæ jam *præterita*, & anni 6199. mentionem faciente firmat.

Ex hac igitur nota generali sequentia inferenda: 1mò. quarta indictio præterita, quam canon tertius memorat, & dies decimus quintus mensis Januarii præteriti, absolutè denotant annum christianæ æræ communis 706. inchoantem, indictio enim quarta inierat 1mâ Septembris A. 705. 2dò. cùm canon vocet *præteritam indictionem quartam*, compositus est canon ille indictione quinta jam currente, itaque post Septembrem A. Chr. 706. 3tiò. dum æquè canon *præteritum* nominat *Januarium mensem*, compositio ejus non videtur excedere Januarium anni Chr. 707. 4tò. confirmatur id ex Theophanis assertis, quòd promulgatio canonum facta sit anno secundo (intelligendum inchoato) Justiniani Imperio restituti, & abhinc, usque ad primum (malè editur quartum, nam ipse textus ulterior errorem prodit, & Philippicus haud multum ultra annos duos regnavit) Philippici Imperii annum, *anni quinque intercedant*; cùm igitur Justinianus restitutus annos tantum 6. regnaverit, annus secundus, quo promulgati canones, debebat initians esse, ut quinque anni adhuc locum habeant. 5tò. ab hac quinta indictione anni Chr. 707. computando retrò 27. annos pervenitur ad indictionem nonam, quâ, & quidem inchoante, ut supra dictum est, celebratum fuit concilium sextum anno Chr. 680. finiente. 6tò. quartam indictionem conjungit canon cum anno Mundi 6199. & is est annus primus Justiniani restituti, seu christianæ æræ communis 706. Econtra Theophanes eum primum annum Justiniani restituti numerat Mundi 6198. ergo concilium annos Mundi in laxa secunda computatione, Theophanes autem in laxa prima accipit, id est, Theophanes jungit anno Christi annum Mundi in Martio completum, concilium verò annum mundi in Martio inchoantem.

His præmissis, non suppetit fermè alius modus, annos regnorum à Constantino Pogonato, usque ad Leonem Isaurum definiendi, quàm per annos mundi, quos Theophanes initio cujuslibet Imperantis assignat, schema igitur tale est:

| Imperator.                   | Cæpit Anno Mundi<br>secundùm Theo-<br>phanem. | Annus is Mundi<br>completur in Mar-<br>tio Anni Christi. |
|------------------------------|---|--|
| Justinianus II.              | - - 6178                                      | - - 686  |
| Leontius                     | - - 6188                                      | - - 696  |
| Tiberius Apfimaricus         | - - 6191                                      | - - 699  |
| Justinianus II. restitutus.  | - - 6198                                      | - - 706  |
| Philippicus Bardanes.        | - - 6204                                      | - - 712  |
| Artemius, seu Anastasius II. | - - 6206                                      | - - 714  |
| Theodosius Adramyttenus.     | - - 6208                                      | - - 716  |
| Leo Isaurus.                 | - - 6209                                      | - - 717  |

CCLIV.

**CCLIV. b.** Hæc epocha Tyrannorum magis, quàm Imperatorum, ut calamitatibus publicis foedata, ita & scriptoribus, qui gesta distinctione accurata temporum illustrarent, orbata fuit; cui defectui nec *Theophanes*, quam ætati illi proximus, remedium aut supplementum scivit, nec *Cedrenus*: quin potius is, neglectis indictionibus, aliisque specialioribus chronologicis notis, compendium historiarum, quod vocat, folis fermè regnorum annis discriminare contentus fuit. Id tamen notari meretur, cum in mundi annis, rarò historiæ suæ inspersis, post Constantinum Magnum usque ad Constantem II. numero semper uno anteriorem, abhinc verò parem, & fors excerptorem esse Theophanis, ita ut ille annis ab hoc assertis fidem omnino accomodaverit. Malo itaque & ego Theophani in re, ut ut adhuc dubia, acquiescere, quàm cum *Petavio Rat. Temp. P. I. lib. 8. cap. 3.* cujuslibet Imperatoris initio annum *integrum* contra Theophanis calculum detrahere.

Unum tamen *acerbius assertum Petavii* præterire nequeo, dum Theophanem & Nicephorum in recensendo fine Philippici pridie Pentecostes, & commemorandis simul ludis Natalitiis Urbis Constantinopolis, falsitatis insimulat, ex falso suo supposito, illos diem Natalitiorum, qui est XI. Maji, eundem credidisse cum die pridie Pentecostes, qui valde diversus fuit, nempe A. 713. Junii 3. A. 714. Maji 26. in sequentem diem enim illis annis festum Pentecostale ipsum incidit. Sed rogo, nunquid Patriarcha Constantinopolitanus Nicephorus, & Theophanes ibidem natus, scivit diem Natalitiorum æquè ac Pentecostes? quî ergo falsè ipsis impingi potuit, hos dies in dethronisatione Philippici concurrisse? dicunt sanè, Philippicum, peractis *demum* ludis, grandi equo vectum processisse cum apparatu scenico, Sabbato Pentecostes: sed non dicunt eam processionem ipso die ludorum contigisse; victrix exstiterat Prasinorum factio, cui Philippicus favebat, in certamine ludicro undecima Maji, anno, ut Theophanes calculat, 714. placuit dein Imperatori, 26. ejusdem mensis pridie Pentecostes publicè & cum comitatu Prasinorum incedere, talitèrque festa pentecostalia auspicari. Cur ergo fingi vult, cum ipso die ludorum, qui certamini magis destinatus erat, tantum publicè processisse, & non *repetitum ad placitum*, & ad ostentandam Prasinorum victoriam pridie Pentecostes? Sive ergo Philippicus imperio motus est A. 714. Maji 26. sive, ut vult Petavius, A. 713. Junii 3. semper id tamen fuit post ludos & processio scenica repetita Historiographo utrique docto & ætati ei proximo negari haud licebit. Quanquam de cætero ipsius Petavii asserta pro A. 714. faciant: ex Anastasio enim agnoscit, non nisi post Octobrem A. 711. Philippici Imperium cœpisse, quod biennale superadditis aliquot mensibus computat: itaque biennio solo jam ad finem anni 713. progreditur, ita ut Junius ejus anni minimè finem regno imponere potuerit, sed cum pridie Pentecostes dies ille terminativus esse debeat, necessariò quasi dies 26. Maji A. 714. agnoscendus sit. Quidquid de regno jam Artemii, mensè Octobri, indictione XII. ex Baronio afferatur; malo enim facilem corruptionem sive in indictione, sive in nomine Imperantis, librariorum seu negligentiae seu procacitati, quàm viris duobus fermè coævis, & Historiam profitentibus ignorantiam crassam seu Natalitiorum seu Pentecostes diei aut falsitatem in allegando tam solenni die depositi Philippi imputare.

Hæc pro defensanda fide eorum Scriptorum, ex quibus multa admodum pro originibus Slavicis mihi suppeditata sunt, invitus quasi, & sine invidia *Petavii* dixerim, utpote quem virum eruditissimum, & omnem fermè chronologiam totius mundi, opere Atlantico, amplexatum, summè suspicio, est

vastitatem & spinositatem subjectæ hujus materiæ dictatorem in omnibus & per omnia sequendum non existimavi; nemo enim in chronologicis scripsit; nemo scribet, qui immunem se ab omni sphalmate dicere posset.

**CCLIV.** *v.* Diverticulo hoc absoluto superest dispicere, an Theophanes in systemate annorum Mundi, quod hucusque (intervallo duplici, ab A. Chr. 304. usque 361. & ab A. 610. usque 641. excepto) observavit, à Leonis Isauri imperio usque ad finem historiæ suæ perseveret? Ad annum *Leonis Isauri* ultimum seu 24. Theophanes rationem chronologiæ generalem init, vel potius ex aliorum traditis depromit, & has notas ponit: erat is annus à mundi conditu & ætatis Adami 6248. juxta Romanorum computum: juxta Ægyptios, intellige Alexandrinos, 6232. à Philippo Macedone 1063, igitur à mensis Martii 25. Indictione XV. ad mensis Junii diem 18. Indictione IX. Leo imperavit. Ex his notis certus imprimis est annus & dies initi à Leone Imperii, nempe A. æræ chr. com. 717. Martii 25. Huic initio annotaverat Theophanes annum Mundi 6209. quem & *Cedrenus* habet; is annus correspondet systemati perpetuo Theophanis annos completos numeranti. Annus finalis Leonis Imperii certus itidem est ex indictione adjecta, & procedit in annum Chr. 741. usque ad mensem Junium; indictio hic pugnat cum anno Mundi 6232. is jam exierat in Martio A. Chr. 740. ut *Tabula II.* monstrat. Similiter in hoc anno exspiraverat annus Mundi secundum Romanos seu Constantinopolitanos 6248. ut *Tabula I.* indicat, & præterea *chronicon Paschale* seu *Alexandrinum* docet, quod in Heraclio desinit: colligit id ad Imperium Phocæ, itaque ad initium Heraclii annos 6119. Is annus Mundi inierat in Martio anni Chr. 610. ergo manendo in hoc systemate chronici, in Martio 740. iniiit annus Mundi Constantinopolitanus 6249. & finiit in Martio A. Chr. 741. consequenter annus is Mundi 6249. ponendus erat, non 6248. Annus Philippius 1063. tam convenit anno Chr. 740. finienti, quam 741. usque ad autumnum currenti.

*Censorinus* (ut *seccióne 7. num. 167.* videndum) dicit: in anno scriptio- nis suæ, Chr. 238. annos Philippicos consummari 562: non intelligendum id, quasi annus Phil. 562. completeretur in anno Chr. 238. sed quod in summam veniat, itaque *ineat*, prout omnes anni, quos cum anno scriptio- nis suæ comparat Censorinus, sunt inchoati, non verò completi: ab autumno igitur anni Chr. 238. usque ad autumnum A. Chr. 740. elapsi sunt anni 502. his ad 561. annos tempore Censorini in A. Chr. 238. elapsos additis, fiunt anni Philippii in autumno A. Chr. 740. elapsi 1063.

Annum primum *Constantini Copronymi* (qui ab eodem die, quo pater Leo mortuus, incipit) Theophanes anno mundi 6233. insignit. Hic finiit in Martio A. Chr. 741. ergo ante imperium à Constantino susceptum. Annum ultimum Constantini Theophanes numerat Imperii 35. mundi 6267. indictionis præsentis XIII. Morti ejus diem assignat 14. Sept. indictione XIV. incunte. Hic annus sine omni dubio est æræ christianæ 775. & in eodem anno in Martio exierat annus mundi 6267. Finis igitur Constantini conformis est chronologico systemati Theophanis, sed initium Constantini unà cum fine Leonis recedit ab eodem systemate. Secessio hæc effectum suum per totum Constantini imperium exerit, & chronologiam ita commiserit, ut ordo de anno in annum æqualiter procedens vix assignari queat; cumque ex hac epocha pro Slavicis originibus nihil emutuandum duxerim, adeoque in-  
stituto

stituto meo penitior chronologica hujus temporis inquisitio haud subserviat; sufficet, sequentes notas magis obvias huc adnectere:

*CCLIV. ii.* Imò. Nota generalis fini Leonis adjecta sic extricanda est: ad annum ultimum Leonis Theophanes principaliter recenset terræ motum horrendum, Constantinopoli mensis Octobris die 26. indictione IX. (itaque ad finem anni Chr. 740.) obortum, & ruinas inde, tum Constantinopoli, tum alibi caufatas; huicque infortunio subjicit notam supra extractam, *erat is annus à mundi conditu &c.* Dein transitum facit ad Leonis mortem mensis Junii die 18. ejusdem indictionis nonæ, qui mensis Junius jam afficit annum Chr. 741. Nota ergo de anno mundi non respicit mortem Leonis seu mensem Junium A. Chr. 741. sed terræ motum in Octobri A. Chr. 740. & sic rectè convenit, namque annus mundi, quem continet, elapsus erat in eodem anno Chr. 740. in Martio. 2dò. Duplex inde exurgit annos imperii Constantini computandi methodus: prima annum Chr. 741. ab initio, licet in eo adhuc vixerit Leo, usque ad finem, pro primo anno Constantini, jam per aliquot annos cum patre Leone regnantis facit, & hæc annos imperii Constantini 35. numerat. Secunda à mense Junio 741. primum annum Constantini solius orditur, & usque in autumnum sequentis anni 742. producit; & ista mori familiari Theophanis de autumnino in autumnum annos distribuentis accedit, atque annos imperii 34. tantum numerare necesse habet. Utraque autem methodus commixta in Theophanis relatis reperitur, & discretionem difficilem reddit, cui methodo dispositio hujus vel alterius anni debeatur. Sic v. g. de primo anno Constantini statim dubium oboritur, an Theophanes de Junio indictionis decimæ *imminentis*, adeoque de eodem Junio, quo mortuus Leo, an verò indictionis decimæ *presentis*, itaque de Junio anni Christi 742. intelligendus sit? prævalet tamen opinio posterior, ob sequentem annum secundum, cui indictio XI. ad menses *Majum*, Junium, Augustum additur, quod non nisi de præsentem indictione accipi potest, ergo & primo anno indictio X. præsens competit. 3tiò. Anno Imperii 3. præmittitur relatio de Aprili mense, non addita indictione; subsequitur dein relatio de Septembri, addita indictione XII. hæc omnino iniens est, & denotat autumnum anni Chr. 743. Aprilis igitur denotare debet eandem indictionem, sed præsentem, & annum Chr. 744. Ordo tantum inversus est, & præmitti debuisset September & indictio iniens ante præsentem. Eadem inversio est in annis imperii 29. & 33. ac in hoc anno præterea error est librariorum, locò indictionis XII. enim Majo adjectæ reponenda est indictio XI. ut hæc eadem indictio in subsequis relatis ibidem Octobri adjecta demonstrat; aliàs enim October annum Chr. finientem 772. & Majus annum currentem 774. denotaret, quod esse nequit. 4tò. In supposito hoc, annum Imperii Constantini 1. 2. 3. esse Christi usque ad autumnum 742. 743. 744. debentur annis sequentibus Imperii 4. 5. 6. anni Christi 745. 746. 747. & de anno sexto notandum, quòd in eo ob continentiam causæ Theophanes uno quasi habitu recenset pestem triennem, quæ cœpit indictione XIV. id est, A. Chr. 746. & finiit indictione I. seu A. Chr. 748. ideò autem Theophanes eam ad A. Chr. 747. refert, quòd eo anno seu indictione XV. Constantinopolim primitus pervenerit. Porro in hoc supposito anni hi Imperii 1. 2. 3. 4. 5. 6. procedunt ex supra dicta methodo secunda, & ejusdem formationis sunt anni Imperii sequentes usque 13. cui convenit annus Christi 754. quod & confirmatur ex tempore conciliabuli Constantinopolitani hoc anno coacti, ut docet *Petavius Rat. Temp. P. I. lib. 8. cap. 6.* 5tò ad annum imperii 20. dies Pascha-

schatis, 6. Aprilis, secundum peritorum calculum, dicitur annum Chr. 760. & idem annus ex defectu solis ibidem memorato, secundum *Petavii* doctrinam *dicto loco* resultat. 6to. certi quasi anni sunt Imperii 23. 24. 25. 26. 27. æræ christianæ 764. 765. 766. 767. 768. ob indictiones, quæ citantur, cum observatione tamen, in quolibet anno regni comprehendi autumnum præcedentis, & dein tres partes sequentis anni Christi; annus quoque imperii 28. certus est ex die Paschatis, secunda Aprilis, quod Pascha annum Chr. 769. respicit. 7mo. annus ultimus Constantini certè est Christi 775. 8vo. si autem ita anni computentur, ordo laterculorum in Theophane servari nequit, sed inter annum Chr. 754. & 760 laterculum unum abundat, & post annum 760. transponi debet, quæ transpositio ex commixtione methodi primæ & secundæ causata est, cum annus, quo Pascha Aprilis sextâ & defectus solis Augusti mensis 15. die fuit, in prima methodo vigesimum, in secunda decimum nonum Imperii annum occupaverit. 9no. iterum ex formatione prima absolute inter annum Imperii 30. qui est nonæ, & 33. qui est 11. indictionis, irrepsit laterculum abundans, inter 9. enim & 11. indictionem non est nisi decima, ergo annus unicus, qui in duos divisus est, ut hoc modo Imperii anni 35. expleri potuerint, quod tamen necesse non erat, cum Theophanes ipse Constantino in anno ultimo annos tantum 34. menses 2. & dies 26. tribuat. Quidquid autem sit, error ille chronologicus Theophanis ultimus est, nam sequentium Imperantium gesta annis justis mundi & indictionibus alligantur, atque etiam pulcherrimo ordine ab autumno in autunnum deducuntur.

**CCLIV. iii.** Cæterum Theophanes sub hac ipsa epocha Constantini Copronymi natus esse debuit, disertè enim ad annum ejus imperii 23. testatur, se tunc juvenilis ætatis fuisse. *Leonis IV.* initium erat A. Chr. 775. Septembris 14. ei adjungit Theophanes annum mundi 6268. completur hic annus mundi durante anno primo Imperii in Martio A. Chr. 776. itaque systemati priori convenit, cui etiam conformis est reliqua chronologia subsequens.

*Constantini VI.* cum matre Irene initium affixum est anno Chr. 780. Septembris 8. Annum mundi attribuit Theophanes 6273. qui completur in Martio A. Chr. 781. Constantini ejusdem absque matre Imperantis initium adhæret initianti Octobri anni Chr. 790. Theophanes assignat annum mundi 6283. qui completur in Martio A. Chr. 791.

*Irenes solus* gubernacula recipientis initium fuit A. Chr. 797. Junii 15. ei competit annus Mundi, licet annotari omiffus, 6290. & completur in Martio A. Chr. 798. *Nicephori* initium à Theophane addicitur indictioni XI. mensis Octobris diei 31. id est, A. Chr. 802. finienti, cui ex ordine Theophanis debetur annus Mundi 6295. & completur in Martio A. Chr. 803.

*Michaëlis* initium demum Theophanes alligat expressè anno Mundi 6304. mensis Octobris diei 2. indictioni V. id est, A. Chr. finienti 811. Annum Mundi completur in Martio A. Chr. 812.

**CCLIV. k.** Ex omnibus his nunc demum conclusiones sequentes procedunt: imò. exceptis suprâ dictis deviationibus systematica & regularis est Theophanis chronologia, cui fidere licet: & hinc quoque ego relata Originibus Slavicis congrua mihi visa, sive Theophanis, sive Nicephori, Autoris Miscellæ Historiæ, Pauli Diaconi, Simocattæ, Evagrii, Agathiæ, Menandri, Prisci Rhetoris, & aliorum, ubicunque notæ specialiores temporum defe-

defecere, secundum dictamen præmissi hujus examinis in ordinem chronologicum, annis conformibus adjectis, redegit. 2dò. Systhema chronologicum Theophanis pro basi habet annos Regnorum, in quos Theophanes gesta cujuslibet Imperatoris distribuit. 3tiò. ubi initia Regnorum; vel etiam fines haud procul aberant ab autumno, scriptionem suam ita ordinavit Theophanes, ut gesta cujuslibet anni imperii ab autumno in autumnum prosequeretur, eoque pacto cursui indictionum accomodaret. 4tò. annos mundi tanquam custodes tantum chronologiæ suæ addidit, ut dubio oborto, quale tempus hunc vel illum annum Imperii respiciat, anni mundi indigitarent, tempus illud intelligendum esse, circa quod annus mundi adjectus compleretur; unde gesta non annis mundi ab initio in finem, sed annis Imperii, qui finem annorum mundi in se comprehendunt, adhærent. 5tò. quoniam verò sic adhuc in incerto positum foret, quantum tempus ex anno mundi finiente, & quantum ex ordiente annus Imperii participaret, demum Theophanes ex Auctoribus antiquioribus indictiones, sine crisi tamen earum suscepta, collegit, quæ omnium optimè totius controversiæ judices & diremptores agunt, atque, quod tempus gesta quælibet occupent, dictitant.

## CCLIV. 1. Tabula I.

## Computus annorum Mundi secundum Romanos, id est, Constantinopolitanos.

Deducitur is ex Cyclo Decemnovennali, qui Chronico Paschali, ad Olympiadis CCLXXXI. annum primum, Leontio & Salustio Consulibus, id est, ad annum Æræ Christianæ communis 344. inseritur, & regulam continet, eo anno consulari in Martio compleri annum Mundi 5852.

| Anno Christi | Iniit annus Mundi. | Anno Christi | Iniit annus Mundi. | Anno Christi | Iniit annus Mundi. | Anno Christi | Iniit annus Mundi. |
|--------------|--------------------|--------------|--------------------|--------------|--------------------|--------------|--------------------|
| 1            | 5510               | 34           | 43                 | 67           | 76                 | 101          | 10                 |
| 2            | 11                 | 35           | 44                 | 68           | 77                 | 91           | 5700               |
| 3            | 12                 | 36           | 45                 | 69           | 78                 | 201          | 10                 |
| 4            | 13                 | 37           | 46                 | 70           | 79                 | 91           | 5800               |
| 5            | 14                 | 38           | 47                 | 71           | 80                 | 301          | 10                 |
| 6            | 15                 | 39           | 48                 | 72           | 81                 | 91           | 5900               |
| 7            | 16                 | 40           | 49                 | 73           | 82                 | 401          | 10                 |
| 8            | 17                 | 41           | 50                 | 74           | 83                 | 91           | 6000               |
| 9            | 18                 | 42           | 51                 | 75           | 84                 | 501          | 10                 |
| 10           | 19                 | 43           | 52                 | 76           | 85                 | 91           | 6100               |
| 11           | 20                 | 44           | 53                 | 77           | 86                 | 601          | 10                 |
| 12           | 21                 | 45           | 54                 | 78           | 87                 | 91           | 6200               |
| 13           | 22                 | 46           | 55                 | 79           | 88                 | 701          | 10                 |
| 14           | 23                 | 47           | 56                 | 80           | 89                 | 91           | 6300               |
| 15           | 24                 | 48           | 57                 | 81           | 90                 | 801          | 10                 |
| 16           | 25                 | 49           | 58                 | 82           | 91                 | 91           | 6400               |
| 17           | 26                 | 50           | 59                 | 83           | 92                 | 901          | 10                 |
| 18           | 27                 | 51           | 60                 | 84           | 93                 | 91           | 6500               |
| 19           | 28                 | 52           | 61                 | 85           | 94                 | 701          | 10                 |
| 20           | 29                 | 53           | 62                 | 86           | 95                 | 91           | 6600               |
| 21           | 30                 | 54           | 63                 | 87           | 96                 | 801          | 10                 |
| 22           | 31                 | 55           | 64                 | 88           | 97                 | 91           | 6700               |
| 23           | 32                 | 56           | 65                 | 89           | 98                 | 701          | 10                 |
| 24           | 33                 | 57           | 66                 | 90           | 99                 | 91           | 6800               |
| 25           | 34                 | 58           | 67                 | 91           | 5600               | 801          | 10                 |
| 26           | 35                 | 59           | 68                 | 92           | 1                  | 91           | 6900               |
| 27           | 36                 | 60           | 69                 | 93           | 2                  | 901          | 10                 |
| 28           | 37                 | 61           | 70                 | 94           | 3                  | 91           | 7000               |
| 29           | 38                 | 62           | 71                 | 95           | 4                  | 901          | 10                 |
| 30           | 39                 | 63           | 72                 | 96           | 5                  | 91           | 7100               |
| 31           | 40                 | 64           | 73                 | 97           | 6                  | 801          | 10                 |
| 32           | 41                 | 65           | 74                 | 98           | 7                  | 91           | 7200               |
| 33           | 42                 | 66           | 75                 | 99           | 8                  | 901          | 10                 |
|              |                    |              |                    | 100          | 9                  | 1001         | 10                 |

I mō.



## Notæ in hanc Tabulam.

1<sup>m</sup>ò. Methodus ex anno Christi annum Mundi inveniendi hæc est: dato v. g. anno Christi 284. qui Imperii Diocletiani initium à Septembri mense complectitur, conspicio in columna quarta, locò ducentorum in æra christiana seculi tertii, usque ad annum hujus seculi 91. exclusivè, poni debere annos mundi 5700. hoc numero ergo in mente retento, vel in charta notato, quæro in columnis præcedentibus annum Christi, ducentos excurrentem 84. & cum in columna tertia scriptum, eique è regione adnotatum reperio numerum 93. his ergo ad 5700. additis, quæsitus annus mundiprehenditur 5793. isque à 21. Martii A. Chr. 284. iniit, & usque in 20. Martii A. Chr. 285. procurrit. Porro si v. g. datus fuerit annus, finem Phocæ & initium Heraclii ab Octobri comprehendens, Christi 610. tradit columna quarta, ab A. Chr. 600. usque 691. exclusivè, locò sexcentorum christianæ æræ, in seculis mundi substitui debere 6100. his ex columna prima numerum annis residuis 10. correspondentem 19. addo, & annum mundi 6119. habeo, à 21. Martii A. Chr. 610. inchoatum.

2<sup>d</sup>ò. Methodus, ex anno mundi annum Christi inveniendi, fermè eadem sed inversa est, ut indaganti patet.

3<sup>ti</sup>ò. ex Tabulæ hujus combinatione cum collectionibus annorum, quas chronicon Paschale seu Alexandrinum ad quælibet fermè initia Imperatorum adnotat, apparet: calculum, quem Theophanes, & alii scriptores Græci vocant Romanorum, esse ipsissimum, qui in chronicis dictis ad omnes Imperatorum annos reperitur, adeoque chronicon utrumque, computu saltem inspecto, Romanum potiùs seu Constantinopolitanum, quàm Alexandrinum nuncupandum esse; ad Imperium enim Cari, Carini, & Numeriani, ejus triennio incluso, usque ad Diocletiani initium (quod à consulatu Diocletiani & Aristobuli, itaque ab A. Chr. 285. computat) conformiter huic Tabulæ annos mundi 5794. ad Imperium Phocæ autem eundem suprà positum annorum numerum 6119. colligit.

4<sup>to</sup>. Computus annorum mundi Romanus seu Constantinopolitanus ab Alexandrino annis sedecim perpetuò distat, ponit etenim pro fine Phocæ 6119. ast Alexandrinus 6103. annos.

5<sup>to</sup>. Cùm computus Constantinopolitanus primo æræ christianæ communis anno à Martio, itaque & anno U. C. 754. ab Aprili, annum mundi 5510. conjungat, Christum autem natum esse dicat secundum quorundam calculum anno mundi 5507. finiente, secundum reliquos verò anno mundi 5506. finiente: sequitur, in sententia Constantinopolitanorum nativitatem Christi in annum U. C. tribus posterioribus mensibus adhuc currentem, respectivè 751. & 750. incidisse, adeoque vel duobus vel tribus annis calculo Latinorum communi anteriorem fuisse: inde quoque est, quòd anni, quos chronicon Paschale ab ascensione Christi supputat, æram communem tribus annis antevertant.

## CCLIV. m. Tabula II.

Computus annorum Mundi secundum  
Alexandrinus.

Deducitur is ex supposito, annum 5983. completum fuisse anno æræ christianæ communis 491. mense Martio, indictione XIV. ut hæc regula invenitur apud Theophanem ad annum emortualem Zenonis.

| Anno Christi | Iniit annus Mundi. | Anno Christi | Iniit annus Mundi. | Anno Christi | Iniit annus Mundi. | Anno Christi | Iniit annus Mundi. |
|--------------|--------------------|--------------|--------------------|--------------|--------------------|--------------|--------------------|
| 1            | 5494               | 34           | 27                 | 67           | 60                 | 101          | 94                 |
| 2            | 95                 | 35           | 28                 | 68           | 61                 | 7            | 5600               |
| 3            | 96                 | 36           | 29                 | 69           | 62                 | 201          | 94                 |
| 4            | 97                 | 37           | 30                 | 70           | 63                 | 7            | 5700               |
| 5            | 98                 | 38           | 31                 | 71           | 64                 | 7            | 94                 |
| 6            | 99                 | 39           | 32                 | 72           | 65                 | 301          | 94                 |
| 7            | 5500               | 40           | 33                 | 73           | 66                 | 7            | 5800               |
| 8            | 1                  | 41           | 34                 | 74           | 67                 | 7            | 94                 |
| 9            | 2                  | 42           | 35                 | 75           | 68                 | 401          | 94                 |
| 10           | 3                  | 43           | 36                 | 76           | 69                 | 7            | 5900               |
| 11           | 4                  | 44           | 37                 | 77           | 70                 | 7            | 94                 |
| 12           | 5                  | 45           | 38                 | 78           | 71                 | 7            | 6000               |
| 13           | 6                  | 46           | 39                 | 79           | 72                 | 601          | 94                 |
| 14           | 7                  | 47           | 40                 | 80           | 73                 | 7            | 6100               |
| 15           | 8                  | 48           | 41                 | 81           | 74                 | 7            | 94                 |
| 16           | 9                  | 49           | 42                 | 82           | 75                 | 701          | 94                 |
| 17           | 10                 | 50           | 43                 | 83           | 76                 | 7            | 6200               |
| 18           | 11                 | 51           | 44                 | 84           | 77                 | 7            | 94                 |
| 19           | 12                 | 52           | 45                 | 85           | 78                 | 601          | 94                 |
| 20           | 13                 | 53           | 46                 | 86           | 79                 | 7            | 6300               |
| 21           | 14                 | 54           | 47                 | 87           | 80                 | 7            | 94                 |
| 22           | 15                 | 55           | 48                 | 88           | 81                 | 701          | 94                 |
| 23           | 16                 | 56           | 49                 | 89           | 82                 | 7            | 6400               |
| 24           | 17                 | 57           | 50                 | 90           | 83                 | 7            | 94                 |
| 25           | 18                 | 58           | 51                 | 91           | 84                 | 7            | 94                 |
| 26           | 19                 | 59           | 52                 | 92           | 85                 | 801          | 94                 |
| 27           | 20                 | 60           | 53                 | 93           | 86                 | 7            | 6500               |
| 28           | 21                 | 61           | 54                 | 94           | 87                 | 7            | 94                 |
| 29           | 22                 | 62           | 55                 | 95           | 88                 | 7            | 6600               |
| 30           | 23                 | 63           | 56                 | 96           | 89                 | 901          | 94                 |
| 31           | 24                 | 64           | 57                 | 97           | 90                 | 7            | 94                 |
| 32           | 25                 | 65           | 58                 | 98           | 91                 | 7            | 6700               |
| 33           | 26                 | 66           | 59                 | 99           | 92                 | 1001         | 94                 |
|              |                    |              |                    | 100          | 93                 |              |                    |

Notæ

## Notæ in hanc Tabulam.

1mò. Methodus ex anno Christi annum mundi inveniendi hæc est: dato v. g. anno Chr. 206. conspicio in columna quarta locò ducentorum in æra christiana usque ad annum 207. exclusivè, poni debere annos mundi 5600. hoc ergo in mente retento, vel in charta notato, quæro in columnis præcedentibus annum Christi, ducentos excurrentem 6. & cum in columna prima scriptum, eique è regione adnotatum reperio numerum 99. his ergo ad 5600. additis, quæsitus annus mundi deprehenditur 5699. isque à 21. Martii A. Chr. 206. iniit, & usque in 20. Martii A. Chr. 207. procurrit. Porro si v. g. datus fuerit annus, Imperii Diocletiani initium comprehendens, Christi 284. à Septembri, tradit columna 4ta: ab A. 207. usque ad finem hujus seculi christiani locò ducentorum christianæ æræ, in seculis mundi substitui debere 5700. his ex columna tertia numerum, annis residuis 84. correspondentem 77. addo, & annum Mundi 5777. habeo, à 21. Martii A. Chr. 284. inchoatum.

2dò. Methodus, ex anno mundi annum Christi inveniendi, fermè eadem, sed inversa est; dato enim anno mundi suprà dicto 5699. tradit columna 4ta ab A. 5693. usque ad finem hujus seculi locò 5600. substitui debere in seculis christianis 200. quærendo igitur residuum numerum 99. ei in columna prima prænotatum video annum christianum 6. hoc ad 200. addito, habeo annum quæsitum 206. cujus mense Martio iniit annus mundi 5699. & sic de reliquis.

3tiò. Cùm Christum natum esse Alexandrini dicant anno mundi 5500. finiente, Panodorus verò anno mundi 5493. finiente: sequitur, nâsivitatem Christi in sententia Alexandrinorum in annum æræ chr. communis 7. itaque & in annum U. C. 760. in sententia Panodori verò in annum U. C. 753. finientem incidisse, adeoque Alexandrinum computum calculo Latinorum communi annis integris septem posteriorem, Panodori autem computum ex æsse parem esse; quam sententiam verò reliqui Græci refutare conabantur. Et inde est, quòd Theophanes in annis Christi à se formatis perpetuò septem integris annis distet & posterior sit.

4tò. Annorum mundi triplex computatio est: stricta, laxa subsequens seu prima, & laxa præcurrens seu secunda. Stricta annum christianum & consularem dirimit vigesima Martii, & parti priori alium, ac parti posteriori, annum mundi applicat. Laxa subsequens seu prima computat semper annum mundi, qui in anno Regni, de quo agitur, complementum capit; seu quod idem fermè est, denominat annum christianum ab anno mundi, qui 20. Martii finit. Laxa autem præcurrens seu secunda annum mundi incuntem respicit, eique menses anni christiani Januarium, Februarium, & Martium injicit. Hujus laxæ secundæ computationis fuit concilium Constantinopolitanum, Trullanum dictum, quod (ut *num. 249. b. & 254. g.*) annum Christi 706. in Januario vocat annum mundi 6199. qui à Martio sequente primùm incipit. Laxæ primæ computationis est Theophanes, qui eidem anno Chr. 706. annum finientem 6198. applicat.

CCLIV. n.

# Tabula III.

## Initia Olympiadum.

| <i>Seculum Primum.</i>               |                                 | <i>Seculum Secundum.</i>             |                                 | <i>Seculum Tertium.</i>              |                                 | <i>Seculum Quartum.</i>              |                                 |
|--------------------------------------|---------------------------------|--------------------------------------|---------------------------------|--------------------------------------|---------------------------------|--------------------------------------|---------------------------------|
| <i>Mediâ Julij</i><br><i>A. Chr.</i> | <i>Init</i><br><i>Olympias.</i> | <i>Mediâ Julij</i><br><i>A. Chr.</i> | <i>Init</i><br><i>Olympias.</i> | <i>Mediâ Julij</i><br><i>A. Chr.</i> | <i>Init</i><br><i>Olympias.</i> | <i>Mediâ Julij</i><br><i>A. Chr.</i> | <i>Init</i><br><i>Olympias.</i> |
| 1                                    | 195                             | 101                                  | 220                             | 201                                  | 245                             | 301                                  | 270                             |
| 5                                    | 96                              | 5                                    | 21                              | 5                                    | 46                              | 5                                    | 71                              |
| 9                                    | 97                              | 9                                    | 22                              | 9                                    | 47                              | 9                                    | 72                              |
| 13                                   | 98                              | 13                                   | 23                              | 13                                   | 48                              | 13                                   | 73                              |
| 17                                   | 99                              | 17                                   | 24                              | 17                                   | 49                              | 17                                   | 74                              |
| 21                                   | 200                             | 21                                   | 25                              | 21                                   | 50                              | 21                                   | 75                              |
| 25                                   | 1                               | 25                                   | 26                              | 25                                   | 51                              | 25                                   | 76                              |
| 29                                   | 2                               | 29                                   | 27                              | 29                                   | 52                              | 29                                   | 77                              |
| 33                                   | 3                               | 33                                   | 28                              | 33                                   | 53                              | 33                                   | 78                              |
| 37                                   | 4                               | 37                                   | 29                              | 37                                   | 54                              | 37                                   | 79                              |
| 41                                   | 5                               | 41                                   | 30                              | 41                                   | 55                              | 41                                   | 80                              |
| 45                                   | 6                               | 45                                   | 31                              | 45                                   | 56                              | 45                                   | 81                              |
| 49                                   | 7                               | 49                                   | 32                              | 49                                   | 57                              | 49                                   | 82                              |
| 53                                   | 8                               | 53                                   | 33                              | 53                                   | 58                              | 53                                   | 83                              |
| 57                                   | 9                               | 57                                   | 34                              | 57                                   | 59                              | 57                                   | 84                              |
| 61                                   | 10                              | 61                                   | 35                              | 61                                   | 60                              | 61                                   | 85                              |
| 65                                   | 11                              | 65                                   | 36                              | 65                                   | 61                              | 65                                   | 86                              |
| 69                                   | 12                              | 69                                   | 37                              | 69                                   | 62                              | 69                                   | 87                              |
| 73                                   | 13                              | 73                                   | 38                              | 73                                   | 63                              | 73                                   | 88                              |
| 77                                   | 14                              | 77                                   | 39                              | 77                                   | 64                              | 77                                   | 89                              |
| 81                                   | 15                              | 81                                   | 40                              | 81                                   | 65                              | 81                                   | 90                              |
| 85                                   | 16                              | 85                                   | 41                              | 85                                   | 66                              | 85                                   | 91                              |
| 89                                   | 17                              | 89                                   | 42                              | 89                                   | 67                              | 89                                   | 92                              |
| 93                                   | 18                              | 93                                   | 43                              | 93                                   | 68                              | 93                                   | 93                              |
| 97                                   | 19                              | 97                                   | 44                              | 97                                   | 69                              | 97                                   | 94                              |
| <i>Seculum Quintum.</i>              |                                 | <i>Seculum Sextum.</i>               |                                 | <i>Seculum Septimum.</i>             |                                 | <i>Seculum Octavum.</i>              |                                 |
| 401                                  | 295. &c.                        | 501                                  | 320.                            | 601                                  | 345.                            | 701                                  | 370.                            |
| 421                                  | 300. &c.                        |                                      |                                 |                                      |                                 |                                      |                                 |
| <i>Seculum Nonum.</i>                |                                 | <i>Seculum Decimum.</i>              |                                 | <i>Seculum Undecimum.</i>            |                                 | <i>Seculum Duodecimum.</i>           |                                 |
| 801                                  | 395.                            | 901                                  | 420.                            | 1001                                 | 445.                            | 1101                                 | 470.                            |
| 821                                  | 400.                            |                                      |                                 |                                      |                                 |                                      |                                 |
| <i>Sec. Decimum tertium.</i>         |                                 | <i>Sec. Decimum quartum.</i>         |                                 | <i>Sec. Decimum quintum.</i>         |                                 | <i>Sec. Decimum sextum.</i>          |                                 |
| 1201                                 | 495.                            | 1301                                 | 520.                            | 1401                                 | 545.                            | 1501                                 | 570.                            |
| 1221                                 | 500.                            |                                      |                                 |                                      |                                 |                                      |                                 |
| <i>Sec. Decimum septimum.</i>        |                                 | <i>Sec. Decimum octavum.</i>         |                                 |                                      |                                 |                                      |                                 |
| 1601                                 | 595.                            | 1701                                 | 620.                            |                                      |                                 |                                      |                                 |
| 1621                                 | 600.                            |                                      |                                 |                                      |                                 |                                      |                                 |

Notes

## Notæ in hanc Tabulam.

1<sup>mo</sup>. Deducta ea est ad secula Christiana ex fundamentis iisdem, quibus innititur Tabula duplex Olympiadum supra *Sectioni 3. num. 101.* inserta, specialiter autem calculo *Censorini*, qui (ut *num. 167.*) annum, in quo scribebat, nempe æræ christianæ communis 238. dicit esse ab Olympiade prima millesimum & quartum decimum, ex diebus duntaxat æstivis. Is ergo fuit Olympiadis 254. annus secundus in Julio mense inchoans, & primus ejusdem Olympiadis incipere debuit anno Christi præcedente 237. in Julio, cui calculo hæc Tabula conformis est. 2<sup>do</sup>. Chronicon Paschale seu Alexandrinum, ut supra *num. 252. d.* dictum, differt ab hoc calculo circa systema ipsum anno tantum uno, partim verò & ex vitio calculi annis duobus. Systema chronici ponit annos Olympiadum inchoativos uno semper numero minores; v. g. Olympias 281. quæ secundum hanc Tabulam in Julio anni Christi 345. init, inchoatur à Chronico in anno præcedente, Leontio & Salustio Coss. seu christianæ æræ communis 344. Vitium calculi accedit in chronico, quòd tempora anni consularis & christiani à Januario in Julium, & à Julio in Decembrem non distinguat, sed toti anno consulari & christiano v. g. 344. Olympiadis 281. primum annum addicat; e contra rectus calculus cum hac tabula anni consularis & christiani 344. primæ parti applicat Olympiadis 280. annum tertium, & posteriori parti à Julio, Olympiadis ejusdem annum quartum; hinc ergo in gestis ante Julium calculus chronici differt à calculo vero duobus annis, in gestis post Julium anno uno.

CCLIV. o. **Tabula IV.**  
Anterior pars cujuslibet mensis.

| <i>Communis usus numerandi dies.</i> | <i>Romanus usus pro diebus mensium.</i> |                   |
|--------------------------------------|---|-------------------|
|                                      | Martij                                  | <i>Januarij</i>   |
|                                      | Maji                                    | <i>Februarij</i>  |
|                                      | Julij                                   | <i>Aprilis</i>    |
|                                      | Octobris                                | <i>Junij</i>      |
|                                      |   | <i>Augusti</i>    |
|                                      |   | <i>Septembris</i> |
|                                      |   | <i>Novembris</i>  |
|                                      |   | <i>Decembris</i>  |
| <i>Primâ die mensis.</i>             | Calendis.                               | Calendis.         |
| <i>Secundâ.</i>                      | VI. Nonas.                              | IV. Nonas.        |
| <i>Tertiâ.</i>                       | V. Nonas.                               | III. Nonas.       |
| <i>Quartâ.</i>                       | IV. Nonas.                              | pridie Nonas.     |
| <i>Quintâ.</i>                       | III. Nonas.                             | Nonis.            |
| <i>Sextâ.</i>                        | pridie Nonas.                           | VIII. Idus.       |
| <i>Septimâ.</i>                      | Nonis.                                  | VII. Idus.        |
| <i>Octavâ.</i>                       | VIII. Idus.                             | VI. Idus.         |
| <i>Nonâ.</i>                         | VII. Idus.                              | V. Idus.          |
| <i>Decimâ.</i>                       | VI. Idus.                               | IV. Idus.         |
| <i>Undecimâ.</i>                     | V. Idus.                                | III. Idus.        |
| <i>Duodecimâ.</i>                    | IV. Idus.                               | pridie Idus.      |
| <i>Decimâ tertiâ.</i>                | III. Idus.                              | Idibus.           |
| <i>Decimâ quartâ.</i>                | pridie Idus.                            |                   |
| <i>Decimâ quintâ.</i>                | Idibus.                                 |                   |

Ca-





## Notæ in hanc Tabulam.

- 1mò. Applicatio denominationum Romanarum in anteriore parte cujuslibet mensis per se patet.
- 2dò. In posteriore parte verò denominatio ea Romana mensi cuilibet applicanda venit, quæ eodem hìc typo sub mense adnotata reperitur. v. g.
- 31mâ. Octòbris Romanè dicitur, pridie Calendas Novembres.
- 30mâ. Augusti, tertio Calendas Septembres.
- 28vâ Novembris, quartò Calendas Decembres.
- 25tâ Februarii communis, quinto Calendas Martias.
- 25tâ Februarii bissextilis, sexto Calendas Martias.
- 24tâ Februarii bissextilis, bis sexto Calendas Martias.
- 23tiâ Martii, decimo Calendas Apriles.
- 22dâ Maji, undecimo Calendas Junias.
- 21mâ Julii, duodecimo Calendas Augustas.
- 20mâ Decembris, decimo tertio Calendas Januarias.
- 19nâ Januarii, decimo quarto Calendas Februarias.
- 18vâ Augusti, decimo quinto Calendas Septembres.
- 17mâ Aprilis, decimo quinto Calendas Majas.
- 16tâ Junii, decimo sexto Calendas Julias.
- 15tâ Septembris, decimo septimo Calendas Octobres.
- 14tâ Novembris, decimo octavo Calendas Decembres.
- 3tiò. Anni cujuslibet seculi bis-sextiles sunt: 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 36. 40. 44. 48. 52. 56. 60. 64. 68. 72. 76. 80. 84. 88. 92. 96. 100.

CCLIV. p.

# Tabula V.

## Ordo Indictionum.

| A prima Sept.<br>A. Chr.         | init<br>Indi-<br>ctio.  | A prima Sept.<br>A. Chr.         | init<br>Indi-<br>ctio.  | A prima Sept.<br>A. Chr.         | init<br>Indi-<br>ctio.  |
|----------------------------------|---|----------------------------------|---|----------------------------------|---|
| 301. 601. 901 }<br>1201. 1501 }  | 1<br>2<br>3<br>4<br>5<br>10<br>15<br>20<br>25<br>30<br>35<br>40<br>45<br>50<br>55<br>60<br>65<br>70<br>75<br>80<br>85<br>90<br>95<br>96<br>97<br>98<br>99 | 401. 701. 1001 }<br>1301. 1601 } | 101<br>2<br>3<br>4<br>5<br>10<br>15<br>20<br>25<br>30<br>35<br>40<br>45<br>50<br>55<br>60<br>65<br>70<br>75<br>80<br>85<br>90<br>95<br>96<br>97<br>98<br>99 | 501. 801. 1101 }<br>1401. 1701 } | 201<br>2<br>3<br>4<br>5<br>10<br>15<br>20<br>25<br>30<br>35<br>40<br>45<br>50<br>55<br>60<br>65<br>70<br>75<br>80<br>85<br>90<br>95<br>96<br>97<br>98<br>99 |
| 400. 700. 1000 }<br>1300. 1600 } | 100<br>14   | 500. 800. 1100 }<br>1400. 1700 } | 200<br>9  | 600. 900 }<br>1200. 1500 }       | 300<br>4  |

E c 2

SE.

## SECTIO XIII.

Chronologica Series Regum Francorum  
usque ad Carolum Magnum, præprimis ve-  
rò illorum, qui Franciæ Orientali præfuerunt.

*Ex Commentario Joannis Georgii ab Eckhart de rebus Franciæ  
Orientalis. Tomo primo.*

**Nus. CCLV.** *Lib. 1. cap. 5. seqq.* Franci olim ad mare Balthicum, ubi  
nunc est Wagria, sedes suas habebant.

*Lib. 2. cap. 1. seqq.* A. 255. (sub Impp. Valeriano & Gallieno) Romanis  
innotuerunt, relictis sedibus pristinis, omnem Germaniam, à Moeno Rhe-  
num influente, usque ad hujus ostia, & Galliam etiam Rheno viciniorem,  
cædibus & rapinis implentes, unà cum sociis suis, Cheruscorum reliquiis  
nempe, & Cattis, Attuariis, Sicambis, Chamavis, Bructeris, qui omnes in  
nomen Francicum transierunt, & in Imperii Romani fines Occidentem ver-  
sus magno impetu irruerunt.

A. 287. (sub Diocletiano & Maximiano) Franci Salii trans Rhenum  
(nostro more loquendi) Bataviam, & Toxandriam, seu Insulas Scelandicas  
occupârunt.

A. 288. Reges Francorum vel potius Duces Regali potestate fuerunt  
*Atecb, & Genobaudes.*

A. 306. sub Constantino M. *Ascaricus & Regalsus.* A. 355. (sub Con-  
stantio) *Malarithus.* A. 378. (sub Gratiano & Valentiniano.) *Mellobaudes.*  
A. 382. *Priamus.*

A. 388. (sub Valentiniano, Theodosio, & Arcadio) *Genobaldus, Mar-  
comeres, & Sunno.* Item circa hæc tempora Theodemer. A. 400. Marco-  
meres captus, Sunno occisus.

**CCLVI. PHARAMUNDUS** Rex primus, filius Mar-  
comeris, A. 399. Stiliconi, Honorii Augusti Duci, obses fœ-  
deris initi datus. *Lib. 2. cap. 6.* Citiùs vix, quàm A. 418. re-  
gnare cœpit. *cap. 9.*

CLODIO filius Pharamundi *cap. 11.*

Duo Clodioni erant filii, quorum seniori in Regno capeffendo Attila  
studebat, juniorem Aëtius Romanus tuebatur, neuter autem factus. Suspi-  
cari tamen licet, *Chlodebaudum* seniore in Germania & Ripuariis postea fi-  
bi regnum condidisse, Treviris & Colonia A. 465. occupatis: ex quo ne-  
pos Clodionis *Sigismeres* & pronepos *Sigebertus*, qui Clodoveum adversus  
Alamannos juvit, & A. 509. insidiis proprii filii *Chloderici* abnepotis Clodi-  
onis occisus est. Junior Clodionis filius fortè immatura morte obiit.

MEROVEUS agnatus. *cap. 11.*

CHILDERICUS filius Merovei, secundo anno regni ejectus in Thu-  
ringiam confugit. *cap. 12.*

Ægidius Romanus, magister militum, locò Childerici Rex creatur A.  
457. prima Aprilis.

| Regnum<br>Anno | finitum<br>mense. |
|----------------|-------------------|
| 428            |                   |
| 447            |                   |

456

465

Sya.

|  |             |
|--|-------------|
| Syagrius Ægidio patri succedit   | 485         |
| Childericus restituitur in regnum A. 464. ad finem. cap.   |             |
| 25. & 17.  | 481         |
| CLODOVEUS filius Childerici ex Basina profuga uxore Bisini Regis Thuringorum lib. 3. cap. 14.  | 511         |
|  | Dec. 27.    |
| Ejus temporibus erant quoque alii particulares Reges Francorum, nempe: Chararicus Marinorum: Rachnacharius Cameraci: Regnomerus Cenomanorum: omnes à Clodoveo extincti A. 509. cap. 15.  |             |
| Syagrius quoque, filius Ægidii, Gallorum Romanis adhuc parentum ad Sueffionas Rex, à Clodoveo A. 485. prælio superatur, & ad Alaricum Visigothorum Regem profugus, sed post extraditus occiditur. lib. 3. cap. 1.  |             |
| CCLVII. THEODERICUS I. Rex Austrasiorum, filius Clodovei ex concubina. Lib. 4.   | 534         |
| In divisione regni accepit Austrasiam totam inter Rhenum & Mosam, cum quibusdam gentibus Trans-Rhenanis, Remos scilicet, Catalaunum, Tre-cas &c. Item Suevos, Bajoarios, Thuringos, Frisios, ac postea Saxones.  |             |
| Chlodomeres, Frater ex Chrotilde, Aureliam, Senonas, Turonos &c.   |             |
| lib. 4. cap. 6.  | 524         |
| Childebertus Parisios &c. lib. 7. cap. 8.  | 558         |
| Clotharius I. Sueffionem, Laudunum &c.   | 561         |
| Præter hos filios Clodovei erant adhuc in Galliis particulares Reges Burgundionum, nempe: Gundebadus, mortuus A. 517. Sigismundus filius successor, capitur in prælio A. 523. Godomarus frater Sigismundi recipit regnum Burgundiæ. Burgundia penitus occupata à Francis A. 534. lib. 5.   |             |
| CCLVIII. THEODEBERTUS Rex Austrasiorum in Regia Metis, filius Theoderici. lib. 5.  | 547         |
| A. 536. Vitigis Gothorum Regis cessione Reges Francici adepti sunt, quidquid Ostrogothi cis Alpes in Gallia hætenus possederant.   |             |
| Theodeberto accessit pars Burgundiæ, terra Alamannorum in finibus Italiae & Comitatu Tyrolensi, Noricum, & Vindelicia, hoc est, utraque Rætia, quæ hætenus Gothis paruerat; quibus Theodebertus Bajoarios immisit, & hi sub Ducibus Agilolfingis regiones has tenuerunt. Justinianus Imperator confirmavit cessionem Norici & Vindeliciæ. Lycus fluvius antea Alamannos à Bajoariis separabat. |             |
| THEODEBALDUS Rex Austrasiorum, filius Theodeberti. lib. 6.   | 554         |
| CLOTHARIUS I. Monarcha dein Franciæ, filius Clodovei I. lib. 7. succedit Theodebaldo in Austrasia: A. 558. post mortem Childeberti fratris in Regnum Parisiense.   |             |
|  | 561         |
| Chlodomeres alter frater jam mortuus erat A. 524. lib. 4. cap. 6. filii autem ejus à Clothario occisi circa A. 532. lib. 4. cap. 19.   |             |
| SIGEBERTUS I. Rex Austrasiæ, filius Clotharii I. lib. 8.   | 575         |
| Diviso Regno reliqui filii Clotharii & fratres Sigeberti obtinuerunt pro parte Regni sui:  |             |
| Charibertus Parisios &c. moritur improlis. lib. 8. cap. 11.  | 567         |
| Guntchramnus accipit Aureliam &c. & Burgundiam, mutavit Regiam Aurelianensem, & eam Cabilloni in Burgundia constituit.   |             |
|  | 593         |
| Chilpericus Regnum Sueffionicum &c. interficitur, reliquit filium Clotharium II. lib. 9. cap. 25.  | 584         |
|  | circa Sept. |

**CHILDEBERTUS II.** Rex Austrasiæ, filius Sigeberti I. Fit hæres Guntchramni post mortem ejus A. 593. Martii 28. *lib. 9. cap. 73. 74.*

**CCLIX. THEODEBERTUS II.** Rex Austrasiæ, filius Childeberti II. *lib. 10.* à Theoderico occiditur unâ cum filiis Clothario & Meroveo, instinctu vel operâ Brunichildis, Sigeberti I. quondam uxoris. *lib. 10. cap. 25. 26.*

Theodericus II. frater Theodeberti II. obtinet Regnum Burgundiæ post patrem, moritur. *lib. 10. c. 27.*

Theodericus habuit filios, Sigebertum, Childebertum, Corbum, & Meroveum. Childebertus post patris mortem fugiens, nullibi amplius repertus est. Sigebertus, & Corbus jussu Clotharii II. interficiuntur. Meroveus solus servatus est. *lib. 10. cap. 29. 30.*

**CLOTHARIUS II.** Monarcha Franciæ, filius Chilperici Regis. *lib. 9. cap. 25. lib. 11.*

Majores domûs in Austrasia & Burgundia instituit, tanquam Proreges, unde mox ipsorum Regum tutores, & postremò ipsi Reges evaserunt.

**DAGOBERTUS I.** filius, à patre adhuc vivente Rex Austrasiæ constituitur A. 622. *lib. 11. 12.*

A. 628. pater ejus obit, cum regnasset 44. completis, aut 45. incompletis annis, ab anno scilicet 584.

Charibertus frater Dagoberti I. aliquot pagos, Burdigalam præprimis, obtinet, & Regiam suam Tolosæ constituit, Vasconiam dein sibi subigit, sed anno 630. unâ cum filio parvulo Chilperico moritur. *lib. 12.*

Dagobertus I. itaque Monarcha Franciæ.

**CCLX. SIGEBERTUS III.** (computando scilicet Sigebertum II. Theoderici II. Regis filium, in parte Franciæ ad modicum tempus Regem) à patre Dagoberto adhuc vivo constituitur Rex Austrasiæ A. 633. *lib. 12. cap. 14.* post patris mortem succedit quoque in aliquas provincias Gallicas, Aquitaniam &c. *lib. 13.*

Clodoveus II. filius Dagoberti I. junior, & frater Sigeberti III. pro sua parte hæreditatis obtinet Neustriam & Burgundiam, moritur A. 646.

Grimoaldus Major domûs post mortem Sigeberti filium suum Chilpericum Regem facit, sed post 7. menses interficitur Grimoaldus, & Chilpericus regno deturbatur.

**CLOTHARIUS III.** Monarcha Franciæ, filius Clodovei II. *lib. 14.*

**CHILDERICUS II.** Austrasiæ Rex fit A. 660. filius erat tertio genitus Clodovei II. dein A. 670. Monarcha Franciæ, conspiratione occiditur

**THEODERICUS III.** secundo genitus ejusdem filius, sine Procerum consensu, suâsu Ebroini Majoris domûs, mortuo Clothario III. Regnum Neustriæ & Burgundiæ occupat, sed à statibus deseritur, & in monasterio S. Dionysii manere jussus est, occisio autem Childericò, Regnum recuperat A. 673. circa Septembrem, *lib. 14. 15.* A. 678. fit Monarcha *lib. 16.*

**DAGOBERTUS II.** filius Sigeberti III. in Hibernia exul, ab Imnechilde matre, & Wulfoaldo Majore domûs revocatur ad Regnum Austrasiæ, A. 675. occiditur. *lib. 15.*

**CCLXI. CLODOVEUS III.** filius Theoderici III. solo nomine Rex. *Lib. 17.*

| Regnum Anno | fnitum mense |
|-------------|--------------|
| 612         |              |
| 613         |              |
| 628         |              |
| 638         | Jan. 19.     |
| 656         | Febr. 1.     |
| 670         |              |
| 673         |              |
| 691         |              |
| 678         | Mart.        |
| 695         | Mart.        |
|             | Regiam       |

Regiam potestatem exercebat Pipinus Heristallius, Dux & Major Domus Franciæ: moritur A. 714. Dec. 16. præfuit Franciæ ab A. 687.

**CHILDEBERTUS III.** frater Clodovei III. *lib. 18.* |711|Apr. 14

A. 708. Major Domus à Pipino renuntiatus est Grimoaldus filius ejus, occiditur A. 714. ante mortem patris,

**DAGOBERTUS III.** filius puer Childeberti III. *lib. 19.* |715|circ. Jul.

Major Domus factus Theudoaldus, filius Grimoaldi ex concubina vix septennis, pro quo avia Plestrudis, Pipini vidua, Regno præest in Austrasia. Victo Austrasiæ exercitu A. 715. fugâ elapsus Theudoaldus in Austrasiam, ibi privatus degit, & occiditur A. 741. *lib. 22. cap. 21.*

Neustriæ Major Domus creatur Reginfredus. A. 715. *lib. 19.* post infelix prælium Chilperici de A. 719. occultat se. *lib. 20. cap. 11.*

**CCLXII. CHILPERICUS II.** Rex Neustriæ, filius Childerici II. qui hucusque in monasterio sub nomine Danielis delituerat, *Lib. 20.* vixit quidem usque ad A. 727. sed regnare desiit |720|

Majoratum Domus in Austrasia sibi vindicat Carolus Martellus, Pipini Heristalli ex Alpaide concubina filius A. 716. totam Franciam gubernandam suscipit A. 719. *Lib. 20. cap. 11.*

**CLOTHARIUS IV.** filius Dagoberti II. à Carolo Martello Rex Austrasiæ constituitur. *Lib. 20. cap. 8.* umbra Regis potius fuit, & moritur. *Lib. 20. cap. 11.* |719|

**THEODERICUS IV.** Calensis, filius Dagoberti II. *lib. 21.* |737|

Re ipsa regnavit Carolus Martellus Major Domus.

Interregnum post mortem Theoderici IV. fuit usque ad A. |742|

**CAROLUS MARTELLUS**, nomine Dux, re autem Rex Franciæ. *lib. 22. cap. 17.* |741| Id. Oct. consilio optimatum regna filiis suis divisit.

**CAROLOMANNUS** obtinet Austrasiam, Suaviam, & Thoringiam. *lib. 22. cap. 17.* seculo valedicit & fit monachus. *lib. 23. cap. 94.* |747|

Pipinus, brevis dictus, Burgundiam, Neustriam, & Provinciam regit. *lib. 22. cap. 17.* Regiam dignitatem sibi attribuit A. 750. *lib. 23. cap. 115.*

Grifo partem aliquam Neustriæ, Austrasiæ & Burgundiæ accipit, sed consensu statuum capitur, & exhæredatur. *lib. 22. cap. 18.*

**CHILDERICUS III.** Rex creatus A. 742. circa medium, curantibus ambobus Ducibus & Majoribus Domus, ut ipsi regnarent quidem, non autem viderentur regnare. *lib. 23. cap. 58.* filius fuit Chilperici II. *cap. 61.* ob Pipini ambitionem exauctoratus. *lib. 23. cap. 130.* |752|circ. Maj.

**CCLXIII. PIPINUS BREVIS** ex Duce & Majore Domus fit Rex 3. Maji A. 752. *lib. 23. cap. 128.* moritur. *lib. 24. cap. 100.* |768|VIII. Cal. Oct.

Post mortem Childerici III. denuo coronatus est in Regem à Stephano Papa A. 754. IV. Cal. Aug. *lib. 24. cap. 13.* uncti tunc quoque filii Carolus & Carolomannus in Reges.

Pipinus ante mortem regna dividit inter filios Carolum & Carolomannum.

**CAROLUS MAGNUS** in divisione Regnorum accipit Austrasiam, & partem Aquitaniæ *lib. 24. cap. 104.* fit Imperator in natali Domini A. 800. |814|V. Cal. Febr.

Caro-

Carolomannus, frater ejus junior, obtinet Burgundiam, Provinciam, Gothiam, Alsatiam, Alamanniam, & partem Aquitaniæ. *lib. 24. cap. 204.* moritur. *lib. 24. cap. 123.* |771|II.Non.Dec.

## SECTIO XIV.

### Chronologica series Imperatorum Romanorum ex Carolingica stirpe Francorum.

*Ex Eckhardo de reb. Franc. Orient.*

**N<sup>us</sup> CCLXIV. CAROLUS MAGNUS**, mortuo patre Pipino Brevi A. 768. VIII. Cal. Oct. id est 24. Septem. fit Rex Aufrasiæ, & partis Aquitaniæ, totius Franciæ verò post mortem fratris Carolomanni A. 771. II. Non. Dec. id est, 4. Decem. & demum Imperator Romanus coronatur in ipso Natali Domini, ad finem anni 800. regnavit in toto.

| Imperii tempus | Anno |       |      | mens.        |
|----------------|------|-------|------|--------------|
|                | an.  | menf. | dies |              |
|                | 45   | 4     | 5    | 814 Jan. 28. |
|                | 26   | 4     | 24   | 840 Junii 20 |

**LUDOVICUS PIUS**, filius Caroli Magni. A. 817. consors Imperii constituitur, à Papa Paschali A. 823. ipso Paschæ die in Imperatorem coronatur, consortio Imperii A. 831. à patre privatur. A. 855. sex diebus ante obitum regna sua inter filios dividit, monasterium Prumiense ingreditur, & IV. Cal. Oct. moritur. |15| 3| 3|855|Sept. 22

**LUDOVICUS II.** Lotharii I. filius. A. 844. suscipit Regnum Langobardicum, A. 849. à patre in consortium Imperii recipitur, A. 850. à Leone IV. Papa in Imperatorem ungitur. Post patrem imperat. |19|10|23|875|Aug. 12

**CAROLUS CALVUS**, Ludovici Pii filius, A. 829. 6. Junii à patre Rex declaratur, terram Alamannicam & Rheticam, & partem aliquam Burgundiæ accipit, A. 837. maxima pars Belgarum, & pars Neustriæ ei adjicitur. A. 875. fit Imperator, & à Joanne Papa ipso Natali Domini coronatur. |1| 9|14|877|Oct. 6

**CAROLOMANNUS**, Ludovici Germanici filius, A. 877. fit Rex Italiæ, A. 879. paralyti percutitur, eodem anno Italiâ per Carolum Crassum fratrem exiit, moritur X. Cal. Oct. A. 880. Non erat coronatus Imperator.

**CAROLUS CRASSUS**, Ludovici Germanici filius, A. 872. Rhætiâ à patre concessâ fit Rex Alamanniæ, A. 878. accipit partem Lotharingiæ, A. 879. à Papa Joanne in Italiam invitatur. A. 881. 6. Jan. in Imperatorem Romæ consecratur. A. 887. deponitur à Regnis suis per proceres, moritur. | | | |888|Jan. 13

**ARNULPHUS**, Carolomanni filius naturalis, A. 880. Carinthiam à patre regendam accipit, A. 887. locò Caroli Crassi à proceribus Germaniæ suscipitur in Regem, A. 894. Rex Italiæ declaratur, A. 896. circa Febr. Romæ Imperator salutatur : moritur. | | | |899|Dec. 8

LUDO-



CHRONOLOGIA IMPERATORUM CAROLINGICORUM. 201

LUDOVICUS INFANS, Arnulphi filius, ad initium Anni 900. Rex Germaniæ à Proceribus constituitur, Imperator coronatur. | | | | 911 | ante Julium

CONRADUS I. Rex, ex linea foeminea Ludovici Pii descendens per Gisela filiam, Eberhardi Ducis Forojul. uxorem, ex qua Juditha Werinharii Comitis uxor, & ex hac Conradus Comes, ex hoc vero Conradus Dux, postea Rex. *Eckhard. lib. 33. cap. 3.* obiit Conradus X. Cal. Jan. | | | | 918 | Dec. 23

Chronologica Series Regum Francicorum, Stirpis Carolingicæ, qui simul in Bohemiam, & Moraviam jus Tributi sibi asseruerunt.

**N**us. CCLXV. CAROLUS MAGNUS. A. 805. devicit Bohemiam, moritur | Regnum | finitum |  
anno | mese.  
814 | Jan. 28

LUDOVICUS PIUS, filium suum Ludovicum Germanicum Regem Bojoariæ declarat A. 825. exinde autem Bojoariam ei propriâ authoritate regendam tradit. | 830 |

LUDOVICUS GERMANICUS: moritur. | 876 | Aug. 28

CAROLOMANNUS, filius Ludovici Germanici, moritur. | 880 | Mart. 22

LUDOVICUS JUNIOR, frater Carolomanni, moritur. | 882 | Jan. 19

CAROLUS CRASSUS, frater Carolomanni, & Ludovici Junioris, deponitur à regnis suis per Proceres | 887 |

ARNULPHUS, filius Carolomanni, moritur. | 899 | Dec. 8

LUDOVICUS INFANS, filius Arnulphi, moritur. | 911 |

Not. Abhinc Bohemia & Moravia plenissimè sui Juris effecta, usque dum ab Henrico Aucupe rursus sub Tributum mitteretur.

## CCLXVI. Chronologia primorum Iudicum & Principum Bohemiæ.

| Czechus advenit in Bohemiam<br>secundum      | Sententia<br>Weleslavini |                           | Sententia<br>Stranskii |                           | Sententia<br>Hagecii   |                           | Sententia<br>combinatoria |                           |
|--|--------------------------|---------------------------|------------------------|---------------------------|------------------------|---------------------------|---------------------------|---------------------------|
|  | anni<br>regi-<br>minis   | regim.<br>finitum<br>anno | anni<br>regi-<br>minis | regim.<br>finitum<br>anno | anni<br>regi-<br>minis | regim.<br>finitum<br>anno | anni<br>regi-<br>minis    | regim.<br>finitum<br>anno |
| Weleslavinum - A. Chr. 278                   |                          |                           |                        |                           |                        |                           |                           |                           |
| Stranskium - - -                             |                          |                           |                        |                           |                        |                           |                           |                           |
| Hagecium - - - 644                           |                          |                           |                        |                           |                        |                           |                           |                           |
| Sententiam combinatoriam 374                 |                          |                           |                        |                           |                        |                           |                           |                           |
| Czechus, primus ductor gentis -              | 17                       | 335                       | 27                     |                           | 17                     | 661                       | 30                        | 404                       |
| Regimen Optimatum Aristocrati-<br>cum. - - - | 9                        | 345                       | long-<br>temp          |                           | 9                      | 670                       | 146                       | 550                       |
| Krok senior, Primas seu Judex -              | 50                       | 395                       | 50                     | 526                       | -                      | -                         | 50                        | 600                       |
| Krok junior, Primas seu Judex.               | 39                       | 434                       | 39                     | 565                       | 39                     | 709                       | 39                        | 639                       |
| Libussa virago, Primas.                      | 13                       | 447                       | 13                     | 578                       | 13                     | 722                       | 13                        | 652                       |
| Przemisl, primus Princeps. -                 | 44                       | 499                       | 54                     | 632                       | 23                     | 745                       | 23                        | 675                       |
| Nezamisl. - - -                              | 39                       | 538                       | 49                     | 681                       | 39                     | 783                       | 39                        | 714                       |
| Mnata - - -                                  |                          |                           | 53                     | 735                       | 21                     | 804                       | 21                        | 735                       |
| Wogen - - -                                  | 118                      | 656                       | 28                     | 763                       | 28                     | 831                       | 28                        | 763                       |
| Wnislav. - - -                               | 55                       | 711                       | 22                     | 785                       | -                      | -                         | 22                        | 785                       |
| Krzesomisl - - -                             |                          |                           | 19                     | 804                       | 19                     | 851                       | 19                        | 804                       |
| Neklan - - -                                 | 145                      |                           | 35                     | 839                       | 22                     | 873                       | 35                        | 839                       |
| Hostivit - - -                               |                          | 856                       | 17                     | 856                       | 17                     | 890                       | 17                        | 856                       |
| Borziwoy usque ad baptismum -                | 38                       | 894                       | 38                     | 894                       | 4                      | 894                       | 21                        | 872                       |
| usque ad abdicationem - -                    | 10                       | 904                       | 10                     | 904                       | 10                     | 904                       | 27                        | 904                       |
| Spitihnev - - -                              | 2                        | 906                       | 2                      | 906                       | 2                      | 906                       | 2                         | 906                       |
| Wratislav, frater Spitihnei -                | 10                       | 916                       | 10                     | 916                       | 10                     | 916                       | 15                        | 921                       |
| S. Wenceslaus - - -                          | 22                       | 938                       | 22                     | 938                       | 13                     | 929                       | 17                        | 938                       |

NOTA,

NOTA.

Quali fundamento sententia quarta combinatoria nitatur, variis in locis hujus operis dispicietur. Hic loci autem opportunum erit, ex mediis combinationis unicum afferre, id quod ex genealogia descendendum ex Kassa, sorore seniore Libussæ, desumitur. Ex Kassa illa, Bivogio nupta, præter filios Rodislaum, & Prostoslaum, eorumque posteros, progenita est Biela filia, cujus nomini arx & tetrarchia quondam Bilinensis conditum suum debent. Biela filios habuit Chtiboh, Lidomir, & Sudipraw; ex hoc ultimo filio natus est Bielæ nepos Hruta; ex isto pronepos Sukoslaw; ita *Weleslavinus in Genealogia Principum Bobemia*, & alii, ut *Hagecius in chron. Bob. ad A. 879.* Sukoslaos fratrem juniorem ait Weleslavinus fuisse Stuymirum, qui temporibus primi in Bohemia christiani Principis Borziwogii ex exilio Bavariae revocatus, & loco Borziwogii folio principali impositus est. Ast potior fides habenda *Hagecio*, qui Stuymirum non fratrem Sukoslai, sed remotiorem agnatum, eumque à Sukoslaos præfectum arcis Sukoslaw constitutum fuisse *ad A. 883.* refert. Sukoslaos, referente *Hagecio ad A. 880.* filius erat Mileš, jam paterfamilias in arce à se ædificata, & suo nomine Milešow insignita in montanis versus Saxoniam; Sukoslaos pater æquè, ac filius Mileš, Hostivum Principem Pragensem, ut pro suo computu vult *Hagecius*, rectius verò Borziwogium, bello petierunt: sed uterque periit, & Stuymir agnatus carceri primùm mancipatus, dein in Baviarum relegatus est, ubi 13. annis usque ad revocationem suprâ dictam delituit. Hæc historia bene convenit sententiæ combinatoriæ, non item Weleslavini & Stranskii: requiritur enim à tempore nuptiarum Kassæ tale intervallum, ut abnepos ejus Sukoslaw in vivis adhuc esse potuerit tempore moti Borziwogii belli, tredecim annis ante ejusdem baptismum. Calculus in sententia combinatoria est iste:

Kassa secundùm *Hagecium* nupsit Bivogio A. 716. itaque septimo anno Primatûs sororis suæ Libussæ; hic septimus annus in sententia combinatoria est 646. Biela filia Kassæ erat saltem tertio genita proles, adeoque 6. v. g. annis post nuptias Kassæ nata supponitur, itaque A. 652. Decimus tertius annus ante baptismum Borziwogii erat in sententia combinatoria annus 864. Inter hos annos intercedit spatium 212. annorum, in quod tres generationes distribuendæ. In prima generatione est Sudipraw ultimogenitus filius Bielæ, dum ea v. g. esset annorum 40. In secunda generatione est Hruta, dum pater ejus esset v. g. 50. annorum. In tertia generatione est Sukoslaos, dum pater ejus æquè annum v. g. quinquagesimum ageret. Remanent igitur pro ætate Sukoslai, dum unâ cum filio Milešio, jam separati territorii domino, & separatarum turmarum contra Borziwogium ductore, ipse quidem supplicio, filius autem prælio, occideretur, 72. anni, & remanebunt pauciores, si generationibus plures quàm 50. anni supponantur in eo ævo, ubi nuptiæ non festinabantur, ut præter exemplum ipsius Kassæ etiam in sorore Libussa (quæ ætatem regiminis capacem, adeoque viginti annos excedentem habens, tredecim insuper annis cœlebs mansit) nec non in marito ejus selecto Primislao (qui dudum paterfamilias absque conjugio erat) apparet.

Econtra annus decimus tertius ante Borziwogii baptismum in sententia Weleslavini, & simul Stranskii est annus 881. abhinc igitur retrò pariter computando pro intervallo usque ad nuptias Kassæ 212. annos, pervenitur usque ad annum 669. ergo in Weleslavini opinione usque ad decimum tertium

an-

annum regiminis Wogeni, in Stranskii opinione autem usque ad trigesimum sextum annum regiminis Nezamisli, quæ tempora à septimo anno regiminis Libussæ in eorundem auctorum calculo, respectivè 228. & 97. annis distant, adeoque cum generationibus à Kassa usque ad Sukoslaum incombinabilia sunt.

Porro Hagecii sententia, si pro nativitate Bielæ sextus annus post nuptias Kassæ nempe in Hagecii calculo 722. supponatur, & usque ad necem Sukoslai A. 881. vel ut ille, 883. computetur, intervallum quidem congruum pro intermediis generationibus, si ad triginta & aliquot annos restringantur, prodit, sed aliunde ea sententia ex multis capitibus sustineri nequit.

Cæterum in præmissis schemate sententiarum unus & alter apertus error typi in Weleslavini & Stranskii editionibus correctus est; v. g. dum Weleslavinus Nezamisli annum emortualem DXXVIII. locò DXXXVIII. & Stranskus Hostiviti annum emortualem 859. locò 856. habet, utpote quæ correctio ex annis regiminis nec non annis Christi præcedentibus & subsequenter in propatulo est.

**F I N I S.**

# OPERIS De Originibus Slavicis PARS III.

SEU

## APPARATUS GEOGRAPHICUS.

### SECTIO XV.

#### Generalia ad Ptolemæi Geographiam.



*N*us CCLXVIII. Origines Slavicæ indaganti mihi in progressu operis necesse omnino visum fuit, historicis excerptis geographica circa situm terrarum Danubianarum & Scythicarum adjungere, ut præcognitis locis tantò dilucidiores evaderent historicæ traditiones. Studiosè revolve hanc in rem interpretes Geographiæ antiquæ varios, eosque præcipuè authoritati tum Scriptorum antiquorum Romanorum & Græcorum, qui vel ex professo geographiam tractant, vel occasionaliter inter historica geographicos situs insinuant, tum itinerariorum Romanorum, & de cætero conjecturis inde deductis verosimilibus inniti vidi. Miratus autem sum, *Geographiam Ptolemæi*, quæ per gradus longitudinis & latitudinis loca quælibet per amplè designat, plerumque negligi, & per transfennam quasi, adhibita exigua valde gradibus ejus fide, citari. Absoluta itaque perquisitione situum Danubianorum secundùm adminicula & indicia itinerariorum Romanorum, & accepta quoque oculari inspectione locorum, quorsum ob alia negotia mihi pertingere licuit, animum adjeci, Ptolemæi geographicam concinnationem (utpote quæ multum luminis affundere posset, dummodò in gradibus expositis geometrica, saltem aliqua, proportio reperiatur) penitiùs ruminandi. Prima mihi cura fuit, Ptolemæum in illis partibus ad Danubium visere, ubi inter Romanos olim & Slavos vel maximè agebatur, id est à divertigio Arabonis usque ad divertigium Savi fluvii: quoniam interpretes geographiæ in sitibus ibidem graviter inter se colluctantur, & itineraria Romana ambiguitatibus involuta, quin & vitio librariorum corrupta & falsa incusant. Experiebar, designationem graduum Ptolemaicam sensui illi, quem mihi de ductuum varietate ad itineraria Romana formaveram, apprimè correspondere, & totum illum tractum Danubii ambiguitate fermè liberari, si gradus Ptolemaicum mensuris itinerariorum combinentur. Quam itaque hoc in tractu utilitatem Ptolemaici operis deprehenderam, eam itidem aliis in partibus Danubii superioris reperturum me confidi. Ast in tantam ibidem commixtionem graduum incidi, ut mirari jam desinerem, cur interpretes geographici de tam

*Pars III.*

A

con-

## 2                    **SECTIO XV. APPARATUS GEOGRAPHICUS.**

confusis graduum dispositionibus manum detraxerint. Præsumptio tamen, quam pro Ptolemæo conceperam, quòd idem ille, qui sphæram cœlestem haud inordinate concinnaverat, æquè delineationem mundi terrestris sine geometrica ratione & præportione, ut ut nobis dubia, non compilaverit, me ad altius investiganda ejus principia commovit.

**CCLXIX.** Excerpto Ptolemæum utebar primitus latina editione Pirckheimeriana Norimbergensi de A. 1524, dum verò excerpta hæc cum editione Nicolai Germani Ulmenis de A. 1482. conferrem, notabilem valde discrepantiam tam in textu ipso, quàm præprimis in nominibus locorum & gradibus offendi; unde alias quoque latinas editiones, nempe Münsteri Basileenses duas de A. 1545. & 1552. & Molentii Venetam de A. 1562. nec non editionem in lingua Italica Gastaldi de A. 1548. lustravi; ast cum & has inter se dissentientes conspicerem, editionem in lingua illa ipsa, in qua Ptolemæus scripsit, scilicet Græca, quæ Basileæ A. 1533. prodiit, adhibui. Demum excerpta mea hujus editionis Græcæ Basileensis cum Manuscripto Codice membranaceo præstantissimo, qui in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi reperitur, accuratè contuli, atque in multis secundum hunc codicem emendavi; quod præmonendum duxi, ne, si quis hæc mea excerpta cum latinis editionibus compareret, & diversa nomina, diversos gradus reperiat, id ex arbitrio meo fluxisse autemet. Necesse autem mihi omnino fuit, Ptolemæum, ut eum in terris inquisitionis meæ caperem & constringerem, longiore primùm brachio circumplecti, & ex illo ipso, qualem in systemate generali Europæ rationem & proportionem geometricam servaverit, elicere.

**CCLXX.** Pro comparando Ptolemæo cum hodiernis Geographis applicui chartas Europæ generales Germani Norimbergensis Homanni, & Galli Parisiensis de Fer, quarum hæc ad recentiores observationes cœlestes A. 1723. illa ad eclipsis solaris observationes diversorum Europæ Mathematicorum de A. 1706. edita est. In Italiæ partibus addidi Italiæ totius chartam Itali Modenensis Cantellii A. 1694. Romæ editam, idque respectu situs Europæ generalis. Quantùm ad situs interiores & particulares ad Danubium vergentes, quibus chartis particularibus circa Italiam & Hungariam usus sum, suo loco monebitur. Cæterùm verò in partibus Germaniæ hodiernæ, quæ circa Danubium superiorem sunt, Homanni chartam Europæam generalem, quousque ea situs suppeditat, sequor: quæ verò ob angustiam spatii deficiunt, ex charta ejus extensiore Germaniæ, & aliis chartis specialibus, reductis tamen gradibus ad scalæ generalis uniformitatem, supplevi.

**CCLXXI.** Præmittam obiter & compendio hic, quale judicium ex comparatione Ptolemæi cum hodiernis Geographis pro captu meo ex infra deductis schematibus resultet. In latitudine Ptolemæus æqualis est hodiernis Geographis in freto Herculeo, & insulis maris mediterranei. In arcu mediterraneo, à Vari ostio, usque fermè Romam, Italiam deprimit versùs meridiem gradu uno & ultrà. Hanc depressionem ex consequenti continuat ad fines Italiæ septentrionales, & pro parte ad *arcum* (ut ego voco) Adriaticum circa Istriam. Eadem depressione manente, & alicubi ad duos gradus extensâ, procedit ad arcum Danubii superioris; ad inferiorem verò Danubium, à divertigio Arabonis usque ad ostia Danubii, æqualis plerumque est, & in justa latitudine. Ad arcum transdanubianum circa montes Sudetos Bohemiæ latitudinem Homannianæ scalæ fermè assequitur. Ad oras maris Germanici autem paulatim usque ad duos gradus exsuperat scalam Homannianam. In longitudine, à Freto Herculeo usque Alexandriam, mare Mediterraneum ultra sca-

scalam Homannianam gradibus 64 in Orientem distendit; arcum e contra Mediterraneum usque Neapolim magis adhuc, nempe gradibus octo, dilatatus ab inde verò, ut ad proportionem graduum 64 in conformitate insularum Mediterranearum rediret, reliquam partem Orientalem Italiæ per modum quasi columnæ in mare Mediterraneum descendere facit. Hæc dilatatio vel maxime se tenet circa sinum Gallicum inter Barcelonam & Rhodani fluvii ostia, obindeque hanc dilatationem violentam voco *luxationem longitudinis*. Luxatio ista effectum suum exiit 1.<sup>mo</sup> in Hispaniam ipsam interiorem & Occidentalem, & in Galliæ oras maritimas; Ptolemæus enim, qui Homanno ad fretum Herculeum posterior erat gradibus 44. jam in Ligeris fluvii ostio anterior sit gradu uno, & demum in ostio Rheni Orientali, Galliam & Germaniam olim terminante, gradibus tribus. Eadem præcursum continuat in oris borealibus Germaniæ, & demum ad ostia Vistulæ fluvii ad gradus quinque augetur. 2.<sup>do</sup> quoque luxatio prædicta itidem ex consequenti in arcum Adriaticum inter Tergestum & Scardonam, & 3.<sup>tiò</sup> in arcum Danubianum Vindobonâ usque post divertigium Arabonis fluvii se extendit, ubi utrinque Ptolemæus interquadriem, quæ non nisi quatuor, & respectivè trium graduum in situ naturali est, in octo gradus distribuere ob proportionis æqualitatem necessitabatur.

CCLXXII. Totius hujus turbationis origo, ut ex Ptolemæo ipso clarè ferè colligendum, sic se habere videtur: non se ille primum conditorem operis venditat, sed emendatorem tantum ejus (quod *Marinus Tyrius* seculo uno ante Ptolemæum, nempe Christiano primo, congestat) proficitur *lib. 1. cap. 19*: in verbis: unde nos laborem suscipimus geminum: primum, ut intentionem viri (Marini scilicet Tyrii) quam per totum opus habuit, teneamus, præterquam in his, quæ emendatione potita sunt; deinde ut ea, quæ eidem haud nota fuerunt, partim ob historiæ notitiam haud habitam, partim ob seriem diligentiorum tabularum, congruè, quam maximè fieri potest, describantur.

Porro *lib. 1. cap. 18*. dicit: præterea in civitatum positione ea facilius describemus, quæ in litoribus sunt sita, quodam in ipsis servato ordine; in locatione verò earum, quæ *intra continentem* sunt, non idem obtigit, cum ipsarum situs minimè simul notatus sit, præterquam paucarum &c. Item *lib. 2. cap. 1*. Deinceps verò incipendum est particulariùs hæc tractare, id præponentes: quod descriptiones locorum longitudinis simul & latitudinis, quæ magis explorata fuerint, existimanda sunt veritati quàm maximè inniti, ob continuam & communiter ferè certam traditionum notitiam; quæ autem loca minus peragrata fuerunt, propter raram incertamque eorum cognitionem, non ita emendatè scribi putandum est, sed juxta vicinitatem propinquiorum eorum situum ac figurarum quàm diligentius tradita sunt.

Fateretur ergo Ptolemæus, se non ubique, præsertim *intra continentem terræ*, & ubi loca *minùs peragrata* tunc temporis erant, emendatè scribere, sed secundum congruentiam sibi aptiorem visam; fateretur se Marini opus retinere, & tantum ex recentioribus notitiis corrigere. Hæc notitiæ, à diversis manibus acceptæ ex uniformi principio seu scala graduum esse non poterant: adeoque Ptolemæus in terris longè ab Alexandria distitis, invitus &c. ignorans in



## SECTIO XV. APPARATUS GEOGRAPHICUS.

scilicet diversas incidit, easque in hiatis, prout poterat, confarcinavit. Et ut exemplo utar, sic ei contingere poterat, ut hodie contingere illi deberet, cui situs Danubii totius in scala, quæ veteri Marinianæ similis at suspecta esset, conscriptus, secundum notitias recentiores à fontibus Danubii usque Vindobonam in scala Homanniana, dein à flexione Danubii propè Curtam (id est, à Neudorf Hungariæ haud procul à Gran) usque ad ostia Danubii in scala hodiernorum Geometrarum Hungaricorum emendandus traderetur, de intermedio spatium autem inter Vindobonam & Curtam nil novi, præter simplicem descriptionem locorum interjacentium, subministraretur. Is si utramque novam notitiam, Homannianam æquè ac Hungaricam, itaque situm Vindobonæ sub gradu longitudinis 37. & Curtæ sub 42. pro compertis haberet, sublatentem autem scalæ differentiam ignoraret, certè intercapedinem duorum tantum graduum in quinque distendere necessitaretur. Et sic Ptolemæo tam in hac luxatione longitudinis Danubialis, quam in reliquis duabus luxationibus in arcu Adriatico & mediterraneo factum est, quia reverà locò paucorum graduum plures ubique fecit.

Porro Ptolemæus, dum in ordine ad applicationem graduum cœlestium ad situs particularium locorum de communicatione situum horum respectu paucarum tantum civitatum intra continentem jacentium sibi facta ipse testatur, cæterum verò de subsidiis ex peragrationse terrarum, itaque de communicatis sibi itinerariis, aliisque descriptionibus distantiarum de loco ad locum, loquitur, operationem suam sic instituere necesse habebat: paucarum v. g. Pannoniæ & Norici civitatum positiones mathematicas, easque quidem diversitati principiorum implicatas, pro norma amplexus est, secundum quam aliis locis, prout hujus vel illius itineris tendentia in hanc vel illam mundi plagam, & distantia de loco ad locum adnotata erat, gradus cœlestes dispensavit, quæ itaque dispensatio vario arbitrio supposita vario quoque errore vacare nequibat.

**CCLXXIII.** Ast num propterea Ptolemæi opus, fortuitum, & nulla geometrica ratione cohærens, adeoque nullius usûs censendum? minimè; habet enim & retinet proportionem aliquam, secundum quam gnari locorum posterius, ubi hæc vel illa loca in idea Ptolemæi pro ævo antiquo collocanda sint, discernere possunt. Hoc tamen fatendum est: per Ptolemæi hypotheses erroneas figuram Europæ planè aliter oculis nostris representari, quam nobis nunc compertum est; obindèque, si Ptolemæus cum chartis hodiernis geographicis, abstrahendo ab ideali ejus utpote falsa quandoque compaginatione, conferatur, cum potius se iudicio nostro exhibet, qui locò chartæ universalis meras chartas speciales in diversissimis scalis deductas divendit. Nihil mirum hoc est in Ptolemæo, nam & hodierni Geographi minimè aliter faciunt. Examinentur chartæ speciales. In latitudine quidem quid quasi facti, & immutabilis, est in longitudine nil nisi arbitrarium deprehenditur; nil enim sibi in longitudine non licere putant, & satis ducunt, provinciam, quam describunt, intra se proportionatam collocari, quomodocunque alioquin proportio se habeat ad extra, & ad totam spheram terrestrem. Hæc pro defensione Ptolemæi afferre duxi, ut iis, quæ ex illo in sitibus etiam commixtis proferam, aliquam saltem fidem scenerer.

**CCLXXIV.** Cæterum adhuc præmittendum, quale ævum scriptio *Marini Typi* præferat? non equidem, meo iudicio, ævum ipsius proprium seculi Christiani primi, sed vel maxime ævum antecedens sub Julio Cæsare. Nihil dicam de sedibus Gallorum *Boiorum* seu *Bojorum in Italia*, inter quas *Ptolemæus lib. 3. cap. 1.* relativè ex Marino, Ravennam computat, ac si Boji, dudum eje-

jecti, adhuc tempore Marini in Italia sedissent: neque quod expressè *Galliam Togatam* commemoret, & describat; potest enim Marinus de sedibus *quondam Boicis*, & de Gallia *quondam Togata* intelligi. Ast præter multa alia, & vetustatem præprimis nomenclaturæ populorum Germanicorum, Pannonicorum, & Dacicorum, sufficit, *inter populos Pannoniæ superioris adhuc Bojos* (Boi) enim scriptum est in MS. Vindobonensi, non *Biol*, ut in editione Basileensi) numerari: immò, si mihi quæstio in hoc nomine moveatur, nulla *deserta Bojorum* in Pannonia commemorari, sed latera omnia populis repleri, & insuper in *Dacia* florentem statum, nulli nisi *Boerebista Regis* temporis convenientem, referri: ut opus Marini, eatenus à Ptolemæo in vetustate servatum, ævo non posteriori, nisi Julii Cæsaris, sub restrictione attamen supra addita vel *maximè*, addicatur; namque aliqua inserta sunt, quæ Marini & Augusti Cæsaris ævum supponunt, uti in Germaniæ descriptione *Trophaea Drusi*, & in Rhætiæ descriptione *Drujomagus* &c. In populis igitur Ptolemæus circa terras Danubianas, præter *Jazyges Metanastas*, quos nec Marinus, nec Strabo, his in locis noverat, non habuit, quod alteraret, ex defectu notitiæ recentioris. In civitatibus e contra recenter magis informatus erat, & has, quamquam cum populis jam delitis & expulsis non ubilibet coætaneas, atque insuper in diversis scalis conglomeratas, syllabo vetustarum interseruit.

**CCLXXV.** His prænotatis longitudinem terræ incipit Ptolemæus ab Insulis Fortunatis ad Occidentem Africæ sitis; harum sex, nempe *Aprositum*, *Hyrem*, *Pluitalam*, *Casperiam*, *Canariam*, *Centuriam* *lib. 4. cap. 9.* recenset, easque omnes partim in ipso meridiano primo, partim abhinc usque ad primum gradum finitum longitudinis, in latitudine verò sub gradu decimo usque ad decimum sextum ab æquatore versùs Polum arcticum collocatas esse credit. Notior hodie est Oceanus Atlanticus Occidentalis, & quæ insulæ olim fors tantùm à longè visæ, adeoque quasi incognitæ erant, modò habitantur, & *Canariæ* vocantur, plures quàm sex sunt, & sub quinque gradibus longitudinis, in latitudine autem sub gradu vigesimo septimo usque trigessimum tertium dispersæ. Insulæ aliæ sunt circa Promontorium *Capo Verde* dictum, quibus latitudo Ptolemæi, nullo modo autem longitudo convenit: unde Insulas Canarias ille pro initio longitudinis intellexit, ut descriptio totius longitudinis habitabilis in hæmispherio Orbis docet, quæ nunc subjungenda. Longitudinem hanc habitabilem sic colligit *lib. 1. cap. 12.* A meridionali notato per insulas Fortunatas usque ad sacrum Hispaniæ promontorium (*Capo di S. Vincenzo* hodie) gradus duo & semis. Deinde ad *Boetis* fluvii (*Guadalquivir*) ostia, nec non inde ad angustia *Atlantici pelagi* & *Calpen* (rupes prope *Gibraltar*) in qualibet distantia gradus duo & semis. Hinc usque ad *Caralim* Sardinia (Cagliari) gradus viginti & quinque. A *Carali* usque *Lilibæum* Sicilia (Marsala) quatuor & semis. Inde usque *Pachinum* (*Capo Passaro* ad Orientem Sicilia) gradus tres. A *Pachino* ad *Tænarum* Laconia (Capo Matapan in Morea) decem. Inde ad *Rhodum* octo cum quarta. A *Rhodo* ad *Issum* undecim cum quarta. Ab *Issio* ad *Euphratem* duo & semis. Colliguntur itaque totius hujus distantia gradus septuaginta & duo. Quare omnis longitudo terræ nobis cognita, hoc est, à meridiano desi-

designato, seu terminante ab ultimo occasu insulas Fortunatas usque ad Seres, graduum centum & septuaginta & septem cum quarta annotatur &c. Seres secundum *Ptolemaeum lib. 6. cap. 16.* habitabant ad latus boreale Indorum, & Sinarum, ergo in hodierna Tartaria Chinesis: à septentrione & Oriente terminabantur terris incognitis: quin & ipsi Sinæ, ut *Ptolemaeus tradit lib. 7. cap. 3.* ad Orientem & meridiem terminabantur terris incognitis; ergo mare, quod est inter Sinas & Japoniam, *Ptolemaeo* notum non erat, & totus tractus terræ ei notæ intra 135. gradus longitudinis secundum *Chartas Galli Geographi de Fer dicti, Homanni* verò *Germani* intra 140. gradus concluditur, proindeque *Ptolemaeus* valde versùs Orientem dilatat terram sibi cognitam, & ex hæmispherio Orbis non nisi tres gradus incognitos versùs Orientem relinquit. Præcipuè verò *Ptolemaeus* in Asia citis passibus in Orientem currit; sic de *Fer* in descriptione, quam chartæ generali Asiæ adjunxit, dicit: *Ptolemaeum* ex falso supposito ponere gradus longitudinis 30. inter fluvios *Indum* & *Gangem*, quanquam medietas tantum horum graduum reverà reperiatur. Sequuntur nunc Schemata ad eruendam *Ptolemæi* ideam servientia.

### Schema I.

#### *Ora circa Fretum Herculeum, & situs Alexandria.*

*CCLXXVI.* Ad hoc schema referuntur ex *Ptolemaeo: lib. 2. cap. 5.* Promontorium sacrum Hispaniæ Lusitanicæ; hodie Capo di S. Vincenzo. *Lib. 2. cap. 4.* Calpes mons & columna maris interioris in Hispania Boetica; hodie mons ad civitatem Gibraltar. *Lib. 4. cap. 1.* Ex Mauritania Tingitana Africae Tingis, quæ & Cæsarea; hodie Tanger civitas. Item Exilissa civitas; hodie Ceuta. *Lib. 4. cap. 5.* Ex Lybia Marmarica & Ægypto, Alexandria totius Ægypti metropolis.

|                             | Promont. sacrum.<br>Capo S. Vincenzo. | Calpes mons.<br>Gibraltar. | Tingis.<br>Tanger. | Exilissa.<br>Ceuta. | Alexan-<br>dria. |
|-----------------------------|---------------------------------------|----------------------------|--------------------|---------------------|------------------|
| <i>Longitudines situum.</i> |                                       |                            |                    |                     |                  |
| Ptol.                       | 2. 30.                                | 7. 30.                     | 6. 30.             | 7. 30.              | 60. 30.          |
| Hom.                        | 7. 6.                                 | 11. 45.                    | 11. 10.            | 11. 45.             | 58. 30.          |
| Fer.                        | 7. 6.                                 | 11. 45.                    | 11. 10.            | 11. 45.             | 48. --           |
| <i>Latitudines situum.</i>  |                                       |                            |                    |                     |                  |
| Ptol.                       | 38. 15.                               | 35. 15.                    | 35. 55.            | 35. 55.             | 31. --           |
| Hom.                        | 36. 45.                               | 35. 50.                    | 35. 20.            | 35. 25.             | 31. --           |
| Fer.                        | 36. 35.                               | 35. 50.                    | 35. 20.            | 35. 25.             | 31. --           |

Hoc schema demonstrat, *Ptolemaeum*, promontorio Hispaniæ sacro excepto, de reliquo in freto Herculeo modicum, & in situ Alexandriae Patriæ suæ nihil discrepare ab hodiernis Geographis in latitudine. Econtrà in longitudine valde discrepat: circa fretum Herculeum ultra quatuor gradus est posterior; ad Alexandriam verò antecedit *Homannum* duobus, & *Gallum Geographum de Fer* duodecim gradibus. Prima differentia circa fretum Herculeum nihil improportionis involvit, cum enim *Ptolemaeus* primum suum meridianum in quarto gradu hodiernorum Geographorum cœperit, primus ejus meridianus æquivalet quarto illorum, & septimus undecimo. Secunda differentia autem jam alterat distributionem graduum; namque longitudo

GENERALIA AD PTOLEMÆI GEOGRAPHIAM. 7

tudo inter Calpen seu Gibraltar, & Alexandriam, quæ Homanno est graduum 46½. de-Ferriò 37½. à Ptolemæo distribuitur in 53. gradus. Liberalior ergo est Ptolemæus Homanno gradibus 6½. De Ferriò 15½. Et inde saltem id concludendum, quòd quilibet gradus longitudinis Ptolemaicæ in sitibus ab eo dilatatis, minorem intercapedinem terræ, prout verè sita est, capiat, quàm gradus hodiernorum Geographorum. Quomodo autem Ptolemæus in hanc relaxationem longitudinis devenerit, & an laxitas illa typum generalem ubique servet, an verò particulariter alicubi luxatio quasi longitudinis interverit, schemata sequentia commonstrabunt.

Schema II.

*Quasi-Parallelum maris Mediterranei.*

**CCLXXVII.** Huc referuntur ex *Ptolemæi lib. 3. cap. 3.* ex Sardinie angulo meridionali versùs occidentem Insula Hieracum, id est accipitrum; hodie Insula S. Petri. *Lib. 3. cap. 4.* Sicilie promontorium Pachinus; hodie Capo Passaro. *Lib. 3. cap. 16.* Laconie promontorium Tænarium; hodie Capo Matapan Moreæ. *Lib. 3. cap. 17.* Cretæ promontorium Samonium, quod Straboni rectius vocatur Salmonium; hodie Capo Salomo Candie. *Lib. 5. cap. 2.* Rhodi insulæ latus meridionale. *Lib. 5. cap. 14.* Cypri insulæ promontorium maximè meridionale, quod Ptolemæus vocat Curias.

|       | Sardinia.                   | Capo Passaro. | Matapan. | Salomo. | Rhodus. | Cyprus. |
|-------|-----------------------------|---------------|----------|---------|---------|---------|
|       | <i>Longitudines Situum.</i> |               |          |         |         |         |
| Ptol. | 30.                         | --            | 40.      | --      | 50.     | --      |
| Hom.  | 29.                         | --            | 37.      | 40.     | 47.     | --      |
| Fer.  | 27.                         | --            | 33.      | 40.     | 43.     | 40.     |
|       | <i>Latitudines Situum.</i>  |               |          |         |         |         |
| Ptol. | 35.                         | 45.           | 36.      | 20.     | 34.     | 20.     |
| Hom.  | 37.                         | 30.           | 36.      | --      | 34.     | 30.     |
| Fer.  | 37.                         | 40.           | 37.      | --      | 34.     | 50.     |

Ex hoc schemate liquet: paritatem latitudinis per mare Mediterraneum, non quidem exactam, attamen sat appropinquantem esse, Sardinia exceptâ, quam Ptolemæus ultra semialterum gradum meridionaliorem facit. In longitudine Ptolemæus, qui ad Gibraltar Homanno posterior erat gradibus 4½. jam in Sardinia anterior sit gradu uno, ergo à Gibraltar usque ad Sardiniam gradibus 5½. longitudinem ultra Homanni methodum dilatavit, & hæc dilatatio seu potiùs luxatio in arcu maris Mediterranei, huic situi correspondente inveniri debet; meridianus namque Genue in Italia æquè à Ptolemæo ponitur in gradu 30. sicut hic oræ occidentalis Sardinie; & justus est hic meridianus in se, quoniam apud Homannum æquè Genua eundem cum ora Sardinie occidentali habet meridianum, nempe utrinque graduum 29. In reliquis Insulis maris Mediterranei notabilis est meridianus Pachini seu Capo Passaro Sicilie in gradibus 40. in his iisdem gradibus locat Ptolemæus meridianum Neapolis; econtra Homanni scala dat Neapoli meridianum graduum 36. minorum 25. in schemate subsequente tertio; hic verò Pachino seu Capo Passaro graduum 37. minorum 40. unde differunt meridiani hi gradu integro & quadrante; inde verò consequens est, à Ptolemæo figuram Italie circa Neapolim aliter ordinari, ac in hodiernis geographicis delineationibus reperitur.

Sche-

## Schema III.

*Radius ex mari Mediterraneo per Hispaniam in Galliam tendens.*

**CCLXXVIII.** Referuntur huc ex *Ptolemæi lib. 2. cap. 7.* ex Gallia Aquitani-  
ca, Ligeris fluvii ostia. *Lib. 2. cap. 6.* ex Hispania Tarraconensi Calagorina; ho-  
die Calahorra. *Lib. 2. cap. 4.* ex Hispania Boetica Charidæum promontorio;  
hodie Capo de Gata.

|       | Ligeris fl. ostia. |              | Kalagorina.   |              | Charidæum promont. |              |
|-------|--------------------|--------------|---------------|--------------|--------------------|--------------|
| Ptol. | long. 17. 40.      | lat. 48. 30. | long. 14. 40. | lat. 42. 55. | long. 11. 30.      | lat. 36. 20. |
| Hom.  | 16. --             | 47. --       | 15. 40.       | 42. 30.      | 15. 30.            | 36. 40.      |
| Fer.  | 16. --             | 47. 20.      | 16. --        | 42. --       | 15. 30.            | 36. 40.      |

Hoc schema monstrat imò : latitudinem Ptolemæi, dum septentrioni magis accedit, paulatim à systemate hodiernorum Geographorum recedere, & ad Ligerim fluvium jam ultra gradum integrum præcurrere. 2dò longitudinem Ptolemæi pariter & magis adhuc Orientem præoccupare. Ad Calpen montem Gibraltaræ, ut in schemate primo, Ptolemæus Homanno posterior erat gradibus 4½ in Charidæo promontorio hujus schematis itidem posterior gradibus 4. adeoque in eadem proportione fermè circa hanc oram Hispaniæ manet; ast dum ad interiora Hispaniæ progreditur, jam tribus gradibus protendit hæc interiora in Orientem, & dum Ligeris fluvii ostia in Gallia attingit, ulterius duos gradus cum duabus tertiis superaddit, & jam Homanno & de-Ferrio anterior fit uno gradu cum duabus tertiis, itaque manifestum se facit, quòd Hispaniæ & Galliæ, circa interiora, & simul circa oras Oceani Occidentalis, aliam figuram & situm det, huncque versùs Orientem trahat & dilatet.

## Schema IV.

**CCLXXIX.** *Radius ex mari Mediterraneo extremus, seu orientalissimus, qui ad fines Europæ & Asiæ est.*

| Ostium Tyræ fluvii ex <i>Ptol. lib. 3. cap. 10.</i> hodie Nicster. | Ostium Danubii Boreum ex <i>Ptol. lib. 3. cap. 10.</i> | Byzantium ex <i>Ptol. lib. 3. cap. 11.</i> Constantinopolis. | Samonium promont. Cretæ ex <i>Ptol. lib. 3. cap. 17.</i> hodie Capo Salomo Candia. |
|--|--|--|--|
|--|--|--|--|

## Longitudines Situam.

|       |         |         |        |         |
|-------|---------|---------|--------|---------|
| Ptol. | 56. 20. | 56. 30. | 56. -- | 55. 50. |
| Hom.  | 54. --  | 54. --  | 54. -- | 53. 45. |

## Latitudines Situam.

|       |         |         |        |         |
|-------|---------|---------|--------|---------|
| Ptol. | 47. 40. | 46. 50. | 43. 5. | 35. 25. |
| Hom.  | 47. 40. | 46. 50. | 43. -- | 34. 40. |

Par in hoc schemate est Ptolemæus hodiernis Geographis in latitudine, exceptâ insulâ Cretâ, quam intra gradum 34½ & 35½. ponit, cum hodierni eam paulò meridionaliùs, nempe præcisè intra gradum 34. & 35. collocent, quæ differentia modica est, aliquot tantùm minorum. In longitudine Ptolemæus anterior est Homanno ad fines Europæ orientales ubique duobus tantùm gradibus; ad Calpen montem Gibraltaræ posterior erat gradibus 4½. ergo ab hinc in Europa usque ad fines ejus orientales gradus 6½. ultra systema Homanni distribuit, nihilominus tamen radius ejus ultimus Europæus in eadem planè

planè loca incidit ac Homannianus, & loca hujus radii Homanniani habent meridianum 54. Ptolemaici verò 56. ut systhema utrumque hìc jam in eadem proportione, quanquam in diverso meridiano sit. Immo in eodem meridiano est, si Ptolemæi scala comparatur cum scala hodierna Hungarica, cui fermè ubique par est à divertigio Arabonis fluvii usque ad ostia Danubii, ut videri potest in schemate XIV. ad finem. Videndum igitur, ubi in arcu mediterraneo, id est in oris Hispaniæ, Galliæ, & Italiæ, Ptolemæus longitudinem primùm in Orientem dilataverit, dein verò iterum coarctaverit.

Schema V.

*Arcus maris Mediterranei.*

**CCLXXX.** Huic schemati inferuntur ex *Ptolemæi* descriptione Hispaniæ Tarraconensis *lib. 2. cap. 6.* Barcinon, hodie Barcellona. Ex Galliâ Narbonensi *lib. 2. cap. 10.* Rhodani fluvii orientale ostium. Citharistes promontorium post Tauroëntium seu Toulon. Vari fluvii ostium, qui olim & hodie Galliam ab Italia separat prope Civitatem Nizza. Ex descriptione Italiæ *lib. 3. cap. 1.* loca reliqua. In hoc schemate respectu Italiæ quoque accedit scala Geographi Itali, Jacobi Cantellii, & quidem duplex, prima nempe ex charta generali Italiæ à Dominico Rossi Romæ A. 1694. edita; altera ex chartis ejusdem Cantellii specialibus A. 1680. & 1681. Romæ itidem editis, Alta Lombardia, & Bassa Lombardia intitulatis, nec non ex charta, stato della Chiesa intitulata, authore Baudrand Parisiensi, & editore dicto Rossi; hæ tres chartæ speciales inter se conformes sunt in scala, sed diversæ à charta generali Italiæ. Porro in Regno Neapolitano charta Cantellii, medio quidem gradu præcedens, sed reducta observatur.

*Longitudines situum.*

| 1. Barcinon.       | 2. Rhodani Ostia. | 3. Toulon. | 4. Vari fluvii Ostia. | 5. Genua. |
|--------------------|-------------------|------------|-----------------------|-----------|
| Ptol. 17. 15.      | 23. --            | 25. --     | 27. 30.               | 30. --    |
| Hom. 20. 35.       | 23. --            | 25. --     | 27. --                | 29. 20.   |
| Fer. 19. 35.       | 23. --            | 24. 30.    | 25. 20.               | 27. 30.   |
| Cant. chart. gen.  | - -               | - -        | - 25. 50.             | 27. 55.   |
| Cant. chart. spec. | - -               | - -        | - 28. 57.             | 30. 55.   |

| 6. Roma.      | 7. Neapolis. | 8. Regium Calabr. | 9. Brendesium. |         |
|---------------|--------------|-------------------|----------------|---------|
| Ptol. - -     | 36. 40.      | 40. --            | 39. 50.        | 42. 30. |
| Hom. - -      | 34. 20.      | 36. 25.           | 38. 5.         | 40. 20. |
| Fer. - -      | 31. 6.       | 33. 30.           | 34. 18.        | 37. --  |
| Cant. gen. -  | 33. --       | 34. 50.           | 36. 5.         | 38. --  |
| Cant. spec. - | 36. 20.      | 38. 6.            | 39. 35.        | 41. 35. |

*Latitudines situum.*

| 1. Barcinon.  | 2. Rhodanus. | 3. Toulon. | 4. Vari Ostia. | 5. Genua. |
|---------------|--------------|------------|----------------|-----------|
| Ptol. 41. --  | 42. 20.      | 42. 30.    | 43. --         | 42. 50.   |
| Hom. 40. 35.  | 42. 45.      | 42. 30.    | 43. 20.        | 44. --    |
| Fer. 41. --   | 43. 20.      | 43. --     | 43. 40.        | 44. --    |
| Cant. gen. -  | - -          | - -        | - 43. 35.      | 44. 15.   |
| Cant. spec. - | - -          | - -        | - 43. 10.      | 43. 50.   |

*Part III.*

B

6. Roma

## SECTIO XV. APPARATUS GEOGRAPHICUS.

|                | 6. Roma. | 7. Neapolis. | 8. Regium. | 9. Brendesium. |
|----------------|----------|--------------|------------|----------------|
| Ptol. . . . .  | 41. 40.  | 40. 30.      | 38. 15.    | 39. 40.        |
| Hom. . . . .   | 41. 45.  | 41. . .      | 37. 40.    | 40. 40.        |
| Fer. . . . .   | 41. 50.  | 41. 10.      | 38. 30.    | 40. 30.        |
| Cant. gen. . . | 42. 5.   | 41. 15.      | 37. 50.    | 40. 45.        |
| Cant. spec. .  | 41. 48.  | 41. 3.       | 37. 50.    | 40. 45.        |

Schemata ulteriora docebunt, latitudinem Ptolemæi ad fines inter Italiam, & Rhætiam, Noricumque, uno & quandoque duobus gradibus inquam & parcam esse. Ratio ex hoc schemate V. se prodit: à Vari ostio, adeoque ab oris Mediterraneis Italiæ jam Ptolemæus arcum Italiæ incipit deprimere in meridiem, & in hac depressione continuat fermè Romam usque.

**CCLXXXI.** Ut hæc depressio magis elucescat, ponitur sequens schema speciale quoad latitudinem solam ex Ptolemæi Italia *lib. 3. cap. 1.* & respectu Vari fluvii ex *lib. 2. cap. 10.*

|   | Ptol. lat. | Hom. lat. |
|---|------------|-----------|
| Vari fluvii ostium . . . . .  | 43. . .    | 43. 20.   |
| Albinimum; hodie Vintimiglia . . . . .                                    | 42. 45.    | 43. 35.   |
| Genua . . . . .   | 42. 59.    | 44. . .   |
| Macrallæ fluvii ostium, hodie Magra fl. prope Golfo della Spetia. . . . . | 42. 45.    | 43. 35.   |
| Arni fluvii ostium; prope Civitatem hodiernam Pisa . . . . .              | 42. 40.    | 43. 5.    |

Inde ergo est, quòd Ptolemæus pariter illam Italiæ partem, quæ his sitibus superjacet, & sic consequenter Italiæ superjacentem Rhætiam & Noricum, ubique uno, alicubi verò semialtero & duplici gradu meridionaliùs locaverit, & in specie Danubio gradus solummodò 46½. dederit, cui 48½. competebant. Econtra Ptolemæi latitudo ad fines inter Galliam, Helvetiam, & Germaniam, circa Juram montem, & Rhenum fluvium, quoniam non ex radio Italico sed Gallico à Rhodano fluvio in recta latitudine posito procedit, parca non, sed iusta, & potiùs paulatim superabundans est, cujus schema quoque apponendum ex Ptolemæi descriptione Gallie Belgicæ *lib. 2. cap. 9.*

|  | Ptol. lat. | Hom. lat. |
|--|------------|-----------|
| Rheni fluvii ostium orientale . . . . .                      | 54. . .    | 52. 40.   |
| Mogontiacum . . . . .  | 50. 15.    | 49. 40.   |
| Argentoratum . . . . .                                       | 48. 20.    | 48. 30.   |
| Augusta Rauracorum; hodie Augst in vicinia Basileæ . . . . . | 47. 10.    | 47. 35.   |
| Jurassus mons; Helvetiam à Gallia separans . . . . .         | 46. . .    | 46. 30.   |

Latitudo Ptolemæi hic ad Rheni ostium jam superabundat gradu integro cum tertia, & in hac proportione quoque continuatur per reliquos fines boreales Germaniæ: v. g. ex *Ptolemæi lib. 2. cap. 11.*

|                               | Ptol. lat. | Hom. lat. |
|-------------------------------|------------|-----------|
| Amasis fl. ostium . . . . .   | 55. . .    | 53. 30.   |
| Vifurgis fl. ostium . . . . . | 55. 15.    | 54. . .   |
| Albis fl. ostium . . . . .    | 56. 15.    | 54. 20.   |
| Viadri fl. ostia . . . . .    | 56. . .    | 54. . .   |
| Vistulæ fl. ostia . . . . .   | 56. . .    | 54. . .   |

Sic igitur se habet latitudo Germaniæ circa partes borealissimas. Aliud est circa Germaniam Danubio proximam: ibi enim Marinus Tyrius latitudini Germaniæ gradum unum, Ptolemæus contra cis Danubium gradus duos detrahit. Procedendo dein ad Sudetos montes Marinus latitudinem iustam jam fer-



fermè adæquat, post Sudetos montes verò paulatim exsuperat. Et hæc generaliter notanda veniunt de latitudine.

*CCLXXXVII.* In longitudine à Gibraltar usque Barcelloenam computat gradus intermedios Ptolemæus 9½. Homannus 8½. De Fer 7½. Ergo Ptolemæus liberalis est in longitudine, respectu Homanni, circa gradum fermè unum, & eatenùs oras Hispaniæ jam dilatât & trahit in Orientem. Abhinc autem usque ad ostia Rhodani fluvii in Gallia Ptolemæus prodigus fit, & longitudinem sic dispensat, ut hodiernis Geographis in meridiano Rhodani graduum 23. par jam fiat, adeoque (in scala Homanniana) intercapedinem oræ maritimæ graduum duorum, & minorum 25. in gradus quinque, minuta 45. distendat; & hæc est luxatio prima Ptolemaica, quæ Galliam maritimam occidentalem & septentrionalem gradibus tribus in Orientem plùs justo movet, obindèque ostium Rheni orientalius, quod Ptolemæus pro limite Galliæ & Germaniæ habet, in gradum longitudinis 28. collocat, quod in scala Homanniana in gradibus 25. esse deberet.

Hæc differentia postmodùm continuat per totum mare, Germaniam versùs septentrionem alluens. Ad id comprobandum, quoniam systhema Ptolemæi non fortuitum, sed suo sensu cohærens, & in aliquibus sitibus tantùm luxatum ex eo deprehenditur, serviet sequens schema, ubi gradus tantùm longitudinis, de qua hic quæstio est, referentur, & ex *Ptolemaeo* quoad Rhenum ex *lib. 2. cap. 9.* quoad reliqua verò ex *lib. 2. cap. 11.* excerpti sunt.

| Ostium Rheni. | Amasis. | Visurgis. | Albis. | Viadri. | Vistulæ. |
|---------------|---------|-----------|--------|---------|----------|
| Ptol. 28. --  | 29. --  | 31. --    | 31. -- | 42. 10. | 45. --   |
| Hom. 25. --   | 26. --  | 27. 40.   | 28. -- | 35. 20. | 40. --   |

Hic ad Albim usque tribus gradibus Ptolemæus in Orientem præcurrit, quod & necesse erat ex luxatione longitudinis, quam sicut in oris oceani occidentalis circa Hispaniam & Galliam, ut schemate III. dictum, ita quoque in oris maris Mediterranei earundem provinciarum admiserat. Dum autem ad Viadrum & Vistulam venit, hos situs, tanquam terris incognitis proximos, magis adhuc in Orientem dimovet, & ab Homanniana scala ibidem 5. gradibus in Vistula recedit. Quòd autem in situ penultimo Viadri improportionatè ultra 6. gradus recedat, error specialis est, quia Viadrum ex defectu notitiæ tribus tantùm gradibus ante Vistulam locat, qui fermè 5. gradibus in situ naturali anterior est.

*CCLXXXVIII.* Luxatio hæc longitudinis clara fit ex descriptione lateris meridionalis in Gallia Narbonensi *lib. 2. cap. 10.* ostia enim fluviorum in sinu ibidem Gallico usque Rhodanum Ptolemæus semper in longitudine movet, in latitudine verò fermè parallela in gradibus 42½. 42½. 42½. facit, ergo sinum non agnovit, sed in arcum continuativum seu peripheriam simplicem cum aliis oris explanavit & dilatavit. Effectus hic extensionis per oras septentrionales Galliæ & Germaniæ non poterat subsistere in solis his oris & extremis, sed, prout Ptolemæus opus suum geometricè concinnavit, extensio admissa ad extra etiam operari debuit ad intra, ita ut totum corpus ad eam conformaretur. Porro Ptolemæus ad fines Galliæ & Italiæ, ad fluvium nempe Varum, jam præcedit Homanni scalam gradu dimidio, ad Genuam gradu integro, ad Romam gradibus duobus cum tertia, ad Neapolim gradibus tribus cum dimidio; dein autem arcum Italiæ hucusque relaxatum rursus contrahit, Salernum & alia loca, in vero situ ad Orientem adhuc vergentia, ac si rectà in meridiem per modum columnæ descenderent, sub meridianum

Neapolitanum coarctat, ac demum extremam partem orientalem Italiæ, seu Calabriam ulteriorem, in Occidentem incurvat, ita ut Regium civitas, & Pachinus promontorium Siciliæ, in eundem meridianum cum Neapoli incidant, licet in vero situ ultra gradum orientales esse deberent.

Aliter igitur Ptolemæus arcum mediterraneum format, quàm hodierni Geographi. Ast nec hi inter se conveniunt: Regio Messinæ opposito gradus longitudinis assignantur: à Geographo Gallo de Fer 34. à Cantellio Italo 36. ab Homanno Germano 38. Igitur de Fer arcum mediterraneum constringit, Homannus laxat, Cantellius medius est. Si hi post tot experimenta & observationes Astronomorum nondum conformes esse potuere, cur succensendum Ptolemæo, quod 15. seculis ante ipsos in vera dispositione arcus mediterranei laboraverit?

## Schema VI.

### *Arcus Italia septentrionalis.*

**CCLXXXIV.** Loca hujus Schematis sunt ex descriptione Italiæ *lib. 3. cap. 1.* Triplex *scala* Ptolemæi hinc reperitur: *maxima* ab Alpibus Graiis in partibus hodiernæ Sabaudiæ usque Vercellas; *media* à Lacu Comensi usque Tridentum; *minima* ab inde usque Aquileiam & Tergestum. Maximæ Ptolemæi scalæ fermè appropinquat charta Delphinatûs à Geographo Gallico de Fer A. 1693. edita. Scalæ mediæ ferè par est Italus Cantellius in chartis specialibus, Alta & Bassa Lombardia intitulatis, nec non Italus itidem Certuti in charta, Corso del Po nominata, A. 1703. Romæ edita. Scalæ minimæ conformis est Homannus Germanus.

### Scala Italica maxima seu Vercellensis.

| Augusta Prætoria.<br>hodie Avosta. | Augusta Taurinorum.<br>hodie Torino: | Vercellæ.<br>hodie Vercelli. |
|------------------------------------|--------------------------------------|------------------------------|
| Ptol. 30. -- 44. --                | 30. 30. 43. 40.                      | 31. -- 43. 30.               |
| Hom. 27. 10. 45. 20.               | 27. 35. 44. 20.                      | 28. 10. 45. --               |
| Fer. 29. 30.                       | 29. 45.                              | 30. 15.                      |

### Scala Italica media seu Tridentina.

| Comum.               | Bergomum.       | Tridente.       |
|----------------------|-----------------|-----------------|
| Ptol. 31. -- 44. 20. | 32. -- 44. 20.  | 33. 40. 43. 45. |
| Hom. 29. 16. 45. 30. | 29. 45. 45. 20. | 31. 45. 45. 55. |
| Cant. 31. --         | 31. 40.         | 33. 25.         |

### Scala Italica minima seu Aquileiensis.

| Belunum.              | Aquileia.      | Tergestum.      |
|-----------------------|----------------|-----------------|
| Ptol. 32. 30. 44. 40. | 34. -- 45. --  | 34. 30. 44. 55. |
| Hom. 32. 30. 45. 36.  | 34. -- 45. 45. | 34. 40. 45. 42. |
| Cant. 34. 40.         | 36. 10.        | 36. 50.         |

Belunum, de quo hinc, non est oppidum Bellunum ad superiorem partem fluvii Piave, sed vicus Monte Belluno dictus ad inferiorem partem ejusdem fluvii, ut in Carnorum finibus dicitur. Ex hoc schemate manifestum fit primò: quod Ptolemæus Italiam septentrionalem in latitudine plùs justo ad meridiem in mare mediterraneum deprimat, & quidem potiori ex parte ultra gradum integrum. Provenit hoc, ut jam suprà dictum, ex depressione arcus mediterranei in oris Italiæ ad utrumque latus Genuæ; unde necessarium confe-

consequens erat, partes quoque huic situi superjacentes, non tantum in Italia, sed & Rhætia, & Norico, ad meridiem attrahere. Ptolemæus ipse hac de re testimonium clarum dat in descriptione Pannoniæ superioris, dum ejus terminos meridionales, inter quos Siscia est, in parallelo esse dicit cum extremo occidentali Cetiorum montium è regione Æmonæ, cum reverà diversa sint parallela, ut itidem in Carnorum finibus dicitur. Secundò ex gradibus longitudinum evidenter apparet, Ptolemæum in Italia septentrionali, circa & ultra Padum fluvium, triplicibus sibi communicatis inter se diversis notitiis, adeoque, invitum quamvis & inscium, triplici differente scala usum fuisse; quomodo enim Vercellæ & Comum, quæ in longitudine inter se gradu uno cum quadrante distant, eundem meridianum 31. sortiri apud Ptolemæum potuissent, nisi meridianus Vercellarum ex alia, & Comi itidem ex alia scala exscriptus esset? pariformiter quomodo Ptolemæus, dum Tridento jam gradus longitudinis 33½. attribuerat, in Beluno, quod tribus quadrantibus gradus orientalius est, locò assignandi meridiani proportionati 34½. ad meridianum 32½. regredi potuisset, nisi utique ex mutatione scalæ?

*CCLXXXV.* Quos effectus & quas commixtiones triplex hæc scala in Rhætias & Noricum secum attulerit, videbitur infra, dum ad situs illos perventum fuerit. Quid autem præterea scala Ptolemæi Italica tertia seu Aquilejensis intra ipsam Italiam operata sit, hic loci statim annectendum est; quam in rem duo meridiani, interior scilicet Belluni, & exterior Tergesti, intra Italiam deducuntur.

Meridianus interior Bellunensis.

|             | Bellunum. | Vicentia. | Mantua.         | Regium Lepidium. |
|-------------|-----------|-----------|-----------------|------------------|
| Ptol. long. | 32. 30.   | 44. 40.   | 32. 30. 44. 30. | 32. 45. 43. 40.  |
| Hom.        | 32. 30.   | 45. 36.   | 32. 10. 45. 25. | 31. 20. 45. 15.  |
|             |           |           |                 | 31. 20. 44. 35   |

Meridianus exterior Tergestinus.

|             | Tergestum. | Padi fluvii ostia. | Ravenna.        |
|-------------|------------|--------------------|-----------------|
| Ptol. long. | 34. 30.    | 44. 55.            | 34. 45. 44. --  |
| Hom.        | 34. 40.    | 45. 42.            | 33. 10. 44. 50. |
|             |            |                    | 33. 10. 44. 10. |

Hinc elucet, quomodo Ptolemæus, diversis scalis deceptus, Italiam in sinum Adriaticum Tergestinum extenderit, ubi reverà aqua est, terram continentem posuerit, &, ut id cum proportione fieret, loca Italiæ ex vero occidentaliore situ semper in orientaliorem dimoverit, ita ut disparia in meridianis uni eidemque meridiano subjicerentur, & ora Italiæ Adriatica, impleto sinu Tergestino, ipsi Istriæ in meridiano Tergestino jungeretur.

Schema VII.

*Arcus Adriaticus.*

*CCLXXXVI.* Loca hujus schematis usque Nefactum (quod à Ptolemæo vocatur finis Italiæ, itaque ad Arsiam fluvium Istriæ esse debuit) sunt ex Ptolemæi Italia *lib. 3. cap. 1.* reliqua ex descriptione Illyridis *lib. 2. cap. 17.* Aulon verò ex Macedoniæ descriptione *lib. 3. cap. 13.* Præponitur in hoc schemate Homanni scala, ut eò magis deflexio Ptolemaica agnoscat. Cancelliana scala, quæ Ptolemaicam subsequitur, ex charta ejus speciali, Bassa Lombardia nuncupata, est.

## SECTIO XV. APPARATUS GEOGRAPHICUS.

*Longitudines situum.*

| Tergestum.    | Parentium. | Pola.     | Nesactum. | Alvona.            | Flanona.      | Tarfatica. |
|---------------|------------|-----------|-----------|--------------------|---------------|------------|
| Hom. 34. 40.  | 34. 50.    | 35. --    | 35. 20.   | 35. 30.            | 35. 30.       | 35. 45.    |
| Ptol. 34. 30. | 35. 20.    | 36. --    | 36. 15.   | 36. 50.            | 37. --        | 37. 40.    |
| Cant. 36. 55. | 36. 50.    | 37. 15.   | 37. 25.   | 37. 32.            | 37. 40.       | 37. 50.    |
| Senia.        | Jadera.    | Scardona. | Salonæ.   | Naronis fl. ostia. | Rizon. sinus. | Aulon.     |
|               | Zara.      |           |           | Narenta fl.        | Cataro.       | Valona.    |
| Hom. 36. 25.  | 38. --     | 38. 40.   | 39. --    | 40. 25.            | 41. 30.       | 42. --     |
| Ptol. 39. --  | 42. --     | 42. 40.   | 43. 20.   | 44. 30.            | 45. --        | 44. 50.    |

*Latitudines situum.*

| Tergestum.    | Parentium. | Pola.     | Nesactum. | Alvona.        | Flanona.      | Tarfatica. |
|---------------|------------|-----------|-----------|----------------|---------------|------------|
| Hom. 45. 42.  | 45. 20.    | 45. 7.    | 45. 10.   | 45. 10.        | 45. 22.       | 45. 38.    |
| Ptol. 44. 55. | 44. 55.    | 44. 40.   | 44. 55.   | 45. --         | 44. 45.       | 44. 35.    |
| Senia.        | Jadera.    | Scardona. | Salonæ.   | Naronis ostia. | Rizon. sinus. | Aulon.     |
| Hom. 45. 25.  | 44. 35.    | 44. 20.   | 44. --    | 43. 30.        | 42. 30.       | 40. 15.    |
| Ptol. 44. 40. | 43. 45.    | 43. 30.   | 43. 10.   | 42. 20.        | 42. --        | 39. 55.    |

Ptolemæus diversitate scalæ deceptus oram Italiæ Adriaticam, ut dictum, in meridianum usque Tergestinum promoverat, itaque Italiam Istriæ quodammodò junxerat. Dehinc ei agebatur de conjungenda Istria & Illyride cum Dalmatia; Tergestum supponebat in gradibus longitudinis 34½. Scardonam Dalmatiæ in gradibus 42¾. Utrumque hoc suppositum verum est, sed in scala diversa; primum in scala tertia Italica seu Aquileiensi; secundum in scala, quâ utitur Ptolemæus in Pannonia & Dalmatia, quam obinde *scalam Pannonicam* voco. Si identitas scalæ in Tergesto & Scardona servetur, non est distantia nisi graduum quatuor; si in Tergesto scala Italica tertia Aquileiensis, in Scardona econtrâ scala Pannonica adhibeatur, hæc dicat gradus 42¾, illa gradus 34¾, ergo distantia est graduum octo, quod licet falsum sit, à Ptolemæo tamen creditum & adoptatum est; unde quoque re ipsa octo gradus inter Tergestum & Scardonam distribuit; sed quomodo? ipse testem hujus operationis omni exceptione majorem agit, dum longitudinem, quæ circa peninsulam Istriæ aliquot in locis reverà eadem est, de loco in locum movet, latitudinem, quæ ad Polam 35. minutis meridionalior Tergesto est, tantùm in 15. minutis diversificat, Tergestum & Parentium sibi parallela, Polam verò solam aliquatenus in mare protuberantem facit, atque immediatè iterum Nesactum ad parallelum Tergesti elevat, atque ex mari submovet: itaque oras Istriæ, per angulum in mare ab utroque sinu Tergestino & Flanatico longè procurrentes, exceptâ solâ Polâ, in simplicem peripheriam arcûs unici expandit; ergo nullam nisi parvam respectu Polæ sinuationem in mare agnoscit. Hæc ejus operatio apertè innuit, nullam sibi factam fuisse communicationem graduum his in partibus inter Tergestum & Scardonam, adeoque operationem ejus hîc simpliciter inniti itinerariis Romanorum, viam Tergesto Scardonam, circumambulando Istriam, describentibus: quorum mensuras per obliquum circumactas ille in porrectum accepit, & in octo gradus divisit. Hæc est Ptolemæi secunda luxatio longitudinis, quæ &, admisâ primâ in arcu maris Mediterranei, omnino necessaria fuerat, quoniam absque ea in septentrionem ab Italia geometricè pervenire nequisset.

Sche-

## Schema VIII.

*Arcus trans-danubianus Bohemiam & Moraviam complectens.*

CCLXXXVII. Ordine, quem hucusque secutus sum, jam agendum foret de arcu Danubiano: sed quoniam iste sedem disquisitionis meæ propriam occupat, transiliam Danubium, & arcum illum borealiorem primùm lustrabo, ut præcognitis duobus extremis investigationis meæ, nempe arcu hoc transdanubiano, & jam præmissis cisdanubiano seu Italico & Adriatico, de intermedio facilius judicari possit. Hujus schematis loca omnia sunt ex Ptolemæi descriptione Germaniæ lib. 2. cap. 11. ubi prænotandum: Sudetorum montium initium Ptolemæus ponit in gradibus longitudinis 34. finem verò in gradibus 40. Fontes Albi fluvii collocat in gradibus 39. unicuique horum situum attribuit latitudinem graduum 50. Situs fontium Albi fluvii certus hodie adhuc omnino est, quòd in montibus Riesengebürg dictis, in confiniis Bohemiæ & Silesiæ sit. Ex hac certitudine alia nascitur, quòd nempe montes Sudeti Ptolemæo ii, qui in eodem sunt tractu cum fontibus Albi, itaque Bohemiam hodiernam à Voithlandia, Saxonia, Lusatia, & Silesia separant, vocentur: & bene habet Ptolemæus, dum fontes Albi in gradu 39. igitur uno gradu ante extremum Sudetorum montium figit; reverà enim in scala Homanniana fontes hi in gradu 36½, extrema autem Sudetorum in gradu 37½ sunt, & distantiam unius gradus intra se continent. De reliquo verò Ptolemæus dupliciter hic aberrat: primò in extensione montium Sudetorum, quam graduum sex facit, cum Bohemia in longitudine non nisi gradus 4½ occupet, extra illam verò Sudeti montes quærendi non sint: secundò in latitudine, quam ab initio Sudetorum montium, per fontes Albi, usque ad finem montium eorundem parallelam in gradu 50. facit, cum Bohemia montibus in modum circuli circumscribatur, adeoque in finibus ejusdem parallelum tot graduum reperiri nequeat. Ignoscendum hoc Ptolemæo, quoniam nec ille, nec Græcus alius, nec Romanus, aliam nisi ab auditu notitiam de Bohemia, quorsum nunquam penetraverunt, habere poterat.

Porro huic schemati subserviunt caput Vistulæ fluvii, & extremum australe Sarmaticorum montium. Ptolemæus reflexè videtur ponere caput, non fontes Vistulæ; fontes enim, rigorosè accepti, sunt adhuc intra hodiernæ Silesiæ Ducatum Teschinentem, ad concurrentiam finium Silesiæ, Hungariæ, & Poloniæ; & hunc situm angularem adhuc Ptolemæus Sarmatiæ includit. Caput ergo Vistulæ intelligendum est de Vistula, jam Sarmaticos montes cum promontoriis suis integraliter prætergressa, ibi loci circiter, ubi Bila fluvius ei ad ingressum Poloniæ hodiernæ conjungitur.

De extremo australi seu initio Sarmaticorum montium dubium est, unde intelligendum sit? Ptolemæus latitudinem inter caput Vistulæ, & divertigium fluvii apud Lunam silvam, (ergo Moravæ fluvii) sic distribuit: Caput Vistulæ 52½. Extremum australe montium Sarmaticorum 48½. Divertigium dicti fluvii 47½. Proportio igitur Ptolemaica est, ut latitudo inter caput Vistulæ & Danubium in quinque partes dividatur, ex iisque paululum ultra unam partem initio montium Sarmaticorum tribuatur. In hoc supposito, montes Sarmatici inceperunt haud procul ab hodierna civitate Hungarica Trentschin; quod verò montium infra Trentschin usque ad Danubium est, à Germanis, non Sarmatis, habitabatur, itaque non Sarmaticorum montium, sed Lunæ silvæ nomine veniebat. *vid. num. 486. a.*

Su-

Sudetorū montium initium supra Egram civitatem.      Albis fluvii fontes.      Sudetorum finis circa Comitatum Glacensem.      Caput Vistulæ ad confluentiam Bilæ fluvii.      Sarmaticorum montium initium circa Trentschin.

*Longitudines situum.*

|       |     |    |     |     |     |     |     |    |     |     |
|-------|-----|----|-----|-----|-----|-----|-----|----|-----|-----|
| Ptol. | 34. | -- | 39. | --  | 40. | --  | 44. | -- | 42. | 30. |
| Hom.  | 33. | -- | 36. | 20. | 37. | 25. | 40. | -- | 38. | 50. |

*Latitudines situum.*

|       |     |     |     |     |     |     |     |     |     |     |
|-------|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|-----|
| Ptol. | 50. | --  | 50. | --  | 50. | --  | 52. | 30. | 48. | 30. |
| Hom.  | 50. | 10. | 50. | 45. | 50. | 10. | 49. | 50. | 48. | 45. |

## Schema IX.

*Arcus transdanubianus, Hungariam hodiernam à Moravia, Silesia, & Polonia separans.*

**CCLXXXVIII.** In hac parte arcus transdanubiani non comparabitur Ptolemæus cum scala Homanniana, sed cum ea, quâ Geometræ hodierni Hungari utuntur, quoniam Ptolemæus ultra Danubium scalam Marini Tyrii, hodiernæ Hungariæ fermè æqualem, simpliciter retinet & sequitur, derelictâ eâ, quâ cis Danubium usus erat. Repetentur in hoc schemate initium Sarmaticorum montium, & caput Vistulæ fluvii, idque propter mutationem scalæ. Adjicientur dein alii tres situs, nempe ex *Ptol. lib. 2. cap. 11.* Boreale extremum Sarmaticorum montium; id hinc ex chartis geographicis collocatur in vicinia civitatis Silesiticæ Bilitz in confiniis Poloniæ, ubi montes Sarmatici ex processu in Septentrionem per angulum ad Orientem è latere Poloniæ flectuntur. *Ex lib. 3. cap. 5. & 7.* principium Carpati montis, scilicet boreale ad confinia Comitatum Hungaricorum Scepusiensis & Sarosiensis, quoniam Ptolemæus hoc principium in meridiano eodem cum Tibisci divertigio ponit. *Ex lib. 3. cap. 7.* divertigium Tibisci fluvii.

| Montium Sarm.<br>initium.   | Caput<br>Vistulæ. | Montium Sarm.<br>latus boreale. | Principium<br>Carpati. | Divertigium<br>Tibisci fluvii. |
|-----------------------------|-------------------|---------------------------------|------------------------|--------------------------------|
| <i>Longitudines situum.</i> |                   |                                 |                        |                                |
| Ptol.                       | 42. 30.           | 44. --                          | 43. 30.                | 46. --                         |
| Hung.                       | 41. 40.           | 42. 50.                         | 42. 40.                | 44. 30.                        |
| <i>Latitudines situum.</i>  |                   |                                 |                        |                                |
| Ptol.                       | 48. 30.           | 52. 30.                         | 50. 30.                | 48. 30.                        |
| Hung.                       | 48. 50.           | 49. 50.                         | 49. 30.                | 49. 5.                         |

## Schema X.

*Arcus Danubianus inter Marinum & Ptolemæum divisus.*

**CCLXXXIX.** Commixta graduū dispositio ad utramque Danubii ripam me ad dissolvendam societatem inter Marinum & Ptolemæum necessitat; error enim duplex contractū vitiavit. Primus est in longitudine: uterque pro fontibus Danubii supponit gradum trigesimū, sed Ptolemæus in meridiano Brigantii, Marinus in meridiano, qui saltem uno gradu anterior sit, adeoque gradui Ptolemæi vigesimo nono æquivalet; & cum Marinus in processu versus Orientē paulatim semper in attributione longitudinis liberalior fiat, augetur error ille, usque ad conversionem Danubii in meridiem, ad gradus duos. Alter error est in latitudi-

tudine : Marinus in descriptione Germaniæ apud Ptolemæum *lib. 2. cap. 11.* & quidem in enumeratione civitatum Germaniæ, has distribuit in quatuor climata secundum latitudinem : nempe primo borealissimo climati inserit civitates intra gradus 55. & 54. fitas : secundo intra gradus 53. 52. & pro parte 51. Tertio intra gradus iterum pro parte 51. dein 50. & 49. quarto demum climati intra gradus 48. & 47. & hoc clima notanter intitulat : quod de reliquo est, & civitates propter Danubium fluvium : In hoc climate Germaniæ meridionalissimo, seu Danubium tangente, nulla civitas à Marino recensetur, quæ non haberet saltem aliquid ultra gradum latitudinis 37. Ergo Marinus nihil agnoscit ad Danubium, quod esset in gradu latitudinis 46. Econtrà Ptolemæus fontes ipsos Danubii, & Vindobonam, quæ ad ipsam ripam est in gradu 46½ collocat ; ergo latitudo Ptolemaica hinc differt à Mariniana gradu fermè integro, quem perdit, & quasi Danubio immergit. Ex hoc itaque duplici errore Ptolemæus & Marinus, ut quisque secundum hodiernam scalam intelligi possit, necessariò sejungendi sunt, & ille Marinus censendus, qui in longitudine gradum unum, vel etiam pro parte duplicem scalæ Homannianæ superaddit, in latitudine verò gradum unum tantummodò detrahit. Econtrà ille Ptolemæus censendus, qui, in longitudine Brigantio usque Vindobonam, scalæ Homannianæ par est, in latitudine autem duos gradus detrahit.

CCXC. His præmissis ex *Ptolemæi lib. 2. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16.* ex descriptione scilicet respectivè Germaniæ, Rhætiæ, Vindeliciæ, Norici, Pannoniæ superioris, & Pannoniæ inferioris loca tot, quot ad adstruendam dissolutionis causam sufficere videntur, excerpenda, & per separationem quasi bonorum inter Marinum & Ptolemæum distribuenda sunt.

|  | Marinus. |      | Ptolemæus. |        |
|--|----------|------|------------|--------|
|  | long.    | lat. | long.      | latit. |
| 1. <sup>mo</sup> <i>Cap. 12. Brigantium</i> - - - - -  | - -      | - -  | 30         | 46     |
| <i>Cap. 11. in descriptione limitum Germaniæ : Meridionale latus terminatur parte occidentali Danubii fluvii secundum positionem hanc :</i>                          |          |      |            |        |
| Caput Danubii fluvii - - - - -   | 30       | - -  | - -        | 46½    |
| Quod apud divertigium est in Germaniam primi fluminis - - - - -  | 32       | 47½  | - -        | - -    |
| <i>Cap. 13. Augusta Vindelicorum</i> - - - - -   | 32½      | - -  | - -        | 46½    |
| 2. <sup>do</sup> <i>Cap. 12. latus septentrionale Rhætiæ terminatur ea Danubii parte, quæ à fontibus est, usque ad Æni fluvii divertigium</i> - -                    | - -      | 47½  | 34         | - -    |
| Oriente latus terminatur ipso Æno flumine, cujus maxime australis finis continet gradus  | 34       | - -  | - -        | 45½    |
| 3. <sup>o</sup> <i>Cap. 11. in descriptione limitum Germaniæ : Quod penes divertigium est ad arctos ferentis alterius fluvii, quasi ad silvam Gabretam</i> - - - - - | - -      | - -  | 36         | 46½    |
| <i>Cap. 11. in descriptione Germaniæ silvarum &amp; montium : sub quibus (montibus Meliboco &amp;c.) est Semana silva, &amp; Asciburgium &amp;c. &amp; etiam</i>     |          |      |            |        |
| <i>Part III.</i>   |          |      |            | mon-   |



|  | Marinus. |      | Ptolemæus. |      |
|--|----------|------|------------|------|
|  | long.    | lat. | long.      | lat. |
| montes Sudeti appellati, quorum extrema gradus habent  | -        | -    | -          | -    |
| Et   | 34       | 50   | --         | --   |
| Sub quibus est Gabreta silva. Porro hos inter & Sarmaticos montes Orcinium nemus.  | 40       | 50   | --         | --   |
| <i>Cap. 11. in descriptione fluviorum Germaniæ: Fontes Albi fluvii</i>   | -        | -    | -          | -    |
|  | 39       | 50   | --         | --   |
| <i>Cap. 11. in descriptione populorum Germaniæ: Sub Gabreta verò silva Marcomanni. Sub quibus Sudini, &amp; usque ad Danubium fluvium Adrabæcampi. Sub Orcinio nemore Quadri. Sub quibus ferri minera, &amp; Luna silva.</i>   |          |      |            |      |
| <i>4.<sup>to</sup> Cap. 14. Noricum terminatur à septentrione, parte Danubii ab Æno fluvio usque ad Cetium montem, cujus positio</i>   | -        | -    | --         | --   |
|  |          |      | 37½        | 46½  |
| <i>Cap. 15. inter Civitates ad Danubium: Viliobona (id est, Vindobona) Legio decima Germanica.</i>   | --       | --   | --         | --   |
| <i>καρνός (Carnuffs seu Carnuntum)</i>   | --       | --   | 37½        | 46½  |
|  | --       | --   | 39         | 47   |
| Notandum hic incidenter: Manuscriptum Ptolemæi geographiæ Vindobonense errorem hic scripturæ apertum habet in longitudine Carnuntis, quam graduum 36. ponit; Vindobonâ enim, Carnuntum versùs, longitudo major Vindobonensi esse debet, non minor: descriptor itaque λς erroneè, locò λθ efformavit, & hunc posteriorem numerum habet editio Basileensis, nec non Bertii Amstelodamensis ex Codice Palatino; qui numerus quoque ex sequentibus Flexi gradibus μ seu 40. nec non <i>Cap. 11. ex gradibus λθ. γ.</i> id est 39½ fluvii apud Lunam silvam seu Moravæ patet. |          |      |            |      |
| <i>Cap. 11. in descriptione limitum Germaniæ: Quod dein juxta divertigium est fluvii apud Lunam silvam ad septentrionem vergentis</i>  | 39½      | 47½  | --         | --   |
| <i>5.<sup>to</sup> Ἐφεξῆς ἐπιτερόφῃ, ἀφ' ἧς ἐστὶν ἡ ἐκτροπή τῆ πρὸς μισημβρίαν ῥέοντος ποταμοῦ, ὃς καλεῖται ναραβών</i>  | -        | -    | --         | --   |
|  |          |      | 41         | 47½  |
| Id est: Deinde conversio, à qua est divertigium fluvii ad meridiem fluentis, qui vocatur Narabon.  |          |      |            |      |
| <i>Cap. 15. inter situs ad Danubium: Flexum. Legio decima quarta Germanica</i>   | -        | -    | --         | --   |
|  |          |      | 40         | 47½  |
| <i>Chertobalus</i>   | -        | -    | --         | --   |
|  |          |      | 40½        | 47½  |
| <i>6.<sup>to</sup> Cap. 15. inter civitates ad Danubium: Bregæ-tium. Legio I. Adjutrix</i>   | -        | -    | --         | --   |
|  |          |      | 41         | 46½  |

7.mà

|  | Marinus. |      | Ptolemæus. |      |
|--|----------|------|------------|------|
|  | long.    | lat. | long.      | lat. |
| 7. <sup>mo</sup> Cap. 11. in descriptione limitum Germaniæ: Flexio juxta Curtam                  | -        | -    | 42         | 47   |
| Cap. 16. in descriptione limitum inferioris Pannoniæ. Post Narabonem fluvium flexio juxta Curtam | -        | -    | 42         | 47   |
| Conversio postea versùs Carpim, & omnium borealissima  | -        | -    | 42½        | 48   |
| Quod borealissimum est fluvii Danubii  | -        | -    | 42½        | 48   |

CCXCI. Comparatio harum dimensionum cum Scala Homanniana & respectivè Hungarica.

*Marinus cum Homanno. Ad Num. 1<sup>um</sup>.*

Quod imprimis latitudinem concernit, Marinus ultra Danubium minimam latitudinem semper majorem facit gradibus 47. Homannus minimam latitudinem, quæ est ad ipsum verum fontem Danubii in Doneschingen, circa gradum 48. locat. Ergo differentia hæc inter utrumque est unius gradus, prout hæc proportio usque ad conversionem Danubii in meridiem semper continuat. In longitudine Homannus ponit fontes Danubii ad Doneschingen circa civitatem Villingen in gradibus fermè 28½. In hoc ergo situ Marinus computat gradus 30, adeoque Homannianæ scælæ superaddit ferè semi- alterum gradum. Patet hoc ex meridiano Augustæ Vindelicorum, qui graduum 32½ assignatur, cum in Homannianâ scála tantum graduum 31. sit. Patet hoc ulterius ex meridianis Rhæticarum civitatum, *sub ipso quidem Danubio* (ut inquit Ptolemæus, vel potius Marinus cap. 12.) sitarum, nempe Bragoduri, Dracuinæ, Vianæ, Phænianæ, quarum prima meridianum habet 30. postrema 31½. omnes hæc intra Licum fluvium, qui Rhætiam Ptolemæo ipso asserente terminabat, & ante Augustam Vindelicorum, id est, occidentaliores esse debebant; ergo Ptolemæus hic non Ptolemæus, & in scála, quâ alibi utitur, sed Marinus & in scála anteriore est. Hinc quoque infertur, primum fluvium Germaniæ, quem Marinus in gradibus long. 32. locat, Lico Occidentaliorem, consequenter cum vel Brentz ad Gondelfingen, vel Wernitz ad Donauwert esse.

*Ptolemæus cum Homanno. Ad Num. 1<sup>um</sup>.*

|   | Long. | Lat. |
|---|-------|------|
| Homanni scála Brigantio, seu Bregentz civitati dat gradus | 30    | 47½. |
| Fontibus veris Danubii                                    | 28½   | 48.  |
| Brentz fluvio   | 30½   | 48½. |
| Augustæ Vindelicorum                                      | 31    | 48½. |

Ptolemæus eundem meridianum 30. & Brigantio & fontibus Danubii dat; & quòd non laxè (accipiendo Danubium jam aliquo modo progressum pro fontibus) loquatur, sed sub dicto meridiano ipsos fontes intelligat, patet ex eis, quæ dicit ad Æni divertigium, cum usque eò gradus 34, nominando expressè fontes Danubii, computet; ergo ille supposuit Ænum distare à fontibus quatuor gradibus, itaque fontes hos esse in meridiano Brigantii. Latitudinem

diñem Marini Ptolemæus hîc, & alibi cis Danubium, pro supposito suo reformavit, & scalâ Homannianâ inferior seu meridionalior manet ad duos gradus.

CCXCII.

Ad Num. 2<sup>dum</sup>.

Quod hîc in Ptolemæo dicitur, gradum longitudinis 34. non tantum esse apud Æni divertigium, sed & in alveo ejus australiori, & in illo situ, ubi Vindelicia finiebatur circa Orientem à Norico, consequenter etiam circa Meridiem à Rhætia propria, per rerum naturam simul in eadem scala stare non potest; Æni enim alveus statim à divertigio meridianum mutat, & occidentaliôr fit; à Braunau verò rectâ fermè in Occidentem vergit usque Wasserburg; ab hinc rectâ econtrâ meridiem petit usque Kuffstein; abinde iterum in Occidentem curvatur usque ad fontes. Hunc flexuosum alveum Æni Ptolemæus nescivit, & credere debuit, Ænum per duos gradus latitudinis manere in uno eodémque meridiano. Quod ergo scripserat Marinus de fine australi Æni in gradibus 34. retinuit Ptolemæus; ast longè aliter Marinus finem australem intellexit, & situs eî rectè suggestus esse debebat: prope Kuffstein, àt dictum, alveus finit situm suum rectâ Meridiei obversum; ergo hîc quoque finit Marinus Vindeliciam, & virtualiter simul ponit terminum Vindeliciæ meridionalem, nempe parallelum, quod à Kuffstein inter Ænum & Licum fluvium intercedit; consequenter Vindelicia erat illa hodierna maxima pars Bavaricæ, quæ à meridie per Tyrolim, ab aliis mundi plagis autem Lico, Danubio, & Æno fluvio includitur. His præmissis ex scala Homanniana separatio Marini & Ptolemæi sat eruetur.

| Æni divertigium. | long.   | lat.    | Æni finis australis. | long.   | lat.    |
|------------------|---------|---------|----------------------|---------|---------|
| Homannus         | 33. 50. | 48. 25. | Homannus             | 32. 20. | 47. 27. |
| Ptolemæus        | 34. --  | -- --   | Marinus              | 34. --  | -- --   |
| Marinus          | -- --   | 47. 20. | Ptolemæus            | -- --   | 45. 20. |

CCXCIII.

Ad Num. 3<sup>tium</sup>.

Fluvium Germaniæ alterum, qui fontibus suis fermè in Gabretam silvam tendit, locò, quò eum verosimiliter Marinus posuerat, Ptolemæus movet, & longitudine 36. graduum adjecta paulò ultra medium situm inter Æni divertigium & Vindobonam locat, ubi nullus fluvius memoratu dignus, ubi nulla Gabreta silva, sed Orcinium nemus, ut vocat Ptolemæus, seu silva Hercinia, & quidem in flexu jam ad septentrionem est. Certè hîc Ptolemæus iniquum correctorem Marini egit, qui alium fluvium, quàm hodie Naab dictum, intelligere non poterat. Fluvius iste ex Ducatu Culmbacensi, ex lacu Fichtel-See dicto, ad radices montium Fichtelberg (qui pars Gabretæ silvæ censendi) fontes suos trahit. Gabretæ silvæ situm hîc loci à Marino suppositum fuisse convincunt ea, quæ suprâ in numero 3. ex Ptolemæo excerpta sunt: Melibocum montem communiter Geographi ponunt circa Halberstadensem Dioccesin, & Comitatum Mansfeldensem, intra gradum latitudinis 52. & 51½. Semanam silvam eandem habent cum Thuringensi, ad confinia Franconicæ & Thuringiæ, intra gradum latitudinis 51. & 50½. Gabreta silva ergo circa parallelum 50. erat, & usque ad confinia Bohemiæ occidentalia prope Egram civitatem pertingebat. Supra Egram montes Hercinii, speciali nomine etiam Sudeti dicti incipiebant, & semicirculum Bohemiæ hodiernæ septentrionaliorum cingunt, ut in schemate VIII. jam dictum. Alterum semicirculum meridionaliorum ambiunt Hercinii montes à Ptolemæo Orcinium nemus dicti.

Excer.

GENERALIA AD PTOLEMÆI GEOGRAPHIAM.

21

Excerpta in numero 3. ex descriptione Germaniæ populorum sic cum situ naturali optimè conveniunt, prout specialiter adhuc ad Germaniæ particularem Geographiam dicetur. In hoc numero comparatio scalarum alia necessaria non est, nisi ut demonstretur, fluvii Naab fontes esse occidentaliores illo meridiano, quem Marinus pro initio montium Sudetorum tribuit, ita ut rectè dixerit, fontes illos adhuc esse sub silva Gabreta, quæ Sudetos montes præcedit; demonstratio sic fit:

Fontes fluvii versùs Gabretam silvam tendentis, id est

|                                 |         |        |      |         |
|---------------------------------|---------|--------|------|---------|
| Naab fluvii: Homannus.          | long.   | 32-30. | lat. | 50. 4.  |
| Initium montium Sudetorum: Hom. |         | 33. -- |      | 50. 10. |
|                                 | Marinus | 34. -- |      | 50. --  |

Occidentaliores itaque sunt fontes Sudetis montibus gradu dimidio.

CCXCIV. Ad Numerum *quartum*.

Cetius mons absque dubio hic denotat promontorium orientale Cetiorum montium prope Vindobonam, quod hodie Kalenberg dicitur. *ουλιόβονα* vocabulum in Codice MS. Vindobonensi culpâ scriptoris irrepit locò *ουιν-δόνονα*, magis autem corruptum est in editionibus, quæ habent *ιαυλιόβονα*. In loco ipso certè non erratur, assignat enim ei Ptolemæus legionem decimam Germanicam, quæ absolutè denotat Vindobonam.

*καρνός* Ptolemaicum idem valere videtur, quod Carnuns Carnuntis latinum; vocatum dein Carnuntum à Romanis; steterat ibi, ubi nunc est Petronell oppidum usque ad Germanicum Altenburg; de hoc alibi plura. In Carnuntè seu Carnunto Ptolemæus jam paulatim Marini scalæ iterum appropinquat, ita ut fermè eandem proportionem graduum adoptet, quam Marinus tradit in divertigio Moravæ. Quin immo jam in Vindobona scalam suam accelerat, & cum secundùm scalam, quam hucusque à fontibus Danubii tenuerat, Vindobonæ tribuere debuisset, 37. gradus longitudinis, largior est tribus quadrantibus. Vindobonâ Carnuntum reverà non est distantia longitudinis, nisi 35. minutorum; Ptolemæus autem intercapedinem jam facit gradûs totius & 15. minutorum. Largior quoque abhinc fit Ptolemæus in latitudine: Vindobonæ attribuerat gradus 46½. Carnunto addicit gradus 47. Reverà Vindobona habet gradus 48. min. 22. Carnuntum gradus 48. min. 7. adeoque Carnuntum minus est Vindobonâ in latitudine 15. minutis; jam verò secundùm Ptolemæum excrescit in latitudine 40. minutis. Ratio & necessitas, quæ Ptolemæum ad hoc induxit, dicetur infra, ubi Ptolemæus & Marinus iterum conjuncti comparebunt.

De cætero Marinus divertigio fluvii apud Lunam silvam, ad septentrionem vergentis, dat gradus long. 39½. lat. 47½. Id certum est, hic in situ fluvii & nomine hodierno errari non posse; fluvius ille absque dubio ullo est Morava seu March. Luna silva pro montibus Hungaricis, infra Trentschinensem Comitatum, Moravæ & Danubii angulum obeuntibus, rectè accipitur. Ast & alia silva è regione divertigii Moravæ in Pannonia ad Haynburg aptissimè pro altera minore silva Luna accipi potest. Lucus certè viriditate sua perquam amœnus, uno cornu ab arce Hainburgensî usque & ultra Wolfsthalium vicum ab Occidente in Orientem procurrens, & dein ab Oriente meridionalis in modum semilunæ se incurvans visitur, ita ut utraque silva & transdanubialis, & cis-danubialis Lunæ nomine insigniri quiverit.

|                    |               |              |                           |              |
|--------------------|---------------|--------------|---------------------------|--------------|
| Cetius mons : Hom. | long. 36. 55. | lat. 48. 26. | Vindobona : long. 37. --  | lat. 48. 22. |
| Ptol.              | 37. 30.       | 46. 50.      | 37. 45.                   | 46. 20.      |
| Carnuntum : Hom.   | 37. 35.       | 48. 7.       | Divertig. Moravæ. 37. 50. | 48. 8.       |
| Ptol.              | 39. --        | 47. --       | 39. 20.                   | 47. 20.      |

CCXCV. *Ad numerum sum.*

Hic est notabilis valde locus commixtionis Ptolemaicæ. Textus græcus apertè quid manci & turbati prodit. Mancum quid est, quoniam duo diversi situs, quorum unus ἐπιστροφή, alter ἐκτροπή vocatur, sub una mensura graduum conjunguntur; aliud est ἐπιστροφή conversio fluminis, aliud ἐκτροπή divertigium seu confluentia fluminis. Porro turbatum quid subest: protensio in meridiem non convenit Araboni seu Raab fluvio, utpote qui tam apud divertigium suum, quàm versùs fontes semper Occidentem, nunquam meridiem petit. Econtra conversio in meridiem optimè convenit Danubio, non in confluentia cum Arabone, sed superiùs circa Posonium seu Presburg; apud Arabonem enim Danubius iterum Orientem ad aliquam distantiam, scilicet usque Strigonium seu Gran, sectatur. Itaque hinc vel maximè iterum sejuncti sunt Marinus & Ptolemæus. Ast nunquid & vitium libroriorum subesse potest? vehementem mihi hac in re suspicionem movet editor Ptolemæi Nicolaus Germanus Ulmenis in latino typo de A. 1482. qui sic

|  |       |      |
|--|-------|------|
| habet: Flexus (scilicet Danubii) qui deinde sequitur | long. | lat. |
| à quo ad meridiem fluit: - - - - -                   | 40½.  | 47½. |

|   |     |      |
|---|-----|------|
| Quod in scissione fluvii ad meridiem fluit & appellatur Narabon - - - - - | 41. | 47½. |
|---|-----|------|

Si hæc fideliter transtulit editor ille, diversum exemplar græcum Ptolemæi, à Vindobonensi, quod ego vidi, à Palatino, quod Bertius inspexit, & ab eo, quo Basileensis editor usus est, habere debuit. Sed vereor, ne mutilationi succurrere volens ex suo captu emendationem fecerit, & Flexum, quod postea *Ptolemæus cap. 15.* immediatè Carnunto subjungit, huc pro conversione Danubii pertinere crediderit. Conjecturæ si & mihi facultas detur, crediderem Ptolemæum sic in Marino legisse:

|  |     |      |
|--|-----|------|
| Ἐξήης ἐπιστροφή τῷ πρὸς μισημβρίαν ῥέοντος ποταμοῦ - -     |     |      |
| ἀφ' ἧς ἔστιν ἡ ἐκτροπή τοῦ ποταμοῦ ὃς καλεῖται ναραβών - - | 41. | 47½. |

Id est, deinde conversio fluvii ad meridiem fluentis, nempe Danubii

|   |      |      |
|---|------|------|
| A qua est divertigium fluvii, qui vocatur Narabon - - - - -   | 41.  | 47½. |
| Cùm autem notitiæ noviores de Pannonia superiore Ptolemæo suggererent, ad hunc tractum Danubii esse Flexum sub gradibus - - - - - | 40.  | 47½. |
| Et Chertobalum - - - - -  | 40½. | 47½. |

Supposuit fors ille, conversionem Danubii, de qua Marinus in Germaniæ limitibus gradus tradiderat, esse eundem illum flexum, de quo noviter & sua opinione meliùs informabatur; adeoque in Germania post prima duo verba Marini in hoc loco, scilicet: deinde conversio: sensum quasi puncto clausit, gradus omisit, ad divertigium Narabonis processit, & huic verba Marini: fluvii ad meridiem fluentis, perperam applicavit; censuit præterea superfluum, in Germania gradus conversionis Danubii ad meridiem exponere, cùm hoc ille facturus esset in Pannonia ad Flexum. Sed deceptus est Ptolemæus:

GENERALIA AD PTOLEMÆI GEOGRAPHIAM.

23

mæus : Illud enim Flexum, quod noviter ipsi innotescebat, aliud planè à flexione seu conversione Danubii, & inter Chertobalum & Arabonam, non verò supra Chertobalum erat. De hoc Flexo (hodie Hungaricum Altenburg vocato) & de Chertobalo (aliter Gerulata, hodie Cherlburg seu Carlbürg) in Pannonia prima specialiter agetur.

|   |                |              |             |
|---|----------------|--------------|-------------|
| Conversio Danubii in meridiem, prope Pofonium : | Hom.           | long. 38. -- | lat. 48. 8. |
| Chertobalus, Carlbürg :                         | - - - - - Hom. | 38. 5.       | 48. 3.      |
|   | Ptol.          | 40. 30.      | 47. 30.     |
| Flexum, Hungaricum Altenburg :                  | - - - - - Hom. | 38. 15.      | 47. 53.     |
|   | Ptol.          | 40. --       | 47. 15.     |
| Divertigium Narabonis, Raab civitas :           | - - - - - Hom. | 38. 35.      | 47. 40.     |
|   | Ptol.          | 41. --       | 47. 40.     |

CCXCVI. Ad numerum 6<sup>um</sup>.

Bregætium Ptolemæi, Tabula Peutingeriana vocat Brigantium, Itinerarium Antonini Bregetionem, Ammianus Marcellinus Bregitionem. Ejus situs ad ripam Danubii, ab Arabona seu Raab iterum orientaliter aliquamdiu fluentis, inter Comaromium & Almás, prope vicum hodiernum Szöny, docebitur in Valeria, tam ex ruderibus antiquis, quàm itinerariis Romanis. De hoc loco nihil Marino notum fuisse videtur; gradus enim Bregætio adjecti non sapiunt Marinum, quoniam is nulli situi ad Danubium latitudinem infra 47. gradus dedit cum hic 46 $\frac{1}{2}$ . reperiantur; adeoque solum Ptolemæum, & quidem veteri suæ parcatati latitudinis adhuc implicitum, authorem habent. Dat iste divertigio Arabonis gradus long. 41. lat. 47 $\frac{1}{2}$ . & flexioni Danubii ad Curtam gr. long. 42. lat. 47. Bregætium æquè ad Danubium ponit; immemor ergo sui fuit, quòd loco huic intermedio eundem meridianum cum Arabonis divertigio, & latitudinem gradu integro inferiorem det, quasi verò Bregætium ab Arabonis divertigio rectà versùs meridiem, itaque nullo pacto ad Danubium, sed in remotis mediterraneis Pannoniæ situm fuisset. Hic est ergo postremus notabilis error Ptolemæi ad Danubium, ubi Marini partes nullæ intercedunt. Graduum comparatio hæc est :

|                    |                |              |              |
|--------------------|----------------|--------------|--------------|
| Bregætium, Szöny : | - - - - - Hom. | long. 39. 5. | lat. 47. 45. |
|                    | Ptol.          | 41. --       | 46. 40.      |

Quod posthàc in Ptolemæi sitibus Danubii sequitur, planè consentaneum est cum Marini descriptione Germaniæ, obindèque hic reconciliati sunt Marinus & Ptolemæus. Item situs hi sequentes jam conformes sunt scalæ, quâ utuntur Geometriæ Hungarici in chartis suis efformandis. Nec quid alienum hoc est ab aliis Geometris & Geographis; *Reiffenstuell* enim in *Topographia terrarum Austriacarum* eandem proportionem scalæ habet. Sequitur illam quoque *Homannus* in chartis particularibus Carinthiæ, Carnioliæ &c. Differentia inter has duas scalas est graduum trium longitudinis. *Homannus* in charta generali Europæ (aliæ enim particulares chartæ æquè variant) tribuit gradus longitudinis Viennæ 37. Budæ 40. *Reiffenstuel* & *Geographi Hungari* econtrà assignant gradus long. Viennæ 40. Budæ 43. *Homanniana* scala, ut superiora schemata monstrant, coincidit cum Ptolemæo usque Vindobonam exclusivè. Abhinc Ptolemæus se paulatim conformat iterum Marino, & cum hoc coincidit scala Hungarica. Itaque hic nunc relinquenda scala *Homanniana*, & assumenda Hungarica. Ut autem deflexio & deviatio Ptolemæi meliùs elucescat, repetendi sunt quidam situs, & comparandi cum scala quoque Hun-

Hungarica, & quidem quoad gradus longitudinis tantum, quia in latitudine scala Hungarica cum Homanniana convenit.

Morava fl. Conversio Danubii. Chertobalus. Flexum. Arabo fl. Bregætium.  
 Ptol. 39. 20. 40. -- 40. 30. 40. -- 41. -- 41. --  
 Hung. 40. 50. 41. -- 41. 5. 41. 15. 41. 35. 42. 5.

*CCXCVII. Ad numerum 7<sup>mum</sup>.*

Flexio Danubii juxta Curtam prope Neudorf: Mar. & Ptol. long. 42. -- lat. 47. --  
 Hung. scala. 42. 20. 47. 40.

Conversio borealissima versùs Carpim, supra Gran versùs  
 Vifegrad: Mar. & Ptol. 42. 30. 48. --  
 Hung. scala 42. 35. 47. 50.

Marinus & Ptolemæus in divertigio Arabonis jam in longitudine erant pares inter se, & simul, modicâ differentiâ exceptâ, conformes hodiernæ scalæ Hungaricæ. Cum eadem modica differentia manent pares huic scalæ ad Curtam, si pro Neudorf accipiatur, & in conversione Danubii borealissima, quæ ex situ naturali certa est supra Gran, ubi Danubius in modum anguli se vertit versùs Vifegrad. De Flexione Danubii juxta Curtam, quod situi Neudorf conveniat, inspectio ocularis testatur; Danubium enim ab Almás usque Neudorf montana comitantur, & intra alveum cohibent, abinde verò deserunt, & angulariter ad Dorog procurrentia planitiem inter se & Danubium relinquunt, quam verò statim à Neudorf Danubius magno flexu seu sinu usque Strigonium seu Gran invadit, & in semi-circuli formam cavat.

## Schema XI.

*CCXCVIII. Demonstratio proportionis in scala Mariniana.*

|                                       |  |                                    |                                    |  |  |
|---------------------------------------|--|------------------------------------|------------------------------------|--|--|
| 1. Jura mons, ad occidentem Helvetiæ. | 2. Augusta Rauracorum, haud procul Bafilæ Augst. | 3. Fontes Danubii ad Doneschingen. | 4. Augusta Vindelicorum, Augspurg. | 5. Æni fl. australis finis, Kuffstein. | 6. Moravæ fl. divertigium ad Lunam silvam. |
|---------------------------------------|--|------------------------------------|------------------------------------|--|--|

|                             |         |         |         |         |         |
|-----------------------------|---------|---------|---------|---------|---------|
| <i>Longitudines Situum.</i> |         |         |         |         |         |
| Mar. 26. 15.                | 28. --  | 30. --  | 32. 20. | 34. --  | 39. 20. |
| Hom. 25. 40.                | 27. 30. | 28. 40. | 31. --  | 32. 20. | 37. 50. |

|                            |         |               |         |         |              |
|----------------------------|---------|---------------|---------|---------|--------------|
| <i>Latitudines Situum.</i> |         |               |         |         |              |
| Mar. 46. --                | 47. 30. | Ptol. 46. 20. | 46. 20. | 45. 20. | Mar. 47. 20. |
| Hom. 46. 30.               | 47. 38. | Hom. 47. 55.  | 48. 20. | 47. 27. | Hom. 48. 8.  |

Proportio longitudinis Marinianæ, ex distantia de loco ad locum resultans.

|                 |                     |           |               |               |               |
|-----------------|---------------------|-----------|---------------|---------------|---------------|
| Distantia inter | 1. & 2.             | 2. & 3.   | 3. & 4.       | 4. & 5.       | 5. & 6.       |
| Marini          | - - 1. gr. 45. min. | 2. gr. -- | 2. gr. 20. m. | 1. gr. 40. m. | 5. gr. 20. m. |
| Homanni         | - - 1. 50.          | 1. 24.    | 2. 20.        | 1. 20.        | 5. 30.        |

Ex hoc schemate patet, Marinum cum eadem scala, quâ à Jura monte Helvetiam intravit, Rhætiam, & Germaniam accessisse; distantia enim, quam ille de loco ad locum assignavit, etiam distantie hodiernarum chartarum, adeoque situi naturali convenit, salvis tamen minutiis, & solis fontibus Danubii exceptis, ubi distantiam notabiliter nempe dimidio gradu auget. Ptolemæus



lemæus econtrâ ad Juram montem & Augustam Rauracorum Marino junctus mansit, dein autem ad fontes Danubii, supponendo eos esse in meridiano Brigantii, secessionem fecit, & aliam scalam assumpsit, nec eam tamen ex integro Marinianæ substituit, sed, quousque notitias recentiores habuit, novâ illâ, ubi non habuit, veteri Marinianâ scalâ usus est, obindèque systhema simplex in mixtum & compositum transfudit.

Concludendum igitur ad hoc & præcedens schema est: Ptolemæus à fontibus Danubii scalam Marini usque Vindobonam deferens, dein verò ad divertigium Arabonis reassumens, luxationem intermediæ longitudinis, eamque hic jam ordine tertiam commisit, quæ & necessarium consequens erat admissæ antea duplicis luxationis in arcu mediterraneo, & Adriatico; quomodo enim arcum Danubianum cum cisdanubiano & transdanubiano geometricè componere potuisset, nisi mediante luxatione?

### Schema XII.

*Danubius à flexione versus Curtam usque ad Dravi divertigium.*

CCXCIX. In hoc schema ex *Ptolemæi lib. 2. cap. 16.* civitates Pannoniæ (ut eam Ptolemæus ab Arabonis divertigio usque Sisciam ad Savum dividit) inferioris, *qua sub ipso Danubio sita sunt*, referuntur, nempe, Curta: hodie Neudorf. Salva: hodie Strigonium seu Gran. Carpis: hodie Visegrad. Aquincum: hodie Buda seu Ofen. Salinum: hodie Hanszabék. Luffonium: hodie Földvár. Lugionum: hodie Batafzék.

Ex eodem Ptolemæi libro & capite, ex descriptione civitatum, *qua à Danubio absunt*, additur: Mursa colonia; hodie Eszek: Item ex præmissis ibidem: divertigium fluvii, Darus, & à barbaris Dara vocati; id est Draus seu Dravus latinè, & germanicè Draa seu Drau.

*Longitudines situum.*

|               |               |           |           |                    |
|---------------|---------------|-----------|-----------|--------------------|
| Curta.        | Salva.        | Carpis.   | Aquincum. | Salinum.           |
| Ptol. 42. 10. | 42. 30.       | 42. 30.   | 43. --    | 43. 30.            |
| Hung. 42. 25. | 42. 40.       | 42. 55.   | 43. --    | 43. --             |
|               | Luffonium.    | Lugionum. | Mursa.    | Divertigium Dravi. |
|               | Ptol. 43. 45. | 44. --    | 43. 30.   | 44. 20.            |
|               | Hung. 43. --  | 43. --    | 42. 55.   | 43. 5.             |

*Latitudines situum.*

|               |               |           |           |                    |
|---------------|---------------|-----------|-----------|--------------------|
| Curta.        | Salva.        | Carpis.   | Aquincum. | Salinum.           |
| Ptol. 47. --  | 47. 30.       | 47. 45.   | 47. 30.   | 47. --             |
| Hung. 47. 45. | 47. 48.       | 47. 45.   | 47. 25.   | 47. 10.            |
|               | Luffonium.    | Lugionum. | Mursa.    | Divertigium Dravi. |
|               | Ptol. 46. 45. | 46. 30.   | 45. 45.   | 45. 40.            |
|               | Hung. 46. 45. | 46. 6.    | 45. 35.   | 45. 35.            |

Schema hoc monstrat: latitudinem imprimis à Ptolemæo his in sitibus traditam sat justam, & hodiernæ scalæ Hungaricæ sat congruam esse, modica enim aliquorum locorum differentia nihil facit; nec enim hodierni Geographi, post tot recentiores observationes, ubique in eandem latitudinem ad minutias usque conspirant, minùs itaque à Ptolemæo recitudo ad amissim requirenda. Longitudo Ptolemaica in Aquinco accuratè æqualis, & in locis

*Pars III.*

D

præ-

præcedentibus sat congrua est; à Salino autem jam paulatim incipit præoccupare Orientem, id quod familiare & solitum quid est Ptolemæo, attamen iudicium in locis discernendis non turbat: námque combinata simul latitudine, nec non attentá regulá Ptolemaicá, omnia hæc loca, præter Mursam, ad Danubium quæri debere, situs fermè certus evadit, qui hucusque tot variantibus Geographiæ interpretum opinionibus obnoxius fuit. Optimè conveniunt hi situs, prout ex Ptolemæo eruuntur, cum itinerariis Romanorum, ut suo loco videbitur. Præterea hinc loci præsumptio pro Ptolemæo est, quòd reatas notitias adhibuerit. Apparet hoc ex descriptione Jazygum Metanastarum *lib. 3. cap. 7.* Hos Jazyges cum addito Metanastas, id est aliunde advenientes seu extra patriam habitantes, *Strabo* seculo suo, id est Christi primo initiante, ad Danubium in vicinia Germaniæ non novit, sed sedes, quas hi expost occuparunt, Germanis adhuc adscribit. Proinde & *Marinus Tyrius* eosdem Jazyges ignoravit, & primus eorum mentionem facit *Plinius*, ut infra *num. 490.* Post eum & *Tacitus* autem *Ptolemæus* provinciam à Jazygibus occupatam descripsit, & quidem rectè, ita ut notitias justas habuerit. Jazyges hi accolabant Danubium à conversione ejus borealissima, id est à confluentia Granæ fluvii, usque ad confluentiam fluvii Tibisci. Qui ergo Ptolemæo subministravit situm Jazygum, is idem & situm Danubii, civitatumque ripensium Pannoniæ suppeditavit.

### Schema XIII.

*Danubius à Dravi divertigium usque ad Savi divertigium.*

CCC. Situs hujus schematis sunt ex *Ptolemæi lib. 2. cap. 16.* & civitates hic insertæ omnes à Ptolemæo ad Danubium ponuntur. Inter præmissa Ptolemæus recenset tres conversiones Danubii. Primæ juxta Cornacum dat gradus long.  $44\frac{1}{2}$ . lat.  $45\frac{1}{2}$ . ipsi Cornaco autem long.  $44\frac{1}{2}$ . lat.  $45\frac{1}{2}$ . Latitudo ergo est par, in longitudine autem præcedit seu occidentalius est Cornacum 5. minutis: id quod innuit, civitatem hanc ad dextram fuisse ripam Danubii, itaque ibi loci, ubi hodiernum est Bukovar. Secundæ conversioni juxta Acuminco Ptolemæus dat gradus long. 45. lat.  $45\frac{1}{2}$ . ipsi Acuminco verò, & legioni ibidem, long.  $44\frac{1}{2}$ . lat.  $45\frac{1}{2}$ . unde Ptolemæus id, quod Acuminco vocat, meridionalius conversione, igitur æquè ad dextram ripam Danubii locat, quapropter hodierno Petrivaradino correspondet. De Acuminco non tantum itineraria Romanorum, sed & Scriptores veteres Romani, veluti *Amianus Marcellinus*, mentionem faciunt, & id certificant, nomen hoc terræ illi datum fuisse, quæ inter flumina Danubium & Tibiscum postrema est, & apud confluentiam eorundem in angulum *acuminatur*. Itaque improprie hinc Ptolemæus loquitur, ex Acuminco faciens civitatem, quæ proprio suo nomine, saltem circa tempora Imperatoris M. Aurelii Antonini, adeoque immediate post Ptolemæi ætatem, Malata, dein verò sub Constantio Chloro novo nomine Bononia vocabatur. Tertiæ conversioni juxta Rittium, & Rittio ipsi, Ptolemæus eosdem planè gradus long.  $45\frac{1}{2}$ . lat. 45. divertigium autem Tibisci fluvii in descriptione Jazygum long. 46. lat.  $44\frac{1}{2}$ . tribuit: ergo Rittium occidentalius & septentrionalius erat Tibisci divertigium, & ei situi, ubi nunc est Titel, convenit. Divertigium Savi Ptolemæus eosdem planè gradus, nempe long. 45. lat.  $44\frac{1}{2}$ . assignat, ac Tauruno civitati, adeoque hæc est hodiernum Belgrad. Notandum autem: hinc iterum Ptolemæum in diversas scalas incidisse; si enim unus idemque homo Ptolemæo situm divertigii Dravi, & simul Savi subministrasset, qui fieri po-

potuisset, ut Savi divertigio gradus long. 45. affereret, cùm in Dravi divertigio multum occidentalior gradus long. 46. jam expletos censuerit? Teutoburgium Ptolemæi ex locatione ipsius ad ipsum divertigium Dravi (cùm utriusque latitudinem det graduum 45½. in quo tamen ad modicum fallitur) vix aliud esse potest, quàm hodiernum Erdöd.

| Teutoburgium<br>Erdöd.      | Cornacum.<br>Bukovar. | Acumincum.<br>Peterwardein. | Rittium,<br>Titel. | Taurunum.<br>Belgrad. |
|-----------------------------|-----------------------|-----------------------------|--------------------|-----------------------|
| <i>Gradus longitudinis.</i> |                       |                             |                    |                       |
| Ptol. 44. 15.               | 44. 20.               | 44. 50.                     | 45. 30.            | 45. --                |
| Hung. }<br>Geom. } 43. 10.  | 43. 20.               | 44. --                      | 44. 35.            | 44. 50.               |
| <i>Gradus latitudinis.</i>  |                       |                             |                    |                       |
| Ptol. 45. 40.               | 45. 15.               | 45. 20.                     | 45. --             | 44. 30.               |
| Hung. }<br>Geom. } 45. 32.  | 45. 27.               | 45. 20.                     | 45. 13.            | 45. --                |

Notandum: *Ptolemæus lib. 3. cap. 9.* inter civitates Mœsiæ superioris primam nominat Singidunum, (etiam sic scribit Codex Vindobonensis, non Singidunum, ut habet editio Basileensis) eique attribuit gradus long. 45½. lat. 44½. ergo eam Tauruno facit orientaliorem dimidio gradu. Econtra itinera Romanorum easdem civitates tantum tribus millibus passuum inter se distare dicunt. Unde inferendum, non rigorosè à Ptolemæo gradus distribui, sed id solummodò intendi, per gradus designare, quid occidentalius, & respectivè meridionalius sit.

### Schema XIV.

#### *Memorabiliores situs ad Danubium inferiorem.*

CCCI. Hucusque scala, opposita Ptolemæi scalæ, desumpta fuit ex novioribus Hungaricis chartis, præcipuè Samuelis Mikovini, nobilis Hungari, & Cameræ Regiæ Geometræ, nec non Joannis Kovács, Comitatus Posonienfis Geometræ. A Tauruno usque ad Walachiam Cis-Alutensem succedit charta Banatûs Temesvariensis ad speciales dimensiones per annos 1723. 1724. & 1725. composita. A Walachia usque ad ostia Danubii sequetur charta Cursûs Danubii A. 1684. & Bulgariæ A. 1689. à Jacobo Cantelli Italo Geographo composita, & Romæ edita. Et hoc quantum ad gradus longitudinis, in quibus hæ chartæ correspondent chartis Hungaricis. Quantum ad gradus latitudinis, in quibus absque eo parva discrepantia, servabitur scala Homaniana ob uniformitatem.

*Lib. 3. cap. 9.* Civitates Mysiæ superioris prope Danubium.

|   | <i>Ptolemæus.</i> | <i>Geographi hodie.</i> |
|---|-------------------|-------------------------|
|   | <i>long.</i>      | <i>lat.</i>             |
| Singidunum (prope Taurunum olim)  | 45½.              | 44½.                    |
| Tricornium (Tricornia Castra)   | 46.               | 44½.                    |
| Juxta hanc divertitur Moschius fluvius. Aliis scriptoribus Romanis vocatur Margus fl. fuit itaque Tricornium ad Moravæ fl. confluentiam |                   | 45. 30. 44. 50.         |
| Viminacium. Legio   | 46½.              | 44½.                    |
| Naissum Dardanorum  | 47½.              | 44½.                    |

*Part III.*

D 2

Nissa

|  | Ptolemæus. |      | Geographi hodie. |         |
|--|------------|------|------------------|---------|
|  | long.      | lat. | long.            | lat.    |
| Nissa  | -          | -    | 47. 5.           | 43. 40. |
| <i>Lib. 3. cap. 8.</i> Post divertigium Tibisci fl. prima conversio Danubii versus austrum.  | -          | -    |                  |         |
| Apud Uipalancam  | 47½        | 44½  | 47. -            | 44. 50. |
| Id quod juxta divertigium est Alutæ amnis, qui ad septentrionem cum impetu vectus Daciam dividit   | 50½        | 44.  |                  |         |
| Aluta fluvius  | -          | -    | 48. 40.          | 44. 30. |
| Conversio juxta Oescum fl.   | 51.        | 44.  |                  |         |
| <i>Lib. 3. cap. 10.</i> Inter civitates Mysie inferioris versus Danubium. Oescus Triballorum   | 51.        | 44.  |                  |         |
| Novæ   | 52.        | 44½  |                  |         |
| <i>Lib. 3. cap. 8.</i> Conversio Danubii juxta Axiopolim   | 52½        | 45½  |                  |         |
| Abhinc etiam Danubius vocatur Ister usque ad ostia.  |            |      |                  |         |
| <i>Lib. 3. cap. 10.</i> Axiopolis civitas Mysie inferioris   | 54½        | 45½  |                  |         |
| Dinogetia  | 53½        | 46½  |                  |         |
| <i>Lib. 3. cap. 8.</i> Ab Oriente Dacia terminatur itidem Istro fluvio usque ad conversionem, quæ est juxta Dinogetiam civitatem, cujus gradus                   | 53.        | 46½. |                  |         |
| Ergo Dinogetia fuit ad confluentiam fluvii Hierasi, id est Pruth, cum Danubio  |            |      | 52. 40.          | 46. -   |
| Et etiam Hieraso fluvio, qui juxta Dinogetiam divertens, ab Istro versus septentrionem & Orientem fertur, usque ad dictam conversionem Tyræ fluvii, cujus gradus | 53.        | 48½. |                  |         |
| Tyræ fluvius est Niester, Danastrus etiam dictus, cujus conversio in eodem meridiano, quo in Danubium influit, à Ptolemæo ponitur.                               |            |      |                  |         |
| <i>Lib. 3. cap. 10.</i> Inter civitates Mysie inferioris juxta Danubium: Noviodunum  | 54½.       | 46½. |                  |         |
| Ostia Danubii hoc ordine se habent, prima eorum sectio juxta civitatem Noviodunum  | 54½.       | 64½. |                  |         |

Ergo

|   | Ptolemæus. |      | Geographi hodie. |         |
|---|------------|------|------------------|---------|
|   | long.      | lat. | long.            | lat.    |
| Ergo Noricorum ibi erat, ubi Danubius<br>primùm scinditur versùs Pontum | -          | -    | 53. 50.          | 46. 15. |
| Ibidem paulò infra: Ostium Danubii,<br>Boreum dictum                    | 56½.       | 46½. | 55. 40.          | 46. 50. |
| Ibid. ad finem: Tyræ fluvii Ostia<br>Niester                            | 56½.       | 47½. | 56. 30.          | 47. 30. |
| Lib. 3. cap. 5. Hispanis fluvii Ostia                                   | 58.        | 48½. | -                | -       |
| Bog, qui in Ostium Boristhenis se infundit                              | -          | -    | 57. 30.          | 48. 5.  |
| Boristhenis fluvii Ostia  | 57½.       | 48½. | -                | -       |
| Nieper  | -          | -    | 57. 30.          | 47. 40. |

## SECTIO XVI.

### Generalia ad Itineraria Romanorum.

**N<sup>os</sup> CCCII.** Triplex adhuc itinerarium Romanum, contra injurias temporum servatum, ad nos usque pervenit; nempe Antoninianum, Tabula, & Hierosolymitanum. De Antoniniani Itinerarii origine multa ex multis collegit *Petrus Wesselingius* in *præfatione ad editionem Amsteladamsensem de A. 1735.* suam verò ipse sententiam his verbis potissimum patefacit: Tametsi verò hodierna itinerarii dispositio & structura non videatur ultra seculum quartum posse ascendere, ejus initia atque originem antiquiora arbitrer &c. Apparet enim, in bellum ituris itineraria, in quibus mansiones mutationesque erant notatæ, fuisse data. Quare cùm ad cursum vehicularem atque expeditiones militares itineraria fuerint necessaria, habuerintque Romani & itinerum mensores & itineraria jam olim, fieri potuit, ut ex eorum numero nostrum fuerit; quod paulatim, sicuti in simili genere assolet, novis urbium titulis locupletatum est &c. Quis verò ejus auctor, cujusque jussu primùm fuerit digestum, prorsus ignoro &c.

*Bergierius de publ. & mil. Imperii Rom. viis lib. 3. sect. 6. §. 11. apud Grævium in Thes. Ant. Rom. Tom. X.* sic opinatur: Certè à vero non aberrabimus valde, si neque Julium, neque Augustum, neque Antoninum Pium, aut alium Imperatorem hujus nominis, itinerarii, quod hodie sub Antonini nomine circumfertur, auctorem existimemus: quoniam multa urbium nomina hìc ponuntur, quæ ante, aut etiam diu post illorum ætatem incognita prorsus fuerunt, ut Constantinopolis, Maximianopolis, Diocletianopolis, Constantia, & alia, quæ silentio transeo. Non tamen propterea nihil ad Julium, ad Augustum, aut Antoninos hoc opus pertinere censemus.

Idem *Bergierius lib. 1.* per plures sectiones curam primorum Imperatorum Rom. circa viarum ordinationem deducit; unde hìc sufficet, ejus excerptis adhuc sequentia addere: *Suetonius de Julio Cesare cap. 56.* testatur: ab eo inter alios libros etiam poema, quod inscripserat *Iter*, tunc confectum esse,

se, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem VII. & XX. die pervenisset. Idem *Suetonius de Augusto Imp. cap. 47.* refert: non est, ut opinor, provinciâ, exceptâ duntaxat Africâ & Sardinia, quam non adierit. *Strabo Geograph. lib. 4.* de Alpibus Rhæticis agens ait: Augustus Cæsar latronum excidio viarum structuram adjecit, quantam omnino licuit perfici; neque enim potuit ubique vi perumpere naturam saxorum, & ingentium præruptarum rupium, aliàs viæ impendentium, aliàs subjacentium, ita ut vel leviter è via egressi in periculum venirent inevitabile, cum in valles fundo carentes esset decidendum.

*Sextus Aur. Victor in Epitome* Adrianum Imperatorem inter alia de Geometria laudat, eumque *provincias omnes passibus circumiisse*, disertè scribit. Ast cum *Julius Capitolinus* in vita M. Antonini Philosophi hunc Imperatorem in verbis: vias etiam urbis atque itinerum diligentissimè curavit, singulariter de itineribus commendat, & omnia, quæ M. Antoninus ordinasset, in peculiari æstimatione apud posteros haberentur, facilè vel Augustus vel privatus, qui compilationem generalis itinerarii vel jussit, vel exegit, permoveri poterat, ut eidem nomen M. Antonini, cujus curæ inserta plurima originem deberent, præficeret.

CCCIII. *Tabula*, quæ ab ejus possessore quondam Peutingero Peutingeriana vocatur, & nunc in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensî in antiquissimo Codice membranaceo exstat, ab Authoribus plerumque temporî Theodosii Junioris in seculo quinto addicitur. Ast rectiùs (ut *num. 493. & seqq.* specialiter deducetur) collectionem debet Probo vel Diocletiano Imperatoribus ad finem seculi tertii. Modum, quo in eam formam, quæ visitur, coierit, fat ipsa prodit; Geometriæ enim alia ratio habita non est, quàm quòd provinciæ sibi cohærentes in rudem quandam mappam jungantur, & inter se, literis dispersis nomen provinciæ referentibus, distinguantur: præterea præcipui fluvii, montes, sylvæ, civitates, nec non limites Romani Imperii, penicillò quadantenus adumbrentur: provinciarum principaliora itinera, adscriptis nominibus locorum, & mensuris distantiarum, interfertis quoque lineis ductum viæ vel in porrectum vel ad latus connectentibus, commonstrentur: & demum trans limites populi Romano Imperio vicini adscribantur. Exactitudo nulla ibi requirenda, quin potiùs varia contra naturalem situm indicata reperiuntur. V.g. Dravus fluvius, qui fontes suos ex Rhætia in Tyrolensî Comitatu trahit, non nisi à Celeia designatur, demum verò cum Savo fluvio jungitur, & unà cum hoc in mare Adriaticum deducitur; cum e contra ex situ naturali certum sit, Dravum superiore loco ad Murfam seu Eszek, & Savum inferiore ad Taurunum seu Belgrad, diversis meatibus & ostiis, Danubio illabi: fluvium eum autem, quem Tabula Adriatico mari influentem depingit, Drinum esse, atque cursu planè contrario à vicinia Adriatici maris ex Dalmatia in Savum decurrere, & simul cum ipso in Danubium exonerari. Sic igitur cum compilatione Tabulæ se res habere videtur: Imperator vel Probus, vel Diocletianus, ex tot itinerariis particularibus Tabulam itinerariam generalem, quæ uni quasi obtutui omnia subjiceret, habere gestiens, negotium id cuidam Imperii Romani gnaro commisit; compilatori huic super limitibus cujusque provinciæ, itineribus specialibus, locorum nominibus, & distantiarum mensuris, exacta in itinerariis provincialibus cynosura suppetebat, minor verò super cursibus fluviorum: atpote qui non, nisi ubi transeundum, anno-

annotari soleant ; hæc & similia ergo, ut forma Tabulæ completa evaderet, pro captu suo quandoque etiam erroneo appinxit ; quod ignoscendum ei facile fuit, cum substantiæ itinerarii nihil derogeret.

CCCIV. *Hierosolymitanum* Itinerarium de ortu suo ipsūmet testatur *pagina editionis Wesselingiana 571.* ubi ait : Item ambulavimus Dalmatio, & Dalmaticæ Zenofilo Cons. III. Kal. Junias à Calcidonia, & reversi sumus Constantinopolim VII. Kal. Januarias Cons. suprascripto. Dalmatius & Zenophilus Consules fuerunt Anno 333. sub Constantino Magno ; clarum itaque est, compilatores hujus Itinerarii, partem posteriorem itineris à 30. Maji usque ad 26. Decembris A. 333. complevisse ; adeoque præcedentem partem à Burdigala Galliarum, per Gallias, Italiam, dein ab Aquileia per Noricum, Pannoniam &c. Hierosolymam usque, publicis, ut opinari licet, sumptibus, & jussu Constantini, ex proposito itinera consignandi, hoc & uno vel altero anno priore confecisse. Concludendum itaque : Itinerarium Antonini collectione quidem vetustius esse, sed de quatuor seculis, quibus ab Augusto Cæsare res Romanorum in Illyrico, (de quo hic sermo est) invaluerant, participare ; Tabulam autem prima tria secula tantum respicere ; contra Itinerarium Hierosolymitanum, compilationem esse novam & homogeneam sub Imperio Constantini Magni in seculo quarto.

CCCV. Quanta viarum impendia fecerint Romani, antiquitas sat superque loquitur. *Sextus Aur. Victor in Epitome de Vespasiano* inquit : per omnes terras, quæ jus Romanum est, renovatæ urbes cultu egregio, *via operibus maximis munitæ sunt.* Tunc cavati montes per Flamineam (*viam scilicet sic vocatam*) sunt prono transgressu, quæ (*pars via Flaminea*) vulgariter *pentunsa petra* vocatur. *Ammianus Marcellinus lib. 15. cap. 4.* refert : Lacum Brigantinum horrore silvarum squalentium inaccessum, nisi quæ vetus illa Romana virtus & sobria iter composuit latum.

Meretur huc excubiri locus à supra dicto *Bergierio lib. 1. sect. 17. §. 7.* ex Galeni (qui ævo Trajani Imp. vixit) operibus medicis, in comparatione methodi reparandi vias ad methodum medendi, allatus in verbis : itaque cum sic se haberent omnes in Italia viæ, eas *Trajanus* ille refecit ; quæ quidem earum humidæ, aut lutosæ partes erant, lapidibus sternens, aut editis aggestionibus exaltans ; quæ senticosæ & asperæ erant, eas expurgans ; ac flumina, quæ transiri non possent, pontibus jungens ; ubi longior, quàm opus erat, via videbatur, aliam breviorē excindens ; sicubi verò propter arduum collem difficilis erat, per mitiora loca deflectens ; jam si obsessæ feris, vel deserta erat, ab illa transfrens, ac per habitata ducens ; tum asperas complanans. Si igitur tantam Romani viis applanandis & instruendis operam impenderit, quidni præsumendum, eos iisdem per milliaria determinandis æquè & faciliori longè operâ haud defuisse ? testatur hoc *Strabo Geogr. lib. 7.* ubi ait : ab Apollonia in Macedoniam Ignatia via est Orientem versus dimensa, ac per milliaria distincta, ad singula posito lapide, usque ad Cypselum & Hebrum fluvium, & continet M. P. DXXXV. Idem de omnibus viis testatur *Plutarchus in C. Graccho.* vid. infra num. 314. b. Fidem igitur omnino merentur itineraria Romana, & non temerè cum quibusdam Geographiæ interpretibus, abortivo quolibet dubio, ad corruptos mensurarum numeros, transposita loca,

&



& librorum errores, proclamandum; combinatio etenim & experientia physica si adhibeatur, error, qui creditur, error non est; quanquam non diffitendum, etiam has itinerariorum transumptiones non usque quaque librorum culpâ vacare: quin nec ipsum Tabulæ Exemplar vetustissimum ab omnimundo immune fuisse, cum compilatori ejus in compendiatione tot itinerariorum particularium, à diversissimis manibus conscriptorum, obfuscatio in literis & compellationibus locorum obvenire facile potuerit, in numeris mensurarum non item, utpote valde distinctam inter se formationem habentibus. Si verò nec compilator ipse primus in ullo errasset, errare sanè poterant descriptores subsequi, & inter eos Gothus ille, vel, quod aliis ex forma scripturæ adjudicandum relinquo, Langobardus, qui Peutingerianum, nunc Vindobonense, transumptum exaravit. In itinerariis Antonini toties transumptis mirum minùs adhuc videri potest, si erroribus librorum non careant.

CCCVI. In præsentia mea disquisitione Geographica, quâ de limitibus Romani Imperii circa Marcomannos, Quados, & Slavos ago, nihil aliud de erroribus librorum mihi occurrit, quàm in via ripensi Danubiana Tauruno Lauriacum pag. edit. *Wesseling.* 242. usque 249. Itinerarium sic habet:

*Iter per ripam Pannoniæ à Tauruno in Gallias ad Leg. XXX. usque.*

|                         |   |   |   |                   |
|-------------------------|---|---|---|-------------------|
| A Tauruno Lauriacum     | - | - | - | M. P. DLXXXVII.   |
| Inde Augusta Vindelicum | - | - | - | M. P. CCXXII.     |
| Argentorato             | - | - | - | M. P. CCCXXII.    |
| Ad Leg. XXX.            | - | - | - | M. P. R.          |
| A Laurino               | - | - | - | M. P. XXV.        |
| Ritti                   | - | - | - | M. P. XXXIII. &c. |

Errorem hic librorum subesse, non præsumptivè tantum, sed verè patet; 1.<sup>mo</sup> enim mensura distantiae Argentorato ad Legionem trigessimam per literam R. exprimitur, quæ non est inter numerales; 2.<sup>do</sup> Tauruno (ubi vitiosè iterum ponitur Laurino) tanquam loco à quo, non competit numerus mensuræ, qui tamen malè adscriptus, & absque dubio huc à Legionem trigesima transpositus est; 3.<sup>tiò</sup> errorem manifestè commonstrat præmissum summarium itineris à Tauruno Lauriacum Mille passuum DLXXXVII. Si enim in hoc iter Millia passuum XXV. Tauruno perperam adjecta imputentur, colliguntur Millia passuum usque ad primum locum à Tauruno, nempe Rittium LVIII. inde Mursam CXIII. Acincum CLXIX. Arrabonam LXXIV. Vindobonam LXXX. Lauriacum CXV. in summa verò DCIX. itaque exceditur summaris nota millibus passuum XXII. Unde numerus in Itinerario Antonini Laurino seu Tauruno perperam adscriptus M. P. XXV. inde ad Legionem trigessimam amandandus, & litera R. Legionem adjecta in alias literas numerales, & quidem ex omni præsumptione in CL. commutanda est, ita ut distantia inter Argentoratum (id est Strasburg hodiernum) & Legionem trigessimam M. P. CLXXV. habeat. Patet hoc ex *Ptolemai* descriptione Galliæ Belgicæ *lib. 2. cap. 9.* ibi inter civitates mediterraneas Germaniæ inferioris & Batavorum hoc reperitur:

|                |   |   |   |   | <i>long.</i> | <i>lat.</i> |
|----------------|---|---|---|---|--------------|-------------|
| Batavodurum    | - | - | - | - | 27½          | 52½         |
| Sub hac Vetera | - | - | - | - | 27½          | 51½         |

In

In hac Legio XXX. Ulpia.

Deinde Agrippinensis . . . . . 27½. 51½.  
 Porro Ptolemæus in Germania superiore ibidem ponit:  
 Argentoratū. Legio octava Augusta . . . . . 27½. 48½.

Ergo *Vetera*, tanquam sedes primaria Legionis trigessimæ, erat paulò supra Coloniam Agrippinam, & hæc secundum Ptolemæum distabat Argentorato gradibus tribus & dimidio latitudinis; reverà autem secundum hodiernos Geographos Colonia Argentorato gradibus 2½ distat, & gradus unus, qui à Ptolemæo superadditur, pro familiari ejus more, de quo supra dictum, abundat. Gradus unus latitudinis habet 15. milliaria Germanica seu 62½ milliaria Romana, itaque gradus 2½ requirunt 156. millia passuum; & quoniam iter non rectissimè sed per ambages & ripas Rheni institui poterat, mensura vix alia, quàm M. P. CLXXV. convenit. Hæc cum ita necessariò planè restituenda & emendanda sint, propullulare tamen faciunt alium errorem, eò quòd demptis XXV. mensuræ à Tauruno Lauriacum in itinerario assignatæ summam tantum DLXXXIV. efficiant, quæ nihilominus vi summarii præmissi DLXXXVII. esse debet. Sed & hic error facilè reperibilis est in Pannonia prima in distantia inter Flexum & Arrabonam: huic ex Tabula & naturali dimensione in via recta, ut infra *num.* 408. debentur M. P. XXV. econtrà Itinerarium Antonini, per errorem librarium, duntaxat habet M. P. XXII. ubi itaque II. locò V. vitiosè scripta. Hoc errore restituto integerrimè expletur summarium M. P. DLXXXVII. id quod notandum velim: sic enim restitutis mensuris inter Taurunum & Lauriacum (quod iter fermè omnes limites Romanos includit circa Marcomannos, Quados, & Slavos, de quibus mihi est quæstio) alius error in toto itineris ductu non perquirendus, sed dubietas, quæ de mensuris cæteris remanet, alium in modum, de quo nunc erit fermo, dissolvenda venit.

*CCCVII.* Non abs re namque causantur Geographiæ Romanæ interpretes, in itinerariis Romanorum occurrere loca, ubi ductus viarum ægrè intelligitur. Vera hæc querela omnino est, & nisi perquisitio ipsa localis, quin & dimensuratio physica adhibeatur, inextricabilia plura in itinerariis Romanorum evadunt, & incertis conjecturationibus indulgendum. Chartis enim geographicis, nisi specialioribus, & magnâ diligentia curatis (quod sæpissimè in terris meæ perquisitionis expertus sum) haud acquiescendum; secundum milliaria autem, aut horas itineris, ex relatu aliorum, distantias ordinare velle, ambiguum nimis est, cum milliaria ubique fermè varient, & tempus itineri infumendum aliter pediti veloci, aliter lento, & sic quoque equiti, aut curru pergenti aliter & aliter videatur. Hunc obicem ut mihi tollerem, loca ipsa, quantum tempus & occasio tulit, accessi, sed cum nec sic mihi met adhuc satisfacerem, localem perlustrationem adhibito simul instrumento geometrico, quod curru applicatum rotarum revolutiones numerat, adeoque facilem eumque securum calculum distantiae loci ad locum ex continentia circumferentiæ rotæ præbet, repetii, hæcque methodo loca plurima ad rem meam facientia ad ripas Danubii, & in mediterraneis Pannoniæ & Norici, dimensuravi. Porro, ut ad chartas geographicas redeam, earum alia planè ratio in dimensurando est ac itinerariorum: hæc ascensiones & declivitates soli, nec non anfractus viarum inevitabiles mensuræ imputant, illæ superficiæ horizontali detrahunt. Dimensuratis autem physicè distantis per ea locorum, ubi, situ naturali indicante, iter agi poterat, & consideratis penitiis seu ruderibus, seu aliis vestigiis antiquitatum Romanarum, ductus viarum nullâ fermè conjectu-

Pars III.

E

rà,

râ, sed prudenti tantùm discretione indigent. Dum igitur itineraria Romana vias interdum ab eodem loco ad eundem locum diversis mensuris definiunt, non hoc ipso ad inculpationem erroris provolandurâ, sed diversitates mensurarum per diversos quoque viarum ductus, modò montana, aliâque impedita, pro tempore pervia facta, rectâ transjiciendo, modò obices hos circumagendo, deprehenduntur. Itineraria sanè, saltem Antonini, & Tabulæ, collectanea sunt diversorum temporum : quid ergo mirum, si pro diversitate temporis per exundationes fluviorum, alveorum mutationes, ardua montium, & similia, distantie itinerum productæ, aut econtrâ sublatis his impedimentis contractæ fuerint?

**CCCVIII.** Itineraria Romanorum non sic accipienda, quasi nuntiorum fermè usui inserviant, & continuò in porrectum viâ brevissimâ tendant; viæ enim parabantur principaliter militares, pro transducendis de loco in locum copiis; unde si loca præsidiorum non in linea recta ubilibet, sed partim angulariter & ad latus sita erant, Itingraria itidem angulos illos percurrunt. Exemplum eximium infrâ occurret in notis specialibus ad itinera Pannoniæ secundæ in Aciminco, seu angulo terræ vasto, inter confluentiam fluviorum Danubii & Tibisci. In hoc spatio, per aggerem ab uno fluvio ad alterum in triangulum formato, quatuor erant munimenta, nempe Rittium in angulo confluentiæ Danubii & Tibisci, Bononia & Contra-Bononia in angulo superiore Danubii, Cusum in angulo superiore Tibisci, & Acimincum in meditullio trianguli; mensura itaque Romanorum itinerariorum ad angulum Cusi quoque pertinet, ut suo loco pluribus dicetur. In Provincia Valeria, Pannonia primâ, & Norico, Tabula in itinere ripensi angulis viarum caret, econtrâ verò Antonini Itinerarium in Valeriæ parte inferiore inter Murfam seu Eszek, & Acincum seu Ofen, in hoc ipso itinere ripensi angulos plures facit, quod iterum certum est ex certitudine loci à quo & ad quem, nempe Murfæ & Acinci, atque ex mensuris Romanis huic intervallo in porrectum nullatenus, sed angulariter tantùm congruentibus.

**CCCLIX.** In itinerariis Romanorum, quæ sub Antonini nomine vulgata sunt, meminisse oportet, ea non ductui copiarum duntaxat, sed & commoditati & curiositati Augustorum pro provinciis obeundis & visendis inserviisse: ut mirum videri nequeat, longius sæpe iter ibidem, quàm in Tabula describi, ubi scilicet commoditas viæ vel curiositas locorum Augusti vias in ambages flectere & pellicere poterat. Cujus rei exempla plura suis locis occurrent.

**CCCLX.** Econtra Tabula ubique fermè vias brevissimas monstrat. Unde inferendum: eam ex solis itinerariis militaribus, omnem non necessariam circumductionem militis evitantibus, collectam & compilatam esse. Illud quoque præsumendum de itinerariis eis militaribus, quòd larga nusquam, quin potiùs parca in mensuris exponendis fuerint, eo fine, ut miles diurnum iter M. P. XX. præfixum habens diuturnioribus viarum laboribus, & velociori, si qua necessitas postularet, expeditioni assuefieret. Parcitas ea præcipuè duplex est: prima, dum distantia de loco ad locum non à meditullio ad meditullium, sed ab exitu unius loci ad introitum alterius computatur. Parcitas ea conformis est L. 154. ff. de V. S. quæ dicit: *Mille passus non à milliario Urbis, sed à continentibus ædificiis numerandi sunt*; id est: milliaria non à columna milliari, seu sic dicto milliario aureo, ordinatione Augusti Imp. in media urbe Roma posito, sed ab ædificiis suburbanis, sive locis Urbi connexis, & cum ea quasi cohærentibus, numeranda sunt. Parcitas altera provenit ex methodo Romana, mensuras viarum solis millenis, non verò simul centenis passibus distin-

stingente : quam methodum itineraria militaria plerumque sic applicasse censenda sunt, ut passus centenos millia integra excurrentes, nisi ad mille valde appropinquarent, simpliciter neglexerint. Utrâque hac parcitate incedere Tabula se fat prodit ; in itinerario Antoniniano verò & Hierosolymitano plures dimensiones viarum aliud suadere videntur.

CCCXI. Magnam plerique Geographiæ interpretes conjecturæ vim ponunt in similitudine nominum hodiernorum cum Romanis quondam compellationibus. Largior quoque ego lubens, non leve auxilium id præstare in provinciis iis, ubi post Romanos cultura & cura urbium & oppidorum mansit, mutatis tantum cultoribus & possessoribus ; cum enim locis per Romanos fecundum opportunitatem sitûs electis & instructis institerint, nomina quoque Romana, quanquam ad suam linguam deflexa, quadantenus retinuisse præsumendum. Ab hinc autem saltem excipienda est Pannonia ; Possessores enim pro parte jam nanciscebatur Hunnos tempore Attilæ, & post emigrationem Langobardorum in seculo sexto tota Hunnis seu Avaribus paruit : quæ gens, docente *Procopio* & aliis coævis scriptoribus, civitatibus sibi subjugatis minime, sed certis gentilitiis munimentorum terreorum, & ædificiorum ligneorum speciebus, per latè patentes campos exstructis, ceu castris perpetuis, immobilabatur, & in hoc genere habitationis usque ad Caroli Magni ævum (*vid. num. 947. 948. 950.*) perduravit : ut fieri haud aliter potuerit, quàm nomina Romana in tantâ temporis intercapedine, & terræ ipsius vastitate, in oblivionem fermè omnimodam venisse, & implantata demum christianitate civitates tunc primùm reædificatas nomina ex propria Dialecto Hungarica, saltem maxima ex parte, cepisse. Falluntur ergo, qui v. g. Sarvar hodiernum pro Sabaria, & Scapring pro Scarabantia Romana habent, & hoc situ erroneo sibi præfixo in designandis aliis itinerum stationibus ubique dissonas Romanorum mensuras offendunt.

CCCXII. De quantitate Romanarum mensurarum traditio Scriptorum hæc est : minimam mensuram esse granum hordei secundum latitudinem suam ; 4. talia grana juxta se posita facere digitum ; ex 4. digitis aut 3. pollicibus fieri palmum ; ex 4. palmis pedem ; ex 5. pedibus passum ; ex 125. pedibus stadium ; ex 8. stadiis milliarium. Ita *Bergierius de publ. & mil. Imperii Rom. viis lib. 3. sect. 10. §. 2.*

Porro passus Romanus est gressus cum utroque pede, adeoque spatium terræ, quod per utriusque pedis motum à dextri pedis vestigio relicto usque ad subsequens iterum vestigium dextri pedis occupatur. Unde & passus dextri à quibusdam scriptoribus vocantur. *Note ad Ammianum Marcell. lib. 15. cap. 11. ex editione Gronovii lit. m.* inter alia sic habent : addi his possunt & dextri ; sic enim dicuntur passus mensurandi apud quosdam, ut Papias interpretatur. Quam vocem apud Florentium reperi in actis manuscriptoris martyrii B. Felicis : à loco illo usque ad castrum Toringum habentur dextri ducenti.

Passus autem ille utriusque pedis nec extensus, nec ambulatorius, sed in modum diligenter itinerantis temperatus intelligendus est ; extensus enim passus græcè Orgyia vocatur ab ὀργῶ extendo, & γῶιον pes, continétque 6. pedes. Passus autem Græcis βῆμα appellatur à βῆμα eo, cui Romani 5. pedes tribuunt, eò quòd diligenter eundo spatium illud utroque pede moto ut plurimum conficiatur. Hanc triplicem differentiam passûs etiam *Bergierius d.*

*lib. 3. sect. 10. §. 5.* statuit, & cuilibet mensuram hanc attribuit: passui primæ differentiæ (id est ambulatorio) 4. pedes: passui secundæ differentiæ (*ναρ' ἰσοχῆν* geometrico) 5. pedes: passui tertiæ differentiæ (id est extenso, qui Græcis *ὄργυια*) 6. pedes.

**CCCXIII.** Stadium, quâ mensuræ compellatione Strabo potissimum utitur, extensione unum idemque est apud Græcos & Romanos, quanquam numero, tum passuum tum pedum, differat. Stadium Græcum continet 100. orgyias seu passus Græcos, & 600. pedes Græcos; Stadium Romanum verò 125. passus Romanos, & 625. pedes Romanos. De illo clarè patet ex *Herodoto Hist. lib. 4. in dimensione Ponti*, quem dicit habere in maxima longitudine 1110000. Orgyias, seu 11100. stadia, in latitudine verò maxima 330000. Orgyias seu 3300. stadia: sic etiam *eod. lib.* Herodotus dicit à mari Caspio usque ad Rubrum esse intercapedinem centum millium Orgyiarum, easque efficere mille stadia. De hoc, scilicet Romano stadio, clarè itidem testatur *Plinius Hist. nat. lib. 2. cap. 23.* dum dicit: Stadium centum viginti quinque *nostros* (id est Romanos) efficit passus, hoc est pedes sexcentos viginti quinque. De hac conformitate & respectivè differentia *Bergierius d. lib. 3. sect. 11. §. 11.* ita discribit: cùm verò pes Romanus paulò minor sit pede Græco, hinc Plinius, Columella, aliisque auctores tam Græci quàm Latini, ut hunc defectum supplerent, stadio addiderunt pedes Romanos 25. ut 600. pedibus Græcis æquarentur 625. pedes Romani, sive 125. passus. Hæc est communis computatio penes antiquos, vulgò recepta. Quidquid etiam alii in contrarium dicant.

*Lexicon universale Tom. 9. Antic. Fuß.* ex *Cassini* deductis per antiqua monumenta pro demonstrato tenet: pedem antiquum Romanum sic se habere ad pedem Græcum, qui Olympicus seu Herculeus vocatus fuerit, ut se habent partes 24. ad 25. Si ergo unus pes Græcus continet totum pedem Romanum, & insuper 24.<sup>am</sup> partem ejusdem pedis Romani; sequitur: 600. pedes Græcos excedere sexcentis talibus partibus vigesimis quartis, quæ per 24. divisæ integros 25. pedes Romanos producant. *Strabo Geogr. lib. 7. relatâ* (ut suprâ *num. 305.*) longitudine viæ Ignatiæ M. P. DXXXV. subjungit: quod si pro mille passibus octo, ut receptum est, stadia supputes, stadia habebis MMMCCLXXX. Sin Polybium sequare, qui octo stadiis duo jugera addit, id est trientem stadii: addenda sunt adhuc CLXXVIII. stadia, triens numeri milliarium &c. Hæc occasionaliter de stadiorum mensura commemorat Strabo, ast, quomodo intelligenda sint, non explicat. Polybius vixerat duobus seculis ante Strabonem, & auctor integræ fidei est. Ut igitur dicendum videatur, tempore Polybii Romanos nondum exæquatorem stadii Romani cum Græco introduxisse, ac stadium Græcum quidem in 600. pedibus, ast Romanæ non Græcæ longitudinis, adoptasse. Stadium tale Romanum erga Græcum 25. pedibus, octo stadia autem 200. pedibus Romanis deficiebant, & hi ducenti pedes duo jugera, quodlibet 100. pedum, comprehendebant, cùm in stadio 6. Jugera fuerint. In hoc supposito stadium Romanum antiquitùs à Græco in quantitate differebat, & rectè habuit Polybius, stadia talia pedum sexcentorum Romanorum non exæquasse milliarium, sed duo jugera adhuc adjicienda fuisse.

**CCCXIV. a.** Milliarium Romanum continet 5000. pedes, seu mille pas-

passus, unde & compellatio milliarii venit; computatur etiam per lapides, qui à Romanis post quoslibet mille passus, in viis saltem scilicet, pro directione itinerantium ponebantur, unde v. g. ad lapidem decimum idem est ac ad milliarium decimum. *Proportionem* inter milliaria Romana & Germanica plerumque interpretes geographici sic statuunt, ut milliaria quatuor Romana æquivalent uni milliari Germanico, intelligendo hoc de communibus, quorum quindecim sunt in uno gradu latitudinis.

*Strabo lib. 2.* post multam disputationem de longitudine & latitudine terræ ex Hipparchi, Eratosthenis, & aliorum opinionibus, tandem circa finem fermè libri concludit his verbis: Satis est suis punctis expressas & simplices earum (differentiarum) quas ipse (Hipparchus) tradidit, proponere: sumpto, de ipsius quidem sententia, quantitatem terræ continere stadiorum CCLII. millia, ut & Eratosthenes tradit: non magna enim ex hoc orietur apparentium in intervallis habitatorum diversitas. Quodsi quis ergo maximum terræ circulum secet in CCCLX. partes, cuius obtingent segmento stadia DCC. Hac ille utitur mensura ad intervalla, quæ in Meroës meridiano erat sumpturus &c.

*Ptolemæus lib. 1. cap. 7.* sic inquit: primum igitur latitudinis terminum præsupponit ipse (Marinus Tyrius) Thylen, sub parallelo, qui borealissimam terræ nobis cognitæ partem segregat. Parallelum verò hoc demonstrat ab æquinoctiali distare ad summum partibus 63. quoniam est circulus meridianus trecentarum sexaginta; stadiis verò millibus triginta, ac insuper mille quingentis, ita ut pars una quingenta fermè comprehendat stadia &c.

*Idem Ptolemæus eod. lib. 1. cap. 13.* in illo supposito semper continuat, gradum unum latitudinis continere 500. stadia. Strabo ergo refert Hipparchi & Eratosthenis opinionem, sed eam ipse nec reprobat nec approbat. Ast Marinus Tyrius, & Ptolemæus recedunt ab hac veterum opinione, & gradui dant 500. tantum stadia. Hæc multiplicata per 625. pedes producant 312500. pedes. Hos dein dividendo in milliaria Romana per 5000. pedes, obtingunt uni gradui milliaria Romana 62½. *Bergierius d. lib. 3. sect. 3. §. 3. & 4.* refert quorundam mathematicorum diversas à Ptolemæo opiniones, nempe gradui coelesti æquivalere M. P. LVI. cum triente, aut planè LIII. ipse autem Ptolemæi sententiæ de M. P. LXII. cum semisse adhæret. Quodsi igitur pedes 312500. qui in Ptolemæi & Marini sententia sunt in gradu coelesti, dividantur in 15. milliaria Germanica communia, æquè gradui coelesti correspondentia, cuilibet milliari tali obveniunt pedes 20833½. qui efficiunt orgyas sexpedales 3472½. passus Romanos autem quinquepedales 4166½. In hoc supposito ergo rectè sentiunt hodierni Geographi: uni milliari Germanico, si illud orgyiarum circiter 3500. computetur, proximè accedere 4. milliaria Romana. Sane 4. milliaria Romana minori milliari Germanico comparari debere, concludendum ex itinere Romanorum militum diurno, quod, ut constat ex *Vegetio*, millia passuum XX. præfixa habebat; prout quoque *Julius Cæsar de bell. Gall. lib. 5. cap. 47.* refert, se eo die, de quo loquitur, millia passuum XX. cum exercitu progressum esse. Hæc viginti millia passuum, si comparentur cum

cum 5. milliariibus Germanicis minoribus, seu cum orgyis circiter 17000. sat fatigationis militi per diurnum iter præstabunt.

CCCXIV. b. Milliaria Romana an per mensuram quandam præcisam instrumentalem, an verò per gressus humanos determinata fuerint, dubium est. *Bergierius d. lib. 3. sect. 10. §. 6.* ambigè hac de re discurrit sequentem in modum: Passus hic geometricus ita dictus est ad differentiam passûs communis, quem Latini vocant gressum, seu gradum, cui dant pedes 2½. sive dimidiam mensuram passûs geometrici, qui pedes 5. continet. Sic Frontinus de agror. qualit. pag. 30. gradus habet pedes 11. s. (id est duos & semissem) passus habet pedes 5. Hic verò gressus vel gradus æqualis ferè est naturali hominis incessui, sive pedum passui, cum progreditur &c. Quamvis autem in rerum natura homines valde differant alter ab altero, ratione corporis staturæ, & magnitudinis; ars tamen passum per 5. pedes definivit: ut factum est & in aliis mensuris, quæ à partibus humani corporis denominantur. Cum enim membra humana, pro diversa magnitudine corporum, sint varia quoque magnitudine, ars, quæ naturam juvat ac perficit, hæc omnia ad certam definivit magnitudinem: gradum ad pedes 2½: cubitum ad sesquipedem: pedem ad uncias 12, vel digitos 16. digitum ad 4. grana hordei transversim posita. Noluit scilicet has mensuras esse incertas, & in uniuscujusque privato arbitrio positas, tales, quales quisque vellet. Verùm certas esse voluit, & communi quasi hominum usu sancitas, ad commoda vitæ & commerciorum, cum intersit Reipublicæ illa per artem certa definiri, quæ per naturam incerta erant & varia. Hæc omnia quidem eò tendunt: cum ob staturam diversam homo unus, gradiendo utroque pede, passum conficiat 5. pedibus minorem, alter æqualem, tertius majorem: Romanis visum fuisse, medium inde seligere, & pro passûs geometrici quantitate definire; ast nondum inde infertur, à Romanis ulterius statutum fuisse, vias omnes, & ubique intra & extra Italiam, mensurâ tali instrumentali quinquepedali, nullibi verò per passus hominis naturales dimetiendas esse. Et licet *Bergierius* ibidem §. 9. subjiciat: ex *Plutarcho in vita C. Gracchi cap. 9.* & ex pluribus aliis sciri, viarum militarium mensuram fuisse certam & definitam, viasque *dimensas ad decempedam & lineam*; nihil tale tamen in *Plutarcho C. Graccho* invenire licet; dicit ille enim: in viarum autem refectione præcipuam adhibuit (*C. Gracchus*) solertiam, cum utilitatis, tum pulchritudinis, venustatisque rationem habens. Ducebantur eæ rectæ per regiones, & partim lapide ad hoc cæso & dolato, partim congestis arenarum cumulis infernebantur; cavitates implebantur; quæ convallibus aut torrentibus interrumpentur, pontibus jungebantur; & ab utraque parte eandem noctæ altitudinem, spectatu admodum pulchræ erant. Porro singula miliaria dimensa diligenter lapideis columnis distinxit. Græcus *Plutarcho* textus habet: *διαμετρήσας κατὰ μίλιον ὁδὸν πάσαν*: id est: permensus secundum miliaria viam omnem. Nihil itaque hic de decempeda, vel alia mensura instru-



strumentali. Quodsi autem mensuræ instrumentalis usus in viis solennioribus, magno apparatu & sumptu factis, obtinuerit, morem tamen alibi ad passus naturales dimensurandi servatum credere nihil vetat; præsertim cum constet, Romanos in dimensione viarum rotundis millium passuum numeris, etiam in distantis locorum exiguis, tantummodò usos esse, & centenos passus, qui mille non compleverent, vel à numero planè abjecisse, vel pro millenario integro in numerum vocasse; ut quoque præsumendum sit, millium ipsorum integrorum mensuras haud ad amissim exigere voluisse, sed dimensionem per passus humanos in viis saltem minùs solennibus acquievisse.

CCCXIV. c. Hanc in rem faciunt *nota supra num. 312, citata ad Amianum Marcellinum ex interpretatione Papiæ*. Faciunt excerpta scriptorum veterum in *Henrici Stephani thesauro lingua Græcæ*, quæ sic habent: βήμα, ατος, τὸ. gressus, passus. ἔντα ἑήμα, inter eundem. ἑήματα ἑάλλειν. item κατά ἑήμα πορεύεσθαι, *Eustathius*. Unde & passus mensuram significat, ut *Budæus ex Plutarchi Demetrio (C. Graccho)* exponit: à quo ἑματιζο, fut. ἴσο. τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖω. ut *Hesychius* exponit, dicens: vocabulum esse Macedonicum, quod *Budæo* est *per passus metiri*, ut cum millia passuum Romani distinguebant per octona stadia, ut inquit *Polybius* in 3. unde ἑματιζής, οὐ, ὅ, qui per passus metitur. Porro in verbis habet modò citatus *Polybius Hist. lib. 3. cap. 39. τὰυτα γὰρ οὖν ἑματιζοὶ καὶ σεσημειωται κατά σταδίας ὀκτώ δια Ρωμαίων ἐπιμελῶς*. hæc enim nunc *passibus dimensa* sunt, & signis distincta secundum stadia octo apud Romanos diligenter. *Sextus Aurelius Victor in Epit. de Adriani Imp. geometrica diligentia agens, eum (intelligendum partim per se, & præcipuè per alios) provincias omnes passibus circumiisse* scribit.

CCCXIV. d. Porro, ut experirer, quantum spatium passus humanus utroque pede moto communiter inter eundem occuparet, in planitie quadam distantiam orgyarum Viennensium 416. superadditis pedibus quatuor, ita ut præcisè 500. passus quinquepedales exæquaret, dimensuravi, & in termino à quo & ad quem signavi: dein tres diversæ staturæ homines successivè, & applicando cuilibet instrumentum geometricum, gressus dextros seu utroque pede moto confectos sinè ulla cura gradientis dinumerans, passibus, in modum diligenter itinerantium, intervallum hoc emetiri feci. Primus eorum staturâ aliis superior numerum passuum tulit 440. Secundus 455. tertius 467. itaque exæquabat passus primi pedes 5. uncias 8. & circiter  $\frac{1}{2}$ . secundi pedes 5. & fermè uncias 6. tertii pedes 5. & fermè uncias  $4\frac{1}{2}$ . Dum postea quilibet viam eandem moderatiore gressu repeteret, primus numerum habuit passuum 475. 2dus 487. tertius 490. igitur exæquavit passus primi pedes 5. uncias  $3\frac{3}{4}$ . secundi pedes 5. uncias  $1\frac{3}{4}$ . tertii pedes 5. uncias  $1\frac{1}{2}$ . Quartus verò quidam eandem distantiam magis adhuc moderatis ad diuturniorem viam, attamen expeditis, passibus 506. ergo pedum 4. cum 11. unciis & triente fermè confecit. Hæc ita in distantia minore successerunt. In distantis magnis quoque triplex experimentum, ipse curru, cum dimensuratione per instrumentum geometricum currule, iter agens, & hominem instrumento alio instructum ante currum eandem viâ incedere faciens institui. Primus talis mensor, staturâ reliquis duobus inferior, in distantia orgyarum 6053. passus 6832. secundus in distantia orgyarum 2994. passus 3424. & dum eundem continuare jussissem, in distantia

tia subsequa orgyarum 4328. passus 5202. tertius peractis jam 5223. passibus, in distantia æquè subsequa orgyarum 555. passus 669. confecit; ita ut horum primus passu uno pedes 5. uncias  $3\frac{1}{2}$ . secundus in anteriore via pedes 5. uncias fermè 3. in subsequa via verò pedes 4. uncias  $11\frac{1}{8}$ . tertius pedes 4. & uncias fermè  $11\frac{1}{2}$ . complexus fuerit. Ex his experimentis sat colligi posse reor, in distantis majoribus ab itinerante diurnitatis memore, sive ille de cæterò majoris aut minoris, communis tamen, staturæ sit, circiter pedes 5. Viennenses passu uno adæquari, adeoque Romanorum methodum vias per passus dimetiendi, & quemlibet passum pedibus 5. computandi, sat idoneam pro determinanda viarum quantitate fuisse.

CCCXIV. e. Inde quoque est, quòd disquisitioni speciali, quot partibus minutis pes hodiernus Viennensis, quo in dimensurationibus meis usus sum, à pede Romano antiquo abeat? scrupulosè immorandum haud existimem; sufficit enim, per dimensurationem secundùm pedes Viennenses erui & dijudicari posse, utrùm locus, de quo quæritur, Romanæ mensuræ satisfaciat, an verò nimio defectu vel excessu repugnet? Ut tamen hac in parte eò pronior sit conjectura & facilius iudicium, visum mihi fuit tabellam combinatoriam hîc subijcere, quæ exæquationem milliariorum Romanorum cum quantitate orgyarum Viennensium in computu duplici, stricto nempe & laxo, monstret. Computus strictus fundatur in eluebrationibus Academiæ scientiarum Parisiensis Regiæ referente *Lexico Universali Tom. 9. Art. Fuß.* ubi pro demonstrato habetur: ex partibus minutis 1440. in quas pes Parisiensis Regius dispescitur, competere pedi Viennensi partes 1400. pedi Romano antiquo autem 1324. Si jam partes hæ Romani pedis per 5000. tales pedes milliarium unum efficientes multiplicentur, & producta summa 6622500. partium per partes pedi Viennensi competentes 1400. dividatur, resultant ex 5000. pedibus Romanis pedes Viennenses 4730. cum fractione  $\frac{1}{4}$ . superaddita, qui efficiunt orgyas sexpedales Viennenses 788. cum excurrentibus 2. & fractione  $\frac{1}{4}$ . Computus laxus econtra ostendit, quæ differentia sit, si pes Viennensis simpliciter pro pede Romano accipiatur. In applicatione ipsa tabellæ hujus inveni, computum strictum mensuræ viarum physicæ à me susceptæ in locis plurimis ad numeros *Apparatus hujus* sequentes ritè & justè quadrare: num. 353. Comagenis. 357. Cetio. 362. b. Loco Felicis, & Lauriaco. 362. c. Elegio, & Ponte Ifes. 363. Blaboriciaco, & Ovilabis. 402. Æquinoctio, & Carnunto. 407. Gerulatis. 408. Flexo. 412. f. Aquis. 417. a. Arrabone. 417. d. e. Muteno secundi schematis. 418. b. Salle. 418. c. Ulmo. 418. e. Arrabone. 421. Arrabona. 435. d. Lacu Felicis. 435. e. Vetufallo. 435. h. in Dravi ripa. 435. k. Upellis, Collatione, Juenna &c. sequitur nunc

## Tabella combinatoria

### Milliariorum Romanorum cum mensura orgyarum Viennensium.

Computus strictus, pro fundamento habens: pedem antiquum Romanum partibus 1324. hodiernum Viennensem econtra 1400. constare, itaque 5000. pedes Romanos seu Milliarium unum per pedes Viennenses 4730. exæquari.

Computus laxus, pedem antiquum Romanum à pede hodierno Viennensi non diversificans, eò quòd passus hominis diligenter itinerantis pedes 5. Viennenses communiter adæquet.

GENERALIA AD ITINERARIA ROMANORUM.

41

| M. P. Rom. | Orgyæ<br>Vienn. | pedes<br>Vien.    | M. P. Rom. | Orgyæ<br>Vienn. | pedes<br>Vien. |
|------------|-----------------|-------------------|------------|-----------------|----------------|
| I.         | 788.            | 2 $\frac{1}{4}$ . | I.         | 833.            | 2.             |
| II.        | 1576.           | 4 $\frac{1}{2}$ . | II.        | 1666.           | 4.             |
| III.       | 2365.           | 1 $\frac{1}{4}$ . | III.       | 2500.           |                |
| IV.        | 3153.           | 3 $\frac{1}{4}$ . | IV.        | 3333.           | 2.             |
| V.         | 3941.           | 5 $\frac{1}{4}$ . | V.         | 4166.           | 4.             |
| VI.        | 4730.           | 2 $\frac{3}{4}$ . | VI.        | 5000.           |                |
| VII.       | 5518.           | 4 $\frac{1}{4}$ . | VII.       | 5833.           | 2.             |
| VIII.      | 6307.           | 1 $\frac{1}{4}$ . | VIII.      | 6666.           | 4.             |
| IX.        | 7095.           | 3 $\frac{1}{4}$ . | IX.        | 7500.           |                |
| X.         | 7883.           | 5 $\frac{1}{4}$ . | X.         | 8333.           | 2.             |
| XI.        | 8672.           | 1 $\frac{1}{4}$ . | XI.        | 9166.           | 4.             |
| XII.       | 9460.           | 4 $\frac{1}{4}$ . | XII.       | 10000.          |                |
| XIII.      | 10249.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XIII.      | 10833.          | 2.             |
| XIV.       | 11037.          | 3.                | XIV.       | 11666.          | 4.             |
| XV.        | 11825.          | 5 $\frac{1}{4}$ . | XV.        | 12500.          |                |
| XVI.       | 12614.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XVI.       | 13333.          | 2.             |
| XVII.      | 13402.          | 4 $\frac{1}{4}$ . | XVII.      | 14166.          | 4.             |
| XVIII.     | 14191.          | 6 $\frac{1}{4}$ . | XVIII.     | 15000.          |                |
| XIX.       | 14979.          | 2 $\frac{1}{4}$ . | XIX.       | 15833.          | 2.             |
| XX.        | 15767.          | 5 $\frac{1}{4}$ . | XX.        | 16666.          | 4.             |
| XXI.       | 16556.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XXI.       | 17500.          |                |
| XXII.      | 17344.          | 3 $\frac{1}{4}$ . | XXII.      | 18333.          | 2.             |
| XXIII.     | 18133.          | 3 $\frac{1}{4}$ . | XXIII.     | 19166.          | 4.             |
| XXIV.      | 18921.          | 2 $\frac{3}{4}$ . | XXIV.      | 20000.          |                |
| XXV.       | 19709.          | 4 $\frac{1}{4}$ . | XXV.       | 20833.          | 2.             |
| XXVI.      | 20498.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XXVI.      | 21666.          | 4.             |
| XXVII.     | 21286.          | 3 $\frac{1}{4}$ . | XXVII.     | 22500.          |                |
| XXVIII.    | 22075.          |                   | XXVIII.    | 23333.          | 2.             |
| XXIX.      | 22863.          | 2 $\frac{1}{4}$ . | XXIX.      | 24166.          | 4.             |
| XXX.       | 23651.          | 4 $\frac{1}{4}$ . | XXX.       | 25000.          |                |
| XXXI.      | 24440.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XXXI.      | 25833.          | 2.             |
| XXXII.     | 25228.          | 3 $\frac{1}{4}$ . | XXXII.     | 26666.          | 4.             |
| XXXIII.    | 26016.          | 5 $\frac{1}{4}$ . | XXXIII.    | 27500.          |                |
| XXXIV.     | 26805.          | 2 $\frac{1}{4}$ . | XXXIV.     | 28333.          | 2.             |
| XXXV.      | 27593.          | 4 $\frac{1}{4}$ . | XXXV.      | 29166.          | 4.             |
| XXXVI.     | 28382.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XXXVI.     | 30000.          |                |
| XXXVII.    | 29170.          | 3 $\frac{1}{4}$ . | XXXVII.    | 30833.          | 2.             |
| XXXVIII.   | 29958.          | 5 $\frac{1}{4}$ . | XXXVIII.   | 31666.          | 4.             |
| XXXIX.     | 30747.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XXXIX.     | 32500.          |                |
| XL.        | 31535.          | 4 $\frac{1}{4}$ . | XL.        | 33333.          | 2.             |
| XLI.       | 32324.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XLI.       | 34166.          | 4.             |
| XLII.      | 33112.          | 3.                | XLII.      | 35000.          |                |
| XLIII.     | 33900.          | 5 $\frac{1}{4}$ . | XLIII.     | 35833.          | 2.             |
| XLIV.      | 34689.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XLIV.      | 36666.          | 4.             |
| XLV.       | 35477.          | 4 $\frac{1}{4}$ . | XLV.       | 37500.          |                |
| XLVI.      | 36266.          | 1 $\frac{1}{4}$ . | XLVI.      | 38333.          | 2.             |
| XLVII.     | 37054.          | 2 $\frac{1}{4}$ . | XLVII.     | 39166.          | 4.             |

Pars III.

F

XLVIII.

## SECTIO XVII. APPARATUS GEOGRAPHICUS.

| M. P. Rom.  | Orgyæ<br>Vienn. | pedes<br>Vien.    | M. P. Rom.  | Orgyæ<br>Vienn. | pedes<br>Vien. |
|-------------|-----------------|-------------------|-------------|-----------------|----------------|
| XLVIII. - - | 37842.          | 5 $\frac{2}{3}$ . | XLVIII. - - | 40000.          |                |
| XLIX. - -   | 38631.          | 1 $\frac{7}{8}$ . | XLIX. - -   | 40833.          | 2.             |
| L. - -      | 39419.          | 3 $\frac{1}{8}$ . | L. - -      | 41666.          | 4.             |

CCCXIV. *f.* Situs illi, quibus mensura Romana strictè convenit, tales sunt, ut vel hodie æquè ac olim apud Romanos rectà planè eatur, vel ambages, quæ hodie fiunt, æquè olim à Romanis fieri debuerint, eò quòd vel inevitabiles, vel arduo nimis labore & immodico sumptu ad rectitudinem reducibiles sint; quem laborem & sumptum tamen Tabula sæpe (ut ex itinere ab Arelope ad Elegium, à Blaboriciaco ad Ovilia &c. colligendum) haud pensi habuit: quod ipsum quoque vetustatem Tabulæ inculcat, cum præcipuè primis tribus Romanorum Imperatorum seculis severitas in exequendis gloriosis ut ut arduis adhuc fereret, exin autem multò remissior per historica tradita deprehendatur. Porro situs, quibus parça admodum mensura Romana, adeoque minùs conveniens videri posset, si examinentur penitiùs, facile se ipsos prodent, obstare nunc viarum compendio, quæ olim non obstiterant. Vici & oppida, quæ nunc via ducitur, nec non fluminum transitus, non ubivis in linea recta inter locum à quo & ad quem offenduntur: solum vel segetibus, vel hortis, aut aliis usibus domesticis aptum multoties à viarum ductu sequestratur: acclivitates & cavitates in rectam lineam incidentes obambulantur: & multa alia per frequentes pluvias vel aliunde causata impedimenta temporaria declinantur. Quæ omnia secus se habebant tempore Romanorum, tunc nempe, cum primùm domini facti sunt provinciarum Danubio superiore & medio inclusarum, de quibus mihi agitur. Squallebant illæ tunc à devastationibus Dacicis, ita ut Romanis liberrimum fuerit, vias, quæ vellent, rectissimas ordinare, ut militis nec non comitatûs ad præsidia loca properè ducendi potirentur facultate. Non parcebant Romani sumptui in vias complanandas, sed profusi in id genus erant: laborem autem tum à provincialibus, tum præprimis à milite exigere, tempora ea ordinis & disciplinæ avidè minime verebantur.

## SECTIO XVII.

## Rhætia utraque.

N<sup>us</sup> CCCXV. In descriptione Rhætiae propriæ seu primæ, & Rhætiae secundæ seu Vindeliciæ, nec non Norici utriusque tam Ripensis quàm Mediterraneæ, item in parte Pannoniæ primæ usque ad Arabonis divertigium, itaque inter gradus longitudinis 29. usque 39. scalæ Homannianæ, in latitudine verò à parte septentrionali Italiæ usque ad Danubium, quousque in Orientem fluit, est maxima confusio Ptolemaica; & hos situs mediterraneos minime omnium Ptolemæus novit, igitur notitias in scalis diversissimis sibi communicatas, prout ad manus venerunt, operi suo inseruit. Plures scalæ diversæ hic concurrunt: separanda igitur veniunt tradita Ptolemæi ad scalam quæque suam.

## Terminus occidentalis Rhætiae.

CCCXVI. *Ex Ptol. lib. 2. cap. 12.* Rhætiae occidentale latus terminat.

minatur monte Adula, & inter capita Rheni & Danubii fluvii &c. Gradus Adulæ montis, & caput Rheni fluvii Ptolémæus describit in Gallia Belgica, *lib. 2. cap. 9. sic*: Gallix Belgicæ orientale latus juxta Germaniam magnam terminatur Rheno fluvio, cujus caput habet gradus 29. 20. 46. -- Et etiam monte, qui à fontibus (scilicet Rheni) in Alpibus est, & vocatur Adulas mons 29. 30. 45. 15. Adulas mons igitur duplicem agit terminum, Gallix nempe orientalem & Rhætix occidentalem, separat enim Adulas mons Helvetios Gallix annumeratos à Rhætis. Assignatio graduum non multum differt à scala Homanniana, quæ tribuit gradus fontibus Rheni 28. 45. 46. 5. Adulæ monti in extremo meridionali 29. -- 45. 30. Circa hunc situm occidentalem Rhætix *Strabo Geogr. lib. 4. refert*: Ad Rhenum primi omnium habitant Nantuates, apud quos etiam ejus fluvii fontes sunt in Adula monte; is mons Alpium est pars, ex quo & in alteram partem Addua fluens in partes interiori (id est Cisalpinæ) vicinas Gallix, Larium implet lacum, ad quem Comum urbs sita est, indeque in Padum exit: de quibus suo loco dicetur. Rhenus quoque in magnas paludes, magnum lacum (Brigantinum) diffunditur, quem attingunt Rhæti, & Vindelici, partim in Alpibus, partim supra Alpes habitantes.

*Strabo eod. lib. 4. infra*: non procul hinc (à fonte Rhodani) Rheni sunt fontes & Adula mons, ex quo Rhenus fluit versùs septentrionem, inque contrariam partem Addua in Lacum Larium, qui ad Comum est, delabitur. Supra Comum, quod est ad radices Alpium situm, habitant versùs Orientem Rhæti & Vennonnes.

*Strabo Geogr. lib. 5.* fuit initio oppidum mediocre Comum: sed Pompejus Strabo Magni pater afflictam à suprà accolentibus Rhætis instauravit. Deinde C. Scipio ad tria colonorum millia adjecit. Quibus iterum Divus Cæsar DC. addidit, de quibus D. fuerunt Græcorum nobilissimi. His & jus civitatis dedit, & inter colonos eorum nomina retulit, qui tamen Græci ibi sedes non posuerunt, sed colonix isti nomen reliquerunt, ut Novocomenses oppidani omnes appellarentur. Propè est Larius Lacus, quem Addua fluvius facit, indeque in Padum defluit, ortus in Adula monte, ubi & Rhenus.

*Plinius Hist. lib. 3. cap. 20.* Rhætorum Vennonetes, Sarunetesque, ortus Rheni amnis accolunt.

*Strabo Geogr. lib. 7.* prope hanc regionem origo est Istri & Rheni, ac Lacus (Brigantinus) inter horum fontes situs, & paludes è Rheno effusæ. Lacus in ambitu habet stadia amplius CCC. trajectum prope CC. &c. Lacum Rhæti exigua parte, majori Helvetii & Vindelici attingunt.

CCCXVII. Excerpta hæc sequentes conclusiones pro objecto habent:  
1<sup>mo</sup> Termini occidentales Rhætix circa fontes Rheni & Adulam montem cum  
*Pars III.* F 2 libera-

liberalitate quidem quoad longitudes alibi quoque solita, attamen in sat congrua adhuc proportione graduum, à Ptolemæo dispositi sunt, & scala Belgica, ex qua fluunt, Homannianæ conformis est, minutiis exceptis. Proccedit illa à Jurasso seu Jura monte, Helvetiam à reliqua Gallia dividente; ei dat gradus

|       |       |         |      |         |
|-------|-------|---------|------|---------|
| Ptol. | long. | 26. 15. | lat. | 46. --  |
| Hom.  |       | 26. --  |      | 46. 10. |

2.<sup>do</sup> Adulas mons est illa pars Alpium, quæ ab utroque fonte Rheni superiore & inferiore per modum columnæ in meridiem versùs Italiam descendit, & dein in Orientem versa Lacui Lario seu Comensi, & influxui Adduæ fluvii se jungit, ita ut hic suo sensu dici possit, etiam ex Adula monte fluere; licet enim Strabo uno in loco ortum quoque Adduæ, quod de fonte ipso intelligi posset, monti Adulæ addicat, impropria tamen & laxa videtur hæc esse locutio, quoniam aliàs longus tractus montium, à Lacu Comensi sub Grisonibus usque ad Tirolensia confinia orientaliter ascendens, eodem nomine speciali Adulæ venire deberet, qui potius nomine generali Alpium Rhæticarum censendus. 3.<sup>io</sup> fontes Rheni Ptolemæus in scala hinc Belgica collocat sub gradibus longitudinis 29. atqui fons Danubii in situ naturali occidentalior est aliquantum fontibus Rheni; ergo gradus trigésimus, quem Ptolemæus, alibi in opere suo Danubii capiti dat, alterius scalæ est, & in re ipsa pro gradu 29. intelligi debet. 4.<sup>to</sup> cum Strabo dicat, Lacum inter fontes Rheni & Danubii, id est Brigantinum à Rhætis attingi exigua parte, majori autem ab Helvetiis & Vindelicis, sequitur, id quod Ptolemæus refert, Rhætiam inter Capita Rheni & Danubii fluvii terminari, non de linea recta de fonte ad fontem ducta, quia aliàs Helvetii à Lacu Brigantino valde removerentur, sed de termino ipsum Rheni fluxum sequente accipiendum esse. Porro sequitur: à Strabonè Vindelicos non intra Oenum & Licum fluvios (ut Ptolemæo videtur) includi, sed ad Lacum Brigantinum usque, itaque ultra Licum extendi.

### Termini meridionales Rhætiæ.

CCCXVIII. Ex Ptol. Lib. 2. cap. 12. Rhætiæ meridionale latus terminatur Alpium montibus, qui sunt supra Italiam, quorum illi versùs Graias habent gradus 30. -- 45. 20. Illi autem versùs Pœnas (Pœninas) & contra principium Lici fluvii, in Danubium dilabentis, qui Rhætiam à Vindelicia dividit, 33. 30. 45. 30. Qui verò versùs Ocrum montem sunt 33. 30. 45. 30. Græcus textus Ptolemæi habet: *ὅτι τὰ μὲν πρὸς ταῖς γραιίας*. Item: *τὰ δὲ πρὸς ταῖς ποινῆς*; dein: *τὰ δὲ πρὸς τὴν ὄγκαν ὄγκαν*, igitur *πρὸς* cum dativo; communiter id significationem inferret, quasi Alpes hæ meridionales Rhætiæ forent in vicinia Alpium Graiarum, & respectivè Pœninarum, & Ocræ; Pirckheimerus in primo sensu *πρὸς* explicat per *apud*, in secundo per *versùs*, in tertio per *ad*. Concesserim & ego, Ptolemæum ex falso supposito *πρὸς* pro *apud* respectu primi termini intellexisse, namque certum est, Augustam Prætoriam, seu hodiernam Avostam esse apud Alpes Graias; cum ergo Ptolemæus tam Augustæ, quàm primo termino Rhætiæ unum eundemque meridianum graduum 30. det, poterat credere, utrumque situm vicinum esse Graiis, quod tamen in rei veritate falsum est, cum Alpes Rhæticæ ab Alpibus Graiis gradibus 3. longitudinis distent, & tantum hunc respectum ad Alpes Graias habeant, quod extremum harum septentrionale in monte S. Bernardi parvo dicto, & extremum illarum meridionale ad Orien-

Oriente Lacus Comensis sub montibus Morbegno dictis, in uno parallelo graduum 45 $\frac{1}{2}$  .sint latitudinis. Unde ille, qui Ptolemæo situm montis Adulæ in longitudine graduum 29 $\frac{1}{2}$ . & situm Alpium Rhæticarum in longitudine proxima graduum 30. subministravit, situm hunc utrumque aliter, nisi priorem de occidentali, & posteriorem de orientali latere Lacus Comensis, intelligere non poterat, consequenter etiam illud  $\pi\epsilon\sigma\iota\varsigma$  non pro *apud* sed *versus* intellexit, eò quòd hæ Alps Rhætice cum Alpibus Graiis in parallelo cor-  
respondeant.

CCCXIX. Ad terminum secundum & tertium Rhætiae præmittendum, quousque Italia versus Alpes extensa, & ubi itaque limes Rhætiae fuerit, qui Poeninas Alpes in parallelo, & Licum fluvium in meridiano respexerit. Primis aliquot seculis Urbis conditæ arcta adhuc erat Italia, quæ Romanis pareret, porrecta dein, ut *Strabo lib. 5.* docet, usque ad Æsin fluvium inter Anconam & Sinigalliam; alio tempore verò usque ad Rubiconem fluvium inter Ariminum & Ravennam, ita ut abhinc, & ab Apennino monte omnis terra cis & trans Padum usque ad Alpes à Gallicis gentibus, Bojis, Insubribus, Cenomanis &c. teneretur, & Gallia Cisalpina seu Togata diceretur. Bojis ejectis circa A. V. C. 566: (ut in excerptis historicis de Bojis) Senonibus, Gæfatisque deletis: (ut inquit Strabo) cæteris Gallis Cisalpinis Romano Imperio subiectis, & ductis in illas terras variis Romanis & Latinis Coloniis: (ut Livius) Italia jam tempore Augusti usque ad Alpes erat extensa. *Strabo Geogr. lib. 4.* ait: supra Comum, quod est ad Radices Alpium situm, habitant versus Orientem (scilicet respectu Rheni, & Adulæ montis, de quibus immediate antè loquebatur) Rhæti & Vennones: ad alteram partem (scilicet meridionalem in ipsis extremis Alpibus) Lepontii, Tridentini, Stoni, & aliæ complures exiguæ gentes, quæ superioribus temporibus Italiam tenuerunt, latrociniiis deditæ & pauperes. Eæ nunc partim excisæ sunt, partim domitæ: ut iter supra montes per illos, quod olim erat angustum & superatu difficile, multis nunc locis pateat &c.

Situm hunc *Strabo ibid. infra* confirmat dicens: Deinceps (id est post Salassos) montium partes, quæ ortum spectant, & ad meridiem vertuntur (ergo intelligit montem Adulam, qui ab ortu Rheni ad meridiem tendit) Rhæti & Vindelici Helvetiorum & Bojorum (ab Helvetiis Heduis tempore Julii Cæsaris receptorum) contermini, quorum campis imminent. Rhæti usque ad Italiam pertinent supra Veronam & Comum.

*Strabo ad finem libri 4.* ex Polybio refert, lacus in Alpibus esse complures, tres tamen magnos, Benacum, ex quo fluvius Mincius, Verbanum, ex quo Ticinus, & Larium, ex quo Addua defluit. Fluvii hi æquè hodie nomina sua servant, lacus autem ad Mincium fluvium vocatur Lago di Garda, ad Ticinum Lago maggiore, ad Adduam Lago di Como.

*Strabo lib. 5. ad initium:* Post Alpium radices initium est ejus, quæ nunc appellatur, Italiæ &c.

*Strabo lib. 7.* Rhæti & Norici usque ad Alpium summa assurgunt, & versus Italiam vergunt, alii Insubres, alii Carnos, & quæ sunt circa Aquileiam loca, attingentes &c.

CCCXX. Ex his excerptis infertur: Primò, Lacus dicti tres sunt adhuc



in extremis Alpium, & gentes exiguæ, quæ illuc ex Gallia Cisalpina ad Rhætos veteres & proprios, his patientibus, & partem Alpium cedentibus, se receperant, Alpinæ dein generaliter, præter nomina alia specifica, compellatæ sunt: Rhæti tamen propriè non erant, quanquam ob sedes cum Rhætis participatas sub nomine Rhætorum laxè sumpto non rarò comprehendantur. 2.<sup>dò</sup> Gentes hæ Alpinæ jam tempore Strabonis sub Augusto, & Tiberio, partim domitæ, partim excisæ, ergo terræ Tridentinorum, Stonorum, Lepontiorum non tantùm Romani dominatûs, sed & pars Italiæ noviter adjecta erant, & Rhæti illi solummodò compellabantur, qui *post radices Alpium* jam Italicas *ab ipsis summis Alpibus*, & dein septentrionaliter usque ad Vindeliciam degebant. 3.<sup>tiò</sup> Hos limites Rhætiæ in summis Alpium expressè Ptolemæus confirmat, dum Tridentum jam Italiæ *lib. 3. cap. 1.* addicit, & cæterùm Italiæ limites septentrionales sic describit: à septentrione terminatur Italia sub Rhætia Alpibus Rhæticiis, dein Alpibus Pœninis, nec non Ocrâ & Carusadio montibus, qui sub Norico sunt. Ergo Italia ascendebat in septentrionem usque ad summas Alpes Pœninas, ab inde recedebat in meridiem ad latus Adulæ montis occidentale & meridionale usque ad Lacum Comensem. Post lacum Comensem itidem Alpes à montibus, Morbegno hodie dictis, sub latere meridionali Adduæ fluvii & sub hodierna Valle Tellina sequebatur, itaque rursus septentrioni magis se insinuabat: Episcopatum deinde Tridentinum in montibus mediis supra civitatem Tridentinam quasi secabat: demum abhinc iterum lineam montium semper septentrionaliorem usque ad Parallelum Alpium Carnicarum emetiebatur. Qui itaque terminos Rhætiæ meridionales Ptolemæo suggestit, & præter graduum expositionem simul situm primi termini per Alpes Graias, secundi per Pœninas, & tertii per Alpes Carnicas seu Ocræ montem explicuit, id denotare voluit, quòd primus terminus ita se ad Lacum Comensis orientalem partem demittat, ut Alpibus Graiis parallelus fiat. Porro ad secundum terminum non tantùm ejus ascensum ad parallelum Alpium Pœninarum, sed & meridianum sub quo jaceat, nempe Lici fluvii, insinuat, ut eò minùs de situ dubitari possit. Tertio demum termino Ocræ montem adjecit, ut significaret, situm ejus esse in parallelo Ocræ. Itaque secundus terminus est in montibus Tridentinis, qui montes postremos Vallis Tellinæ excipiunt, & in parallelo extremi septentrionalis Alpium Pœninarum, ac insuper sub meridiano Lici fluvii jacent; terminus tertius autem ad montes, circa quos quatuor fluvii, Dravus, Rientz, Geil, & Piave oriuntur, esse debebat, quoniam ibi olim Rhætici, Norici, & Italici fines concurrisse videntur; dicit enim *Plinius Hist. lib. 3. cap. 25.* amnes clari & navigabiles in Danubium defluunt, Dravus è Noricis violentior, Savius ex Alpibus Carnicis placidior &c. Ergo fontes Dravi erant in Norico, & hinc jam terminabatur Rhætia; e contra Alpes Carnicæ, consequenter etiam Ocræ mons, incipiebant primùm circa fontes Savi in hodierna Carniola superiore. 4.<sup>tò</sup> infertur ex dictis: tempore Strabonis, uti districtum Aquileiensem, ita Carnos, ad meridionale latus Ocræ montis habitantes, jam Italiæ accensitos fuisse.

CCCXXI. Comparatio horum terminorum cum scala Homanniana hæc est:

|                  |       |       |     |     |      |     |     |
|------------------|-------|-------|-----|-----|------|-----|-----|
| Terminus primus: | Ptol. | long. | 30. | --  | lat. | 45. | 20. |
|                  | Hom.  |       | 29. | 40. |      | 45. | 30. |

Parallelum primi termini in Alpibus Graiis: Ptolemæus *lib. 3. cap. 1.*  
Cen-

Centronum civitates in ipsis Alpibus Graiis collocat, nempe:

Forum Claudium *long.* 29. -- *lat.* 44. 55.  
 Axima 29. 45. 44. 55.

Ergo extremum septentrionale Alpium exsuperare debuerat gradum latitudinis 45. Homannus montem parvum S. Bernardi & magnum ejusdem nominis, ubi extrema Alpium Graiarum & Poeninarum concurrunt, in gradibus ponit 26. 40. 45. 30.

Ergo terminus primus Rhætiae distat ab Alpibus Graiis gradibus longitudinis tribus, sed quoad latitudinem in uno eodemque sunt Parallelo.

Terminus secundus: Ptol. *long.* 33. 30. *lat.* 45. 30.  
 Hom. 31. -- 46. --

Parallelum termini secundi in extremo septentrionali Poeninarum Alpium ad fontem Rhodani. Ptol. *lib. 2. cap. 10. long.* 28. 20. *lat.* 44. 20.  
 Hom. 28. 20. 46. --

Ergo terminus secundus Rhætiae in scala Homanniana distat ab Alpibus Poeninis in longitudine gradibus 27, sed in latitudine parallelus est.

Terminus tertius: Ptol. *long.* 33. 30. *lat.* 45. 30.  
 Hom. 32. 40. 46. 30.

Hic aperte convincitur Ptolemæus, quod septentrionalia Italiae, & meridionalia Rhætiae minimè omnium noverit; quomodo enim terminum Rhætiae secundum Alpibus Poeninis, & tertium Ocræ monti correspondentem, in unum eundemque tam meridianum quam Parallelum locare potuisset, si scivisset, quò situ, diversissimo equidem, Alpes Poeninae & Ocræ mons sint? unde hic necessariò concludendum est, Ptolemæum in hæc sitibus interioribus Italiae, Rhætiae, & Norici, quos symetriæ geometricæ generali conformare nesciebat, cæcè quasi notitias sibi in diversissima scala communicatas excerpisse.

CCCXXII. In notis generalibus supra *num.* 284. 285. dictum jam est, Ptolemæi designationes graduum in Italia septentrionali, scalæ diversæ triplici, maximæ, mediæ, & minimæ implicatas esse. Scala maxima Italiae seu Vercellensis differt circa tres gradus longitudinis à scala Homanniana, mediæ circa duos gradus, minima verò Homannianæ minutiis exceptis par est. Hæ scalæ quasi sortitæ sunt inter se situs Rhætiarum & Norici; ipsis autem dein circa Danubium obviat scala Germanica, seu Mariniana, quæ ex Gallia Belgica originem trahit, sed typum suum in Germania mutat, & scalâ Homannianâ major est uno gradu longitudinis. In Norico demonstrabitur, scalam maximam Italiae sibi magnam partem vindicare situum Norici interioris. Hæc igitur interim præparatoriè in circuitu suo investiganda, ut evidenter appareat, illam differre ab aliis scalis, quæ ei ad latus sunt.

CCCXXIII. Scala hæc maxima obtinet terras hodiernæ Sabaudie, & Pedemontii, usque ad Padum fluvium. Comparabo tantum unicum locum scalæ hujus maximæ, cum quinque locis alterius scalæ, nempe Vercellas cum Vari fluvii Ostio, Rhodani fluvii ostio orientali, & Rhodani fluvii conversione versùs Alpes sub Lugduno, ex Ptolemæi descriptione Gallie Narbonensis *lib. 2. cap. 10.* dein cum Jurasso monte, & capite Rheni fluvii ex descriptione Gallie Belgicæ *lib. 2. cap. 9.*

| Vercellæ.                   | Vari ostium. | Rhodani ostium. | Rhodani conversio. | Jurassus mons. | Rheni caput. |
|-----------------------------|--------------|-----------------|--------------------|----------------|--------------|
| <i>Longitudines situum.</i> |              |                 |                    |                |              |
| Ptol. 31. --                | 27. 30.      | 23. --          | 23. --             | 26. 15.        | 29. 20.      |
| Hom. 28. 10.                | 27. --       | 23. --          | 24. 25.            | 25. 25.        | 28. 45.      |
|                             |              |                 |                    |                | <i>Lati-</i> |

*Latitudines situum.*

|       |         |         |         |         |         |        |
|-------|---------|---------|---------|---------|---------|--------|
| Ptol. | 43. 30. | 43. --  | 42. 20. | 45. 15. | 46. --  | 46. -- |
| Hom.  | 45. --  | 43. 30. | 42. 45. | 45. 25. | 46. 20. | 46. 5. |

Ex hoc schemate imprimis apparet, latitudinis systema planè aliud esse in scala maxima Italiæ, seu Vercellarum, ac in scala Galliæ; hæc fermè par est Homannianæ, illa semialtero gradu inferior. Sic etiam Augusta Prætoria, seu Avosta (ut *num.* 284.) à Ptolemæo ponitur in gradu latitudinis 44. quæ apud Homannum est in gradu 45½. Inde igitur jam satis liquet, scalam maximam Italiæ esse specialem, & neutiquam correspondere cum scalis Galliæ. Longitudo scalæ maximæ Italicæ in Vercellis anterior est scalâ Homannianâ tribus gradibus, & sic pariter se habet in Augusta Prætoria & Augusta Taurinorum, ut *d. num.* 284. Econtrâ scalæ Gallicæ differunt tantum circa unum gradum; ergo scala Italica maxima nec ad meridiem, ubi Vari & Rhodani ostia sunt, nec ad Occidentem, ubi Rhodani conversio est, nec ad septentrionem, ubi Jurassus mons & caput Rheni sunt, ullam connexionem vel proportionem cum utraque scala Gallica Narbonensi & Belgica habet, sed absolute particularis est scala, quæ tamen effectum suum versum Orientem in Rhætiam & Noricum extendit; & hujus scalæ propriè est terminus meridionalis secundus Rhætiae, qui enim Vercellis dederat gradus 31. necessariò terminum secundum Rhætiae saltem in meridiano 33½. collocare debebat, quoniam distantia naturalis ad tres gradus ascendit.

### Terminus Septentrionalis & Orientalis Rhætiae.

*CCCXXIV.* Terminos hos *Ptolemæus lib. 2. cap. 12.* sic describit:

Septentrionale latus Rhætiae terminatur ea Danubii parte, quæ est à fontibus usque ad Æni fluvii divertigium 34. -- 47½.

Oriente latus Rhætiae terminatur ipso Æno fluvio, cujus maximè australis finis continet gradus 34. -- 45½.

Hic iterum manifestè Ptolemæus deprehenditur in ignorantia situs Æni fluvii versum fontes suos; qua de re sufficienter jam actum in notis generalibus ad Ptolemæum *num.* 292. Hic loci ergo id tantum de limitibus Rhætiae versum Orientem inferendum: Rhætiae pars, Vindelicia dicta, terminabatur alveo Æni fluvii ibi, ubi cursum australem finit, & fontes suos versum Occidentem sequitur, itaque apud hodiernum Kuffstein; inde autem continuabat Rhætiae generalis latus orientale usque ad terminum meridionalem Rhætiae, quem supra tertium vocavi, id est usque ad montes, circa quos Dravus & alii fluvii oriuntur, ita ut Archi-Episcopatus hodiernus Salisburgensis in Norico jam, & non in Rhætia, fuerit, prout magis patebit ex descriptione Norici.

### Rhætia interior.

*CCCXXV.* Hactenus dicta de limitibus Rhætiae ad propositum meum necessaria mihi visa sunt, quoniam pars Marcomannorum, qui tempore Ptolemæi Bohemiam inhabitaverant, unâ cum parte plurium aliarum, maximè Suevicarum nationum, ad finem seculi tertii, assumpto novo Alamannorum nomine, sedes pristinas deseruerunt, & tum Galliis tum Rhætiis se insinuarunt, itaque Bohemiam ex parte incultam fecerunt, quam postea circa finem seculi quarti Slavi nemine vetante occuparunt. Interiora autem Rhætiae, in populorum ibidem & civitatum situ, ad meam disquisitionem haud multum faciunt, obindèque omittuntur.

SE-

(o)

## SECTIO XVIII.

### Carnorum Populi.

**Nus CCCXXVI.** *Schönleben in Carniolia antiquæ apparatus* per totum caput sex-  
tum populos, qui quondam Carniolæ incolæ fuerint, recenset, eosque  
sequenti ordine illuc immigrasse credit: 1.<sup>mo</sup> Aborigenes, Cetiis à Cethim  
Japheti nepote dictos. 2.<sup>do</sup> Japydes, à primo progenitore Japheto sic di-  
ctos, qui cum superioribus Cetiis eodem tempore terram incolere coeperint.  
3.<sup>tiò</sup> Hyperboreos, quod nomen ex Stephano Byzantio & Protarcho his om-  
nibus populis, qui supra Alpes, Riphæos montes aliter nuncupatas, habita-  
verint, tributum fuisse dicit. Addit quoque hic nomen generale Scytharum.  
4.<sup>to</sup> Celtas, ex Germanica radice, quasi die Kälten / seu frigidarum regionum  
inhabitantes, qui pars exercitus Celtici fuerint, quos Bellovesus Dux ex Gal-  
liis in Italiam annis 604. ante Christum duxit. 5. Pannonos. 6. Tauriscos  
& Noricos. 7. Romanos. 8. Vandalos, qui sub Rege Visumario in Walla-  
chia & Moldavia A. 300. confederint, & A. 332. vel 336. ad ripas Maris  
amnis à Gothorum Rege Geberico victi à Constantino Imperatore impetrant,  
ut translatis Laribus in Pannonia habitarent. Mansisse eos ibidem per annos  
60. usque ad annum 13. Arcadii Imperatoris; Anno autem 404. vel 410. tra-  
jecto Rheno in Gallias progressos. 9. Gothos. 10. Langobardos, sub Du-  
ce Foro-Julienis Gifulpho Alboini Régis Langobardorum nepote. 11. Sla-  
vos, quorum immigratio vix ante annum 548. evenerit, ita ut Schönleben non  
capiat, quomodo Megiferus Slavos seu Vindos in Carinthia habitasse & Theo-  
doni Duci Bavarie A. 510. militasse affirmare ausus sit. 12. Avars & Hun-  
nos, ab A. 451. dum Attila Italiam peteret excisis ubique & solo æquatis ur-  
bibus, quas inter etiam Æmona in rudera coniecta sit. Credibile esse, tunc  
non solum transisse Carnioliam Hunnos, sed partem eorum etiam remansisse  
mixtam prioribus inquilinis. Post mortem Attilæ Gothos & Gepidas iterum  
obtinuisse dominium, Hunnis partim in Scythiam suam repulsis, partim per  
Pannonias dispersis. Anno deinde 551. innotuisse primò nomen Avarum.  
Hos ergo Avars sive Hunnos Carniolæ (saltem ejus partis, quæ Stirie vici-  
nior est, cum reliquam tenerent Langobardi) possessores seu potius violentos  
infectores fuisse. 13. Francos circa A. 760. dum suasu Ducum Bavarie Ise-  
Carantani, & qui his cohærebant Carnioli, Regum Francorum tutelæ com-  
mitterent, quò facilius Hunnorum incursionibus resisterent. Servasse tamen  
adhuc suos Duces.

In eodem apparatus Carniolæ cap. 1. §. 8. *Schönleben* Carnorum compo-  
sitionem deducit à Carnutibus Gallis Celticis, qui teste Livio cum aliis po-  
pulis Galliarum sub Duce Belloveso temporibus Tarquinii Prisci Romanorum  
Regis in Italiam migraverint.

**CCCXXVII.** Hæc ita sentit, & sine distinctione undique conglomerat  
Schönlebenius. Ignoscet autem mihi aliud, & id quidem sentienti, quòd  
Carnorum commixtio non nisi ex quatuor populis, Aboriginibus, Gallis, Van-  
dalis, & Slavis constare queat. *Reiffenstuel* in Germania Austriaca seu Topo-  
graphia Provinciarum Austriacarum, atque in Topographia ibidem speciali  
Carniolæ, Schönlebenium sæpiùs de eruditione laudat, ast in explicatione op-  
pidi & Lacus Circknicensis eundem in pluribus aberrantem dicit, quòd & hic  
in enumeratione populorum Carnicorum usu venit. Tredecim populi, qui

*Pars III.*

G

Car-

Carnis coaluerint, statui simpliciter nequeunt, sed ad verosimilem mentem Schönlebenii distinctione opus est quadruplici: Primò, quæ nomina ut synonyma tantùm accipienda? secundò, qui populi vicinorum, aut tertio, dominationis potius quàm commixtionis locò veniant? & demum quartò, qui populi reverà partem gentis Carnorum constituerint?

Ad distinctionem primam pertinent quatuor populi primævi, nempe: Cetii, Japydes, Hyperborii, Celtæ; nomina hæc omnia unum populum Aborigenum denotant, & in significato Schönlebeniano communia sunt multis & respectivè omnibus Europæ populis; multi Cetii fuerunt, si Cethus à Cethim nepote Japheti derivetur; omnes sunt Japydes, si hi posteri Japheti dicantur; Celtarum nomen à Kalt seu Kälte, id est à regionibus frigidioribus deductum, & Hyperbriorum, quasi supra Boream habitantium, commune quoque erat pluribus nationibus ad septentrionem vergentibus: quanquam hoc, sicut & Riphæorum montium nomen *Strabo Geogr. lib. 7.* explodat in verbis: atque ignoratione horum locorum factum est, ut audirentur, qui Riphæos montes & Hyperboreos commenti sunt, taliæque de ora Oceani mendacia traderet Pythæas Massiliensis, præscriptione usus narrationis rerum cœlestium & mathematicarum.

**CCCXXVIII.** Ad distinctionem secundam relegandi Pannonæ, Taurisci, & Norici, utpote qui apud scriptores antiquos semper diversi audiunt à vicinis Liburniis, Japydibus, & Carnis. Hoc tamen facilè concedendum, populos hos per familias se commiscuisse Carnis, quod autem nihil speciale respectu Carnorum, sed commune est fermè omnibus gentibus: & hinc quæstio versatur de commixtione & accessione gentis ad gentem.

Distinctioni tertiæ addicendi sunt Romani, Hunni, Gothi, Langobardi, Franci; non hoc ipso enim Romana, Hunnica, Gothica, Langobardica, Francica facta est gens Carnica, quòd illorum Imperiò paruerit: uti neque ex eo, quòd ex gente dominatrice per familias particulares, vel etiam, præcipuè respectu Romanorum, per colonias aliquot commixtio quædam facta fuerit; commixtio etenim per colonias non confundit gentem, sed eam in loco coloniæ separat, commixtio autem per familias non est commixtio in forma gentis; & demum dominium non mutat gentem priorem, sed territorium.

**CCCXXIX.** Superest igitur quarta distinctio: & in hac Aborigenes seu primævi populi Carnicarum provinciarum, Japheti, sive ex Cethim nepote, sive aliunde propago, omnino Celtæ, generali nomine, insigniri possunt. Abinde secundus populus, seu potius accrementum populi Carnici primævi, si id propriè pro accessione gentis ad gentem accipiatur, à Schönleben in apparatu cap. I. §. 8. Carnutibus, Galliæ Celticæ populis, cum Belloveso in Italiam migrantibus tribuitur. Quòd Carnutes hi populus Galliæ Celticæ & sub migratione Bellovesi fuerint, testatur *Livius Hist. lib. 5. cap. 19.* Quòd pars Carnutum adhuc in Gallia superstes manserit, testatur de tempore suo *Julius Caesar, de bell. Gall. lib. 2. ad finem.* Testatur quoque *Ptolemaeus Geogr. lib. 2. cap. 8.* quòd Carnutes adhuc suo tempore in Gallia ad Sequanam fluvium sedes habuerint. Porro testatur *Livius dictò locò:* quòd Thuscorum gens, ante migrationem Gallorum in Italiam, trans Padum (secundùm situm Romanum intelligendo) omnia loca, excepto Venetorum sinum maris circumcolentium angulo, usque ad Alpes (consequenter etiam usque ad Ocrum seu Alpes Julias, itaque & Carnorum terras) tenuerit: quòd Galli varii, & inter eos Carnutes, sub Belloveso, & Cænomani sub Duce Elitovio, dein Sal-

vii in Italiam adventantes pariter locò Thuscorum inter *Padum & Alpes* omnia occupaverint, ita ut Boji posteriùs immigrantes, cis Padum expulsis Etruscis & Umbris sedes quærere debuerint. Inseffæ ergo tunc etiam sunt hodiernæ Carnorum provinciæ, & cùm Carnutes inter Gallos fuerint, ab his nomen Carnorum descendisse censendum est. Unde Schönlebenio prorsus necesse non fuit, aliud tempus immigrationis Carnutum Gallorum in Carnos, nempe quo Gallorum pars post tria secula primùm in Asiam provoluta est, inquirere: qui & in eo aberravit, quòd locò *inviæ* Alpes in Taurino saltu, ut Livius habet, Julias, & locò *Canomanos* perperam Germanos appellet.

**CCCXXX.** Tertius populus, seu 2.<sup>dum</sup> accrementum populi Carnici Vandali esse poterant. Hos Schönleben in annalibus ad annum 300. Germanicæ, ad annum autem 331. usque 340. Slavicæ nationis facit. Sic ille errore pluribus scriptoribus Crantzius sequentibus communi Vandalos cum Venedis, consequenter & Slavis, sic quoque tempora susceptorum in Romanum solum Vandalorum, & posthàc Venedorum confundit. Vandalos Probus Imp. A. 280. in Romanum solum transtulit, sed hi fidem fregerunt, & recedentes ex sedibus assignatis per totum penè Orbem vagati, at à Probo oppressi sunt. *vid. infra num. 633.* Si igitur concedatur, positos esse inter Carnos, accrementum id temporaneum fuit, & saltem maxima ex parte iterum è medio sublatum. 4.<sup>to</sup> Venedos seu Slavos Constantinus Magnus A. 334. certissimè prope & inter Carnos posuit, & hoc erat verum accrementum hodiè que adhuc durans, de quo latius *infra num. 670. 341. 336.* Hujus loci autem est, de Tauriscis & Japydibus pauca adhuc commonefacere, dein de vocabulo Carnunti inquirere.

**CCCXXXI.** Taurisci secundùm omnes scriptores fuère Gallica gens; unde verisimillimum evadit, Gallos, qui sub Tarquinio Prisco Italiæ ad utramque ripam Padi immigraverant, & totam terram Thuscorum teste Livio usque ad Alpes occupârunt, paulatim se ultra Alpes extendisse; qui itaque viciniæ septentrionali, circa montes Carinthiacos, *Taurin* adhuc hodie dictos, sese infuderant, à montibus his Celticâ suâ linguâ *Taurischen* se dixerunt. Frustra sanè eorum etymologia à Latino vocabulo Tauri, quorum regio ista abundat, quæritur; priùs enim, vel saltem circa idem tempus, nempe sub Julio Cæsare, Taurisci à Bœrebista Dacorum Rege evastati & regione moti sunt, quàm lingua latina ibi locorum innotesceret, cùm certum sit, eundem Cæsarem primum ex Romanis fuisse, qui Alpes Carnicas à se Julias dictas transcenderit, adeoque ad Tauriscos accesserit.

**CCCXXXII.** Japydes teste Strabone erant partim Celtica, seu Gallica, partim Illyrica gens; unde iterum pronum est colligere, Gallos, qui in numerosis gentibus sub Tarquinio Prisco interiora quoque orientalia Alpium, nempe montium Albiorum impleverant, identidem trans istos montes se insinuâsse; cum Illyriis commiscuisse, & sub nomine colectivo Japydum venisse.

**CCCXXXIII.** Circa vocabulum Carnuntum notandum, id in loco, cui addicebatur, tripliciter variâsse: Primò denotavit Urbem in Illyri seu Liburnia, cui commixti Carni erant: Secundò Urbem in Pannonia superiore in ripa Danubii è regione Quadorum: Tertiò totam regionem Carnorum & Carinthiorum. De Carnunte Urbe fidem facit *Livius Hist. lib. 43. cap. 1.* dicens: Eadem æstate, quâ in Thessalia equestri pugna vicere Romani (nempe P. Licinio & C. Cassio Coss. A. V. C. 583.) Legatus in Illyricum à Consule missus, opulenta duo oppida vi atque armis coëgit in de-

ditionem, omniâque iis sua concessit, ut opinione clementiæ eos, qui *Carnuntum* munitam Urbem incolebant, alliceret; postquam nec ut dederent se compellere, neque capere obsidendo poterat: ne duabus oppugnationibus nequicquam fatigatus miles esset: quas prius intactas Urbes reliquerat, diripuit. Alter Consul C. Cassius &c. per Illyricum ducere legiones in Macedoniam vanc incepto est conatus &c. Ea res primò incredibilis visa, & pro se quisque credere, Carnis forsitan aut Istris bellum illatum &c. Hæc relata Livii, & quæ in *eodem lib. cap. 6.* ad annum sequentem de missis Romam Carnorum, Istrorum, & Japydum legatis annotat, apertè testantur, Carnuntum Urbem munitam fuisse Illyridis in vicinia Carnorum, Istrorum, & Japydum, itaque in Liburnia.

**CCCXXXIV.** Carnuntum Urbs Pannoniæ circa Quados, quæ natales suos ad priora non, quàm Augusti tempora, extendere potest, nomen hoc à destructa jam tunc Carnunte Liburnica, unà cum præsidio Romano militum Liburnariorum hæreditavit. Hujus Urbis per Attilam totaliter destructæ, & nunquam, nec ab Hunnis, qui civitates non habitabant, nec à Langobardis, qui eam & reliquam ripam Danubii ab A. 526. usque 568. possidebant, re-ædificatæ nomen in historiis seculi sexti & ulteriorum evanuit, & in nomen provinciæ, quam veteres Carni, & iis partim ab A. 334. partim ab A. 452. juncti Slavi, A. 521. à Carnia propria in hodiernam Carinthiam usque extenderant, transivit, pro synonymis autem Charentanum, & Carantanum suscepit; quàm in rem sequentia Scriptorum testimonia faciunt: *Paulus Diaconus*, scriptor seculi octavi, *de gest. Langobard. lib. 5. cap. 22.* ait: *Warnefridus metuens Grimoaldi Regis (usque ad A. 672. regnantis) vires, fugit ad Sclavorum gentem in Carnuntum, quod corruptè vocitant Carantanum. Annales Francorum ad A. 805.* referunt: Caganum Avarorum, eò quòd ob infestationem Sclavorum in pristinis sedibus manere non posset, à *Carolo M.* petiisse sibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carnuntum. *Regino Abbas Prumiensis* ad hunc annum dicit: inter Sabariam & Carantanum. *Annales Francici Metenses ad A. 876.* Convenerunt tres supradicti fratres (filii nempe Ludovici Germanici) in loco, qui dicitur Saulifeld: ibi diviserunt paternum regnum: *Carolomannus* sortitus est Bajoariam, Pannoniam, & Carnuntum, quod corruptè Carantanum dicitur.

Rogo hìc tempora distingui: Livius certè de Carnunto ad Danubium nullatenus intelligendus, quoniam A. U. C. 583. Romani dominatum suum nec Norico nec Pannoniæ intulerant, sed vix Dalmatias & Thracias imperio suo univerant. Ergo Carnuns ejus temporis Liburniaca erat, quam populus ex Illyrica & Celtica, id est Carnutum Gallorum natione mixtus condiderat. Dum verò Augustus circa A. U. C. 742. jam dominus terrarum omnium intra Danubium contentarum factus esset, & ex provinciis jam dudum Romanis præsidia ad noviter acquisitos fines Danubii deduceret, milites Liburnarii, quibus fors obtigit confiniis Quadorum insidere, destructæ jam pridem Carnuntis popularis suæ nomen illuc simul attulere; unde & Ptolemæo Carnuntum apud Quados *καρνῦνς*, id quod latinè Carnuns Carnuntis est, vocitatur. Destructo autem & obliterato per Attilam hoc Carnunto Danubiano, & cum  
ejus



ejus à seculo quinto usque ad octavum nec fermè memoria superesset, hæsit nomen hoc in solo populo, qui à Carnutibus Gallis remanserat, & cum Slavus advenis coaluerat, unde sedes illorum Carnuntum, & dein corruptè Carantanum audierunt.

## SECTIO XIX.

### Carnorum Fines.

**N<sup>us</sup> CCCXXXV.** *Ptolemæus* Carnos non speciali capite, quà populum distinctum, sed intra Italiam, ergo quà populum Italiæ, & quidem circa Aquileiam, sic describit *lib. 3. cap. 1.* Carnorum similiter (scilicet oræ maritimæ) in conversione Adriatici sinûs. Intimum hujus sinûs, in quo est Tilavempti (hodie Tagliamento) fluvii ostium 33. -- 44½.  
Natisonis fl. ostium - - - - - 34. -- 44½.

Item paulò infrà post descriptionem Istriæ, quatenus ad Italiam, usque ad fluvium Arsiam & ibi incipientem Illyridem pertinuit :

Carnorum mediterranea : Forum Julium colonia 32½. 44½.

Concordia colonia 33½. 44½. Aquileia colonia 34. -- 45. --

Quod *Ptolemæus* dicit, Tilavemptum & Natisonem fluvios, nec non Forum Julium, Concordiam, & Aquileiam colonias, esse in Carnis, videtur sic intelligendum, uti alibi dicit Ravennam esse Bojorum : nempe hæc loca ibi esse, ubi quondam Boji, & sic quoque quondam Carni sedes suas habebant, non verò, quòd tempore *Ptolemæi* adhuc Carnicus populus in dictis coloniis federit ; hoc enim non convenit relatis *Livii Hist. lib. 43. cap. 1.* quæ sic habent : Alter Consul C. Cassius (A. U. C. 583.) nec in Gallia, quam sortitus erat, memorabile quicquam gessit, & per Illyricum ducere legiones in Macedoniam vano incepto est conatus. Ingressum hoc iter consulem Senatus ex *Aquileiensem* Legatis cognovit : qui querentes, *coloniam* suam novam & infirmam, necdum satis munitam, inter infestas nationes Istorum & Illyriorum esse : cùm peterent, ut Senatus curæ haberet, quomodo ea colonia muniretur, interrogati, vellèntne eam rem C. Cassio Consuli mandari, responderunt, Cassium Aquileiam indicto exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam esse. Ea res primò incredibilis visa, & pro se quisque credere, Carnis forsitan aut Istris bellum illatum. Tum Aquileienses : nihil se ultra scire, nec audere affirmare, quàm XXX. dierum frumentum militi datum, & duces, qui ex Italia itinera in Macedoniam nôssent, conquisitos abductosque &c.

Hinc clarum fit, Aquileienses, licèt in solo haud dudum antè à Gallis Carnutibus seu Carnis possessio positi essent, non sese Gallos aut Carnos, sed ab iis distinctos Italos gessisse, & ejus opinionis omnino fuisse, *ultra* suam coloniam primùm Istros, Illyrios, & *Carnos* accedi. Simili planè modo & reliquæ colonie, Forum Julium, Concordia, Tergestum, posteriori tempore in solum quondam Gallicum deductæ, pro Italis, non Gallis, aut Carnis se habuère,

Id tamen ex soli hujus compellatione quondam Carnica remansit, quòd scriptores solum id promiscuè quandoque pro Carnico, Italico, & Istrico accipiant. Sic *Strabo* refert *lib. 4.* Post hos ( id est Vindelicos & Rhætos ) & locis ad Aquileiam habitant Noricorum quidam & Carni &c. *lib. 5.* sita est Aquileia extra Venetorum fines; pro limite est fluvius ab Alpibus delapsus, qui adversus navigari potest, &c. Post Timavum Istriorum est maritima ora, usque ad Polam, quæ Italiæ adjacet; in medio oppidum Tergeste ab Aquileia distans CXXC. Stadia &c. Ergo quæ trans Padum sunt, Veneti incolunt & Istri ad Polam usque. Super Venetos autem siti sunt Carni &c. *lib. 7.* similiter trajectus montis est à Tergesta vico Carnico ad lacum Lugeum &c. *Strabo* itaque Aquileienses modò extra, modò intra Venetos reputat, Carnos modò ad Aquileiam seu in Vicinia Aquileiæ, modò quasi in ipso Aquileiensi solo collocat; item Tergestum modò vocat vicum Carnicum, modò oræ maritimæ Istrorum addicit.

CCCXXXVI. Qua in re quoque nihil est positum, tam enim Istri & Carni, quàm Aquileienses, *Strabonis*, & multò magis *Ptolemæi* ætate, Italiæ accensebantur; dicit enim *Strabo lib. 5.* ac nostra quidem ætate, cum quidquid regionis usque ad Alpes est, Italiæ nomine censeatur, limites hos valere jubemus &c. Atqui Ocræ montem *Strabo lib. 4.* partem Alpium vocat humillimam, quâ ad Carnos acceditur, & *lib. 7.* partem Alpium à Rhætis ad Japodes porrectarum humillimam, immo Albios montes eodem libro accenset Alpibus: ergo usque ad Ocræ, & Albios montes, consequenter per Carnos, extendebatur Italia.

CCCXXXVII. Porro quemadmodum circa Aquileiam & Tergestum confusio erat in compellatione populorum, ita quoque ex alia parte Carnorum circa Savum fluvium inter montes Ocræ & Carvancam confusio similis reperitur. *Strabo* Carnos Ocræ monte concludere videtur. Ocræ describit *lib. 4.* sic: Ocræ autem pars est Alpium humillima, quâ ad Carnos accedunt, & per quam ab Aquileia curribus portantur merces ad locum, cui nomen Pamportum ( Nauportum ) iter stadiorum non ultra CCCC. *Item lib. 7.* Nam ab Aquileia trans Ocræ Nauportum ( Nauportum ) usque, Tauriscorum oppidum, quòd vehicula perveniunt, transitus est Stadiorum CCCL. aut ut aliis videtur D. Est autem Ocræ pars Alpium à Rhætis ad Japodes porrectarum humillima: apud Japodes rursus se attollunt montes, & vocantur Albii. Similiter trajectus montis est à Tergesta vico Carnico ad Lacum Lugeum &c. Imprimis ergo de situ Ocræ non dubitandum, quòd mons hic idem, cum Alpibus Carnicis seu Juliis sit, & à Rhætis usque ad Japodes & montes Albios extendatur. Dein verò, cum *Strabo* dicat, Ocræ accedi ad Carnos, nempe ex parte Norici, & ex parte Aquileiæ per Ocræ portari merces ad Tauriscorum oppidum Nauportum, sentire debuit, trans Ocræ Tauriscos, quos alibi Noricis accenset, habitare.

*Plinius*, scriptor ævo *Strabonis* proximus, *Hist. lib. 3. cap. 20.* refert: juxta Carnos quondam Taurisci appellati, nunc Norici &c. *Cap. 25.*  
Pan-

Pannoniæ jam accenset Æmonam hodie Labach; ergo æquè Plinius Carnos Ocrâ includere videri posset. Econtra *cod. cap. 25.* immediatè subjicit: amnes clari & navigabiles ( scilicet Pannoniæ ) in Danubium defluunt, Dravus è Noricis violentior, Savus ex Alpibus Carnicis placidior. Fontes Savi sunt in hodierna Carniola superiore, in radicibus montium, hodie Craingebürg, à Ptolemæo autem Carvancas dictorum. Ergo Plinius saltem fontes Savi, itaque aliquid inter Ocram & Carvancam, Carnis addicit.

*Ptolemæus lib. 3. cap. 1.* in descriptione finium Italiæ septentrionalium circa regionem Carnorum tantùm nominat Ocram & Carufadium montes, non verò Carvancam; ergo etiam ille Carnos Ocrâ & Carufadio includit. Haussit autem hoc ex Marino, cujus tempore Carni Ocram vix excefferant. Ast in descriptione Norici & Pannoniæ jam noviora tempora admiscet, & sic loquitur: *lib. 2. cap. 14.* Noricum terminatur à meridie parte Pannoniæ superioris, quæ sub dicto est monte ( Cetio ) cujus finis occidentalissimus habet gradus long. 36. lat. 45½. &c. & quod inde est supra Istriam ( sub quo nomine comprehendit & Carnos ) eo monte, qui Carvancas appellatur, cujus medium habet gr. 35.-- 45½ *Lib. 2. cap. 15.* Pannonia superior terminatur ab occasu monte Cetio, & pro parte Carvancâ; à meridie parte Istriæ & Illyridis juxta parallelam lineam à præfato fine occidentalissimo ( scilicet Cetii montis, ut in Norico ) per Albanum montem, usque ad Bebios montes, & limitem inferioris Pannoniæ, qui gradus habet long. 41½. lat. 45½. &c. *Lib. 5. cap. eod.* in recensionem civitatum Pannoniæ: inter Italiam, sub Norico, Pannoniæ iterum ( scilicet civitas ) Æmona &c.

**CCCXXXVIII.** Notandum hic primò: Ptolemæus in Norico finem occidentalissimum Cetii montis, & in Pannonia superiore Æmonam civitatem, in iisdem planè gradibus latitudinis 45½. ponit. Secundò Ptolemæus in Norico Cetium montem dicit esse supra Pannoniam, Carvancam verò supra Istriam, sub quo nomine Carnos simul comprehendit. 3tò Pannoniæ superioris fines meridionales Ptolemæus non incipit à Carvanca monte, sed à fine occidentalissimo Cetii montis. 4tò Ptolemæus fines hos in linea *parallela* esse expressè dicit: 5tò parallelum hoc in Ptolemæi idea est in gradibus latitudinis 45½. quos etiam fini occidentalissimo Cetii montis, Æmonæ, Siscia, & limiti extremo Pannoniæ superioris & inferioris pariformiter tribuit.

Infertur jam ex his imò: quanquam secundùm hodiernos Geographos, & notiozem situm terrarum, idea Ptolemæi de parallelo inter Æmonam & Sisciam falsa, & Siscia sub gradibus latitudinis 45½. Æmona verò 46½. sit, id tamen ex ea idea resultat: terminos meridionales Pannoniæ superioris incipere ab ipsa Æmona, & currere per lineam non parallelam, sed rectam, quæ Albios montes ad Colapim fluvium secat, dein Sisciam & Bebios montes tangit; ergo 2dò Ptolemæus ( uti & ante ipsum Plinius, ut supra ) Carnioliam hodiernam inferiorem, quæ à Labaco usque ad Colapim à latere dextro Savi fluvii protenditur, Carnis non, sed Pannoniæ superiori accenset; econtra 3tò supra Æmonam nihil ampliùs in sensu Ptolemæi est ad Pannoniam superiorem spectans; sed hæc 4tò à meridie ad Æmonam, ab Occidente verò ad extrema Carvancæ montis, cuspide suo versùs Æmonam tendentia, id est

in latere meridionali montis Dranberg seu Trojanaberg finitur. 5<sup>to</sup> cùm Ptolemæus medium Carvancæ à fine occidentalissimo Cetii in ulteriorem Occidentem gradu integro longitudinis removeat, & totum montem Carvancam pro termino Norici statuat, sequitur terram illam, quæ sub Norico & sub Carvancæ ad Savum superiorem est, & hodie Carnioliæ superior vocatur, nec ad Pannoniam, nec ad Noricum in sensu Ptolemæi, sed ad Istriam, id est Carnos pertinuisse.

**CCCXXXIX.** Quidquid autem sit de antiquis horum Scriptorum temporibus, de tempore Constantini Magni certum est, ultra Ocræ fuisse fines Italiæ. Itinerarium Hierosolymitanum, quod anno æræ Christianæ communis 333. conditum est, in via ab Aquileia per Ocræ seu Alpes Julias in Noricum & dein Pannoniam, expressè trans Alpes mansionem Longatico, mutationem ad Nonum, Æmonam civitatem, mutationem ad quartum decimum, & mansionem Hadrante, itaque hodierna loca, ex parte septentrionali Alpium usque ad Dranberg seu Trojanaberg, Italiæ inserit, & mutationem ad medias, id est locum, qui inter Adrantem & Celeiam trans montem Dranberg medius est, pro primo loco Norici, & Celeiam pro secundo ponit.

**CCCXL.** Sic itaque cum extensione Carnorum se videtur habere: Tauriscorum reliquiæ, quæ post Dacicam evastationem remanserant, & Plinio jam Norici vocantur, & itidem Pannonum pars, quæ ad ripam Savi usque ad Æmonam, in statu adhuc libero Pannoniæ Romanis nondum subiectæ, se extenderant, ingravescente jugo Romano paulatim se retraxerunt, & Carnorum occupationi locum fecerunt. Unde sedes Carnorum, tum illius temporis, tum hodiernorum, congruè per tres montes explicari possunt. Primus mons meridionalior est *Carusadius*, hodie *Karst* dictus, qui Carnioliæ interiori ad latus Istriæ occupat. Secundus inter meridiem & septentrionem medius, & monte Carusadio altior, est *Ocræ*, Alpium Rhæticarum propago, qui & Alpium Carnicarum seu Juliarum nomine venit, atque à fontibus Savi, Wachein, & Lifontzo fluviorum versùs Æmonam tendit, dein verò ad Colapim fluvium & ibi exsurgentes Albios montes se flectit; Tertius mons est Carvancas, qui, ad septentrionalem partem Carnioliæ & fontium Savi, Carnioliæ à Carinthia & demum Styria dividit, & specialia hodierna montium nomina, Wurtzen, Crainberg, Loibl, Gais-Rucken, Dranberg, sub se comprehendens, demum in parallelo Celeiæ per vallem fluvii Lotfchitz à Cetiis montibus & promontorio eorum occidentali se jungitur. Montium horum nomina derivationem compellationis Celticæ præferunt, nempe Carusadius seu *Car-sad*, & contractè hodie *Karst*, Carnorum sedes primarias, Carvancas seu *Car-wang*, Carnorum latus seu fines, Ocræ verò seu *Ho-Cran* vel *Ho-Car*, (namque & græcum *ὄρη* aspirationem habet) Carnorum medias & elevatiores sedes in Alpibus denotare videtur.

**CCCXLI.** Quod hucusque de finibus Carnicis dictum, eò collimat, ut statuatur: omnem illum terræ tractum, qui nunc versùs Carinthiam, & pro parte Styriam Carnioliæ superior, versùs Comitatum Celeiensem & pro parte Croatiam inferior, versùs ulteriorem Croatiam media, & versùs Istriam interior vocatur, olim intra Italiam ipsam seu fines ejus, ex constitutione Principum, Italiam eò usque extendentium, comprehensum fuisse; quod ideo notandum, quoniam in vita Constantini Magni legitur, ab eo cùm alios tum Sarmaticos seu Slavicos populos intra Imperium Romanum receptos, & partim in Thracia, partim in Pannonia, partim in Italia sedibus datis collocatos esse; id quod respectu Italiæ de terris Carnicis, non verò de interioribus Italiæ ac-

ci-

cipiendum, cum linguæ Slavicæ in Italia interiore nullum vestigium, econtrâ in terris Carnicis magnum documentum, in usu adhuc hodierno ejus linguæ, reperiatur.

**CCCXLII.** Ad Carnorum fines lubet hîc adhuc referre dissonam Strabonianam relationem de fluviis in Savum decurrentibus. *Strabo lib. 4.* rectè sic scribit: ab Aquileia curribus portantur merces ad locum, cui nomen Pamportum (Nauportum) iter stadiorum non ultrâ CCCC. Hinc fluviis ad Istrum & adstas ei regiones devehuntur: Pamportum enim fluvio alluitur navigabili (Labach hodie dicto) ex Illyrico decurrente, & in Saum exeunte: itaque facilè Segesticam in Pannoniam & Tauriscos devehuntur. Apud Segesticam Colapis (Culpa hodie) quoque fluvius in Saum incidit: uterque est navigabilis, & ab Alpibus deferretur &c. Econtrâ *Strabo lib. 7.* dum fluviis alios, qui inter fluvium Nauporti, & Colapim concurrunt, supplere vult, notitiis, ut videtur, ex antiquiore & malè informato scriptore haustis deceptus, fluviis illos intermedios admodum confusè sic refert: ab Aquileia trans Ocrum Naupontum (Nauportum) usque Tauriscorum oppidum, transitus est stadiorum CCCL. aut ut aliis videtur D. &c. vicinus autem Nauponto fluvius est Corcoras, qui merces excipit, atque hic in Savum influit, Savus in Dravum, hic in Noarum apud Segesticam: Inde Noarus augetur hausto Calapi amne, qui ex Albio monte per Japodas delabitur, inque Danubium apud Scordiscos exit &c. Per Corcoram alius intelligi nequit, nisi Labach fluvius prope Nauportum; Calapis quoque, seu Colapis, fluvius Culpa est, quoniam ex Albio monte per Japodas defluere dicitur, qui alium situm habere non poterant, quàm ad superiorem partem Colapis fluvii. Hæc ergo eatenus recta, ast omnia alia confusa sunt; Savus dicitur in Dravum influere, cum reverà hi fluvii totâ Pannoniâ mediâ seu Saviâ dirempti nullibi commisceantur, sed separatim in Danubium ruant; Dravus dicitur in Noarum decurrere, & quidem apud Segesticam, quæ in vicinia Siscicæ, seu Sziszek hodierni olim fuerat, & ubi alii fluvii non, nisi Colapis & Savus, concurrunt; dein Colapis influxus ita ponitur, quasi infra Segesticam primùm esset. Quisunque primus conscriptor horum confluentium fuerit, vel species confusas ex duobus fluviis ad Celeiam concurrentibus, & dein in Savum verum, à conscriptore jam novo nomine Noari insignitum, collabentibus (quorum unus Saan, conscriptori Savus, alter Köding, ex Dravi vicinia procedens, conscriptori Dravus nuncupatus) hausit, vel, ut potiùs credendum, Savum alium, nempe Murum fluvium intellexit, qui æquè olim Savus dicebatur; Ptolemæus enim, ut in Pannonia dicitur, confluentiam Dravi & Muri fluviorum ex nominibus Daros locò Dravi, & Savios locò Muri seu Muræ componit. Ab hoc Savo, vetustæ compellationis, Savaria colonia, quæ & Sabaria, hodie Steinam-Anger dicta, nomen suum trahere videtur, eò quòd hæc colonia territorium suum extenderit usque ad Murum fluvium. Quidquid autem sit, textus Strabonis, qui & in notis editionis Amstelodamensis controvertitur, ex duplici Savo est complicatus, & Strabo particularium situum ignarus, diversas notitias duplicis Savi in unum congeffit.

**CCCXLIII.** Superest, quosdam adhuc situs particulares locorum, quorum mentio in historiis occurrit, obiter subungere:

### *Situs Opitergii.*

*Tabula Peutingeriana* viam per Opitergium sic describit: Vicentia M.P. XXXIII. Opitergio XL. Concordia XXX. Aquileia.

Ponit autem *Tabula* Opitergium ad fluvium Meduacum. Inferendum hinc: Opitergium ibi loci circiter fuisse ubi nunc est Castelfranco haud procul à Brenta fluvio. Confirmatur hic situs à Ptolemæo, qui *lib. 3. cap. 1.* gradus circa Opitergium sic distribuit, Venetorum mediterranea: Vicentia long. 32½. lat. 44½. Opitergium 32½. - 44½. Patavium 32½. - 44½.

Opitergium igitur meridianum medium inter Vicentiam & Paduam habebat, & sexta parte gradûs latitudinis septentrionalius utroque loco erat, quod apprimè situi Castelfranco convenit.

### *Situs Altini.*

*Tabula* viam aliam à Vicentia, prætereundo Opitergium, sic describit: Vicentiâ M.P. XXII. Patavis XXX. Altino XXX. Concordia.

Ergo situs Altini est medius inter Venetias & Tarvisum, ubi & hodie locus Altino in chartis reperitur: *Strabo* autem *Geogr. lib. 5.* aliud Altinum propius Ravennæ supponere videtur, dum dicit: est & Altinum in paludibus, eodem quo Ravenna situ; interjacet Butrium Ravennæ oppidum. Ast illud Altinum, inter quod & Concordiam Imperator Lucius Antoninus Verus apoplexiâ tactus est, in suprâ dicto situ Venetiarum esse debebat.

### *Situs Fori Julii & Julii Carnici.*

Via *Itinerarii Antonini* Veldidenam (ergo in Tyrolim) loca intermedia Italiæ hæc nominat: Aquileia M.P. XXX. Ad Tricensimum XXX. Julia Carnico.

*Ptolemæus lib. 2. cap. 14.* sic habet: Inter Italiam & Noricum: Julium Carnicum 34½. 45½.

Infrâ *num. 346.* dicitur, gradus hos scalæ, quam Ptolemæus in terminis generalibus Norici observat, nempe Marinianæ, convenire, adeoque Julium Carnicum ad Pontebam congruè poni. Supposito hoc situ *Itinerarii Antoniniani* Tricensimum, quod planè in media via ab Aquileia ad Julium Carnicum collocatur, aliud vix esse poterit, quàm hodiernum Cividad di Friuli; & hoc nomen, cùm civitatem Fori Julii importet, veteri quoque Foro Julio applicandum videtur.

### *Situs Beluni.*

Duplex hodie est Bellunum: nempe oppidum Bellunum ad fluvium Piave superiorem: & vicus rivo circumdatus, Monte Belluno dictus, circa inferiorem partem fluvii Piave, in eodem fermè meridiano cum Castelfranco, quod suprâ pro Opitergio suppositum est, in latitudine autem aliquantum septentrionaliore jacens. Hoc Bellunum inferius convenit veteri Romano Beluno, ita enim gradus disponuntur à *Ptolemæo lib. 3. cap. 1.* inter mediterranea Venetorum: Belunum 32½. 44½. Opitergium 32½. 44½.

Id

Id Bellunum quoque jacet ad viam hodie Regiam & Postariam ex Italia ad Alpes Julias, unde & itineraria antiqua, dum ab Aquileia ad Alpes *viam Be-  
loio* nominant, de hac via, quæ à Belluno inferiore procedit, intelligenda sunt.

SECTIO XX.

Noricum ex Ptolemæi Geographia.

**N<sup>us</sup> CCCXLIV.** Norici totius limites sic describit *Ptolemæus lib. 2. cap. 14.* Noricum terminatur ab occasu Æno fluvio. A septentrione Danubii parte, quæ est ab Æno fluvio usque ad montem Cetium; ejus situs gr. long. 37½. lat. 46½. Ab Oriente verò ipso monte Cetio. A meridie parte Pannoniæ superioris, quæ sub dicto est monte, cujus extremum maximè occidentale habet gradus long. 36. lat. 45½. quod verò intermedium (nempe à meridie) est, gr. long. 37. lat. 45½. Et quod inde est supra Istriam, eo monte, qui Carvancas appellatur, ejus medium habet gr. long. 35. lat. 45½. Hæc relata Ptolemæi proportionatè & in conformitate unius scalæ Marinianæ Germanicæ, quæ ex scala Belgica fluit, circumscribunt Noricum quoad gradus longitudinis; in latitudine manet error generalis in Noricum ex Italia allatus, qui uno gradu ubique, & in aliquibus locis duplici gradu latitudinem contrahit.

Clarissima hæc est descriptio. Terminus occidentalis per Ænum fluvium includit Archi-Episcopatum Salisburgensem Norico. Terminus septentrionalis est Alveus Danubii à Passavia usque Viennam. Terminus Orientalis sunt ipsa juga montium Cetiorum à monte Kalenberg usque ad Dravum fluvium & civitatem Petovium sinuosè procurrentia. Terminus Meridionalis sunt iterum montes Cetii à Dravo fluvio, & civitate Petovio usque Mahrburgum se retrahentes, dein rursus in meridiem versùs Windisch-Feistritz & Ganowitz se inflectentes, & abhinc Comitatum Celeiensem per semicirculum Savo-tenus usque ad extremum occidentale Gallenbergicum ambientes. Inde reliquum latus meridionale Norici claudit mons Carvancas, seu Craingebürg, usque ad Savi fontes. Ibi tunc incipit Terminus communis, in Rhætia explicatus, Noricum, Rhætiam, & Italiam separans, qui Comitatum Tyrolensem Norico excludit.

Schema terminorum Norici.

*Versùs septentrionem.*

|                                     |                             |
|-------------------------------------|-----------------------------|
| Æni fluvii divertigium, seu Passau. | Mons Cetius, seu Kalenberg. |
| Ptol. long. 34. -- lat. 47. 20.     | long. 37. 30. lat. 46. 50.  |
| Hom. 33. 50. 48. 30.                | 36. 55. 48. 26.             |

*Versùs meridiem.*

|  |   |  |
|--|---|--|
| Montis Carvancæ medium, id est, Craingebürg, & in specie mons Loibl in limitibus Carinthiæ & Carniolæ. | Montium Cetiorum finis maximè occidentalis, id est, mons Gallenberg prope Savum in Parallelo Celeiensi. | Montium Cetiorum intermedium prope Feistritz & Mahrburgum. |
| Ptol. long. 35. -- lat. 45. 20.  | long. 36. -- lat. 45. 20.   | long. 37. -- lat. 45. 40.                                  |
| Hom. 34. 30. 46. 40.   | 35. 30. 46. 15.   | 36. 30. 46. 35.  |
| <i>Pars III.</i>   | H 2   | Pro-   |



Proportionata est hæc Ptolemæi scala in longitudine; quemadmodum enim ille versùs septentrionem ab Æno fl. usque ad Cetium montem gradus 3½. versùs meridiem verò à medio Carvancæ montis usque ad concurrentiam ejus cum Cetio gradum unum, & ab hoc extremo Cetii usque ad dictum intermedium, itidem gradum unum computat, ita scala adjuncta Homanniana docet, id naturali & veræ distantiæ apprimè convenire.

**CCCXLV.** Porro de vero situ extremi occidentalis montium Cetiorum è regione Labaci in promontorio Gallenbergico ex mente Ptolemæi dubitandum non est, is enim *lib. 2. cap. 15.* Pannoniæ superiori adscribit Emonam (quæ certissimè est Labacum) sub gradibus long. 36. lat. 45½. Hi gradus ipsissimi sunt, quos in Norico attribuit dicto extremo occidentali Cetii, ergo & situs uterque idem est. Et hoc est, quod dicit Ptolemæus *lib. 2. cap. 16.* Savus per duas extensus Pannonias Cetio monti jungitur. De intermedio etiam ex mente Ptolemæi dubitari nequit, quoniam Ptolemæus Patavium seu Petovium jam Pannoniæ inserit, ita ut Cetius mons ibidem supra Petovium esse debuerit: confirmatur hoc ex Ptolemæo in gradibus quòs intra *num. 395.* Petovio dat, nempe long. 37½. lat. 45½. cum ergo hîc gradus long. 37. lat. 45½. intermedio det, apprimè hoc convenit: situi Mahrburgi, quousque se à meridie retrahunt montes Cetii. De Carvancæ montis medio, quòd ex mente Ptolemæi sit montium Carnicorum (Craingebürg) illa pars, ubi est mons Loibl, commonstrat mensura distantiæ ab extremo occidentali Cetiorum montium, & proportio, quæ ex aliis locis Norici eruitur, de quibus nunc agendum.

### *Interiora Norici Mediterranei.*

**CCCXLVI.** Hactenus à Ptolemæo allata, nempe termini generales Norici, ex scala, quam voco Germanicam, sunt, & correspondent multum iis, quæ ultra Danubium à Ptolemæo circa Germaniam traduntur; unde credibile est, Marino hæc deberi, quibus Ptolemæus nihil addere sciverit. Ex locis autem intra hos limites conclusis nihil fermè idem systhema sapit, nisi Teurnia, & Julium Carnicum. Omnes termini Norici scalam Homannianam in longitudine excedunt gradu dimidio, in latitudine verò gradu uno deficiunt; hoc accuratè verificatur in *Teurnia*, si cum *Cluverio* pro Villach accipiatur, Ptolemæus enim Teurniæ dat gradus long. 34. 40. lat. 45. 40. Villach in Homanni scala est graduum long. 34. -- lat. 46. 40.

*Julium Carnicum* à Ptolemæo collocatur inter Italiam & Noricum, ergo pro loco limitaneo utriusque; *Itinerarium Antonini pag. edit. Wesseling. 279.* Julii Carnici sic meminit:

Aquileia M. P. Ad Tricensimum XXX. Julia Carnico XXX. Loncio XXII. Agunto XVIII.

Iter hoc, quod ultra ad Veldidenam pergit, certè viam monstrat in Tyrolim, adeoque Julium Carnicum in vicinia debebat esse hodiernæ Pontebæ seu Pontafel in Foro Julio, schema igitur tale est: Julio Carnico Ptolemæus dat gradus long. 34. 30. lat. 45. 15. Pontebæ Homannus gr. long. 33. 20. lat. 46. 20.

Huic proportioni & scalæ quoque convenit *terminus meridionalis tertius Rætia*, qui in Parallelo respicit Ocrum montem; nempe ut in Rætia jam dictum: Ptol. long. 33. 30. lat. 45. 30. Hom. long. 32. 40. lat. 46. 30.

**CCCXLVII.** Ex reliquis locis indubia omnino est *Celcia*, quæ situm & nomen

nomen antiquum hodie adhuc retinet. Quasi certa sunt ex itinerariis Romanorum : *Vacarium*, si idem sit cum Tabulæ Peutingerianæ Vocario, ibi loci situm esse debebat, ubi nunc est Bischoffhoven in Archi-Episcopatu Salisburgensi. *Virunum* ex quatuor itineribus infra deducetur fuisse in loco hodie Zollfeld dicto, prope Clagenfurtum. *Sianticum* Ptolemæi idem credendum cum Santico *Itinerarii Antonini*, pag. edit. *Wess.* 276. ubi Santicum medium ferme à Larice (parte Alpium Juliarum) usque Virunum ponitur, in via, quæ ab Aquileia venit; unde circa hodiernum Crainburg situm esse debebat. *Gavanodurum* Ptolemæus primo loco ponit inter civitates à Danubio remotas, adeoque secundum methodum & ordinem Ptolemæi septentrionalior locus ille est omnibus aliis, & hoc signo jam convenit hodierno Salisburgo; confirmatur situs iste tam per gradus Ptolemæi, quam per nomen ipsum; de gradibus dicitur infra; nomen Salisburgo statim post tempora Ptolemæi datur ab itinerario Antonini Jovavum, à Tabula Juavum; unde conjecturare licet: in notitia, quæ Ptolemæo respectu Norici obvenit, scriptum fuisse Jovavodnrum vel Juavodurum græcè *Ιουαυόδουρον*, ex quo ille vel librarius fecit *Γαυαυόδουρον*. Adjectio sanè *durum*, quæ non est in itinerariis, nihil in nomine mutat, Juavum simpliciter significat locum ad fluvium olim Juavum, vel ut habet Tabula Juavum, hodie Saltzach vocatum; Juavodurum verò denotat ad eundem locum esse trajectum ejus fluvii: sic docet curiosissimus antiquæ linguæ Teutonicæ indagator *Adrianus Scriekius in Europa rediviva*, indice tertio originum in voce *Dor*, & *Durr*. Sic econtrà *Dunum* civitati additum denotat eam esse in vel ad collem; *Dun* & *Duyn* enim collis est docente eodem *Scriekio* & usu ipso linguæ in inferiore Germania. *Gesodunum* congruentiâ graduum & nominis est hodiernum Kuffstein, seu ut charta Salisburgensis propriè nominat Kopfstein, eò quòd in capite quasi montium seu promontorio situm sit, cui convenit adjectio *dunum*.

### Schema locorum Norici Mediterranei.

|       | Gesodunum.                 | Juavodurum.                | Vocarium.                 |
|-------|----------------------------|----------------------------|---------------------------|
| Ptol. | long. 35. 40. lat. 46. 30. | long. 36. 40. lat. 46. 40. | long. 36. -- lat. 45. 45. |
| Hom.  | 32. 20. 47. 27.            | 33. -- 47. 40.             | 33. 10. 47. 16.           |
|       | Virunum.                   | Santicum.                  | Celeia.                   |
| Ptol. | long. 36. 40. lat. 45. 45. | long. 36. -- lat. 45. 30.  | long. 37. -- lat. 46. 30. |
| Hom.  | 34. 30. 46. 50.            | 34. 48. 46. 30.            | 35. 50. 46. 20.           |

Profluunt ergo gradus his locis à Ptolemæo assignati ex scala maxima & media Italiæ, quæ respectivè circa tres & duos gradus Homannianam scalam in longitudine antecedunt. Reliqua loca Norici ex Ptolemæo hos gradus habent: Badacum 34. 15. 45. 15. Aguntum 36. 30. 46. 20. Poedicum 37. - 46. - Idunum 35. 10. 45. 30.

Aguntum sanè versùs Tyrolim jacuisse evincit Itinerarium Antonini, unde gradus ejus ex scala Italiæ maxima esse debent. Reliquorum locorum situs nullis aliis adminiculis adjuvatur, intra Carinthiam tamen & Salisburgensem Diocesim collocanda sunt.

# S E C T I O X X I.

## CCCXLVIII. Norici Ripensis Via.

| <i>Ex Tabula.</i>               | hodie.                              | <i>Ex Itin. Ant.</i>                         | hodie.                         |
|---------------------------------|-------------------------------------|--|--------------------------------|
| <i>Vindobona.</i><br>VI.        | Vienna.                             | <i>Vindobona.</i><br>p. 234. XXIV.           | Vienna.                        |
| <i>Citium.</i><br>VII.          | Closter Neuburg.                    | p. 248. XX.                                  |                                |
| <i>Comagenis.</i><br>VIII.      | Zeiselmaur.                         | <i>Comagenis.</i><br>p. 234. XXIV.           | Zeiselmaur.                    |
| <i>Piro Torto.</i><br>VIII.     | propè Schönbühel.                   | p. 248. XXX.                                 |                                |
| <i>Trigifamo.</i><br>XVI.       | Traismaur.                          | <i>Cetio.</i><br>p. 234. XXII.               | Traismaur.                     |
| <i>Namare.</i><br>VII.          | Melck.                              | p. 248. XX.                                  |                                |
| <i>Arlate.</i><br>VIII.         | Ad confluentiã Erlapf fl. cū Danub. | <i>Arlape.</i><br>p. 234. XXVI.              | Confluentia Erlapf fl.         |
| <i>Ad Ponte Iles.</i><br>XXIII. | Pons ad civitatem Ips.              | p. 248. XXV.                                 |                                |
| <i>Elegio.</i><br>XIII.         | Ad fl. Erlach prope Danubium.       | <i>Loco Felicis.</i><br>p. 235. & 249. XX.   | Ad Danub. circa Nieder-Walsee. |
| <i>Blaboriciaco.</i><br>XIV.    | Amsfelden.                          | <i>Lauriaco.</i><br>p. 235. 258. 277. XXVI.  | Lotch prope Enns.              |
| <i>Ovilia.</i><br>XIV.          | Wens.                               | p. 249. XVI.                                 |                                |
| <i>Tergolape.</i><br>XVIII.     | prope Lambach.                      | p. 256. XX.                                  |                                |
| <i>Laciaco.</i><br>XIV.         | Franckenmarck.                      | <i>Ovilabis.</i><br>p. 235. 256. 258. XXXII. | Wells.                         |
| <i>Tarnantone.</i><br>XIII.     | Neumarck.                           | <i>Laciaco.</i><br>p. 235. XXIX.             | Franckenmarck.                 |
| <i>Juavo.</i>                   | Salisburgum.                        | p. 256. 258. XXVIII.                         |                                |
|                                 |                                     | <i>Jovavi.</i>                               | Salisburgum.                   |
| Summa M. P. CLXIX.              |                                     | Summa M. P. p. 235. CCII. p. 249. 258. CXCI. |                                |

### Sectiones hujus itineris.

Vie difformes seu diversi ductus.  
 Sectio I. Vindobonã Trigifamum.  
 mensura Tab. Itin. Ant. p. 234. p. 248.  
 M. P. XXIX. XLVIII. L.  
 Sectio III. ab Arlape ad Ovilia.  
 mensura Tab. Itin. Ant. p. 234. p. 248.  
 M. P. LVIII. & 235. & 249.  
 LXXII. LXI.

Vie conformes seu ejusdem ductus.  
 Sectio II. Trigifamo ad Arlape.  
 mensura Tab. Itin. Ant. p. 234. 248.  
 M. P. XXIII. XXII. XX.  
 Sectio IV. Oviliis Juavum.  
 mensura Tabulæ. Itin. Ant.  
 M. P. LIX. LX.

*Note*

*Notæ in hæc Schemata.*

De Diligentia Romanorum non tantum in sternendis, sed & dimensurandis viis dictum jam in notis ad itineraria Romanorum generalibus. Unde combinatio mensurarum evidenter ferme inculcat, in sectione 2<sup>da</sup> & 4<sup>ta</sup> eundem ductum itineris ab omnibus Itinerariis teneri. Differentia, quæ in utraque sectione subest unius tantum milliarii, nihil facit, & vel ex eo solo oriri potuit, quod unico in loco excurrentes aliquot, quanquam millenario appropinquantes centenos passus mensurator Romanus unus simpliciter à numero abjicere, alter pro millenario integro addere censuerit. Quod verò in secunda sectione differentiam duorum & respectivè trium milliariorum attinet, iter id silvas, montes, & valles sequitur, ubi facillimè adhuc pro Tempore Tabulæ quid impervium & longius circummeundum, pro tempore subsequo autem, cujus mensuræ per correctionem Itinerario Antonini accessere, jam rectà pervium esse poterat. Econtra Itinerariorum mensuræ ad sectionem primam & tertiam ita inter se distant, ut differentia temporaneis impedimentis nullo modo adscribi queat, sed necessariò ductus diversus statui debeat; quod itaque nunc specificè demonstrandum veniet.

**CCCXLIX. CITIUM, seu CETIUM :** Interpretes communiter locum hunc Romanum promontorio Cetiorum Kalenbergico & vico ejusdem nominis sub hoc monte jacenti addicunt. Ast repugnat distantia physica; si etenim à Vindobonæ etiam intimo, nempe è regione Ecclesiæ B. M. V. ad Scallas, ubi in ripa Danubii elevatiore primarius situs veteris Vindobonæ esse omnino debuit, usque ad vicum Kalenberg mensuretur, non nisi Orgyæ 4320. resultant, quod mensuræ Tabulæ M. P. VI. cum larga nusquam esse soleat, haud correspondet. Datò autem, hanc differentiam non attendendam esse, nullo pacto tamen distantia subsequens Cetio ad Comagena castra M. P. VII. aut si hæc iterum justo propius v. g. in Greiffenstein collocarentur, distantia ulterior itineris conciliari posset, sed multò uberior mensura in Tabula poni debuisset, ut mox videbitur. Præmittenda autem quædam sunt de situ montium Cetiorum, & eorum diversis promontoriis seu extremis. Cetii nomen est generale, quod non tantum toti tractui montium, Pannoniam veterem & Noricum à promontorio hodierno Kalenbergico usque ad Savum fl. determinantium, & dein in ripa Savi, usque ad extremum montium Carvancæ, hodie *Crain-Gebürg* / in specie verò usque ad Adrantem, hodie vulgò *Trojanaberg*, rectius verò *Dranberg*, ascendentium, sed & jugis omnibus à dicto promontorio Kalenbergico usque ad promontorium alterum Greiffensteinense procurrentium, inde verò flexuoso sinu meridiem versus se retrahentium, & paulò ultra Sigartskirchen iterum permodum columnæ bis ruptæ ad Danubium in septentrionem sese demittentium, ibidemque tertio promontorio Traismuriano finientium competit, ut compellationem hanc in hodiernum diem via antiquissima, *Zeisel-Strasse* id est Cetii via dicta, & ita usque Traismurum cognominata, memoriæ ab olim servavit. Promontoria itaque & extrema montium Cetiorum sunt quatuor: 1.<sup>mo</sup> Orientale in apice Kalenbergico. 2.<sup>do</sup> Septentrionale in vertice, qui tempore Romanorum sub speciali nomine Comageni montis comprehendebatur, tempore autem Carolingicorum Imperatorum specialissimo nomine superaddito Lapidis Pendentis veniebat, & expòst arce *Greiffenstein*, seu propriè *Greif-an-Stein* dicta inædificabatur. 3.<sup>tiò</sup> Itidem septentrionale in vertice Traismuriano. 4.<sup>to</sup> Demum occidentale in Cuspide Gallenbergico ad Savum, à suprascriptis montibus Carvancæ per vallem fluvii

Lo-

Lotschitz sejuncto. Plura de his suo loco dicentur. Hic autem Cetiorum montium tractum, qui extremo orientali Kalenbergico, & septentrionali Greifensteiniano interjacet, pro faciliore explanatione Basin, alterum vero tractum, à Greifenstein usque Traismaur, arcum Cetiorum vocabo, quoniam Juga Cetia ibidem in modum arcûs à Danubio se retrahunt, & demum Danubii ripam per modum columnæ reaccedunt.

CCCL. Arcus hic in radicibus montium loca sequentia tangit : Greifenstein, Altenberg, Oppidum S. Andreae, Wolfpassing, Kinigstetten, Tulbing, Chorherren, Freindorf, Baumgarten, Judenau, Pixendorf, Heiligen-Aich, Trastorf, Reidling, Sitzenberg, Traismaur. De situ locorum Chorherren, Freindorf, & Baumgarten, notandum: iis locis & convexitati arcûs ulterioris seu meridionalioris interjacere montem grandem oblongum per vallem in circuitu meridionali abruptum. Porro basis ad Oppidum Closter-Neuburg valle scinditur: quæ per vicos Kirling & Gugging rectà arcum montium apud Oppidum S. Andreae perrumpit, & partem hanc respectivè postremam basis & primam arcûs in triangulum efformat. Hoc triangulum tam Romanorum, quàm Francicorum seu Carolingicorum Imperatorum temporibus, præter nomen genericum Cetii, nomen quoque superadditum specificum habebat montis Comageni. Arcus ulterior, quæ maximè in meridiem vergit, loca habet pedi montium adhærentia Wolfpassing, Kinigstetten, Tulbing, Katzelsdorf, Wilfersdorf, Ulleren, Mauthaus &c. quæ verò per montem oblongum undique liberum prætenditur, à Tulbing incipiendo, Chorherren &c. Columna arcûs demum jam supra Heiligenaich incipit, & ad Michelhausen, dein Reidling, bis valle rumpitur, & postrema ejus pars hinc ad vallem arce Sitzenberg, illinc ad Danubium promontorio alto gloriatur. Sitzenberg arx nihil Romani præsert, nomen verò à vetustate Citii montis, cui arx insidet, aliquid participare potest; quanquam potius compositum videatur ex Sitz-amberg, sicut Greiffenstein propriè accolis audit Greif-an-Stein, & Kreützeinstein arx ultra Danubium Kreutz-am-Stein. Promontorium Traismurianum Romanis temporibus, ut fert traditio accolarum, sacris peragendis gentilibus destinatum fuerat, & mons Veneris nuncupabatur. Planities ampla & fertilis inter arcum montium Cetiorum & Danubium hodie *Tullnerfeld* appellatur, atque ibidem loca Romana, nempe Comagena Castra, Pirum Tortum, & Trigisamum Tabulæ, seu Cetium Itinerarii Antonini, sita esse debebant.

CCCLI. His præmonitis *Fuhrman in antiqua & nova Austria P. III. lib. 4. cap. 7. & lib. 5. cap. 1.* varia ex Scriptoribus congerit, ut vicum & montem Kalenberg à Bojis Gallis veteribus (qui ex Gallia Cisalpina ejeti olim apud Tauriscos in Pannoniæ & Norici parte confederant) derivare, adeoque nomine Gallenberg locò Kalenberg, & insuper titulo Coloniae Æliæ Cetiensium, ab auspiciis Ælii Hadriani Imperatoris, insignire queat; unde in ipsius opinione Citium Tabulæ huic vico & monti addicendum. Quidquid autem sit de nomine Gallenberg, quod potius à calvitie deducendum, Citium certè Tabulæ ad vicum cum, ob nimis breve ab hinc Vindobonam, & econtrà nimis longum distantiae spatium ad Comagena, situm esse non poterat, sed mensuræ Romanæ vicinia Oppidi hodierni Closter-Neuburg verè & unicè correspondet. Citium enim Vindobonâ distare debebat M. P. VI. Comagenis verò M. P. VII. Tabulæ iter, à Closter-Neuburg per vallem supradictam & vicos Kirling, & Gugging, dein per Oppidum S. Andreae rectà ad Comagena procedit. Distantia strictè & sinè interruptione mensurata, continet orgyas Viennenses: à porta exteriori Viennensi, Schotten-Thor dicta, usque ad vicum Kalenberg

berg 3866. inde usque ad bivium, quod à sinistra in montes Cetios versùs Weidling & Maurbach, à dextra ad latus inferius seu Danubianum oppidi Closter-Neuburg se separat 1493. postea sinistrorsum in via Weidlingensi aliquantum procedendo, mox dextrorsum collem demissiozem Cetii ascendendo, & ita, quoad vineæ & ædificia ipsis cohærentia suburbana ex utraque parte in planitie montana viam hodiernam flectunt, continuando, dein rursus sinistrorsum vineas circa latus superius seu Cetiense oppidi Closter-Neuburg obambulando, in cornu quasi oppidi 854. quæ mensura autem respectu viæ quondam Romanæ, procul dubio rectæ, ad dimidium, nempe orgyas 427. reducenda est. Porro collem illum demissiozem descendendo usque in vallem Neoburgo superjacentem 453. vallem hanc paulatim acclivem sequendo usque ad introitum vici Kirling 1600. per vicum 720. in latere montium supra eandem vallem usque in vicum Gugging 533. post in valle summa & æqualiter sita 1397. deinde montem Hackenthal nuncupatum, cui vallis prædicta insistit, ex adversa parte descendendo 282. usque in Oppidum S. Andree 106. denique usque ad introitum quadrati quondam Comagenensis in Zeiselmair 1306. Summa totalis Vindobonâ usque ad Comagena castra seu Zeiselmair org. 12183. Hæc distantia (reflectendo ad dicta supra num. 310. & 314. f.) rectè congruit mensuræ Tabulæ M. P. XIII. in toto & subdiviso itinere; namque si Tabula locum supra dictum tertium, ubi Cetio monti in colle demissioze ad latus acuminatum hodierni oppidi Neoburgi jam insistitur, *Citium*, videlicet *prima vice insensum*, ut omni ratione videtur, nominaverit, tres primæ distantie efficiunt pro M. P. VI. orgyas 5786. reliquæ pro M. P. VII. orgyas 6367. Econtra si cum *Fuhrmanno* Citium Tabulæ in vico Kalenberg supponatur, Citio ei ex naturali distantia nec orgyarum millia quatuor, Comagenis verò ultra millia octo obtingerent, quod Tabulæ utramque distantiam ad mille passus solummodò diversificanti planè repugnat. Cæterum quoque nec situs Kalenbergicus, nec Neoburgensis, colonie quondam Romanæ Æliæ seu Hadriani Cetiensium quadrat; alibi locorum, ubi quondam Romanas colonias fuisse scitur, situs ubique fertilis & agris abundans reperitur; hic loci autem, in angusta ripa Danubii, totus fructus in vineis & pascuosis, agrorum verò nihil, nec creditu facile est, montes Cetios Romanorum tempore vineis instructos fuisse.

CCCLII. COMAGENIS: *Reiffenstuel in Topogr. Austr.* statuit hunc locum esse arcem Greiffenstein in ipso monte Cetio seu Comageno, medio circiter milliari germanico ab oppido Zeiselmair ex orientali parte distantem: *Cluverius*; quem plerique alii sequuntur, ad Occidentem Zeiselmuri Comagena collocat in vico Langenlebern. *Marcus Hanzitius in Germania Sacra Tom. I. P. I. cap. 14. num. 2.* adhuc magis recedit in Occidentem, & situm Comagenorum hodiernæ civitati Tullnensi correspondere putat. Consentiunt itaque hi omnes in viciniam Zeiselmuri, eò quòd situs Comageni montis, ob relata Francorum Historicorum sub Carolo Magno, alibi locari non possit: ipsum verò Zeiselmair ob defectum localis inquisitionis ab iisdem negligitur. Verè autem Zeiselmair locum Comagenorum Romanorum Castrorum esse docent Notitia Imperii, rudera Zeiselmuriana, Itineraria Romanorum, & historiae Caroli Magni de Hunnis cum diplomatibus Francorum Imperatorum collatæ. *Notitia Imperii* Comagenis assignat præsidium equitum promotorum: itaque munimentum ibi capax equitum recipiendorum esse debebat. Hoc solo defectu excluditur arx Greiffensteinensis, si nihil aliud esset; arx namque hæc summitati rupis præaltæ, ceu nido, insistit, ac angusta valde est, vix peditum

turmæ, minimè verò equitum cuneo sufficiens ; structura quoque ipsa fat de se testatur, conditum ejus tempora demum post Carolingicos Imperatores, imò fors sequiora sapere, quibus diffidationes invaluerant, & refugium in montanis quærere, & adaptare docuerant. *Rudera Zeiselmuriana* munimentum verè Romanum, murati nempe operis quadrati, in quolibet latere 80. orgyas, seu 480. pedes longi, non tantùm fundamenta, sed & partem murorum fortissimorum & latissimorum extra terram exstantium, & nunc domibus inædificatis inservientium, quin & opera angularia turrata, & cætera id genus ædificiorum antiquorum indicia, obtutui curiosiori objiciunt, suffossa autem ex visceribus suis jam sæpissimè, & ante haud multos adhuc annos aurea & ænea signa Romana & numismata produxerunt. Atque cùm munimentum hoc, Carnuntensi, licèt majori, haud absimile sit, æquo jure, sicut id Carnuntense, Romanam antiquitatem sibi sceneratur, & rectè à posteris Zeiselmaur, quasi Cetii montis murus seu propugnaculum, compelliari cœpit. Econtrà Langenlebern Cluverii, & Tullna Hansizii, nihil antiquitatis Romanæ hucusque prodiderunt. Præterea quoque situs Zeiselmuri elevatior, in circuitu autem agris fertilibus & pascuis florens, optimè, & præ aliis exundationi obnoxiiis viciniis, receptioni equitum conveniebat.

*CCCLIII. Itineraria Rom.* primas quoque dant Zeiselmuro. Diffonæ quidem sunt mensuræ, Tabula enim à Vindobona usque Comagena assignat M. P. XIII. Itinerarium Antonini in itinere ripensi à Tauruno Lauriacum *pag. edit. Weff. 248.* eidem distantiae inter Vindobonam & Comagena adscribit M. P. XX. *p.* autem 234. in alio itinere M. P. XXIV. Diversitas hæc mensuræ errori nullatenus, sed diversitati viæ imputanda. Tribus viis Vindobonâ iri potest ad oppidum Zeiselmaur, nempe vel 1.<sup>mò</sup> insistendo semper ripæ Danubii, vel 2.<sup>dò</sup> transeundo vallem per Kirling & Gugging, vel 3.<sup>tiò</sup> aliam planè Cetiorum vallem per Burckersdorf sectando. Via prima hodie, utpote pro commoditate non multis abhinc annis strata, communior est. Mensura distantiae hæc reperitur : Vindobonâ usque ad vicum Kalenberg, ut suprâ annotatum, org. 3866. inde Neoburgum ad portam oppidi in latere inferiori seu Danubiali 2523. dein circumagendo montes Cetios in ipsa ripa Danubii, diversis in locis sat angusta & præcipiti, usque intra oppidum S. Andreæ 6400. demum abinde usque ad Zeiselmaur 1306. Summa 14095. Mensura ea, quanquam non expleat nisi M. P. XVIII. ut *num. 314. c.* videndum, tamen assignanda est itineri Antoniniano M. P. XX. cùm alia via non quadret. Via secunda, ut dictum, Tabulæ Romanæ omnino & sola congruit : ea quoque via Cetiensis, seu Zeiselstrasse subsequis temporibus mansit, & hodie adhuc, quanquam alia strata sit, non deseritur. Viæ tertiæ mensuras sic inveni : à porta Viennensi Carinthiaca usque Burckersdorf sunt orgyæ 7960. Mauthaus seu domus telonialis ad pedem transcensu montis Cetii 4986. Ulleren 664. Wilfersdorf & ei fermè conjunctum Katzelsdorf 1493. Tulbing 832. Kinigstetten 1074. Zeiselmaur 2140. summa 19149. Hæc via rectissimè convenit mensuræ itinerarii Antonini M. P. XXIV. & commoda est, Vindobonâ vallem Burckersdorfiensem petit, ac usque ad transcensum jugi Cetiorum transversu in via hodierna regia manet, dein arcum Cetiorum, quem suprâ dixi, obambulat ; unde non dubitandum, hanc itinerario Antonini, curiositatis quoque causâ, præplacuisse, cùm quarta via, nisi quæ meros montes ductu hætenus inusitato transcendere voluisset, non sit, & ex aliis hodie notis duabus neutra mensuræ correspondeat.

*CCCLIV.* Demum Historiæ Caroli Magni de Hunnis cum re diplomatica ejusdem ævi combinatæ vix vestigium incertitudinis pro Zeiselmuro relinquunt.



quunt. Nomen Comagenæ civitatis & Comageni montis post Romanos quoque per plura secula, præsertim sub Carolo Magno ejusque successoribus, memoriâ non excidit: sic *Eginhardus in vita Caroli Magni* refert: Hunnos juxta Comagenos in montem Cumiberg munitionem vallo firmissimo extructam habuisse. Videantur huc excerpta de Hunnis & Avaribus ad A. 791. num. 946. & 947. In hoc posteriore numero Diploma Ludovici Germanici ex *Aventino* affertur, quod situm montis Chumenberg in vicinia Zeiselmuri declarat. Ast omne dubium submovet diploma, quod *Hansizius in Germania Sacra Tom. I. P. II. in Episcopo Patav. IX.* exhibet, Ludovici Pii Imperatoris A. 823. Indiæ. prima, IV. Kal. Julii Reginhero seu Reginario Episcopo Pataviensi datum, in quo inter alia Pataviensi Ecclesiæ hæc possessiones assignantur: Zeisenmurus cum tali marcha, ut Genitor noster Carolus decrevit, hoc est ab illo Castello in orientali plaga, quæ & Godefridus & Theodoricus sibi vendicaverunt, usque ad peridentem lapidem in ora montis Comageni, & in Australi ad Kunihohosten (intelligendum, Kunighostetten, id est, hodiernum Kinigstetten) in occidentali autem usque ad æcervos sitos inter Tullanam & ipsum Castellum; & ultra ad Danubium ad Drebensee, & inde ad Mochinlevo & usque Czymburch &c. Descripti in hoc diplomate limites dynastiæ quondam castelli Zeisenmuri adhuc hodie obtinent, & in possessione sunt Episcopatus Passaviensis. Meditullium hujus dynastiæ est Zeisenmurus hodie Zeiselmur; limes versus Orientem est Pendens Lapis in ora montis Comageni, hodie Greiffenstein arx in prærupta atque versus Danubium seu septentrionem in summitate protensa, seu arcuata, adeoque quasi pendente rupe extructa; limes versus meridiem est Kunighostetten, hodie Kinigstetten, ubi Directorii Oeconomici Passaviensis sedes & habitatio nunc fixa; limes versus Occidentem æcervis olim inter ipsum Zeiselmur & Oppidum Tulln definitus erat; limes versus septentrionem est Drebensee, hodie Triebensee planè è regione hodierni Zeiselmur ultra Danubium, cum reliquis nominatis duobus locis. Sanè nihil distinctius secundum quatuor mundi plagas proferri unquam potuisset pro determinatione palpabili prorsus situs veterum Castrorum Comagenorum & montis itidem Comageni; nempe idem ille mons, qui è latere veteris Pannoniæ Romanis vocabatur Cetius, iisdem è latere Norici Ripensis, alio superaddito peculiari nomine, audiebat Comagenus; & in hoc monte Comageno hodie est arx Greiffenstein titulo lapidis pendens, germanicâ quoque compellatione quæ propriè est Greif-an-Stein, justissimè correspondens; sub hoc monte verò ad ripam Danubii erant Comagena Castra Romana, quæ rectissimè vindicantur hodierno Zeiselmur secundum supra descriptum rudus. Concludendum itaque: Comagenis Romanis nec arcem Greif-an-Stein, quæ tempore Caroli Magni nondum arx, sed lapis seu rupes pendens erat, nec Langenlebern, multò minùs Tullnam, quæ omnibus mensuris repugnat, quadrare, sed eum locum Romanum Zeiselmuro deberi; Hunnorum autem munimentum terrâ & lignis aggestum *juxta Comagenos in montem Cumiberg*, id est in planitie inter Zeiselmur & montem, cui adhærent arx Greif-an-Stein, & Oppidum S. Andreæ, situm fuisse. Castellum jam erat tempore Caroli Magni Zeisenmurus; unde itaque conditum & originem suam habet? num ab Hunnis seu Avaribus, qui primi post Romanos Noricum usque ad Carolum Magnum possederunt? minimè. Nec Carolus Magnus id Castellum extruxit, sed jam extructum invenit; ergo au-

tores habet Romanos & non alios, licet instauratio posteris temporibus debeat.

*CCCLV. a.* AUSTURIS: Hic locus nec in Tabula Peutingeriana nec in aliis itinerariis Romanorum, sed in Notitia Imperii, ubi ei Tribunus cohortis, adeoque praesidium Romanum assignatur, occurrit; quod signum est, locum fuisse dominationis Romanæ, ast trans Danubium in Barbarico solo, ut loquebantur Romani. Videnda huc excerpta ex Ammiano Marcellino ad A. 374. infra *num.* 685. ubi dicit: Valentiniano Imperatori ideò Quados infestos fuisse, quòd in proprio Quadorum solo Romana quædam munimenta extructa fuerint. Sub Romanis praesidiis igitur in Barbarico solo, præter plura alia loca transdanubiana, de quibus infra, etiam Austura fuere, & quidem in ea vicinia, ubi nunc Stockeravia Civitas reperitur, quòd & ex vita S. Severini ab *Eugippio* descripta uberiùs patet, dum Austura vicina Comagenis esse perhibentur, quod Stockeraviæ respectu Zeiselmaur apprimè convenit. Frustra itaque contendit *Fuhrman*, ultra Danubium nihil Romani fuisse; Historiæ namque & Notitia Imperii planè aliud inculcant, Romanis scilicet quid solitum & solenne fuisse, utramque ripam contra vicinos munire. *vid.* infra *num.* 485. *a.*

*CCCLV. b.* PIRO TORTO. Hic locus nec in Notitia Imperii, nec in itinerario Antonini, sed tantum in Tabula pro statione media inter Comagena & Trigisamum nominatur, ab utroque hoc termino M. P. VIII. distans. De Comagenis jam visum, ea competere hodierno loco Zeiselmaur: de Trigisamo paulò post videbitur, illud hodierno Traismaur debere. Medium inter Zeiselmaur & Traismaur est ad transitum fluvii Perschling; hinc igitur Piri Tortum Tabulæ situm fuisse oportet. Nomen ipsum huic illationi suffragatur; in illo situ enim insula in Danubii diviso alveo reperitur, quæ circumferentiâ suâ formam piri jacentis refert, ut inde denominatio Romana deduci posse videatur. Mensura distantiae hæc est: ab exitu quadrati quondam Romani in Zeiselmaur usque ad pontem aquæ ex quinque rivulis à Tulbing decurrentibus collectæ, & è latere oppidi Zeiselmaur in Danubium profluentis, orgyæ 464. inde usque ad ingressum vici Langenlebern 1536. per vicum hunc longum valde sed in latitudine arctum 1173. usque ad civitatis Tullnæ medium 1893. usque ad pontem fluvii Perschling 3956. summa eousque 9022. Porro à ponte hoc usque Traismurum summa inventa est orgyarum 8470. Quantitas hæc utrinque quidem abundare videtur respectu mensuræ Romanæ, quæ octo millia passuum hinc & inde à Piro Torto distat. Ast imprimis hinc reflectendum ad dicta supra in notis generalibus *num.* 314. *f.* de ambagibus rescandis, quibus via hodierna inter Zeiselmaur & Traismaur non caret: dein ad dicta *num.* 310 de paritate Tabulæ, quòd de loco ad locum passus centenos, Mille non complentes, à numero simpliciter abjecisse censenda sit, & quòd intrinseca spatia quoque tum Piri Torti, tum præcipuè Comagenorum & Trigisami demenda veniant. Hoc pacto mensuræ Romanæ omnino satisfiet. Ubi notandum de Comagenis: ea extensionem ad orientale latus quadrati Romani, quod in rudibus superest, ob situm soli ibidem depressum & humiditati obnoxium, haud pati potuisse, sed eam ex parte occidentali versùs Langenlebern capere debuisse. Similiter planè Traismaur, angulo inter fluvios Danubium & Traisen hodie insistens, extensionem suam, Tullnam versùs, habere debuit. De hac extensione autem eò minùs dubitandum, quòd tam Trigisamum, quàm Comagena, loca cele-

celebria olim & præfidiis munita, ac præter intermedium Pirum Tortum sola in tam vasta & fertili planitie habitata memorentur. Concludendum igitur : Pirum Tortum inter vicum hodiernum Schonbühel & fluvium Perschling, cis hunc adhuc, è regione dictæ Insulæ Danubianæ situm fuisse.

CCCLVI. CETIO, ut in Antonini Itinerario : TRIGISAMO, ut in Tabula : utramque hanc compellationem uni eidemque loco & quidem hodierno oppido Trasmaur, vel ut rectius scribitur *Traismaur* deberi, circumstantiæ omnes loquuntur. Traismaur olim locum præsidio Romano munitum fuisse, docent inscriptiones duæ ibidem adhuc in lapidibus exstantes, quarum prima sic habet :

IMP. CÆSARI  
 DIVI. HADRIANI  
 FILI. DIVI. TRAIANI.  
 PARTHICI. NEPOTI  
 DIVI. NERVÆ. PRONEP  
 OTI. T. ÆLIO. HADRIANO  
 ANTONINO. AVG. PIO. PON  
 TIFICI. MAXIMO. TRIBVNICLÆ  
 POTESTATIS. COS. III. P. P.  
 ALA. I. AVGVSTA. THRACVM.  
 OPTIMO PRINCIPI.

Id est : Imperatori. Cæsari. Divi Hadriani filio. Divi Trajani Parthici Nepoti. Divi Nervæ Pronepoti. T. Ælio Hadriano Antonino Augusto Pio. Pontifici Maximo Tribunitiæ potestatis. Consuli tertium. Patri Patriæ. Ala prima Augusta Thracum. Optimo Principi.

Hæc inscriptio incidit in annum æræ Christianæ vulgaris 140. quo Imp. Antoninus Pius, cum M. Aurelio Cæsare, Consul tertium, & in primo anno Imperii post Adrianum fuit, cujus honori dedicavit hunc lapidem Ala prima Augusta Thracum; seu equitum ex auxiliis Romanorum ex Thracia illuc deductis ad præsidium tenendum. Altera inscriptio lapidis antiqui sepulchralis, non ita pridem effossi sic habet :

C. IVLIO.  
 AGRICOLE  
 VETE. Xs. ARM.  
 CVST. AL. I. AVG.  
 AN. XXXXV.  
 TAELOVARTIO  
 VET. AL. EIVS.  
 H. F. F.

Id est :  
 Cajo Julio  
 Agricolæ,  
 Veterano, XV. armaturæ  
 Custodi, Alæ primæ Augustæ,  
 annorum XXXXV.  
 Tito Ælovartio,  
 Veterano Alæ ejusdem.  
 Hæredes fieri fecerunt.

Agricola is fors ex familia Cnei Julii Agricolæ fuerit, cujus vitam Tacitus, gener ejus, peculiari libro conscripsit. In latere hujus valde spissi lapidis dextro exsculpta est effigies fæminæ, in lævo viri in cubitum se reclinantis, vestitu utrinque Romano.

CCCLVII. Nomen loco à Tabula datur *Trigisamum*, ab itinerario Antonini *Cetium*; primum derivatur à germanica compellatione fluvii ibidem in Danubium decurrentis Treisen, Traisen, Traisam, secundum diversam pronun-

nuntiationem. Medio ævo, tempore scilicet Ludovici Germanici, Aufrasiæ Regis ( qui hîc A. 828. Brynnonem Ducem Moraviæ, cum filio ejus Hezilone, baptizari fecit, & patrinum eorum egit ). Traisma, ut *num.* 979. consonantior adhuc vocabulo, dicebatur, quod inde, cum locus muros antiquos ostentaret, in Trais-maur, quasi murus fluvii Traisen, deflexit. Nomen Cetii superadditum, eò quòd promontorio Cetiorum jugorum septentrionali, ut supra jam dictum, adjaceat. Demonstratio quòd utrumque nomen oppido Traismaur competat, etiam ex itinerariis clara fit. Ab orientali parte Traismuri certus est situs Comagenorum seu Zeiselmur, ab Occidente itidem certus est situs Arlape ad fluvii Erlaph confluentiam cum Danubio. Per hanc certitudinem loci præcedentis & subsequæ sequitur certitudo loci intermedii Traismaur, si ei & non alteri mensura itinerariorum congruat. Distantiæ inter Comagenâ & Trigifamum seu Cetium Tabula assignat M. P. XVI. Itinerarium Antonini in uno itinere M. P. XXIV. in altero M. P. XXX. Distantiæ verò inter Trigifamum seu Cetium & Arlape Tabula tribuit M. P. XXIII. Itinerarium Antonini XX. & XXII. hæc omnia congruunt Traismuro & nulli alteri loco. De itinere militari, & rectâ, omnibus evitabilibus ambagibus rescissis, tendente Tabulæ per Pirum Tortum dictum jam supra. Iter voluptuarium & curiosum Antonini *pag. edit. Wess. 234.* venerat Vindobonâ ad Comagenâ Castra, sequendo primitus vallem Cetiorum montium per Burckersdorf, & deinde obambulando arcum ( ut voco ) eorundem Cetiorum montium, ut supra *num.* 353. Dum autem sic jam visa essent, quæ in valle Cetiorum inter Mauthaus & Freindorf videri merebantur: flexum est iter ulterius Comagenis Trigifamum in aliam partem, legendo imprimis margines Danubii usque Tullnam, mox planitiem ipsam Tullnâ ad Freindorf mediam peragrando, & demum per Heiligen-Aich, & Reidling, subsequam planitiem usque Trigifamum circumeundo. Distantia hujus itineris est orgyiarum ab exitu quadrati Romani Zeiselmuriani, ut *num.* 355. b. usque Tullnam 5066. inde verò ad Freindorf 3200. Heiligen-Aich 4930. Reidling 3316. Traismaur 3393. summa orgyiarum 19905. quæ, ut *num.* 314. c. quidem æquivalere posset M. P. XXV. at, dempto intrinseco spatio tam Comagenorum quàm Cetii seu Trigifami, mensuram assignatam M. P. XXIV. nullatenus excedit.

Porro iter aliud Antoninianum *pag. edit. Wess. 248.* Vindobonâ ad Comagenâ Castra venerat per ripam Danubii; recessit autem Comagenis per Kinigtetten, Tulbing, Katzelsdorf, Wilfersdorf, & Ulleren, in vallem, quæ monti Freindorfensi & Cetiis jugis meridionalioribus interjacet, & demum à Sigartskirchen viam ulteriorem per Heiligen-Aich & Reidling ad Traismaur seu Trigifamum direxit, quæ via omnino Millibus Passuum VI. longior prior est. Sanè aliter ductus itineris concipi nequit, cum de certitudine proximi loci tam ab Itinerario Antonini quàm à Tabula petiti, nempe Cetii seu Trigifami, nec non subsequi Arlape ( cui distantia fermè eadem ab utroque Itinerario præfigitur ) dubitari nequeat.

**CCLVIII.** Nec mirandum hîc, iter Augustorum ab itinere militari Tabulæ tam procul recedere; Pirum Tortum enim, quod solum in itinere Tabulæ occurrit, nec municipio nec præsidio gaudebat; adeoque ejusdem invisio curiositatem non provocabat. Econtrâ radices montium adhuc hodie antiquitates Romanas monstrant, inter quas monumentum in Ecclesiæ Tulbingensis pariete exteriori prostrans hîc subjicere juvabit.

Id

D. M.  
CL. TI. F.  
AQVINÆ  
AN. XXXV.  
RVFINIVS  
RVFVS  
VXSORI  
PIENTISSIMÆ  
F. C.

Id est :  
Diis Manibus  
Claudiæ Tiberii Filiæ  
Aquinæ  
Annorum XXXV.  
Rufinius  
Rufus  
uxori  
pientissimæ  
fieri curavit.

Effossus dicitur lapis iste in pede montis prope Tulbing. Plura alia quoque de antiquitatibus ibidem fert traditio. Longè itaque aberrant, qui nomen Cetii in sola vicinia promontorii orientalis Cetiorum montium prope vicum Kalenberg quæri debere putant, & itinerarium Antonini, quod Cetium Comagenis postponit, cùm in illorum opinione antepone debuisse, erroris accusant, parum solliciti de reliqua mensura itineris, quæ ab hoc altero promontorio septentrionali usque ad Arlape seu fluvii Erlaph confluentiam cum Danubio non nisi M. P. XXII. vel XXIII. computatur, cui mensuræ Cetium orientale nullo pacto, septentrionale verò optimè convenit.

CCCLIX. Quin immo aliud planè ex hucusque recensitis inferendum videtur: nempe totum illud, quod *Fuhrmann* de colonia Ælia Cetiensium ab Hadriano condita, & de Flamine Æliano, in honorem quasi divinum Hadriani per filium ejus adoptivum Antoninum Pium ibidem instituto, congestit, ad hunc locum Trigifamum seu Traismaur pertinere; hunc enim locum specialiter honoratum, & favoribus ab Antonino Pio affectum testatur lapis suprâ exscriptus ab Ala prima Augusta dedicatus; hinc traditione perpetua in ipso promontorio mons Veneris monstratur, in quo sacrificia gentilia olim peracta: mos enim jam ab antiquo erat, Veneris templa in promontoriis erigere, sic teste *Dionysio Halicarn. antiq. Rom. lib. 1.* Æneas ad Pallenen Thraciæ peninsulam appellens *Veneri templum extruxit in uno è promontoriis.* Apud Traismaur porro situs erat opportunus, amplus, & fertilis pro colonia stabilienda, non ad vicum Kalenberg, ubi nil nisi angusta ripa Danubii unquam esse poterat. Ex eadem ratione nec Closter-Neuburg pro colonia celebri, licèt ampliore ast non segetum sed vinorum feraci ripa gaudeat, conveniebat. Zeiselmur autem, quod æquè *Fuhrmann* nomine Cetii, quanquam non Æliani seu Hadriani, insignire vult, suo proprio honore Castrorum Comagenorum contentum esse potest, & compellationem Cetii septentrionalis Traismuro invidere nequit.

CCCLX. NAMARE: Melck esse Authores consentiunt, & mensuræ viarum, nec non vestigia Romana ibidem adhuc exstantia docent. Lapidem ibi quatuor verè Romani, ex ruderibus antiquis effossi, & parieti exteriori Ecclesiæ pro memoria conservanda inserti, locum olim Romanum abundè designant, inter quos unus exsculptam lupam, Romulum & Remum infantulos sub uberibus protegentem, adeoque Symbolum incunabulorum Romanorum, quod ipsemet ego quoque inspexi, refert. Via hodie duplex communiter tenetur à Traismaur ad Melck: nempe vel cum circuitu ultra milliare geometricum per S. Pelten, ob viam Regiam non dudum illuc translata: vel viâ antehac Regia, sed ob commoditatem commercii Danubialis æquè in alteram iterum partem versùs Danubium nimis deflectente, per Getzersdorf, Int-

zer-

zerstorf, Antzenberg, über den Ruffinger Berg / Ober Böbling / Ganspach, über den Rieriebl / Agspach, Schonbihel, Melck. Neutra harum convenit mensuræ Itinerarii Antoniniani M. P. respectivè XX. & XXII. ac quoque Tabulæ modicum largioris M. P. XXIII. Viam Danubio propinquantem ipsemet visitare, occasione deficiente, haud potui; per hominem tamen alibi à me jam adhibitum passibus mensurari, & hanc mensurationem eundo & redeundo repetere feci. Is numerum tulit passuum à Traismaur usque Getzerstorf 3037. inde usque Antzenberg 1553. Ganspach 9765. Agspach 2700. Melck 6935. Summa 23990. Redeundo eandem viam, habuit paulò minùs, nempe passus 23029. Hos passibus Romanis fermè æquales computando apparet excessus nimius erga Romanam Tabulæ mensuram M. P. XVI. Tertiam quandam viam mediam ego à principio suscepti hujus operis mei, astum adhuc sinè instrumento mensuratorio, sectatus sum, à Melck ripam sinistram fluvii Bielach legendo usque Mitterau, ibique transito fluvio, versùs Hertzogburg, & inde ultrà, Traismurum progrediendo. Via illa quidem multò brevior est alià suprà descriptà, sed si prope Melck statim fluvius Bielach transfiretur, & iter versùs Goldegg institueretur, major adhuc abbreviatio itineris omnino obtingeret. Differentia itaque Itinerariorum Romanorum in mensura inter Trigisamum seu Cetium, & Arlape, respectivè XX. XXII. & XXIII. milliariorum, non in posteriore intervallo inter Melck & Erlapf fluvium, sed in priore inter Traismaur & Melck tantùm quærenda est, cùm via, pro diversitate temporis, modò longiore modò brevior ductu strata fuisset.

**CCCLXI. ARLAPE :** Rectè sic scribitur nomen hoc in Itinerario Antonini, & *Arelate* Tabulæ in Arlape restituendum, ita ut compiler Tabulæ chartas particulares itinerarias exscribens in discernendo P. à T. lapsus esse videatur. Nomen trahit absque dubio à fluvio Erlapf, quod Romani latinè reddiderunt Arlape seu Arelape. In loco hoc Romano erat secundùm Notitiam Imperii præsidium Equitum Dalmatarum, & prætereà classis Arlapensis. Cùm igitur classis ibi fuerit, fluvius ipse Erlapf autem in altiore suo alveo navium recipiendarum capax non sit, necesse evadit, classem Romanam in ipsa confluentia Danubii & Erlapf, præsidium verò in proxima ripa, itaque ubi nunc oppidum Pechlarn seu vulgò Pechling visitur, fuisse. Alveus Danubii hìc immutatus est à Romanis temporibus, & in fundo Danubii, dum limpidus fluit, rudera antiqua cernuntur, manifestò indiciò, oppidum antiquum Romanum in peninsulam excurrisse, sinui fluminis, pro statione navium apto incubantem, quæ verò subsequens temporibus rapacitate aquarum arrosa sit. Mensura distantiae inter Namare, hodie Melck, & Arlape, in Tabula ponitur M. P. VII. & justa est, ut videndum *num. 435. l.*

**CCCLXII. a. AD PONTE ISES :** Sic habet Tabula, & denotat pontem fluvii Isis seu Ips, ibi loci, ubi hodie quoque, ut infra *num. 435. r. s.* stratus est.

**LOCUS FELICIS :** vel Lacus Felicis, ut in Notitia Imperii, ab interpretibus Geographiæ communiter habetur pro Nieder - Wallsee.

**ELEGIUM :** quod interpretantur Erlach.

**LAURIACUM :** Id florentissimam civitatem sede Episcopali non multò post tempora Apostolorum, dein Archi - Episcopali ornatam fuisse, dubio caret ex historia Ecclesiastica. Luculenter de Lauriaco ex veteribus documentis differit *Marcus Hanszius S. J. in Germania Sacra Tom. I. P. I.* variis capitibus; *cap. autem II.* sequentem inscriptionem post alios edit: **Domino-**  
**rum**

rum nostrorum Valentiniani, Valentis, & Gratiani, perennium Augustorum saluberrima iussione, hunc Burgum à fundamentis, ordinante viro clarissimo Equitio Comite, & utriusque militiæ Magistro, insistente etiam Leontio Prætorio Præfecto, milites auxiliares Laureacenses curæ ejus commissi, consulatu eorundem Dominorum tertio, ad summam manum perduxerunt perfectionis. ( ergo A. 370. ) Idem *Hansizius in Prolog. pag. 5.* nomen Lauriaci deducit à fluvio Lauraco, germ. Laurach, Lorach, & contractè Lorch: situm veterem verò ponit ab Anaso fluvio ad eum usque locum, in quo hodie S. Floriani collegium visitur. Urbem porro sæpiùs vastatam, tandem verò circa A. 737. funditus everfam tradit, ita ut ne vestigium reliquerit sui, præter Basilicam S. Laurentii Martyris, olim intra mœnia, hodie in agresti solitudine sitam. Lauriaci, ut Notitia Imperii docet, tempore Romanorum erat Præfectus Legionis secundæ, itaque præsidium, & prætereà classis Lauriacensis, quæ absque dubio steterat in sinu Danubii, ad ostium fluvii Laurach per insulam formato, qui adhuc hodie *Enger hasen* vocatur. In itinerario Antonini Lauriaco assignatur præsidium Legionis tertie, ita ut diversa præsidia diversis temporibus ibi fuisse videantur.

*CCCLXII. b.* In locis quinque postremò nominatis certus est locus primus Arlape in situ ad confluentiam fluvii Erlapf cum Danubio, certus est ultimus Lauriacum in situ ad confluentiam fluvii Laurach seu Lorch cum Danubio. Reliqua loca intermedia incertitudine laborant, quoniam comperit non est, utrùm Romani per ripam Danubii ac mera fermè montana & ardua tetenderint, an Danubium deserendo ( ut paulò antè inter Trigisamum & Namare quoque fecerant ) montana partim obambulaverint, partim in mitiore situ transcenderint? Iter Danubio approximans, ego Welsio veniens, non, sed alterum, quæ Regia hodie procurrit via, pro captu situs in rectitudinem strata, eundem & mensurandum suscepi; edocebar enim tum alibi, tum præprimis in civitate Enns: ei, qui iter ripense perficere cuperet, necesse esse, imprimis ab Enns usque ad primum montem Erlaberg à Danubii ripa transversim procedentem, ob intermediam sinuationem Danubii, viam omnino hodiernam Regiam sequi: dein à læva inter vallem hujus & alterius, æquè à Danubio exsurgentis montis Engelberg, ad monasterium Erlach flectere: ab inde verò asperiores partes, nunc non nisi equiti aut carpento gracili perviam, tractus montani hujus secundi Engelberg, nec non tertii simillimi Stremberg, & quarti Burgstall-berg, transitis totidem vallibus transcendere: & demum quinto ordine alia montana, confluentiæ Erlapf fluvii cum Danubio proxima, penetrare: per hæc omnia ardua verò iter difficillimum agere. Descriptio mei his in locis itineris sub *num. 435. q. s.* docet: à fluvii Erlapf confluentia usque ad civitatem Enns, tanquam partem quondam Lauriaci, inveniri distantiam totalem orgyarum 34886. hæc secundum *num. 314. c.* exigit mensuram Romanam M. P. XLIV. Tabula ut *num. 348.* ab Arlape usque Blaboriciacum assignat quidem æquè tot milliaria, nempe XLIV. ast *num. 363.* dicitur, Blaboriciacum non esse idem cum Lauriaco, sed ultra versus Ovila-ba M. P. VI. situm fuisse; his ergo ex numero demptis, remanent Lauriacum usque M. P. XXXVIII. Cùm autem hic residuus numerus nimio defectu erga distantiam physicam labore, sequitur, Tabulæ ductum cum dicta hodierna via Regia non convenire, sed in montanis rectoribus solito tunc labore perruptis & ad calcandum domitis quærendum esse. Videndum igitur de

*Part. III.*

K

itinere



itinere Antoniniano, num id distantiae inventae in via hodierna Regia conveniat? Mensuram dicitur ab Arlape ad Locum Felicis M. P. XXVI. inde Lauriacum M. P. XX. in summa M. P. XLVI. quae igitur, ut exuberans adhuc M. P. II. apprimè congruit viae Antoninianae hoc modo: secundum *num. 435. s.* à confluentia fluvii Erlapf cum Danubio usque ad pontem Ips fluvii supra Kesselbach sunt orgyae 6884. secundum *num. 435. q.* inde usque ad montis Burgstall-berg circuitum 2773. in circuitu ipso 1066. usque Amstetten 5333. Hic via Antoniniana Danubium versus deflectit ad Locum Felicis, quem Geographi in situ hodierni Nider-Wallsee autumant, & rectè. Illuc circiter distantia quadrat orgyiarum 5000. Summa ab Arlape ad locum Felicis 21056. quae secundum *num. 314. e.* aequivalet M. P. XXVI. conformiter ipsi mensurae ab itinerario traditae. Porro à Loco Felicis seu Nieder-Wallsee via Antoniniana redit in viam hodiernam Regiam in loco eo, ubi, ut *num. 435. q.* bivium illinc veniens notatum est, exactis usque eò circiter orgyis iterum 5000. ita ut via Antoniniana loco 8290. orgyiarum hodiernae viae Regiae, rectè ab Amstetten ad dictum bivium pergentis, orgyas in flexu conficiat 10000. Dein via ea iterum cum Regia hodierna incedit ad oppidum Stremberg in distantia orgyiarum 1866. ad montem Stremberg 2037. ad montem Engelberg 1622. usque ad Enns civitatem 5015. Summa 15540. quae justè quoque adaequat mensuram ab itinerario assignatam pro Lauriaco M. P. XX. Dubitandum igitur non est, quòd Locus Felicis fuerit in situ ad Nieder-Wallsee in ripa Danubii, & eò minùs, cum Notitia Imperii hunc locum, seu ut illa vocat, Lacum Felicis inter praesidiaria loca, ut *num. 365.* attributis ei equitibus sagittariis, numeret: quòd praesidium itaque omnino ad ripam Danubii pro observandis subito & reprimendis barbaricis motibus, non verò intra provinciam ipsam post radices montium tam latè porrectorum, contra omnem Romanae militaris dispositionis morem, collocandum erat. Dico autem Locum Felicis situm fuisse ad Nieder-Wallsee: ipsa enim arx hodierna Nieder-Wallsee in excelsa rupe cubans, non pro praesidio, praepriis *equitum*, bene autem pro specula praesidio propinqua, unde motus inimici adversae ripae à longè dignosci poterant, habenda est.

*CCCLXII. c.* Ex modò dictis sequitur: itinerarii Antoniniani ductum immediatè ab Arlape montana ibidem sese iterum ad Danubium attollentia reliquisse, & in laeva ripa Erlapf fluvii versus Kesselbach ascendisse, ibi verò in dextram ad pontem Isis seu Ips fluvii, ubi nunc est (dum loco inferiori, ut *num. 435. r.* ob valde diffusum & divisum fluvii ejusdem alveum, & praepriis ob paludinosum situm non congrueret) deflexisse, & ab inde ductui hodierno, excepto flexu unico ad Nieder-Wallsee, adhæsisse. Econtra Tabulae ductus rectiorem viam, quanquam montanam, pro genio aetatis illius primorum Imperatorum Romanorum domandis arduis gloriosè intento, ab Arlape rectè montana petit, dein ad ipsam hodiernam civitatem Ips fluvium ejusdem nominis ponte transmittit, porro tria montana subsequa Burgstallberg, Stremberg, Engelberg, in proximitate Danubii, cum totidem vallibus secatur, demum verò circa quintum montem Erlaberg, ad fluvium valli internexum Erlach, stationem, ei *Elegium* dictam, &, ut videtur, à compellatione Erlach fluvii supprimendo literam R. corruptam invisit, tum verò hodiernae viae Regiae usque ad Anasum fluvium & civitatem jungitur. Elegio ei tribuit Tabula mensuram usque Blaboriciacum M. P. XIII. ergo usque Lauriacum, demptis M. P. VI. viam ulteriorem spectantibus, M. P. VII. quae quantitas situi Erlach fluvii, ubi is Danubio proximus fit, scitè convenit. Quòd au-

autem Locus Felicis, licet in via offendi debuerit, non memoretur, antiquitatem Tabulæ sapit, cujus tempore præsidium eò loci collocare fors nondum visum fuerat, cum per classem inferiorem Arlapensem, & superiorem Lauriacensem tractus totus intermedius, sitûs asperitate quadantenus jam tutus, à periculo vicinorum motuum defensari sat potuerit. Lauriacum denique Tabula, quamvis suo ævo jam floridum, eam ob causam non nominasse censenda est, quoniam copias militares classi imponendas eò absque terrestri itinere per fluvium subvehi facile & opportunum accidebat.

**CCCLXIII. BLABORICIACO** : Interpretes plerique hunc locum eundem cum Lauriaco, & iterum errorem Tabulæ in nomine exprimendo volunt. Sed Tabula clarè habet *Blaboriciaco*, & non præsumendum est, in tot literis conscriptorem Tabulæ errasse. Apertè quoque repugnat mensura distantiae : Blaboriciacum enim Tabula ab Ovilabis, id est hodierna civitate Wells, M. P. XIV. determinat, quæ mensura nimis curta est pro distantia inter Lauriacum, & dictam civitatem Wells, cui ad minimum, si cum Itinerario Antoniniano *pag. edit. Wess. 256.* rectà in dextra ripa fluvii Traun eatur, M. P. XX. competunt. Dicendum itaque est : Blaboriciacum Tabulæ locum esse specialem Lauriaco & Ovilabis in dicta dextra ripa fluvii Traun intermedium, hinc M. P. XIV. illinc VI. distantem, itaque circa hodiernum locum Amfelden, qui in hac via post monasterium S. Floriani secundus occurrit. Hæc ego in itinere meo non transivi, sed per Ebersperg in ripa sinistra fluvii Traun. Via hæc sinistra optimè convenit itinerario Antoniniano in tribus distinctis itineribus *pag. edit. Wess. 235. 258. 277.* M. P. XXVI. namque, ut *num. 435. q.* distantia physica à civitate Enns (circa quam inter Danubium & Lauracum fluvios Lauriacum situm fuit) usque Ebersperg reperitur orgyarum 6485. inde verò usque Wellsum 13918. summa 20403. quæ secundum tabellam strictæ computationis *num. 314. e.* M. P. XXVI. justè adæquat. Cæterùm mensura ejusdem itinerarii Antoniniani *pag. 249.* M. P. XVI. utpote nimis curta, quacunque eatur, omnimodè inter errores librariorum reputanda est, & ut videtur, à sequente loco, non Joviaco, ut editur, sed *Loviaco*, ut in variantibus lectionibus ibidem annotatur, nominando, transposita est, ita ut Ovilabis æquè hinc M. P. XXVI. econtra Loviaco M. P. XVI. addicenda veniant.

**OVILIA** : seu Ovilaba : jure merito Welfio adjudicanda, ut non tantùm hinc mensuræ Romanæ, sed & ulterius Juavum seu Salisburgum usque, dein præcipuè ab Ovilabis in alio itinere, *num. 367. Schemate II.* in interiora Norici ducente, correspondeant. Quæ interim loca hinc adhuc in via Norici exterioris subjicientur, ipsemet mensurando non invisit; connexionis tamen causâ cum aliis itineribus à me susceptis hinc planè omittere non censui.

**TERGOLAPE** : Id interpretes hodiernum Lambach esse volunt; ut autem mensuræ ubique convenient, potius credendum, Tergolape in vicinia Lambach versùs Schwanastadt fuisse, cum situs locorum antiquus à noviter exstructis persèpe variatus etiam alibi deprehendatur.

**CCCLXIV. LACIACIS** : creditur ab interpretibus plerisque esse civitatem Gmunden ad lacum Traunensem, unde à lacu Laciaco dictum esse putant. Ast opinioni huic non consentit mensura distantiae, præsertim Laciaco Juvavium seu Salisburgum : inter quæ loca Tabula distantiam M. P. XXVII. Itineraria alia verò, tribus diversis itineribus constanter M. P. XXVIII. & XXVIII. ponunt, cum econtra Gmunden, quacunque eatur,

ubi iri potest, multò ultra hanc mensuram distet. Si itaque Laciacum absolute ad lacum esse velint, satius esset, locum ad lacum Atter-See v. g. Seewalhen vel S. Jörgen opinari, ut reliquæ mensuræ correspondeant. Sequestrata autem nominis derivatione, utpote fragili, nisi alia adjuvent, indicio, non videtur via Romana ab hodierna Regia & simul postaria discrepasse, quæ à Wells per Lambach, Schwanastatt, Vöggelbruck, Vöggelmarck, Franckenmarck, Straswalhen, & Neumarck, Juvavium ducit; secundum quam viam ipsæ mensuræ demonstrant, Laciacum esse Franckenmarck.

TARNANTONE : hodie Neumarck 1½. postâ distans à Franckenmarck.

JUAVO : feu, ut in aliis Itinerariis Jovavi, hodie Juvavium seu Salzburg, à Neumarck itidem 1½. postâ distans.

### CCCLXV. *Ex Notitia Imperii.*

Locis Norici Ripensis præsidia assignantur hæc :

Joviaco ( Salzburg ) Præfectus Legionis secundæ Italicæ militum Liburnariorum.

Lauriaco ( ad fluvium Lorch ) Præfectus Legionis secundæ. Præfectus Classis Lauriacensis.

Lacui Felicis ( circa Nieder-Wallsee ad Danubium ) Equites Sagittarii.

Arlape ( ad fl. Erlapf ) Equites Dalmatæ. Præfectus Classis Arlapensis & Maginensis.

Comagenis ( Zeifelmaur ) Equites Promoti.

Austuris ( Stockerau ) Tribunus Cohortis.

Porro ad ripam Danubii inter Ænum & Anasum, duo sat certa præsidia competunt :

Boiodoro ( quod à Tabula in angulo confluentiæ Danubii & Juavi seu Æni, adeoque è regione hodierni Passavii collocatur ) Tribunus Cohortis.

Lentiæ ( Lintz ) Præfectus Legionis Italicæ partis inferioris. Equites Sagittarii.

Præsidia dubia sunt : Ad Juvense. Præfectus Legionis primæ Noricorum militum Liburnariorum Cohortis quintæ partis.

Fasianæ. Præfectus Legionis Liburnariorum primorum Noricorum.

Augustianis. Equites Dalmatæ.

Arrianis. Tribunus cohortis.

Caratensis. Tribunus cohortis.

## SECTIO XXII. Noricum Mediterraneum.

EX

### Itinerariis Romanorum.

**N<sup>us</sup> CCCLXVI.** Noricum sub Augusto Cæsare primùm Romano Imperio ( ut alibi latius dicitur ) sine magnis bellis accessit, unde claris factis Romanorum & historicis relationibus deficientibus, situs locorum speciales ambiguitatibus obnoxii sunt, & præter Ptolemæi dimensiones graduum, hîc atamen vel maximè commixtas, alio iudicæ & arbitro, quàm itinerariis, ca-  
rent.

rent. Hinc etiam est, quod Interpretes geographici in designandis Norici Mediterranei locis maximoperè variant. Exemplum unum adduxisse sufficiet in Viruno, quod Plinius inter oppida Noricorum primo loco recenset. Cluverius id interpretatur Völckenmarck: Lazius & cum eo Schönleben Friesach in Carinthia: Pirckheimer Judenburg in Styria; Simlerus autem multò longius abhinc locum eum in Tyrolensi Braunegg quærit. Ast rectius, meo iudicio, quærendus est in vicinia primariæ hodiernæ civitatis Carinthiæ Clagenfurti. In hunc situm Itineraria Romanorum ab omnibus fermè mundi plagis conspirant. Tabula viam describit à Viruno (quod vocat Varunum) in Orientem versùs Celeiam, in Occidentem versùs Juavum seu Salzburgum, & in septentrionem versùs Ovilia seu Wels. Itinerarium Antonini autem viam describit à Viruno in septentrionem versùs dicta Ovilia, & dein in meridiem versùs Aquileiam; ita ut Virunum per quinque viarum descriptiones quasi in centrum redigatur, & centrum hoc, si viæ quorsumcunque excurrentes combinentur, multò magis verò si naturales distantie dimensurentur, non nisi ad modicum fluctuare queat. Schemata viarum mihi sic combinanda videntur.

CCCLXVII. Schema I.

Schema II.

Via occidentalis.

Via septentrionalis.

| <i>Ex Tabula. hodie.</i> |                   | <i>Ex Tabula. hodie.</i> |                | <i>Ex Itin. Ant. hodie.</i> |             |
|--------------------------|-------------------|--------------------------|----------------|-----------------------------|-------------|
|                          |                   |                          |                | <i>p. 276. 277.</i>         |             |
| <i>Juavo.</i>            | Salzburgum.       | <i>Ovilia.</i>           | Wells.         | <i>Ovilabis.</i>            | Wells.      |
| <i>XIV.</i>              |                   | <i>XI.</i>               |                | <i>XX.</i>                  |             |
| <i>Cuculle.</i>          | Kuchel.           | <i>Vetonianis.</i>       | Pettenbach.    |                             |             |
| <i>XVII.</i>             |                   | <i>XI.</i>               |                |                             |             |
| <i>Vocario.</i>          | Bischofhoven.     | <i>Tutastione.</i>       | Claufen.       | <i>Tutastione.</i>          | Claufen.    |
| <i>XVII.</i>             |                   | <i>XII.</i>              |                | <i>XX.</i>                  |             |
| <i>Ani.</i>              | Radstatt.         | <i>Ernolatia.</i>        | Spitahl.       |                             |             |
| <i>XVI.</i>              |                   | <i>VIII.</i>             |                |                             |             |
| <i>In Alpe.</i>          | Aufm Tauren.      | <i>Gabromagi.</i>        | Lietzen.       | <i>Gabromago.</i>           | Lietzen.    |
| <i>XIV.</i>              |                   | <i>V.</i>                |                | <i>XXX.</i>                 |             |
| <i>In Imurio.</i>        | Tambsweg.         | <i>Stiriata.</i>         | Strecha.       | <i>Sabatinca.</i>           | circa Krau- |
| <i>XVI.</i>              |                   | <i>XV.</i>               |                | <i>XVIII.</i>               | bat.        |
| <i>Graviacis.</i>        | Murau.            | <i>Surontio.</i>         | Ad Alpes Rot-  | <i>Monate.</i>              | Judenburg.  |
| <i>XIV.</i>              |                   | <i>X.</i>                | tenmannianas.  | <i>XXX.</i>                 |             |
| <i>Tarnasci.</i>         | Grades.           | <i>Tarturfanis.</i>      | Mauthen.       |                             |             |
| <i>XIV.</i>              |                   | <i>IX.</i>               |                |                             |             |
| <i>Beliandro.</i>        | Strasburg.        | <i>Viscellis ad</i>      | Pons ad Vicum  | <i>Candalicas.</i>          | Hitenberg.  |
| <i>XIII.</i>             |                   | <i>Pontem.</i>           | S. Georgii.    | <i>XX.</i>                  |             |
|                          |                   | <i>XIV.</i>              |                |                             |             |
| <i>Matucaio.</i>         | Zwischen-Wäsf-    | <i>Noreia.</i>           | Neümarck.      |                             |             |
| <i>XIV.</i>              | fern ad Gurcã fl. | <i>XIII.</i>             |                |                             |             |
| <i>Varuno.</i>           | Zollfeld prope    | <i>Matucaio.</i>         | Zwischen-Wäsf- | <i>Viruno.</i>              | Zollfeld.   |
|                          | Clagenfurt.       | <i>XIV.</i>              | fern.          |                             |             |
|                          |                   | <i>Varuno.</i>           | Zollfeld.      |                             |             |

Summa M. P. CLIX.

Summa M. P. CXXXV.

Summa M. P. CXXXVIII.

## Schema III. via orient. Schema IV. via meridionalis.

|                    |                     |                              |  |
|--------------------|---------------------|------------------------------|--|
| <i>Ex Tabula.</i>  | hodie.              | <i>Ex Itin. Ant. p. 276.</i> | hodie.   |
| <i>Celeia.</i>     | Ciley.              | <i>Aquileia.</i>             | Aquileia.  |
| <i>XIII.</i>       |                     | <i>XXX.</i>                  |  |
| <i>Vpellis.</i>    | Weitenstein.        | <i>Viam Beloio.</i>          | Via Belunensis usque ad<br>Alpes Julias.         |
| <i>XVI.</i>        |                     | <i>XXIV.</i>                 |  |
| <i>Colatione.</i>  | Windischgrätz.      | <i>Larice.</i>               | Ad radices Alpium Ju-<br>liarum septentrionales. |
| <i>XXII.</i>       |                     | <i>XXVII.</i>                |  |
| <i>Juenna.</i>     | Ad vallem Jaunthal. | <i>Santico.</i>              | Vicinia Crainburgi.                              |
| <i>XXIII.</i>      |                     | <i>XXX.</i>                  |  |
| <i>Viruno.</i>     | Zollfeld.           | <i>Viruno.</i>               | Zollfeld.  |
| Summa M. P. LXXIV. |                     | Summa M. P. CXI.             |  |

*Note generales in hac schemata :*

**CCCLXVIII.** Via seu linea orientalis inter Celeiam & Virunum continet secundum Tabulam M. P. LXXIV. Hæc mensura, ut cuilibet, probas mappas geometricas inspicienti, & simul de itinerum & montium anfractibus edocto facile patebit, situi circa civitatem hodiernam primariam Carinthiam Clagenfurt, sequendo viam hodiè que tritam per Windischgrätz, Lavamünt, & Völckenmarck, rectissime, aliis suppositis locis verò non aliter convenit, quàm si linea respectu Völckenmarck magno flexu in sinistram vel dextram sinè apparente necessitate vel usu incurvetur, respectu Friefach & Judenburg autem planè geometricè secundum gradus, adeoque aère tenus, non attentis inviorum & Alpestrum anfractibus applicetur. Veruntamen, dato etiam hoc utroque, & posthabitâ hac difficultate, alia penè major insurget in lineis reliquis : & ille, qui ad inveniendum Virunum festinanter admodum ad Friefach, vel planè Judenburg accessisset, lentissimo pede & longo circuitu Oviliam lineæ septentrionalis terminum appetere deberet ; ille econtrâ, qui Völckenmarck pro Viruno statueret, & ab Aquileia in linea meridionali per Villach iret, jam ibidem mensuram itinerarii M. P. CXI. explèssset, si verò rectâ per Alpes Julias primùm, deinde à Crainburg non per Loibl, ut hodie itur, sed per montana directè Völckenmarck respicientia tenderet, nihilominus multò abundantior longitudo itineris quàm mensuræ ab itinerariis traditæ offenderet ; præterea quoque tam à Völckenmarck, quàm à Friefach, & Judenburg, quarta linea occidentalis versùs Salisburgum mensurâ suâ partim deficeret, partim nimiùm abundaret. Potiori adhuc Jure pro Viruno alia non ignobilis æquè Carinthiæ civitas, Villach hodie dicta, contendere posset, meridionali enim lineæ & occidentali bene convenit : ast linea orientalis & septentrionalis refragatur ; hæc enim usque Viscellas ad pontem Muri, & illa per totum curta fieret : à Celeia námque eundem foret per tres stationes postarias Frantz, S. Oswald, & Podpetsch, quæ viam comprehendunt ad minimum M. P. XXXII. dein à Podpetsch usque Crainburg M. P. XX. abinde usque ad montem Wurtzen M. P. XXXII. & usque Villach M. P. VIII. ergo in toto M. P. XCII. quod nimiùm differt à mensura Tabulæ M. P. LXXIV. Cæterùm Braunegg Tyrolis nulli fermè lineæ correspondet.

**CCCLXIX.** Linea meridionalis Aquileiensis constat M. P. CXI. convenit viciniæ Clagenfurti, si viâ, olim à Romanis tritâ per Alpes ad Pirum, seu Birn-

Birnbaumer Wald, & dein per Crainburg, & Montem Loibl eatur. Linea occidentalis Viruno Juvavium seu Salzburgum M. P. CLIX. constans, convenit viciniae Clagenfurti, si via ad Murum fluvium, & abinde per Alpes Radstattenses dirigatur; sunt quidem aliae duae viae per Villach & Spital ducentes, quarum abhinc una versùs dextram per S. Michaëlis oppidum & Alpes Radstattenses, altera versùs sinistram per Dolach & Alpes Raurisienses tendit, sed statio prima à Viruno, Matucaium dicta, utrique lineae occidentali & septentrionali praefixa, & nimia longitudo viae resistit. Linea septentrionalis, Viruno Oviliam seu Wells, constat secundùm loca intermedia Tabulae M. P. CXXXV. Itinerarii verò M. P. CXXXVIII. eò quòd ductus viae partim diversus sit: utraque tamen via rectè congruit viciniae Clagenfurti.

### Interpretatio locorum specialis.

**CCCLXX.** Via ab Occidente Virunum.

**JUAVO**, seu **JUVAVIUM**: hodie Salzburgum, dubio caret, ut historia Ecclesiastica, etiam posteriorum seculorum, fat ostendit.

**CUCULLE**: Itidem ex vita S. Severini Noricorum Apostoli fat constat, esse hodiernum Kuchel, ad ripam superiorem fluvii ejusdem, qui Juvavium permeat, & à Tabula Juarus corruptè loco Juavus, hodie verò Saltza seu Saltzach vocatur, atque demum Aeno mixtus sub hoc novo nomine ad Boiodurum prope Passau, Danubio illabitur.

**VOCARIO**: Ratio viae, quae Virunum tendens ripam fluvii Saltzach sequitur, & mensura itineris, inculcat esse Bischofhoven.

**ANI**: In hac statione ad Alpes acceditur, & hae sunt vel Raurisianae, vel Radstattenses, alia enim via trita per Alpes in vicinia non est; sed cum via Raurisiana nimio circuitu Virunum versùs, itaque parcitate mensurae laboret, transito fluvio Saltzach ad oppidum S. Joannis, statio haec Radstatt censa venit.

**IN ALPE**: Mutatio Romanorum fuit in ipsis summis Alpibus Radstattensibus, cujus nomen hodie servat vicus Ausrn Tauru dictus, quod idem germanicè est, ac latinè in Alpe.

**IN IMURIO**. Tambsweeg ad Murum fluvium, qui ex lacu ad S. Michaëlis oppidum M. P. X. abhinc distante effusus hic primitus in via offenditur, & transitur; unde locus nomen in Imurio, quasi in Muro traxisse videtur.

**GRAVIACIS**. Murau aequè ad ripam fluvii Muri, qui iterum in dextram transitur.

**TARNASICI**. Grades.

**BELIANDRO**. Strasburg ad fluvium Gurck, quod oppidum germanicè à via nomen sortitum est, ut viam celebrem etiam antiquitus ibidem fuisse credibile sit.

**MATUCAIO**. Certitudo situs Viruni certum aequè facit Matucaium, tanquam terminum, à quo via hinc Salzburgum, illinc in interiora Norici, uti olim, ita adhuc hodie se separat. Fuit igitur Matucaium Romanum, ut infra *num.* 435. *m.* ibi loci, ubi nunc in via à Clagenfurt Gurca fluvius tertio vice offenditur, cui loco nomen est *zwischen Bässern* / seu inter aquas.

**VARUNO** seu **VIRUNO**: Secundùm praemissa generalia est Clagenfurti vicinia in loco, qui Zollfeld dicitur, ubi multa antiquitatis monumenta reperta locum antiquum Romanum irrefragabiliter, ut *num.* 435. *k. l.* viden-

dendum, demenstrant. De diversis nominibus Romanis, quæ ab interpretibus geographicis novioribus huic loco accensentur, latiùs differit *Reiffenstuel Topogr. Austr. pag. 53. & seqq.* rejiciens Adundrinæ, Claudiæ, Salæ, & Flavii Solvensis nomina, aliquantum tamen Teurniæ seu Tiburniæ appellationi accedens. Ast cum Tiburnia hæc vel Teurnia in quinque itinerum descriptionibus, quæ in quocunque supposito sitûs Viruni, viciniam Clagenfurti percurrunt, non nominetur, alibi & quidem cum Cluverio in Villach quærenda est, cui situi etiam Ptolemæi gradus suffragantur, ut *num. 346.* jam dictum.

**CCCLXXI.** Via à septentrione Virunum ex Tab. Peutling.

**OVILIA** : est Wells ad Fluvium Traun, ut inter Authores convenit, & mensuræ Romanæ itinerum Norici docent. *vid. num. 363. & 435. p. 9.*

**VETONIANIS** : Pettenbach, vicus haud procul à fonte fluvii Aitter, qui præter mensuram, etiam quandam similitudinem nominis præsert, cum V. & B. vel P. quæ cognatæ literæ sæpe confundantur. *vid. num. 435. p.*

**TUTASTIONE** : seu meliùs **TUTATIONE**, ut in itinerariis : convenit clausuræ ad fluvium Steyer, quæ reverà tutatur aditum viæ asperis montibus ibidem ab utroque latere interclusæ. *vid. num. 435. o.*

**ERNOLATIA** : Spitalh ad radices septentrionales Alpiss, Pirn vocatæ. *vid. num. 435. o.*

**GABROMAGI** : Lietzen ad radices meridionales ejusdem Alpiss, & ad 3. fluvios, Anasum, Baltham, & Pirnerbach, *vid. num. 435. n. o.*

**STIRIATE** : Strecha prope Rotenmann. *vid. num. 435. n.*

**SURONTIO** : ad Alpem, Rotenmanner Tauren vocatam. *vid. num. 435. n.* vocabulum Romanum Surontium valli, quæ sub Alpe hîc loci est, adhuc adhæret, sunt enim ibi duo loca, quorum unum Ober-Zäuring, alterum Unter-Zäuring & alio nomine Mauthen nuncupatur.

**TARTURSANIS** : Mauthen, quod & Unter-Zäuring. *vid. num. 435. n.*

**VISCELLIS AD PONTEM** : Interpretes quidam locum hunc duplicem volunt, Viscellis unum, ad pontem alterum ; sed unus idemque est, ut mensura docet, pons nempe ad vicum S. Georgii, cui Viscellarum nomen olim impositum erat. *vid. num. 435. n.*

**CCCLXXII.** **NOREIA** : Neümarck. *vid. num. 435. n.* Tabula quidem geminat Noreiam, & post quamlibet M. P. XIII. adnotat, sed error is descriptoris est ; nullibi enim in antiqua historia proditum, duplicem fuisse Noreiam, tam curto præsertim intervallo sibi subsequam, ut rectè animadvertunt Geographicæ interpretes. De Noreia hac refert *Strabo Geogr. lib. 5.* eam ab Aquileia MCC. stadiis (id est M. P. CL.) distare, & apud illam Urbem Cn. Carbonem (qui fuit Consul A. U. C. 640.) inani conatu cum Cimbris conflixisse. Hanc postmodum *Julius Caesar de bell. Gall. lib. 1. cap. 5.* sua ætate à Bojis oppugnatam esse tradit. Hæc eadem est, quam *Plinius Hist. lib. 3. cap. 19.* Noreiam Tauriscorum vocat, & jam suo ævo, id est seculo primo, interiisse scribit. Quo situ Noreia fuerit, docet quoque mensura à Strabone prædita distantiæ ab Aquileia M. P. CL. hæc cadit in supradictam hodiernam civitatem Neümarck, quod sic ostenditur : secundum schema in hac sectione præmissum quartum sunt ab Aquileia Virunum M. P. CXI. secundum schema secundum Noreia distat Viruno M. P. XL. summa igitur Aquileiâ Noreiam M. P. CLI. quod unico tantum milliario excedit mensuram à Strabone numero rotundo allatam.

MA-



MATUCAIO : Ad Gurcam fl. ad locum zwischen Wässern / ut dictum in priori schemate itineris.

VARUNO : Zollfeld, ut æquè jam dictum.

**CCCLXXIII.** Via à septentrione Virunum ex Itinerario Antonini.

OVILABIS : Wells.

TUTATIONE : Clausen. ①

GABROMAGO : Lietzen. Hucusque idem iter servatur, quod in Tabula est, & mensuræ utrinque correspondent.

SABATINCA : Hic separat se via itinerarii à via Tabulæ ; hæc iter rectum, quatenus in alpestribus Norici mediterranei sitibus fieri potuit, transcendendo supremum latus Alpium Rottenmannicarum, sequitur : illud Alpes hic locorum omnes inter Anasum & Murum fluvios, per valles Balthæ & Liesing fluviorum, dein ad latus Muri fluvii, dum in viam hodie Regiam & postariam Viennâ venientem prope oppidum S. Michaëlis incidit, per mera fermè plana viarum circumagit, & apud Judenburg, quod Monate vocat, Murum transit. Hanc viam à Rottenmann ad Judenburg, & vice versa, æquè hodie illi tenent, qui commodiùs itinerari volunt : aliam per Rottenmannicas Alpes autem, qui viam breviorè quanquam molestiorè præeligunt. Tertia via, quæ alibi inter Anasum & Murum currui pateret, non datur ; itaque dum quidam Geographiæ interpretes Tartursana Tabulæ in Ober-Weltz invenire putant, falluntur à chartis geographicis, & de situ naturali ultrà ad Rottenmann vel aliò ad Anasum fluvium impervio edocti non sunt. Hæc cum ita sint, Sabatinca vi mensuræ adjunctæ locum suum in latere Muri fluvii inter dictum S. Michaëlis oppidum & Kraubat occupavit.

MONATE : Judenburg, transito per pontem Muro fluvio.

CANDALICAS : Quemadmodum curiositas commoditati juncta itinerantes Antoninianos in præcedente situ ad valles invisendas commoverat, ita nunc eadem curiositas molestiam non refugit comitem, ut oculis alia, quàm quæ in itinere ordinario occurrunt, objiciantur : quapropter iter à Monate, dum Candalicarum mensura hinc M. P. XXX. illinc M. P. XX. nulli loco viæ Tabularis apta est, per alia planè loca, nempe Obedach & Hütenberg eadem fermè distantia sed majore labore dirigitur ; ut gnari locorum omnes ibidem sentiunt. Candalicæ itaque hodierno Hütenberg addicendæ veniunt.

VIRUNUM : Est Zollfeld, ut dictum.

**CCCLXXIV.** Via à meridie Virunum ex itinerariis Rom.

pag. 276. 277.

AQUILEIA : retinet nomen hodie.

VIAM BELOIO : Innuere vult Itinerarium viam hinc non intelligi re-  
ctà ab Aquileia ad pontem Sontii fluvii & ad Alpes ducentem, sed eam, quæ commodiori viæ Belunensi ad Alpes tendenti se jungit circa hodiernam Palmam Novam. Quo in supposito mensura distantie M. P. XXX. expletur sub Alpibus prope S. Croce ad fluvium Wipach.

LARICE : Hoc vocabulum denotat Alpes, quæ arbores præcipuè hujus nominis alunt ; mensura expletur in vicinia Longatici, de quo infra.

SANTICO : Cum pro medio loco assignetur inter Alpes & Virunum, in vicinia hodierni Crainburg esse debebat.

VIRUNO : Zollfeld post transcensum montem Loibl.

## CCCLXXV. Via ab Oriente Virunum ex Tabula.

CELEIA : Ciley, quod nomen retinet, &amp; certum est.

VPELLIS : Weitenstein. vid. num. 435. k. •

COLATIONE : Windisch - Grätz. vid. num. 435. k.

JUENNA : Transito fluvio Dravo ad Draburg, in ripa Dravi sinistra, valli Jaunthal opposita, hodie locus est situs Tiefenbach nominatus, unde statio Juenna à valle Jaun nomen sortita. Vallis hæc è regione Tiefenbach (quod in fertili planitie situm est) ultra Dravum, æquè in planitie Dravo contigua, incipit, & plura loca, inter illa verò eminentiorem civitatem Pleyburg obtutui subjicit, nusquam autem in tota sua extensione approximatur Dravo & versùs eum aperitur, quàm hìc è regione Tiefenbach, sed alibi ubique montibus Craingebürg in tergo, & aliis montibus Dravo imminentibus in fronte clauditur; ut igitur situs ad Tiefenbach appositè compellationem à valle Juenna apud Romanos susceperit. Præterea mensuræ Romanæ apprimè testantur de ductu itineris hujus toto, à me consignato, ut videndum infra num. 435. k.

VARUNO : Zollfeld.

## CCCLXXVI. Schema V.

## Via Aquileiâ in Noricum.

| <i>Ex Tabula.</i>     | hodie.                  | <i>Ex Tabula.</i>     | hodie.                  |
|-----------------------|-------------------------|-----------------------|-------------------------|
| <i>Aquileia.</i>      | Aquileia.               | <i>Emona.</i>         | Labach civitas.         |
| <i>XIV.</i>           |                         | <i>IX.</i>            |                         |
| <i>Ponte Sonti.</i>   | Goritia ad fl. Lifonzo. | <i>Savo Fluvio.</i>   | Transitus hujus fluvii. |
| <i>XV.</i>            |                         | <i>XI.</i>            |                         |
| <i>fl. frigido.</i>   | Wipach fl.              | <i>Ad Publicanos.</i> | Podpetsch.              |
|                       |                         | <i>VI.</i>            |                         |
| <i>In Alpe Julia.</i> | Posthaus in summis      | <i>Adrante.</i>       | S. Oswald, ad radices   |
| <i>V.</i>             | Alpibus.                | <i>XXXVII.</i>        | montis Dranberg.        |
| <i>Longatico.</i>     | Logatecz seu Lohitsch.  | <i>Celeia.</i>        | Celeia civitas.         |
| <i>VI.</i>            |                         | <i>XVIII.</i>         |                         |
| <i>Nauporto.</i>      | Ober-Labach.            | <i>Ragandone.</i>     | ad pedem montis         |
| <i>XII.</i>           |                         | <i>XVIII.</i>         | Studentitz.             |
| <i>Emona.</i>         | Labach civitas.         | <i>Petavione.</i>     | Petovium civitas.       |

Summa M. P. CLI.

Sche-

Schema VI.

Via eadem.

|                                  |                        |                              |               |
|----------------------------------|------------------------|------------------------------|---------------|
| <i>Ex Itin. Hier. p. 559.</i>    | Hodie.                 | <i>Ex Itin. Ant. p. 128.</i> | Hodie.        |
| <i>Aquileia.</i>                 | Aquileia.              | <i>Aquileia.</i>             | Aquileia.     |
| <i>XI.</i>                       |                        | <i>XXXVI.</i>                |               |
| <i>Ad undecimum mutatio.</i>     | Circa Palmam Novam.    |                              |               |
| <i>XII.</i>                      |                        |                              |               |
| <i>Ad Fornalus mutatio.</i>      | Goritiae situs.        |                              |               |
| <i>XII.</i>                      |                        |                              |               |
| <i>Castra mutatio. Inde sunt</i> | Wipach vicus sub Alpi- | <i>Fluvio Frigido.</i>       | Wipach vicus. |
| <i>Alpes Juliae.</i>             | bus.                   | <i>XXII.</i>                 |               |
| <i>IX.</i>                       |                        |                              |               |
| <i>Ad Pirum, sumas Alpes.</i>    | Birnbaumer Wald.       |                              |               |
| <i>XII.</i>                      |                        |                              |               |
| <i>Mansio Longatico.</i>         | Logatecz.              | <i>Longatico.</i>            | Logatecz.     |
| <i>VIII.</i>                     |                        | <i>XVIII.</i>                |               |
| <i>Mutatio Ad Nonum.</i>         | Ad Occidentē Nauporti. |                              |               |
| <i>XIII.</i>                     |                        |                              |               |
| <i>Civitas Emona.</i>            | Labach.                | <i>Hemona civitas.</i>       | Labach.       |
| <i>X.</i>                        |                        | <i>XXV.</i>                  |               |
| <i>Mutatio Ad Quarto De-</i>     | Ad fluvium Beyschet.   |                              |               |
| <i>cimo.</i>                     |                        |                              |               |
| <i>XIII.</i>                     |                        |                              |               |
| <i>Mansio Hadrante. Fines S.</i> | Oswald.                | <i>Adrante.</i>              | S. Oswald.    |
| <i>Italia &amp; Norici.</i>      |                        | <i>XXIV.</i>                 |               |
| <i>XIII.</i>                     |                        |                              |               |
| <i>Mutatio Ad Medias.</i>        | Frantz.                |                              |               |
| <i>XIII.</i>                     |                        |                              |               |
| <i>Civitas Celeia.</i>           | Celeia.                | <i>Celeia civitas.</i>       | Celeia.       |
| <i>XII.</i>                      |                        | <i>XVIII.</i>                |               |
| <i>Mutatio Lotados.</i>          | circa Seitz.           |                              |               |
| <i>XII.</i>                      |                        |                              |               |
| <i>Mansio Ragindone.</i>         | Ad montem Studenitz.   | <i>Ragindone.</i>            | Ad montem     |
| <i>XII.</i>                      |                        | <i>XVIII.</i>                | Studenitz.    |
| <i>Mutatio Pultovia.</i>         | Ad fluvium Pulska.     |                              |               |
| <i>XII.</i>                      |                        |                              |               |
| <i>Civitas Petoviom.</i>         | Petoviom.              | <i>Patavione civitas.</i>    | Petoviom.     |
| <i>transis pontem intras</i>     |                        |                              |               |
| <i>Pañaniam inferiorem.</i>      |                        |                              |               |

Summa M. P. CLXXIV.

Summa M. P. CLXI.

*Notæ in hæc schemata.*

CCCLXXVII. Ex summis collectis patet, iter hoc ab Aquileia Petovio-  
nem esse diversarum distantiarum, nempe secundum Tabulam CLI. secundum  
Itinerarium Antoninianum CLXI. & secundum Hierosolymitanum CLXXIV.  
milliariorum Romanorum. Non est hic error dimensionum, nec Librarium,  
sed differentia mensuræ resultat ex diverso ductu viarum respectivè longiore

*Pars III.*

L 2

&

& brevior. Iter hoc per sectionem in tres partes magis elucidabitur. Prima sectio est ab Aquileia usque *Nauportum*, quod certissimè est Ober-Labach. *Strabo Geogr. lib. 7.* ut ad Carnorum fines jam excerptum, dicit, transitum ab Aquileia usque Nauportum secundum quosdam esse stadiorum CCCL. secundum alios D. Antea verò in *lib. 4.* ex sua propria opinione dixerat: iter stadiorum non ultra stadia CCCC. esse. Omnes hæ tres sententiæ suo sensu verificantur: sententia prima, si ductus Tabulæ servetur: secunda, si per ambages utriusque alterius itinerarii procedatur: tertia, si partim hunc partim illum ductum sequi placeat. Alpes Carnicas primus Romanorum Julius Cæsar penetravit, unde & Alpes Juliæ dictæ sunt. Augustus, ut Strabo testatur, Alpes ferè omnes maximis operibus pervias fecit, quem & secuti alii Imperatores usque ad labascentem Romani Imperii statum seculo Christiano tertio medio, & dein iterum seculo quarto, & quinto. Tabulæ compilatio respicit finem seculi tertii sub Probo vel Diocletiano, adeoque vias primâ Romanorum Imperatorum curâ stratas, itaque rectas & brevissimas conscribit, insuper autem iusta quidem in mensuris, sed larga non est. Itinerarium Hierosolymitanum respicit Imperium Constantini Magni, sequitur vias, prout cursus Veredariorum publicorum tunc dispositus & immutatus erat. Itinerarium Antonini, quidquid de prima compilatione sit, per correctiones & accessiones novissimum est omnium, & prout Tabula ad usum militare erecta videtur, ita Antonini itinerarium præcipuè vias Augustorum aliorumque Primorum monarchiæ Romanæ collegit. His præmissis Tabula mensuras tradit: usque ad pontem Sonti M. P. XIV. Alpem Juliam XV. Longaticum V. Nauportum VI. Summa M. P. XL.

Itinerarium verò Hierosolymitanum: usque ad Castra sub Alpibus M. P. XXXV. Longaticum XXI. Nauportum non nominat, addendo igitur metasuram Tabulæ VI. Summa M. P. LXII.

Itinerarium Antonini: usque ad fluvium Frigidum, qui situs idem Castrorum est M. P. XXXVI. Longaticum XXII. Nauportum ex Tabula VI. Summa LXIV.

*CCCLXXVIII.* Ex hoc computu jam verificatur sententia prima & secunda à Strabone allata, de 350. & 500. stadiis: stadia 350. sunt milliaria Romana, quorum quodlibet octo stadiis æquivalet, 43½: 500. stadia sunt milliaria 62½. Ergo sententia prima convenit cum Tabula, & parumper tantum largior in mensura est; secunda autem convenit cum aliis itinerariis. Tertiam sententiam tanquam mediam sibi elegit Strabo, credendo distantiam non esse nisi CCCC. stadiorum adeoque 47½ milliariorum, quod & verificari potest, si alicubi in itinere à recto ductu Tabulæ cum majori commoditate circumambulando recedatur; de qua differentia igitur nunc dispiciendum. Tabula ab Aquileia rectà progreditur ad pontem Sontii, id est Lisonzo fluvii, seu ad hodiernam civitatem Goritiam; in qua distantia reverà sunt milliaria Romana XIV. quorum sexaginta duo cum semisse gradum latitudinis unum explent. Aliud utrumque itinerarium ab Aquileia ob commodius iter in ripa fluvii Natisonis usque ad Palmam Novam ascendit, ibidem viæ, quæ hodie ex territorio Veneto Regia & Postaria est, & olim Via Beloio, id est à Beloio seu Beluno Venetorum antiquorum quoque loco procedens, appellabatur; ad undecimum lapidem, ab Aquileia computando, se jungit, dein in hac via ad pontem Sontii, ubi tempore itinerarii Hierosolymitani mutatio equorum erat ad Fornulus seu ad *Formulas* dicta, pergit, postea Castra sub Alpibus & ad fluvium frigidum hodie Wipach invisit, ab inde verò ad viam Alpium prope

prope vicum Haydussina seu Haydenschafft quodammodò retrogreditur, & Alpes summas ad Pirum seu im Birnbaumer Wald accedit.

**CCCLXXIX.** Tempore Tabulæ castra nondum sub Alpibus fuisse, sed noviter illuc, & fors pro tempore tantùm à Constantino Magno posita videntur; Zosimus enim (ut videndum *num.* 642.) Constantino quasi improbat, quòd præsidia à finibus Romanorum retraxerit, & in mediterraneis locis, ubi nulla necessitas castrorum, militem posuerit. Tabula igitur ad castra non defleat, sed à ponte Sontii rectà ad summas Alpes tendit, situmque illum vocat *in Alpe Julia*, quod idem est ac *Ad Pirum summas Alpes*, ut Itinerarium Hierosolymitanum loquitur. Distantia à ponte Sontii usque ad summas Alpes mensuræ Tabulæ M. P. XV. in iusto, sed non largo computu rectè convenit; unde non necesse est, Tabulam, ut solent hìc loci interpretes Geographici, inculpare, quòd mensuram ad Fluvium Frigidum omiserit. Nullius mensuræ ibi opus erat, sed Tabula ideò verba, *Fluvio Frigido*, hìc interjecit, ut denotaret simpliciter, attingi hìc fluvium hunc, non quòd ille stationem aut mensuram faciat.

**CCCLXXX.** Planè quoque non congruit interpretatio alia communis, Tabulæ *Alpem Juliam* esse hodiernum vicum Alben seu Planina; verum quidem est, æquè Planina Carnicè, ac Alben germanicè idem esse quod Alpes latinè; verum quoque est, mensuram M. P. V. quæ inter Alpem Juliam & Longaticum à Tabula ponitur, bene convenire vico Alben seu Planina; aut vel supponitur ab interpretibus illis, Tabulæ iter à fluvio Frigido ascendere summas Alpes ad Pirum, vel circumire? si primum, frustra Tabula in summis Alpibus, vico Alben jam parallelis, consistens, & Longaticum in septentrionem tendens, viam per remotum angulum orientalem dirigeret; si secundum? mensura M. P. XV. etiam ab hodierna statione Postaria Wipach ordiendo, nimium curta fieret cirumeundis Alpium Jugis hìc locorum interjectis. Via hæc hodie Regia & Postaria est, quam & ego aliquot ante annos egi. A Wipach circuitus ob montes impervios sic absolvi debet: prima statione postaria acceditur ad Prewald, secundà ad Adlersberg, & dein superest ad Alben dimidium stationis tertie. Statio quælibet, cum non parvæ sint, ultra milliaria Romana octo continet, ergo distantia à Wipach ad Alben minor quàm M. P. XX. computari nequit, consequenter mensura Tabulæ M. P. XV. improportionata est. Econtra via, quæ per ipsas Alpes ducit, & ante non adeò multos annos cursui postario adhuc inserviebat, à Goritia stationem primam eamque curtam ad radices Alpium in S. Croce, secundam in Alpibus ad locum Posthaus im Birnbaumer Wald dictum, & tertiam in Ober-Labach attingebat, quarum itaque duæ priores milliariis Romanis XV. rectè correspondebant.

**CCCLXXXI.** Porro *Longaticum* est omni ratione Logatecz seu Lohitsch ad radices Alpium septentrionales; quòd autem Tabula à summis Alpibus M. P. V. Itinerarium Hierosolymitanum verò M. P. XII. computet, aliud indicium non facit, quàm à Tabula summas Alpes jam fermè finientes, ab Itinerario verò summas Alpes inchoantes, pro diversitate dispositi cursûs publici intelligi. Post Longaticum venit *Nauportus*, seu hodiernum Ober-Labach. Itinerarium Antonini Nauportum quidem non nominat, aut locum hunc duæ suæ attingi ex eo prodit, quòd à Longatico Emonam usque M. P. XVIII. assignet, quam mensuram itidem accuratè Tabula Nauportum nominans tradit. An verò & Itinerarii Hierosolymitani *mutatio ad Nonum* eadem sit cum Nauporto, dubitandum, & magis negativè sentiendum est, quoniam distan-

tiam Emonæ ad tria milliaria Romana auget, itaque potius locum alium, qui ad latus Nauporti & remotior in Occidentem sit, pro mutatione equorum accessit.

**CCCLXXXII.** Secunda sectio est ab Emona usque Celeiam. *Emonam* esse metropolim hodiernam Carniolæ Labacum nemo fermè dubitat, & *Schönleben in Apparatu Carniolæ antiquæ* omnes antiquitates in exornandam Labaci originem excussit. Locus intermedius *Adrans* alium situm, quàm ad hodiernam stationem à Labaco secundam S. Oswald dictam, in radicibus montis vulgò Trojanaberg propriè Dranberg dicti (unde & nomen Adrantis inditum) habere non poterat. In distantia differunt Itineraria, mensura assignatur:

A Tabula Savo fluvio, id est, ubi is transitur, M. P. IX. Ad Publicanos XI. Adrante VI. Summa XXVI.

Ab Itinerario Antonini ad Adrantem, nullo alio loco nominato M. P. XXV.

Ab Itinerario Hierosolymitano mutatio ad decimo quarto M. P. X. Manlio Hadrante XIII. Summa XXIII.

Tota differentia causatur à proximiorè, aut remotiorè transitu Savi fluvii; ubi hodie ponte stratus est fluvius, distantia major à Labaco non est nisi M. P. VI. Tabula larga in mensuris non est: dum igitur transitum ponit ad M. P. IX. altiorem ripam Savi petere omninò dicenda, adeoque sentiendum est, transitum tunc tribus milliariis Romanis remotiorè fuisse. In hoc supposito locus sequens *ad Publicanos* difficultate caret, esse enim debebat apud hodiernam primam stationem postariam Podpetsch, qui locus & mensuræ & compellationi suæ optimè convenit; cum enim, ut in finibus Carnorum dictum, & Itinerarium Hierosolymitanum expressè adnotat, ad montem Dranberg usque, saltem seculo quarto extensa fuisset Italia, hinc loci Publicanos populi Romani pro vectigalibus colligendis ponere congruum erat. A Podpetsch dein usque ad Adrantem seu S. Oswald mensura M. P. VI. rectè stationi huic postariæ valde curtæ correspondet. Itinerarium Antonini non differt nisi ad modicum à mensura Tabulæ ab Emona usque Adrantem, adeoque eundem viæ ductum servat. Itinerarium Hierosolymitanum econtrà notabiliter ad tria milliaria à Tabula differt, viamque abbreviat: unde necessariò inferendum, sub Constantino Magno jam transitum Savi penè ibidem fuisse, ubi hodie est. Illationem hanc & dispositionem noviorè transitus Itinerarium ipsum inculcat: vocat enim locum, ad quem intermediè pro mutatione equorum tendit, *ad quartum decimum lapidem*, & tamen ipsum iter per X. milliaria expedit; ergo locus iste non dudum antè, ob remotiorè transitum Savi, distabat Emonâ M. P. XIV. post dispositum proximiorè transitum verò distantia quatuor milliaria decessere. Situs itaque quarto decimo congruit ad fluvium Beyschett.

**CCCLXXXIII.** Inter Adrantem, & *Celeiam* Tabula nullum locum intermedium habet, distantiam autem ab aliis Itinerariis valde recedentem M. P. XXXVII. dictat. Itinerarium Hierosolymitanum mutationem equorum *ad medias* interjicit, & distantiam M. P. XXVI. definit. Itinerarium Antonini duo milliaria detrahit, & viam milliariis XXIV. absolvit. Ad conciliandam hanc differentiam prænotandum: Dranberg seu Trojanaberg, qui ad Adrantem acceditur, est ultima propago montium à Ptolemæo Carvancas, hodie Craingebürg dictorum, & totam stationem postariam inter S. Oswald & Frantz occupat, abinde verò in planitiem hilarem Comitatus Celeiensis circulo quasi montium inclusam pervenitur. Versus Savi ripam mons Dranberg, valle ad

ad fluvii Lotfchitz fontes, finitur, quæ monti huic, & extremo occidentali montium Cetiorum à confiniis Pannoniæ huc excurrentium intercedit, & Celeiam usque, in ripa Lotfchitz dein Saan fluviorum, protenditur. His præmissis ex mensura Tabulæ colligendum, tempore hujus conscripti itineris montem Dranberg nondum fuisse pervium, obindéque à Tabula iter monstrari, quod circuméundo montem hunc perficitur, & sic rectè mensura Tabulæ congruit. Econtra sub Constantino Magno jam pervius debebat esse Dranberg, & facilior adhuc tempore eo, quo mensura M. P. XXIV. Itinerario Antonini per correctionem accessit. In hoc supposito media statio Itinerarij Hierosolymitani erat in situ hodierni oppidi Frantz.

**CCCLXXXIV.** Sectio tertia itineris est à Celeia Petovionem. Tabulæ conforme est Itinerarium Antonini, & utrobique pro loco intermedio *Ragando* in distantia hinc & inde M. P. XVIII. ponitur. Itinerarium Hierosolymitanum eundem locum intermedium quidem servat, sed distantiam utrinque milliariis VI. auget, nec non à Celeia mutationem equorum *Lotodos*, à Ragandone verò *Pultoviam* inserit. De ductu viæ, an à Celeia ad dextram, an ad sinistram procedat? dissensio est inter Interpretes. *Cluverius* Ragandonem circa monasterium Seitz fuisse colligit, adeoque lævam viam præeligit; *Schönleben* ductum dextrum præfert, & Ragandonem in Rohitsch, Slavice Ragatecz, ob affinitatem præcipuè hujus nominis cum Ragandone, invenisse putat: distantiam quoque parem quatuor milliariis Germanicorum à Rohitsch Petovium æquè ac Celeiam *cap. 5. Appar. Carn. § 6.* asserit.

Ductum sinistrum Ego, ut *num. 435. i.* Petovio per Windisch-Veistriz, dein non quidem per Seitz, quoniam via nunc eousque & non ultrà curruli itineri apta est, sed per Ganovitz mensuravi, de ductu dextro autem per Rohitsch genuinam informationem ab accolis suscepi, quæ chartarum geographicarum designationem omnino corroborat: distantiam Rohitschio Petovium & Celeiam valde discrepare, & huc, si etiam rectà eatur, saltem 6. illuc ad summum 4. milliariis esse; unde Rohitsch pro Romano quondam meditullio itineris, seu Ragandone sustineri nequit. Si in ductu sinistro Ragando in vicinia oppidi hodierni Windisch-Veistriz supponatur, sunt Celeiâ per Ganovitz orgyæ 19492. in reliquo itinere Petovium 15000. & ductus is æquè imparitate meditullii laborat. Quapropter potius credendum, Romanos, qui difficultates itinerum alibi multoties superare nôrant, viam utriusque ductui mediam tenuisse, meditullium ejus seu Ragandonem ad pedem montis Studenitz fixisse, atque hinc & illinc diverso itinere, nempe secundùm Tabulam, & itinerarium Antonini, rectiore & montanos tractus transcendente, secundùm itinerarium verò Hierosolymitanum eosdem obambulantem usos esse. In hoc supposito mutatio Pultovia inter Studenitz & Petovium optimè ad fluvium Pulska quadrabat: mutatio Lotodos quoque facile in vicinia monasterii Seitz locum fortiri poterat.

## SECTIO XXIII.

### Illyris.

**Nus** **CCCLXXXV. a.** *Ex Ptol. Geogr. lib. 2. cap. 17.* Illyris terminatur à septentrionali plaga utrâque Pannoniâ juxta terminos expositos.

Ab



Ab occasu Istriâ per lineam, cujus medium versùs finem superioris Pannoniæ gradus habet: *long.* 36½. *lat.* 45½.

Quod verò versùs sinum est Hadriaticum 36½. 44½.

Ab ortu autem superiore Mysia per lineam, quæ à dicto diver-  
tigio Sai fluvii, usque ad finem, qui juxta montem Scardum est, ex-  
tenditur, cujus positio 47. 41½.

A meridie terminatur parte Macedoniæ, juxta lineam, quæ est à  
præfato fine, & usque ad Adriam pertingit, cujus gr. sunt 45. 41.

Et hinc latere Hadriatici, usque ad dictum Istriæ limitem. Cu-  
jus lateris descriptio sic se habet: Post Istriam Italiæ sequitur Libur-  
niæ, quæ in Illyride est, maritima ora:

Alvona &c.

Ænei fl. Ostia: 38. 44½.

Tedanii fl. Ostia: 39. 44½.

Titi fl. Ostia: 42½. 43½.

Scardona: 42½. 43½.

Dalmatiæ autem civitates &c.

Salonæ Colonia: 43½. 43½.

Naronis fl. Ostia: 44½. 42½.

Drilonis fl. Ostia: 45. 41½.

Lissus: 45. 41½.

Fluit autem Drilon fluvius à monte Scardo, & ab altero monte  
sito juxta medium superioris Mysiæ, cujus gradus 45½. 42½.

Ab eodem etiam alius amnis defluit, Drinus nomine, qui in  
Saum fluvium exit ab occidentali parte Tauruni civitatis &c.

Ptolemæus itaque Illyridem Magnam (quæ & subsequis temporibus  
Dalmatia Magna dicta est) describit, eam dividens in *Liburniam*, ab Arsiâ flu-  
mine Istriæ per oras sinûs flanatici (quem tamen ille nescivit) usque Scardo-  
nam: & in *Dalmatiam*, à Scardona usque ad Macedoniam. Sub Liburnis  
comprehendit *Japydes*, licet non nominet; limites enim occidentales Illyridis  
ponit: versùs sinum Adriaticum in gradibus, qui Arsiæ fluminis Ostiis ad  
promontorium meridionale Istriæ propinqui sunt: versùs Pannoniæ superio-  
ris finem, id est occidentalissimum extremum Cetiorum montium inter La-  
bacum & Celeiam, in gradibus, qui montibus Albiis ad fontes fluvii Colapis  
conveniunt; cùm itaque circa hunc fluvium secundùm Strabonem Japydes  
sedes suas habuerint, sequitur, eos à Ptolemæo sub Liburnia & Illyride com-  
prehendi.

CCCLXXXV. b. *Ex Plinio Hist. nat. lib. 3. cap. 19.* Istria ut penin-  
sula excurrit. Latitudinem ejus XL. Millia Passuum, circuitum ve-  
rò CXXV. Millium prodidère quidam. Item *adherentis Liburniæ &*  
*Flanatici sinûs.* Alii Liburniæ CLXXX. Millia Passuum. *Nonnulli*  
*in Flanaticum sinum Japydiam promovère,* à tergo Istriæ CXXX Millia  
Passuum: dein Liburniam CL. Millium fecère &c. Pola, quæ nunc  
Pietas Julia, quondam à Colchis condita, abest à Tergeste C. Millia  
passuum. Mox oppidum Nefactium: & nunc finis Italiæ fluvius Ar-  
sia. *Cap. 21.* Arsiæ gens Liburnorum jungitur, usque ad flumen Ti-  
tium. Pars ejus fuère Mentores, Hymani, Encheleæ, Buni, & quos  
Cal-

Callimachus Peucetias appellat : *nunc totum uno nomine Illyricum vocatur generatim* : populorum pauca effatu digna aut facilia nomina. Conventum Scardonitanum petunt Japydes, & Liburnorum civitates XIV. &c. Cæterum per oram oppida à Nefactio : Alvona, Flanona, Tarfatica, Senia, Lopfica, Ortopula, Vegium, Argyruntum, Corinium, Ænona civitas Pasini, *flumen Tedanium, quo finitur Japydia* &c. Rursus in continente, colonia Jadera, quæ à Pola CLX. Millibus Passuum abest : inde XXX. Millibus Colentum insula : XVIII. ostium Titii fluminis. *Cap. 22. Liburniæ finis & initium Dalmatiæ* Scardona in amne eo XII. Millibus Passuum à mari &c. Salona colonia ab Jadera CXII. Millibus Passuum &c. Narona colonia tertii conventûs, à Salona LXXII. Millibus Passuum apposita cognominis sui fluvio à mari XX. Millibus Passuum &c. A Narone amne C. Millibus Passuum abest Epidaurum colonia. Ab Epidauro sunt oppida civium Romanorum : Rhizinium, Ascrivium, Butua, Olchinium, quod antea Colchinium dictum est, à Colchis conditum : amnis Drilo, superque eum oppidum civium Rom. Scodra à mari XVII. Millibus Passuum : præterea multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, nec non & civitatum validarum : eo namque tractu fuere Labeatæ, Enderoduni, Saffæi, Grabæi, *proprièque dicti Illyrii*, & Taulantii, & Pyræi : retinet nomen in ora Nymphæum promontorium : Lissum oppidum civium Rom. ab Epidauro C. Millibus Passuum. A Lisso Macedonia Provincia &c. *Cap. 24. A tergo Carnorum & Japydum*, quæ se fert magnus Ister, Rhætis junguntur Norici &c.

Ex his Plinii relatis eruendum : Illyrii propriè sic dicti olim sedebant in postremis oris Dalmatiæ, quæ Macedoniae jam vicina est, nempe inter Epidaurum coloniam, & Lissum oppidum, quæ à se distabant M. P. C. Hi ergo Illyrii fuerunt, quibus A. V. C. 524. (ut *num. 541.*) Teuca Regina, & A. V. C. 583. (ut *num. 545.*) Gentius Rex præerat, Regiæque sedes Scodra fuerat. Hos Illyrios Livius (ut *num. 541.*) ad A. V. C. 451. jam ad Liburnos usque extendit, adeoque Dalmatas omnes specificè tales simul comprehendit; non nominat enim in ora dextra Adriatici sinûs, nisi Illyrios, Liburnos, & Istros. Florus autem (ut *cod. num. 541.*) ad A. V. C. 525. Illyrios & Liburnos pro synonymis habet. Porro Plinius tradit, quomodo propriè populi ad Adriaticum sinum fecernendi sint, & sedes distinctas habuerint, nempe ab Arsia Istriæ flumine usque ad Tedanium fluvium Japydes : hinc usque ad Titium fluvium Liburni : inde usque Lissum in confiniis Macedoniae Dalmatæ. Carnos & Japydes dicit in tergo Noricorum esse ; unde non dubitandum, ab eo populos ad Colapim superiorem in confiniis Carnorum habitantes pro Japydibus habitos fuisse. Hos Japydes nihilominus & Liburnos generatim sub nomine Illyrici venire refert : subintelligendum, sicut & Dalmatas, quorum gens specialis olim propriè Illyriorum nomine venit. Cæterum ex *notis Hardaini in Plinium* hinc subjiciendæ interpretationes quorundam locorum hujus tractûs : Nefactium, Castel nuovo in ipso Arsia ostio : Tedanius fluvius, Zermagna : Jadera, Zara vecchia : Titius fluvius, Kerka : Salona, nunc excisa, ex ejus

ruinis excitatum Spalatum : Narona fluvius, Narenta : Epidaurum, Ragusi vecchio : Rhizinium, Risine in intimo recessu finis Golfo di Cataro dicti : Alcrivium, Cataro : Drilo fluvius, Drin : Scodra, Scutari : Macedonia, Albania.

## SECTIO XXIV.

Pannoniæ Superioris Ptolemaicæ fines & Populi, nec non deserta Bojorum.

*Nus CCCLXXXVI. Ex Ptol. lib. 2. cap. 15.* Pannonia superior terminatur ab occasu monte Cetio, & ex parte Carvancâ ; à meridie parte Istriæ ac Illyridis, juxta parallelam lineam à præfato (Norici) fine occidentalissimo (Cetii montis) per Albanum montem usque ad Bebios montes, & limitem inferioris Pannoniæ, qui gradus habet *long. 41. lat. 45.*

A septentrione verò dicto Norici monte, & eâ Danubii parte, quæ est à Cetio monte usque ad divertigium Narabonis fluvii, cujus positio habet gradus *long. 41. lat. 47.*

Ab oriente autem inferiori Pannoniâ, lineâ eâ, quæ per prædictos transit fines.

Clara hæc est descriptio, quoniam versùs Occidentem & septentrionem montes Cetios, & Danubium, in naturali suo situ exstantes, versùs meridiem verò parallelum graduum latitudinis 45. à fine occidentalissimo Cetii per Albanum montem, ad Bebios montes, usque ad limitem utriusque Pannoniæ ex situ Siscia & Æmonæ quasi certum ; ab hoc limite autem, versùs Orientem, lineam itidem ad divertigium Arrabonis fluvii quasi certam pro terminis assignat. Ad septentrionem circa Danubium nihil est difficultatis. Ad Occidentem versùs Cetios montes id tantum notandum : à Ptolemæo Patavium, id est Petovium seu Pettau, intra Pannoniam, Celeiam econtra intra Noricum collocari ; ergo Petovium secundum Ptolemæum est extra, Celeia intra Cetios montes : & illi montes, qui à Pettau usque Mahrburg in ripa sinistra Dravi in septentrionem se retrahunt, & ab inde iterum ex parte dextra Dravi per magnum montem Bacher, & per Ganowitz, Seitz, &c. usque ad Savum in meridiem se demittunt, atque porro Comitatum Celeiensem Savo tenus, usque ad fluvium Lotschitz, & promontorium Cetiorum occidentale Gallenbergicum, ambiunt, sunt Cetiis annumerandi : quod & ex Ptolemæi opinione necesse est ; alioquin enim in Pannonia inferiore *lib. 2. cap. 16.* non potuisset dicere, Savum per duas extensum Pannonias *Cetio monti jungi.* Cæterum autem, quænam sit illa pars Carvancæ montis, Pannoniam etiam ad Occidentem post Cetiorum montium finem terminans, dictum jam est ad fines Carnorum, scilicet per eam intelligi latus extremum meridionale montis Dranberg, seu Trajanaberg, qui ripam Savi ad latus Cetiorum extremorum transversim è regione Æmonæ interfecat.

*CCCLXXXVII.* Ad meridiem Ptolemæus parallelum Pannoniæ, & Illyridis terminum sat certificat, dum in eo parallelo graduum latitudinis 45. Æmonam, Albani montis medium, Sisciam, & Bebiorum montium initium, tan-

tanquam limitem Pannoniæ extremum locat. Errat Ptolemæus, dum omnes hos situs parallelus, id est, in eodem gradu latitudinis dicit: in idea quidem sua Ptolemæus id credebat, & propterea extremo occidentali Cetii, Æmonæ, Siscia, limiti extremo Pannoniæ, eisdem gradus 45½. tribuit; ast nunc meliùs nobis notum est, gradus reverà deberi hos: extremo occidentali Cetii 46½. Æmonæ seu Labaco 46½. Siscia seu Sziszek 45½. Unde confidentem hinc habemus Ptolemæum, quòd latitudinem Norici valde deprefferit. Errat item Ptolemæus, dum extremum occidentale Cetii & Æmonam in eodem meridiano graduum longitudinis 36. ponit, cùm inter se quadrante fermè gradus differant. Errat porro Ptolemæus, quòd extremo Pannoniæ gradus det longitudinis 41½. Siscia autem 39. quasi verò extremum id à Siscia post gradus 2½. primùm quæri deberet: sic enim usque ad Danubium circa Eszek dilataretur terminus Pannoniæ superioris, & hinc loci nihil pro inferiore remaneret. Ast Ptolemæus, qui hinc in longitudine luxata, ex consequenti luxationis ad arcum maris Adriatici commissæ, & propriè in loco congressus & conflictus duarum scalarum diversarum versatur, aliter combinandus est, & sat intelligibilis evadit. Mursæ Colonæ, id est Eszekino, in Pannonia inferiore, quæ luxatione caret, dat longitudinem graduum 43½. ergo extremum Pannoniæ superioris quærendum est occidentaliùs ab Eszekino duobus circiter gradibus, & ibi, ubi montes Bebi, in Dalmatiam dein conversi, incipiunt: quod igitur haud ita procul est à Siscia; unde meridianus limitis Pannoniæ regulam suam habet ex scala Pannonica, Siscia verò ex scala Germanica, ut infra clariùs dicitur.

*CCLXXXVIII.* Hoc præsupposito, sub Siscia & sub Savo fluvio, in meridiem montes exsurgunt, & in Dalmatiam protenduntur: hos ergo Bebios vocat Ptolemæus. Quem ille Albanum montem dicit, Strabo compellat Albium, ex eoque Colapim fluvium per Japodas delabi refert. Per hunc montem Ptolemæus ducit limites Pannoniæ, adeoque partem montium ad superiorem Colapim Illyridi seu Strabonis Japydiæ, partem aliam Pannoniæ addicit; ergo descriptio limitum Pannoniæ meridionalium Ptolemaica à Labaco versùs Carltadt Carnioliam scindit, & partem Savo proximam nempe Carnioliam hodiernam inferiorem, cum parte quadam extrema mediæ Carniolæ, dein quoque terram, quam Colapis fluvius permeat, & demum aliquid ripæ Savi adhuc infra Sisciam Pannonibus tribuit. In hoc supposito, Pannoniæ superioris limites ad Orientem etiam clari sunt: infra Sisciam enim incipiunt, dein ad lacus Balaton finem occidentalem, & sic porro rectà ad divertigium Arrabonis ascendunt. Notandum autem est, hos limites (ut infra *num.* 496. pluribus ad Tabulæ divisionem Pannoniæ dicitur) tantùm valere pro statu antiquo Pannoniæ adhuc liberæ; in seculo enim tertio saltem, si non citiùs, Siscia cum toto tractu terræ, qui inferior est Petavione & Dravo, à Tabula Pannoniæ mediæ, ab Itinerario Hierosolymitano autem Pannoniæ inferiori, non separando ab hac mediam, accensebatur: adeoque Pannonia (quam Ptolemæus ab occidente in Orientem intermediâ lineâ à divertigio Colapis in divertigium Arrabonis dividit) in partem meridionaliorem tanquam inferiorem, & septentrionaliorem tanquam superiorem, Dravo fluvio limites constituyente, dirimebatur, & Ptolemæi divisio potiùs Marini censenda, qui tam fines, quàm populos Pannoniæ, secundùm tempora, ætatem suam paulò prægressa, nempe Julii Cæsaris consignavit.

*Populi Pannoniæ Superioris.*

**CCCLXXXIX.** *Ex Ptol. eod. lib. 2. cap. 15.* Tenent autem provinciam in partibus septentrionalibus Azali occidentaliores; Cytni deinde, orientaliores; in meridionalibus Latobici sub Norico; Varciani porro partes versùs Orientem; in medio horum Boji versùs Occidentem; sub his Coletiani; Jassii dein versùs Orientem; & sub iis Oseriates. Hæc Pannonicorum populorum descriptio non Ptolemæo, sed potius Marino debetur; nec enim ea Augusti Cæsaris Imperium, multò minùs igitur Ptolemæi ævum attingit. Quis scriptorum Romanorum ab Augusti temporibus nominum horum meminit, nisi solummodò Latovicorum, quorum in terris *prætorium Latovicorum* adhuc in itinerariis occurrit? Vera est hæc descriptio, sed statui integro & florido Pannoniæ conveniens, antequam à rabie Dacica Bœrebistæ Regis planè immutaretur. Ast antiqua licèt sit descriptio, perutilis tamen est ad designandas veteres Bojorum sedes in Pannonia apud Tauriscos, & consequenter quoque ad invenienda deserta Bojorum. *Codex Manuscriptus Vindobonensis* expressè habet *Boioi*, unde sicut Ptolemæus, vel rectius Marinus, in descriptione Italiæ sedes Gallorum Bojorum, licèt jam dudum inde exterminatorum, recenset, ita & in Pannonia superiore hic Bojos adhuc commemorat, quanquam etiam jam, paulò ante Marini ætatem, à Bœrebista Dacorum Rege evastati fuerint.

**CCCXC.** Porro quemadmodum Marinus populos Germaniæ in quatuor climata secundùm diversam latitudinem distinxit, ita quoque in Pannonia superiore populos in tres ordines secundùm latitudinem redegit. Primus ordo est septentrionalis, secundus medius, tertius meridionalis. In primo ordine duo populi sunt: Azali occidentaliores, Cytni orientaliores. In secundo quatuor populi: Boji, & sub his Coletiani ad Occidentem, Jassii verò, & sub his Oseriates ad Orientem. In tertio rursus duo tantùm populi: Latobici occidentaliores, & Varciani orientaliores. Ergo in primo ordine septentrionali circa Vindobonam, usque v. g. ad lacum Peisonem habitabant Azali, post hos verò versùs Orientem ex altera parte lacus Peisonis usque ad insulam Schütt Cytni, vel rectius Cytui; unde & insulæ nomen germanicè Schütt, latinè Cytuorum promanare videtur. In tertio ordine Latobici latus Norici meridionale, & ripam Savi fluvii dextram ab Æmona seu Labach incipiendo, occupabant, ut ex Tabulæ itinere Æmonâ Sisciam apparet: ponit enim prætorium Latovicorum in distantia M. P. XXXII. ab Æmona. Varciani dein excipiebant Latobicos ad Savi ripam lævam, & ad latus septentrionale hodiernæ Slavoniæ.

**CCCXCI.** In ordine secundo seu medio rectè ex Marini mente videntur collocandi Jassii sub Arrabone fluvio in ripa ejus inferiore dextra versùs lacum Balaton; ad ipsùm lacum autem usque ad Slavoniam Oseriates; & hi duo populi orientalem situm in his partibus tenebant. Superest igitur occidentalis situs ad Cetios montes: hic inter Bojos & Coletianos erat divisus. Bojorum pars necessariò debebat esse in situ Scarabantiæ & Sabariæ (quæ certè hodie sunt Edenburg & Stein-am-Anger) ergo inter fluvios, Leitham, & Arrabonem, à Cetiis montibus incipiendo. Consequenter Coletianis obvenit situs ad utramque ripam Muri fluvii usque ad Dravi ripas Cetiis proximas. Sanè respectu Bojorum perspicuum fermè ex fide Marini fit: eos nec in ordinem

dinem primum Pannoniæ septentrionalis circa Vindobonam, nec in ordinem tertium sub Dravo & Savo se ingessisse, neque in ordine secundo longè versùs Danubium se protendisse: sed duos adhuc populos ibidem ad latus orientale habuisse, adeoque in vicinia Cetiorum montium se continuisse, & propriè eum tractum terræ, qui à Styriæ hodiernæ tunc temporis Tauriscorum provinciæ finibus, inter fluvios Leitham & Raab, usque ad lacum Neisidlensem protenditur, obtinuisse. Notis sedibus antiquis Boicis, nota quoque evadunt deserta Bojorum, de quibus nunc agendum.

### *Deserta Bojorum.*

*CCCXCII. Ex Strabone Geogr. lib. 5.* Circa fluvium autem illum (Padum) quondam, ut dixi, Galli habitabant plurimi, quorum maximæ gentes Boji, & Insubres &c. Romani Bojos suis domiciliis ejecerunt, qui deinde ad Istrum cum commigrassent, apud Tauriscos habitârunt, bellumque contra Dacos gesserunt, donec tota ipsorum gens funditus est excisa, & agrum, qui ad Illyricum pertinet, desertum ac pecoribus pascuum vicinis reliquerunt.

*Ex Strabone lib. 7.* Prope hanc regionem (silvæ scilicet Herciniæ) origo est Istrum & Rheni, ac lacus inter horum fontes situs, & paludes è Rheno effusæ: lacus in ambitu habet stadia amplius CCC. trajectum prope CC. &c. Lacum Rhæti exigua parte, majori Helvetii & Vindelici attingunt; inde est Bojorum solitudo usque ad Pannonios &c. Idem Bœrebiestes Celtas Thracibus & Illyriis permixtos evastavit, Bojos, qui sub Critasiro erant, prorsus delevit, itémque Tauriscos, ut suæ genti tantò essent majores facultates &c. Primum itaque Illyrica exponamus, quæ & Istrum & Alpes attingunt, sita in medio Italiæ & Germaniæ, incipientia à lacu, qui apud Vindelicos est, & Rhætos, & Tœnios. Hujus regionis partem vastam desertamque reddiderunt Daci, debellatis Bojis & Tauriscis Gallicis gentibus Critasiro subjectis, qui eam sibi vindicabat regionem, quanquam amnis distingueret Parisus, qui à montibus in Istrum defluit per Scordiscos Gallos. Hi enim permixti Illyricis ac Thracibus habitabant. Verùm illos (Bojos & Tauriscos) Daci deleverunt, his (Scordiscis) sæpe usi sunt fociis. Reliqua versùs septentrionem & Orientem tenent Pannonii usque ad Segesticam, & Istrum; versum reliquas plagas magis extenduntur.

*Ex Plinii Hist. lib. 3. cap. 24.* Noricis junguntur lacus Peiso, deserta Bojorum: jam tamen coloniâ Divi Claudii Sabariâ, & oppido Scarabantiâ Juliâ habitantur.

Plinius igitur deserta Bojorum strictè accipit pro illo tractu terræ ad latus Norici & montium Cetiorum, quem reverà olim Boji possederant: dicit enim deserta esse juncta, id est vicina Noricis, non itaque permixta. Quod autem dicit, lacum Peisonem itidem esse junctum Noricis, cum tamen intercedat pars Pannoniæ Ripensis, in vicinia Vindobonæ, olim ab Azalis Pan-

nonibus possessa : intelligendum est in laxo sensu pro lacu simul cum adiacente terra ; ideò autem de lacu Peifone mentionem facere voluit, ut denotaret : ad latus Cetiorum montium Noricis jungi deserta Bojorum, non immediatè à ripa Danubii, sed primùm à fine lacus Peifonis : ita ut sedes quondam Bojorum præcipuè inter fluvios Leitham & Arrabonem, à Cetiorum montium parte ibi intermedia usque ad lacum Peifonem, fuerint.

**CCCXCIII.** Strabo econtrà deserta Bojorum laxè accipit pro desertis simul Tauriscorum. Hi montana per Styriam hodiernam, Carinthiam, & Diæcesin Salisburgensem, ut Alpes ibidem Taurin dictæ innuunt, tenebant ; dum autem æquè ac Boji à Dacis evastarentur, montana hæc, maxima ex parte, finè habitatoribus erant, & rectè tempore Strabonis sub Augusto Cæsare vasta adhuc jacebant. Unde enim locò Tauriscorum deletorum & partim in Dalmatias & ultra aufugorum populus alius immigrare debuisset ? Ex Rhætia & Vindelicia non, ex illis enim populis, ne vires rebellandi haberent, Augustus magnum numerum in alias terras transtulit. Ex Suevis & Marcomannis non, Maroboduus etenim potiùs populares suos ex finibus dominatùs Romani, quos infederant, ad Herciniam silvam retraxit. Ex Pannonia etiam non, quia illa, multùm afflicta à Dacis, nec propriarum sedium culturæ sufficiebat. Ergo rectè Strabo in sensu suo, Tauriscorum deserta simul comprehendente, dicere poterat, inde à Vindelicis esse Bojorum solitudinem usque ad Pannonios.

**CCCXCIV.** Ex his nunc inferendum 1.<sup>mò</sup> Promontorii orientalis Cetiorum nomen Kalenberg non derivari à Gallis, quasi Gallenberg propriè dici deberet, sed à calvitie, quoniam Galli seu Boji eousque sedes non extenderrant. Econtrà 2.<sup>dò</sup> extremo occidentali Cetiorum Gallenberg in vicinia Labaci rectiùs denominationem à Gallis competere, ast non à Gallis Bojis, sed Tauriscis, qui ibi & alibi in montanis Norici sedes quondam habuerant. 3.<sup>tiò</sup> mirandum non esse, quòd Itineraria Romanorum nullum locum in Styria inferiore, qui ultra Celeiam & Petavionem interior sit, accedant, quoniam post evastationem Dacicam populus novus ita non creverat, ut Romani loca illa invisendi argumentum haberent. 4.<sup>tò</sup> quoque mirandum non esse, quòd tot vestigia Slavicæ nationis, v. g. Windisch - Feistritz, Windische Bühel &c. (*vid. num. 415. a.*) cum ipsa adhuc lingua Slavica, ibidem reperiantur ; cum enim rari essent possessores veteres, Slavi tantò majorem occasionem illuc nullo vetante immigrandi nanciscebantur.

### *Loca quedam Pannoniæ superioris.*

**CCCXCV.** In notis generalibus ad Ptolemæum *num. 290.* jam actum est de locis ad Danubium, & de iis sat intelligibilis est Ptolemæus : juncta autem Ptolemæi Geographiâ cum mensuris itinerariorum Romanorum certa fermè omnia hæc loca evadunt ; Ptolemæus enim, quo ordine loca ab Occidente in Orientem, & dein in meridiem sibi subsequantur, sat indicat : Itineraria autem eundem ordinem confirmant, & mensuris distantiarum situm specificum determinant. In locis mediterraneis Ptolemæo ignoscendum, quòd in Pannonia superiore, ubi duæ scalæ, tribus gradibus longitudinis & uno latitudinis inter se distantes, concurrunt, ignarus hujus differentiæ, modò ex hac, modò ex illa gradus adscripserit, adeoque ita commiscuerit, ut quid huic vel illi scalæ debeat, non nisi aliis adminiculis accedentibus discerni queat. Loca talia sunt :

*Ex*



*Ex Ptol. lib. 2. cap. 15.*

|               |            |          |              |            |          |
|---------------|------------|----------|--------------|------------|----------|
| Scarabantia : | long. 39½. | lat. 47. | Carrodunum : | long. 39½. | lat. 46. |
| Savaria :     | 38½.       | 46½.     | Prætorium :  | 40½.       | 46½.     |
| Sala :        | 38½.       | 46½.     | Siscia :     | 39.        | 45½.     |
| Patavium :    | 37½.       | 45½.     | Æmona :      | 36½.       | 45½.     |

**CCCXCVI. SCARABANTIA :** Gradus hujus loci (qui est Edemburg) desumpti sunt in longitudine ab exemplo Vindobonæ, cui dat Ptolemæus gradus 37½. & in latitudine ab exemplo Savariæ, cui tribuit 46½. itaque arbitraria est expositio graduum Scarabantia; prout Ptolemæus ipse in prologo fatetur, in mediterraneis, ob defectum notitiæ specialioris, gradus congruè, quàm maximè fieri potuerit, à se describi; unde exactitudo apud eum in hujusmodi locis non requirenda, sed sufficit, si ordo in Orientem & meridiem de loco ad locum fervetur.

**CCCXCVII. SAVARIA :** Hujus loci (qui est Stein-am-Anger) gradus sunt æquè arbitrarii, in longitudine ab exemplo Vindobonensi, & in latitudine ab exemplo fors Arrabonæ, cui dat gradus long. 47½.

**SALA :** Gradus sunt ejusdem scæ cum Savaria, longitudo nempe eadem, latitudo verò ½. gradus inferior. Situs Salæ ex itinerariis quoque notus est, quod sit in medio itineris à Sabaria ad Halicanum, itaque prope hodiernum Luvir ad fluvium ibidem, Sala nunc quoque dictum. *vid. num. 413. b.*

**PATAVIUM :** Rectiùs Petavio, hodie Petovium, seu Pettau, conforme est scæ Germanicæ. Ptolemæus longitudini Vindobonensi detrahit ½. gradus, latitudini Carnuntensi gradum 1½. Reverà Petovium Vindobonâ est occidentalius ½. & Carnunto meridionalius 1½. gradu.

**CCCXCIII. CARRODUNUM :** De hoc loco sic loquitur *Ptolemæus in descriptione Pannonia inferioris lib. 2. cap. 16.* quod juxta divertigium est fluvii ad occasum extensi, qui per geminas Pannonias fluit, scinditurque juxta Carrodunum civitatem, quasi ad montem Cetium. Pars ejus septentrionalior appellatur σαουρίας, meridionalior autem Δάρος, quem Barbari nunc Δάρα vocant. Ptolemæus hinc intelligit Dravum fluvium, quem ipse Darum vocat, à Barbaris autem Dara vocari dicit, rectiùs autem Draum & Draa dixisset. Fluvius alter, qui hinc σαουρίας nuncupatur, Muhr fluvius necessariò est: nomina enim fluviorum etiam in aliis scriptoribus quandoque variant, & nomen *Sava* pluribus fluviis commune olim fuit, sicut in Lafnitz & post cum eo in Arrabonem in Stiria influit fluvius, qui hodiè adhuc *Sava* vocatur. Igitur Carrodunum est hodierna civitas Legrad, ibi enim Dravus in Ptolemæi idea, fluvios versùs fontes respiciente, scinditur, & alveus, qui situm versùs fontes semper meridionaliorem respectu Muri servat, nomen Draui retinet, alter verò in septentrionem magis tendens Muhr audit. Gradus sunt ex scala Pannonica, Vindobonæ gradus long. 40. lat. 48½. attribuyente; supponit autem erroneè Ptolemæus, quasi Carrodunum ipsos fermè montes Cetios attingeret, adeoque aliquantum occidentalius Vindobonâ esset, cum econtrà tertia parte sit orientalius. Latitudo ponitur 46. graduum, apud Geographos hodiernos autem nempe Vischerum Tyrolensem in charta Styriæ speciali de A. 1678. graduum 46. minorum 8. apud Homannum verò gr. 46½. unde ergo pronum est, gradus Carroduni nullo modo scæ Germanicæ deberi, sed Pannonicæ.

**CCCXCIII.**

**CCCXCIX. PRÆTORIUM** : secundum Tabulam debebat esse ad dextram seu inferiorem ripam Savi fluvii M. P. XXXII. orientalius Æmonâ. Scala nullo modo combinabilis est Germanicæ, sed Pannonicæ, & quidem eum largitate, sufficerent enim gradus long. 39½, lat. 46. Prætorium hoc Latovicorum est.

**SISCIA** : De hac jam supra dictum. Gradus sunt ex scala Germanica jam Pannonicæ obviant, namque Ptolemæus Sisciam ponit in meridiano Carnunti 39. graduum ; latitudini verò Carnuntensi 47. graduum detrahit 17. gr. Reverà etiam secundum hodiernos Geographos hæc duo loca sunt in eodem meridiano graduum 40. min. 35. latitudine autem duobus gradibus meridionalior est Siscia, ergo Carnunti gradibus est proportionata.

**ÆMONA** : De hac etiam dictum. Gradus sunt æquè ex scala Germanica. In hac secundum Ptolemæum Æmona est occidentalis Vindobonâ gr. 17. secundum hodiernos gr. 17. Cæterorum locorum à Ptolemæo ad Pannoniam superiorem allatorum nomina obsoleta & antiquitatem magnam redolentia sunt, atque in itinerariis & scriptoribus non amplius occurrunt, adeoque nec operæ pretium faciunt, de illis indagacionem prosequi.

## SECTIO XXV.

### cccc. Pannoniæ primæ via Ripensis.

| <i>Ex Tabula.</i>    | <i>Ex Itinerario Ant. pag. 246.</i> | Compellationes locorum hodiernæ. |
|----------------------|-------------------------------------|----------------------------------|
| <i>Vindobona.</i>    | <i>Vindobona.</i>                   | Vienna.                          |
| <i>M. P. X.</i>      |                                     |                                  |
| <i>Villa Gai.</i>    | <i>Ala Nova in medio.</i>           | prope Mannswerth.                |
| <i>IV.</i>           | <i>&amp;</i>                        |                                  |
| <i>Æquinoctio.</i>   | <i>Æquinoctio in medio.</i>         | Fischament.                      |
| <i>XIV.</i>          |                                     |                                  |
| <i>Carnunto.</i>     | <i>Carnunto Leg. XIII. Gemina</i>   | Petronell.                       |
| <i>XIV.</i>          | <i>- - - XXVIII.</i>                |                                  |
| <i>Gerulatis.</i>    | <i>Gerulata in medio.</i>           | Carlbürg.                        |
| <i>XVI.</i>          |                                     |                                  |
| <i>Ad Flexum.</i>    | <i>Flexo - - - XXX.</i>             | Altenburg Hung.                  |
| <i>XIII.</i>         | <i>Quadratis in medio.</i>          | ad ovile Comitum Zitzf.          |
| <i>Stailuco.</i>     | - - - - -                           | ultra ad ½ mill. Germ.           |
| <i>XII.</i>          |                                     |                                  |
| <i>Arrabo fl.</i>    | <i>Arrabona - - - XXII.</i>         | Raab.                            |
| <hr/>                |                                     |                                  |
| Summa M. P. LXXXIII. | M. P. LXXX.                         |                                  |

In notis generalibus *Num. 306.* jam monitum, hinc in mensura itinerarii Antonini inter Flexum & Arrabonam subesse errorem Librariorum, & locò M. P. XXII. debere restitui M. P. XXV. ut distantie naturalis dimensio infra docebit. Hoc errore itaque restituto, utrumque itinerarium eandem mensuram definit, & in ductu itineris saltem non longè à se invicem discedit.

**CCCCI. VINDOBONA** : Locus primus est Pannoniæ primæ, nunc Vienna Austriæ nuncupatus, quanquam nomen etiam antiquum Vindobonæ pari & apud literatos potiori jure servet. Derivatur hoc à Vindone fluvio, cui ad-jiciebatur olim terminatio familiaris civitatum *bona*, licet & aliæ terminatio-  
nes

nes *mina* & *mana* reperiantur, Jornandes enim, ut *num.* 759. *b.* Vindominam, Notitia Imperii ut *num.* 409. Vindomanam nominat. De hujus Urbis antiquitate Romana multum referre non attinet, utpote quod à pluribus aliis abundè jam præstitum; sed id monuisse sufficiet, situm principalem veteris Vindobonæ eundem fuisse, ac hodiernum, & munimentum Romanum ei elevatori ripæ Danubii incubâsse, quæ nunc civitate ipsa includitur, quanquam ab exemplo Carnunti, Bregetionis, Comagenorum &c. non dubitandum, ripæ æquè superioris & inferioris partem per ædificia alia occupatam fuisse.

VILLA GAI, seu ALA NOVA: Primum nomen à Tabula (fortassis à villa *im Gau* seu *Gay* sita) secundum ab itinerario Antonini (à Præsidio Equitum Dalmatarum) usurpatur. Locus idem censendus, & quidem ad hodiernum vicum Mannswerth, cùm mensura distantiae à Vindobona M. P. X. & ab Æquinoctio seu Fischament M. P. IV. Oppido Schwechat, quod inter Viennam & Fischament planè medium est, simpliciter exclusivam det, Romanisque solitum fuerit, pro munitionibus ripas Danubii eligere. De congruentia mensuræ Rom. agetur mox.

CCCCII. ÆQUINOCTIUM: Secundùm Tabulam hic locus medullium inter Vindobonam & Carnuntum occupabat, utrinque M. P. XIV. æqualiter distans, unde & nomen traxisse videtur. Mensuræ huic ripa elevata, angulo confluentium fluviorum Fische & Danubii incumbens, & nunc ab ipso Oppido Fischament è latere Danubii in longitudine orgyarum 200. occupata, apprimè correspondet: quæ & his temporibus suffossa, non rarò numismata, & alia signa antiquitatis Romanæ ex sinu suo protulit. Unde vallum quadrato-oblongum, mediâ fermè viâ inter Fischament & vicum Elend, hinc orgyis 944. illinc 1589. distans, & ripam Danubii in longitudine orgyarum 256. occupans, quod *Comes Marsili in Danubio Pannon. Mys. Tom. 2. Tab. 1. fig. 1.* delineat, & à quibusdam pro Æquinoctio habetur, potiùs aliis posterioribus temporibus pro congregando milite inservit, & Romani nihil est, nec mensuræ Romanæ convenit. Videndum nunc de congruentia physica Romanarum mensurarum, & quidem inde à Vindobona usque Carnuntum, cui intervallo utrumque itinerarium M. P. XXVIII. præfigit, ut itaque etiam utraque mensura ex pariformi dimensionationis norma processerit. A porta Viennensi, Stuben-Thor dicta, sunt orgyæ, usque ad lineas S. Marci 1482. usque ad Simering vicum, prope ecclesiam in bivio Eberstorffium ducente 1360. Eberstorffium circa arcem 2346. ad introitum vici Mannswerth 1600. prope finem ejusdem apud ecclesiam 600. ad locum, ubi Danubius sinu longo & lato ripam invadit 333. inde usque ad initium suburbiorum oppidi Fischament 3536. usque ad portam ipsius oppidi 322. summa Vindobonâ usque Fischament 11579. Hæc distantia secundùm *num.* 314. *e.* apprimè convenit mensuræ Romanæ M. P. XIV. Mensura Romana subdivisa autem in intermediam villam Gay seu Alam Novam M. P. hinc Vindobonâ X. illinc Æquinoctio IV. sic convenit, si supponatur, viam Romanam à suprascripto sinu Danubii, quorsum expletæ sunt Vindobonâ orgyæ 7721. eum obambulando, in longè iterum proficientem, tuberosam, ac silvestrem hodie ripam per orgyas circiter 400. tendere, ibique tempore eo antiquiore, cujus mensuram Tabula exscripsit, sitam villam Gay, tempore noviore autem præpositam munitioni Ripensi Alam Novam invisere. Locus certè aptus ibi erat, è quo præsidium longinquè in Danubii alveum superiorem & inferiorem prospectare, & hostiles adversæ ripæ motus observare poterat. Porro ab exitu oppidi Fischament versùs Petronillam, in via hodierna Regia, quâ rectior Romana esse nequibat, invenitur

nitur distantia orgyarum usque ad vicum Elend 2789. Regelsbrunn 3760, usque ad oppidum hodiernum Petronell 3520. usque ad quadratum Romanum inter Petronell & Teutsch-Altenburg 880. summa 10949. Distantia hæc mensuræ Romanæ M. P. XIV. strictè sumptæ, ut *num.* 314. c. ritè convenit.

**CCCCIII. CARNUNTUM** : Id certè in situ circa hodiernum Petronell & Teutsch-Altenburg quondam fuerat, ut superficies ipsa, quæ post celebritatis Carnuntinæ interitum magna ex parte in squallore antiquo inculta adhuc jacet, obindèque vestigia antiquitatis patentia habet, luculentissimè demonstrat. Distinguendum autem inter statum Carnunti crescentem & floridum, dein verò deciduum. Augusto, qui primus Danubium Romani Imperii limitem ex integro effecit, nascens celebritas Carnunti debetur. Sub Trajano, qui Dacos, aliósque populos circumvicinos devicit, & sub Hadriano, qui colonias plures & municipia exornavit, crescens : ast sub Marco Aur. Antonino, qui tribus continuis annis Carnunti, ob bella cum Quadis, Marcoman- nis, & Sarmatis, residebat, adulta jam erat celebritas, & usque ad tempora Gallieni Imperatoris, unà cum felici undique successu rerum Romanarum perduravit. Is autem, luxui duntaxat intentus, res Romanas pluribus in partibus, & præcipuè in Illyrico, pessumdedit, quin & anno æræ Christianæ 263. partem Pannoniæ superioris, adeoque & Carnuntum Attalo Regi Quadorum ob amorem filiæ ejus Pipæ cessit. Non mansit itaque sibi simile Carnuntum, sed ad humiliorem valde fortunam delapsum est. Probus Imperator in integrum quasi restituere cœperat rem Romanam in Illyrico, alibique ; sed cœptis morte præruptis, sub Caro iterum omnia pessum ibant. Diocletianus Valeriæ exornandæ intentus cultum ob id Carnunti & totius Pannoniæ Primæ posthabebat. Ultimum, quod de Carnunti fama quadantenus adhuc vigente prædicari potest, est, quòd Licinius ibidem à Galerio anno æræ Christianæ 308. Imperator creatus sit. Constantinus Magnus A. 322. Sabariæ, ubi *legem* 1. *Cod. Theod. de Constit. Princ. VII. Kal. Aug.* condidit, nec non Mursæ aliquoties, & Syrmii sæpe substitit : sed Carnuntum accessisse nullibi legitur ; generaliter quoque à *Zosimo* (ut *num.* 642.) inculpatur, nimium Barbaris aditum in Romanum Imperium fecisse, & limitanea Imperii Romani loca præfidiis denudasse. Subsequentium etiam Imperatorum nemo Carnunti egisse memoratur, præter Valentinianum I. qui A. 375. Carnunti per tres menses bellum contra Quados paravit, & ibidem *Legem* 12. *Cod. Theod. de accusationibus* prid. Id. Aug. edidit. Unde mirum non est, *Ammianum Marcellinum* lib. 30. de statu Carnunti circa hæc tempora seculi quarti conqueri, desertum id jam tunc fuisse & squalens quanquam ductori exercitûs perquam opportunum. Demum in seculo quinto, sub ingruentibus Attilæ, Hunnorumque devastationibus, Carnuntum penitè succubuit, & nunquam restitutum est.

**CCCCIV.** Quæ igitur facies Carnunti fuerit in florente statu usque ad Gallienum Imperatorem A. 263. commonstrant rudera, in præsentem diem ex parte exstantia. In itinere Vindobonâ Carnuntum, ante hodiernum Petronell, hodie visitur vivarium ferarum, ripæ Danubii proximum, & usque ad ipsum Petronell excurrens, informem & tuberosam superficiem repræsentans, quæ qualibet suffossione lapides & lateres Romanarum ruinarum ædificandi necessitati subministrat, quin & Cippos & monumenta Romana producit. Hic locus inserviisse censendus pro ædificiis ad usum & commoditatem classis Histricæ Romanæ, antequam hinc Vindobonam transferretur ; hinc enim duntaxat ripa Danubii demissior aditum ad naves onerandas & exonerandas admittit : subsequens ripa autem alta & prærupta accessum & recessum cum one-

oneribus non patitur. E latere dextro vivarii vestigia quadrati oblongi cernuntur in longitudine orgyarum 64. & latitudine 34. quod vel fano Deorum & habitationi sacrificulorum, vel potiùs habitaculo Præfeti Classis inserviisse credendum. Carnunti celebre ædificium pro sacris gentilibus exstructum fuisse docet inscriptio lapidis ad portam arcis Petronillæ exteriorem prostantis, quæ sic habet:

SILVANAB. ET. . . . .  
 QVADRIBIS. AVG. SACRVM.  
 C. ANTONIVS. VALENTINVS.  
 VET. LEG. XIII. G. MVRVM. A. FV  
 NDAMENTIS. CVM. SVO. INT  
 ROITO. ET. PORTICVM. CVM.  
 ACCVBITO. VETSFATE. CONLA  
 BSVM. IMPENDIO. SVO. RES† TV  
 IT. GENTIANO. E. BASSO. COS:

Corrigenda & restituenda hîc videntur: SILVANAE. locò SILVANAB. VE†STATE. locò VETSFATE. Lapis enim verè Romanus quidem est, ut figuræ Romanæ lateribus ejus insculptæ docent, sed inscriptio his posterioribus temporibus renovata, & colore nigro illinita est: unde renovanti error in literis obrepit. Tempus adnotatum, *Gentiano & Basso Consulibus*, incidit in annum æræ Christianæ 211. Porro adhuc remotiùs ad dextram in agro hodie fertili, è regione dicti quadrati, post spatium intermedium 150. orgyarum, prostat arcus antiquus triumphalis (vulgò *das Heydnische Thor* appellatus) injuriis temporum valde laceratus & convulsus, altitudinem habens sub fornice 24. latitudinem inter columnas hinc inde 18. spissitudinem in quolibet latere columnæ 12. pedum. Arcus hujus columna septentrionalis obvertitur præfato quadrato, patens transitus autem rectà respicit quadratum majus, de quo mox. Unde inferendum venit, quadratum minus usui Augustorum non inserviisse, sed Prætorium in quadrato majori quærendum esse. Arcus ille ex forma & architectura sua pro porta civitatis, ut vulgus credit, haberi nequit, sed in honorem vel primi domitoris superioris Pannoniæ, Imperatoris Augusti, vel filii ejus Tiberii, vel Hadriani, dum provincias obiret, vel Marci Antonini, qui integro triennio ibi degerat, positus videtur.

CCCCV. Post hanc superficiem, de qua nunc actum, sequitur ipsum oppidum Petronell, & post illud ripa ulterior, partim tumulis squallida, partim culturæ subjecta, usque ad quadratum majus, in quolibet latere orgyas 180. complectens. In hoc quadrato (quod hodie adhuc compellationem, *die Burg*, locò veteris Prætorii retinet) suffossiones variæ, & studiò factæ sunt: quibus autem, præcipuè in parte Danubio proxima, fundamenta fermè impenetrabilia murorum latissimorum sese objecerunt; undè ibi Prætorii ædificia stetisse censendum. In latere quolibet etiam ruinæ murorum, & fornicum subterranearum prospectant. Post hoc quadratum subsequitur rursus partim tuberosa superficies, partim culturæ subjecta usque ad Teutsch-Altenburg, & tota hætenus recensita ripa jam toties & tanta produxit monumenta, numismata, & alia signa Romana, & qualibet occasione suffossionis, v. g. annò 1741. in reparatione viæ, me ipso teste & inspectante, producit, ut dubitari, an Carnuntum hîc steterit, nequeat. Ripa ea à fossa aquæ in vivarium collabentis ad initium quadrati minoris usque ad finem quadrati majoris, continet in longitudine orgyas 1850. si itaque extensioni Carnunti adhuc adjiciatur ripa ul-

terior usque ad Teutsch-Altenburg orgyarum 600. extensio ea omnino sufficere poterat pro statu etiam florentissimo Carnunti; adeò ut iis assentiri non possim, qui subsequam adhuc ripam usque Haynburgum, incluso quoque hoc loco, Carnunti pomœriis adnumerant. Adjicerentur in hac illorum opinione longitudini Carnunti orgyæ 1890. adeòque tota longitudo Carnunti fuisset orgyarum 4340. quod verosimilitudinem superat; & imprimis quidem ripa, à Teutsch-Altenburg Haynburgum tendens, cuspidè transversorum montium & rupium ad Danubium usque protensâ, statim ab exitu Altenburgi intercipitur: transenso hoc dorso autem per montes à latere imminentes nimium coarctatur, obindèque pro continuatione Carnunti informior est, nec vestigium Romanæ antiquitatis monstrat. Ipsum Haynburgum in turribus & muris civitatis, vetustatem præferentibus, nec non in arce, monti præalto insidente nihil, quod primorum Babenbergicorum Marchionum Austriæ ævum in seculo decimo antevertat, testificatur. Inscriptio quæ ibi visitur lapidis: **PROBUS DECURIO MUNICIPII CARNUNTENSIS EX QUINTA DECURIA**, à vero Carnunto vicino illuc translata, & ad summum Villa Romana, ceu Tusculanum quoddam, vel etiam Lucus Diis facer, non civitas ibi esse poterat: cum Romani nullibi in Pannonia montes præcelso pro munimentis & municipiis elegerint.

**CCCCVI.** Cæterum Carnunti nomen à primævo Carnico præsidio, illuc à Romanis collocato, descendere videtur, quod & confirmat Notitia Imperii, dum Legionis decimæ quartæ geminæ, Carnunti præsidiariæ, milites *Liburnarios* vocat, qui populus Liburnarius seu Liburniæ cum Carnis comixtus erat.

**CCCCVII.** **GERULATA**: Hujus loci Romani situs indubiè competit hodierno Carlburg in ripa Danubii, ad domicilium Baronis Jalzi, ubi præter erutos ibidem lapides Romanos & effossa numismata, munimenti Romani rudera murata tum in Danubio, qui ripam hinc arrosit, tum in basi montis ad eandem ripam, ex ruinis ædificiorum olim, & quidem, ut credibile, ab Hunnis in speculam pro more suo aggesti, cernuntur. Traditio fert, his rudibus Danubianis à primis Pannoniæ Christianis superimpositam fuisse capellam, cujus autem hodie præter memoriam nihil exstat. Mensura Romana M. P. XIV. huic loco bene congruit; à fine enim Carnunti id est à Teutsch-Altenburg per Haynburg, Wolfsthal, Kittsee, usque ad Carlburg inveniuntur orgyæ 11916.

**AD FLEXUM**: Est Hungarisch Altenburg, seu Hungarico idiomate *Ovár*, quod itidem significat arcem antiquam, quo nomine locum hunc à primo Hunnorum in Pannoniam adventu compellatum esse traditur: ut igitur munimentum Romanum ante Hunnos fuisse necesse sit. Nomen Romanum **Ad Flexum** correspondet situi, qui est intra divisos, obindèque ambitum & flexum facientes ramos fluvii *Leithæ*, non procul abhinc Danubio influentis. Locus ipse Castellum hodierni unicus in tota vicinia est soli elevatioris, ad munimentum apti, cum cætera ripa depressa sit. Rudera Romana per tot formæ propugnaculi mutationes hodie haud dignoscuntur, inventa autem sunt murorum subterraneorum vestigia ante complures annos, dum area Castellum pro ductu colluviei efformando aperiretur. Mensura distantiae à Gerulatis M. P. XVI. in via, Danubii ripam nullibi sequente, sed per Ragendorf, & Pauldorf rectâ, ut nunc, pergente, stricto computui sub *num. 314. e.* rectè convenit, in distantia enim physica reperiuntur orgyæ 12156.

**CCCCVIII.** **ARRABONA**: seu secundum Tabulam **ARRABO FL.** ubi & adjungenda loca intermedia:

QUA.

QUADRATA, & STAILUCO : Per Arrabonam Itinerarii, & Arrabum fluvium Tabulæ, unum eundemque locum denotari, qui nunc Jaurinum, & germanicè Raab vocatur, certum fermè fit tum per ductum viæ Bregetionem versùs, quorsum utrumque itinerarium tendit, & alia via, nisi per Raab, non congruit: tum per similitudinem mensuræ utriusque itinerarii inter hunc, & locum à quo & ad quem, nempe ad Flexum, & Bregetionem. Interim tamen differentia nominis differentiam qualitatis loci pro diversitate temporis involvit. Tabula ex itinerariis seculi tertii finientis collecta, nominando locum, *Arrabo fluvio*, id innuit, tunc temporis, præter opportunitatem trajectûs fluvii Arrabi, non nisi munitionem limitaneam ibi loci fuisse, prout mos erat Romanis, munitiones in limitibus, & præprimis ad confluentias fluviorum extruere. Econtrà itinerarium alterum, quod Antonini, inspecta nempe origine, vocatur, & jam omnes novitates à subsequo ævo superadditas, per accessionem & correctionem complectitur; *Arrabona* compellationem habet, adjunctâ terminatione civitatibus propriâ, illo rursus indicio, qualitatem civitatis munimento accessisse; id quod Diocletiano tribuendum, qui hanc munitionem, Valeriæ vicinam, jure municipii auxit & exornavit. Munimentum itaque Arrabense antiquum angulo hujus confluentiæ incumberebat. Rudera adhuc Romana inspicere velle, requirendum non est, cum eidem superficiæ pars hodierni grandioris fortalitii infistat, & varia sui transformatione antiquitates obduxerit. Distantia physica inter Flexum seu castellum Hungarico-Altenburgense, & angulum confluentium fluviorum Arrabi & Danubii, pergendo rectâ viâ, ut nunc, est usque ad ovile Comitum Zitsi (quod via hodierna propinquè prætermeat) orgyarum 8811. inde verò usque ad dictum angulum confluentiæ orgyarum 11156. summa igitur totius intervalli inter Altenburg & Raab orgyarum 19967. quæ, ut *num. 314. c.* æquivalet Romanis M. P. XXV. prout eundem hunc numerum Tabula edit. Ovile Comitum Zitsi ideò in hac itineris dimensione specificatur, quoniam ibi rudera antiqui munimenti Romani, è latere sinistro ovilis in solo elevatiore, quod ob rudera congesta collis tuberosi speciem nunc refert, adhuc cernuntur, quæ exstructio ante non multa tempora ovili materiam, magna ex parte, ut refertur, subministrârunt. Hic igitur absque dubio erant Quadrata itinerarii Antonini. Non autem eadem sunt cum Stailuco Tabulæ, ut mensura ejusdem Tabulæ docet, quæ à Stailuco Flexum M. P. XIII. & Arrabonam XII. ponit, cum in distantia physica Quadrata à Flexo duntaxat M. P. XI. ast ab Arrabona XIV. sejungantur. Itaque Stailucus Tabulæ pro mutandis equis adhuc M. P. II. à loco Quadratorum Arrabonam versùs distabat, & Quadrata tempore Tabulæ fors necdum existebant, sed paulò post primùm sub Diocletiano Valeriæ suæ exornandæ & tutandæ multùm intento exsurrexerunt. Cæterùm ex distantia physica viæ hodiernæ, quâ rectior Romana esse nequibat, patet: errorem librariorum in Itinerario Antoniniano hic loci subesse, & locò nimis curtæ mensuræ M. P. XXII. debere restitui M. P. XXV. ut supra *num. 306.* dictum.

### *Ex Notitia Imperii.*

CCCIX. Locis Pannoniæ primæ hætenus recensitis præsidia assignantur hæc:

Vindomanæ (Wienn) Tribunus gentis Marcomannorum: Præfectus legionis decimæ. Præfectus Classis Histricæ à Carnunto translatae, Alæ Novæ (prope Mannswehr) Equites Dalmatæ.



Æquinoctiæ (Fischament) Equites Dalmatæ.

Carnunto (inter Petronell & Teütsch - Altenburg) Præfectus legionis quartæ decimæ geminæ, militum Liburniariorum, Cohortis partis superioris.

Gerolata (Carlbürg) Equites sagittarii.

Flexo (Hungarisch - Altenburg) Cuneus Equitum Dalmatarum. Equites promoti.

Quadrato (ad ovile Comitum Zitsi) Equites Mauri.

Arrabonæ (Raab) Præfectus legionis decimæ & quartæ decimæ geminatæ militum Liburniariorum. Cuneus Equitum Stablesianorum. Equites promoti.

Econtra loca præfidiaria dubia situ sunt:

Quadriburgium, cui præsidium assignatur: Equites sagittarii.

Ad Mauros. Equites promoti.

Ad Herculem. Auxilia Herculensia.

Cannabiaca. Tribunus Cohortis.

De situ præsidii ad *Mauros*, constabit ex infra dicendis in Valeria, eum locum ibi fuisse, ubi nunc est fortalitium Comorn.

*Quadriburgium* numerat quoque Notitia inter præfidia Valeriæ, ibidem ei assignans Tribunum Cohortis. Unde inferendum: munitionem hanc in limitibus Pannoniæ primæ & Valeriæ sitam, & pro defendenda utraque provincia destinatam fuisse, cujus præsidium Equitum sagittariorum Duci Pannoniæ primæ, alterum Cohortis ex legione Duci Valeriæ paruerit. Limites Pannoniæ primæ & Valeriæ sunt ad utrumque latus Arrabonæ, quæ ipsa adhuc à Notitia soli Pannoniæ primæ, sub præsidio ex duplici legione, nempe Vindobonensi decima geminata, & Carnuntensi decima quarta geminata, addicitur. Cùm itaque Itinerarium Antonini in via ripensi, Bregetione Arrabonam, primum locum intermedium ad Mures (quòd legendum ad Mauros) secundum locum verò ad Statuas nominet, cujus nominis Notitia in his provinciis non meminit, ex omni præsumptione locus hic idem est cum *Quadriburgio*, de quo in Valeria pluribus.

CCCCX. *Cannabiaca* (quæ eadem videtur cum Cardabianca) itidem in Valeria provincia, infra *num.* 433. recensetur, eique pro præsidio auxilia insidiatorum adscribuntur: ut igitur & hoc loco munitio utrique provinciæ communis sub duplici præsidio, & ad alterum latus Arrabonæ sita fuerit. Rudera insignia (quorum inspectio quidem mihi, quanquam in ipsa vicinia iter facienti, ob temporis angustiam, aliàsque causas, non obtigit) prædicantur, primò ad montem tribus miliaribus Germ. ab Arrabona meridiem versùs situm hodie S. Martinsberg dictum, cui nunc Archi - Abbatia PP. Benedictinorum inest: ex cujus visceribus eruta nuper numismata antiqua vidi, quorum unum lupam cum Romulo & Remo infantibus, in adversa parte verò caput Romanum cum inscriptione Roma - - - exhibet: 2<sup>do</sup> ad insulam Raabau in ripa Arrabonis, in vicinia oppidi hodierni Arpás. Locus hic ut infra *num.* 435. b. distat Jaurino seu Arrabonâ orgyis 15733. & ad latus ejus in superiore ripa Arrabonis, adeoque adhuc remotiùs Arrabonâ, jacent Marzatil & Malomsoc, quorum hoc posterius præcipuè rudera antiquitatis ostentare dicitur. Si igitur Romanis vel ad montem Martinsberg, vel ad Malomsoc præfidia fuerunt, eum usum habuère, ut partim miles distributis quoque in interiora sedibus commodiùs aleretur, partim Quadi, subita irruptione munitionibus Danubianis præter lapsi, & in interioribus palantes, invenirent unde retundi possent.

SE.

# SECTIO XXVI.

## Pannoniæ Primæ

Viaë interiores quinque, quarum tres Vindobonam, duæ Carnuntum pro termino habent.

### N<sup>us</sup> ccccxi. Schema I.

Iter Vindobonâ Petovionem  
M. P. CLXXXIV.

*Ex Itin. Ant. p. 261.* Hodie.

*Vindobona.* Vienna.

*XXVIII.*

*Aquis.* Badena.

*XXXI.*

*Scarabantia.* Edemburg.

*XXXIV.*

*Sabaria.* Stein am Anger.

*XX.*

*Arrabone.* Raab fluvii transitus  
prope Kerment.

*XL.*

*Alicano.* In ripa Muri fl. ad e-  
jus trajectum.

*XXXI.*

*in medio  
Curtia.*

*Petovione.* Petovium.

Summa M. P. CLXXXIV.

### Schema IV.

Iter à Petovione Carnuntum  
*Ex Itin. Ant. p. 262.* hodie.

*Petovione.* Petovium.

*XXXI.*

*Halicano.* In ripa Muri fl. ad e-  
jus trajectum.

*XXX.*

*Salle.* Ad fluvium Salam  
prope Luvir.

*XXXI.*

*Sabaria.* Stein am Anger.

*XXXIV.*

*Scarabantia.* Edemburg.

*XXXVIII.*

*Carnunto.* Petronell.

Summa M. P. CLXIV.

### Schema II.

Iter à Sabaria Vindobonam  
M. P. LXXXVIII.

*Ex Itin. Ant. p. 266.* Hodie.

*Sabaria.* Stein am Anger.

*XXXIV.*

*Scarabantia.* Edemburg.

*XVIII.*

*Muteno.* Dundelskirchen.

*XXXVI.*

*Vindobona.* Vienna.

Summa M. P. LXXXVIII.

### Schema III.

Iter Sirmio Vindobonam.

*Ex Itin. Ant. p. 233.* hodie.

*Sabaria.* Stein am Anger.

*XXXIV.*

*Scarabantia.* Edemburg.

*XII.*

*Muteno.* Miledorf.

*XXII.*

*Vindobona.* Vienna.

Summa M. P. LXVIII.

### Schema V.

Iter Petavione Carnuntum.

*Ex Tabula.* hodie.

*Petavione.* Petovium.

*XX.*

*Ad Vicefinum.* Rakaspurg.

*XXXIII.*

*Arabone.* Transitus Raab fluvii  
prope S. Gotthard,  
Stein am Anger.

*XX.*

*Sabarie.* *XXXIII.*

*Scarabantio.* Edemburg.

*XXV.*

*Ulmo.* Inter Winden &  
Braitenbrunn.

*XIV.*

*Carnunto.* Petronell.

Summa M. P. CXLV.

No.

*Notæ generales in hæc schemata.*

**CCCCXII. a.** Pro detegendo viarum harum Romanarum ductu diversa itinera diversis temporibus suscepi. Prima mea cura fuit, post situs mihi fermè certò jam cognitos, Vindobonæ in hodierna civitate Viennensi: Carnunti circa rudera verè Romana inter Petronell & Germanicum Altenburg: Sabariæ in hodierna civitate Stein-am-Anger: situm quoque celebris quondam coloniæ Scarabantiæ Juliæ, & Aquarum Romanarum pervestigare; utpote quæ loca per mensuras ab antedictis tribus locis procedentes in itinerariis Romanorum ita indicantur, ut, quorsum sita esse debuerint, vix dubitatio relinquatur, si inspectio localis, & dimensuratio physica accedat. Ex chartis geographicis visum mihi fuit, pro honore coloniæ Scarabantiæ duo tantùm loca, nempe vel Edemburgum, vel Neunkirchium; pro Aquis Romanis autem unum vel alterum locum intra Cetiorum montium convallia circa Lembach situm competere posse. Persuadebar à locorum gnaris, Neunkirchium mensuræ à Romanis Sabariam versùs traditæ, si via per valles montanorum interjacentium teneatur, sat correspondere. De convenientia mensuræ Carnuntum versùs, ripam Leithæ fluvii usque ad civitatem Bruck sequendo, itidem haud magnum dubium ex chartis mihi oboriebatur. Unde perquirendum primitùs suscepi ductum reliquum Neunkirchio versùs Lembach, & inde Vindobonam.

**CCCCXII. b.** Adhibito instrumento geometrico, quod rotarum revolutiones numerat, inveni Neunkirchio Neostadium orgyas 8900. inde Badenam 10500. ad monasterium S. Crucis per continuam & sat commodam vallem fluvii ex Cetiis montibus decurrentis Schwechet 5900. ad introitum vici Alant transverso demissiore monte, sinistram ripam Schwechet fluvii occupante 2095. Summa 27395. Distantia hæc mensuram Romanam M. P. XXXI. aliquantùm, ut *num. 314. e.* excederet quidem, ast facilè ad hanc quantitatem reduci posset, si Neunkirchio non per Neostadium cum circuitu, sed rectà per Fefelau ad civitatem Badensem & vallem fluvii Schwechet iretur.

**CCCCXII. c.** Situs vici Alant, ut mox *num. 412. e.* dicetur, ob collectionem aquarum multarum undique hìc loci ex Cetiis montibus collabentium, & ob vallem ibidem sat vastam & fertilem, apprimè Aquis Romanis convenit; unde has jam me invenisse ratus, & de mensura ulteriore Aquis Vindobonam ex informatione accolarum non dubitans, vallem, quæ Vindobonam ducit, solummodò usque ad vicum Clausen profecutus sum, dein iter meum ad lævam per partem montanorum Cetiorum in viciniam Lembach direxi; sed, dum sat supérque, eum situm minimè Aquis Romanis quadrare, deprehendissem, iter iterum per viam Hochstrasse dictam ad vicum Presbaum, qui mihi in prædicta valle quoque petendus fuisset, flexi, & inde per reliqua convallia Burckersdorfium & Vindobonam usque confeci.

**CCCCXII. d.** Porro alio posteriore tempore per suscepta aliorum itinera expertus sum, Neunkirchium aliis duobus locis Romanis, Carnunto scilicet, & Sabariæ, neutiquam in mensura à Romanis itinerariis dictata correspondere. Neunkirchio Neostadium, ut suprà dictum, sunt orgyæ 8900. inde Petronillam verò, ut infrà *num. 415. c.* 34200. summa ergo à Neunkirchen, si Scarabantia fuisset, usque Carnuntum 43100. quæ quantitas nimium excedit mensuram Romanam, *num. 411. schemate IV.* M. P. XXXVIII. & *schemate V.* M. P. XXXIX. Sabariâ Scarabantiam per 4. priora schemata ibidem constanter assignantur M. P. XXXIV. & in *schemate V.* Tabula tantùm detrahit unicum

unicum milliarium, quod nullam differentiam ductûs secundùm alibi dicta involvit; econtrà *num.* 415. c. quoque videndum, viam, quam ego Sabariâ, seu à Stein-am-Anger per convallia montium Neunkirchium versùs tenui, usque ad Oppidum Sebenstein, quod adhuc medio fermè milliari à Neunkirchen distat, continere orgyas 44400. Rectior via per alia convallia mihi iter facienti non innotuit, per ipsa summa juga autem peditibus & equitibus tantùm patet, & demum circuitus omnium montium viam potiùs extenderet quàm contraheret; inde igitur concludendum mihi erat, Scarabantiam vix alii loco quam Edemburgo deberi.

*CCCCXII. e.* In hoc supposito iter repetii Vindobonâ ad Alant vicum tanquam à me suppositas Aquas Romanas, & reperi distantiam orgyarum de loco ad locum, nec non qualitatem ipsam substrati itineris, ut sequitur: Vindobonâ ad Burckersdorf viâ nunc quoque Regiâ & Postariâ 7960: ad Presbaum in valle continua Vindonis seu Wienn fluvii 4698: usque ad pedem montis, Kalte-Leithen dicti, qui solus valli obversus occurrit, 1648: usque dum paulatim anterior pars montis in æqualitatem quandam montanam ascenditur, 1066: usque in alterum gradum montis ejusdem 410: usque ad silvam, Kniewaldl nuncupatam, 202: ad initium pratorum, Rantzen-Wiesen vocatorum, quæ in latitudine transeuntur, 960: usque ad alterum extremum latitudinis 480: usque ad transitum primum rivi Agspach ex silva & monte Kniewaldl per orientem inde vallem fat amplam decurrentis 186: usque ad transitum secundum ejusdem rivi, jam aliis scaturiginibus montanis aucti, 200: usque ad vicum Clausen 2346: usque ad introitum vici Aland 3213: usque ad fertilium agrorum initium circa finem vici Alant in lævo latere fluvii Schwechet jacentium 440: usque ad medium horum agrorum 485: summa orgyarum à Vindobona 24294. Hinc abjiciendæ sunt ambages plures, quæ nunc circa prædictum montem transversum, & in ripa fluvii Agspach, partim silvestribus impedita, partim pro pratis segregata fieri debent: & hac resectione facta mensuræ Romanæ M. P. XXVIII. satisfit, si nec situs Aquarum Romanarum præcisè in hodierno vico Aland, sed proximè sub illo supponatur, ita ut situs is utrique planitiei fertili hinc & illinc ad fluvium Schwechet dominaretur. Situm hunc Romani rectissimè simplici nomine Aquarum insignire poterant; ibidem enim est notabilis quasi conventus diversarum aquarum. Fluvius Schwechet, tanquam receptor, illuc, præter diversas scaturigines proprias, rivum Agspach secum advehit, & in ipso Aland duos alios rivos Glashüttenbach & Frauenbach ab Occidente, nec non tertium ibidem Stockelenbach, & modicè infrà ex agris decurrentem quartum ab Oriente, porro remotiùs adhuc, prope vicum Meidling, quintum Trasfenmarckerbach dictum, iterum ab Occidente sibi conjungit. Ad hanc collectionem aquarum etiã germanica compellatio vetusta *Aland* referri potest; námque apud *Strickium in indice originum Japheticarum Europa rediviva* radix *A* aquas, itaque *A-Land*, terram aquarum multarum indigitat. Quapropter attentâ hac etymologiæ tam latinæ quàm Germanicæ convenientiâ, nec non sitûs ipsius fertilitate, & viarum eò per convallia tum à Vindobona tum à Scarabantia ducentium commoditate, haud temerè judicari posset, apud Romanos situm eum nec culturâ, saltem villæ cujusdam, vacasse, nec iter agendo (quod curiositas sola Cetios montes etiam hinc loci valle tenus permeandi provocare poterat) intactum mansisse, itaque Aquas Romanas eidem situi præ aliis deberi.

*CCCCXII. f.* Ast conjecturam hanc vacillare graviter facit altera pars itineris Aquis, si in Aland figantur, Scarabantiam, si hæc Edimburgo addica-

*Part III.*

O

tur.

tur. Ab Aland, computando primùm à fine agrorum fertilium, usque Edimburgum distantia est usque ad monasterium S. Crucis org. 1058. ad Badenam civitatem (ut suprà *num.* 412. *b.*) 5900. Summa eò usque 6958. si verò à fine vici Aland computetur, adjiciendæ adhuc orgyæ 990. & fit summa 7948. Prior summa secundùm *num.* 314. *e.* æquivalet Romanis M. P. fermè IX. posterior verò X. Porro à civitate Badena usque Ebenfuhr non mensuravi quidem præcisam distantiam, sed ea æqualis omnino est distantie à Traskirchen usque ad idem Ebenfuhrum, quam, ut *num.* 435. *a.* orgyarum 9213. inveni; Ebenfuhrto autem Edimburgum sunt, ut *num. eod.* 15373. Summa à Badena 24586. quæ secundùm *num.* 314. *e.* justè explet M. P. XXXI. sicut hanc mensuram inter Aquas & Scarabantiam itinerarium Antoninianum dicit, ita ut à Scarabantia Aquæ Rom. ultra Badenam in vico Aland M. P. X. adhuc distante quæri non posse videantur. Econtra Badenâ Vindobonam non sunt nisi M. P. XVIII. ut hîc iterum mensura M. P. XXVIII. non congruat. Quid hac in re sentiam dicam infrà *num.* 416. *a.*

*CCCCXIII. a.* Subjiciendum nunc iter aliud. Viennâ à porta Carinthiaca usque ad lineas Edimburgenses sunt orgyæ 960. inde Wampersdorf 16200. Edimburgum 15600. igitur

Viennâ Edimburgum org. 32760.

Edimburgo per Waresdorf usque Gûntz org. 19700. Stein - am - Anger 10700. itaque

Edimburgo Sabariam org. 30400.

Felici in situ est Sabaria; ad Orientem & meridiem latè patent campi fertilissimi; ad septentrionem cingunt montes viniferi; ad Occidentem, usque Kérment, & respectivè S. Gotthard, versùs Arrabonem fluvium silva quasi continens, multis tamen & spatiosis campis fertilibus intersecta, & oppidis, vicis, ac villis culta protenditur.

Kérment org. 15150.

*CCCCXIII. b.* Olim non transibatur Arrabo fluvius, ubi modò transiatur è regione Kérment, sed mediâ horâ infra Kérment inter vicos Nimetsalu, & Monar - Szecsüd. Hic loci quoque alveus antiquus Arrabonis mutatus, & modò palus, Herpeni vocata, est, quæ tamen excrecente alveo novo aquis exundantibus recessum præbet. Viæ illius veteris, stratæ quondam, vestigia adhuc partim dignoscuntur, atque per sequentia loca: Nabesch, Lûvir, Kutusch, Tschestrek, Riditsch, ad Lendvar duxerant.

Lûvir, vulgò Lowo org. 10600.

Summa à Sabaria org. 25750.

Paulò abhinc in via offenditur & transitur fluvius Sala à montanis Hungaricis in vicinia Styriæ apud vicos S. Piter & Rakosch ortus, versùs Sal-Egerse decurrens.

Kutusch org. 7060.

Inter Kutusch & Lendvár sunt duæ montanæ planities longæ & latæ, prima ascenditur adhuc ante Kutusch, secunda inter Kutusch & Lendvár, & hæc demum descenditur ad ipsùm Lendvár, utraque planities culta est.

Lendvár, vulgò Unter-Lendowa org. 13270.

Inde usque ad Muri trajectum 3200.

Summa à Lûvir usque ad Murum fl. org. 23530.

*CCCCXIII. c.* A Lendvár viam regiam Tschakathurnum versùs tantùm tenui usque ad trajectum Muri fluvii, dein ex altera ripa viam flexi ad Strigowo seu Stridonium, S. Hieronymi patriam. Jacet id oppidum in extremo val-

vallis oblongæ, montibus viniferis undique fermè circumdatæ. Capella ibi est, honori ejusdem sancti dicata in monticulo, ex cujus radice fons aquæ salubris promanat. Stridonio usque S. Marton eâdem viâ redii, dein circumactis jam montibus, & itinere ad dextram flexo, in viam regiam reincidi. Pars viæ non mensurata habere potest orgyas circiter 1000. pars altera mensurata usque Csakathurnum 5800. usque ad Dravi minorem alveum, attamen cum ambagibus. 6440. est itaque distantia :

A Muro fl. ad Dravum 13240.

Porro insula divaricato Dravi alveo circumfusa in latitudine habet orgyas 300. In ripa dextra Dravi usque Waraszdinum descendendo inveni orgyas 1420.

*CCCCXIII. d.* Ex latere dextro Dravi planities magna & fertilis est circa Waraszdinum, quæ dein semicirculo montium à situ Ludbring Orienti, arcis Iwanitza Occidenti, & usque ad Winitza septentrioni obversorum circumdatur. Montes Winitzæ per totum tractum viniferi sunt, & inde nomen habent. Versùs Occidentem in tractu montium depressiorum Winitzensibus contiguorum acceditur

Lipoglava org. 16190.

A Lipoglava sequuntur montana præalta, vallibus aliquot longis, angustis, profundis, rivóque occupatis penetranda, dein alia juga humiliora transcendenda. Iter sanè curru difficillimum, equiti autem intra tres horas absolvendum. His montanis superatis Krapina oppidum se offert ad fluvium ejusdem nominis, Croaticè vulgariter Krapeschitza dictum.

*CCCCXIV. a.* Krapina hæc quondam sedes fuit Czechi & Lechi fratrum, Ducum gentis Slavicæ ex his oris in Bohemiam, & respectivè inde in Poloniam, unde de situ viciniae hujus plura afferre operæ pretium erit. Zagoria, id est ex Croatica derivatione à præpositione *Za*, trans, & *Gora*, mons, transmontana vocatur regio, cui inest Krapina, & quidem in angulo ejus septentrionali, in capite fermè vallis oblongæ, primo hoc situ arcæ, dein sub Krapina arce sese dilatantis, & per tria milliaria Germanica in porrectum procurrentis, comitante semper fluvio Krapina, demum ad dextram deflectente, & apud Saused-grad in Savum se immergente. Scaturigo Krapinæ fluvii est ex silva, & monte Croatico adhuc, Matzel dicto, montanis Austriacis Rohitschiensibus collimitaneo. Derivari hoc nomen videtur ex *Krapie*, seu *Krupie*, quod guttam significat, quasi fluvius hic parvis originibus & guttis coalescat. Bohemis & Polonis Historicis nomine primitivo *Krupa* vocatur, & derivativum Krapina arci tribuitur. Arx Krapina adhuc hodie in ædificiis A. 1610. à Comite Joanne Keglovich restauratis exstat, in media rupe montis excelsioris ad Orientem fluvii cubans.

*CCCCXIV. b.* Ab Occidente fluvii planè è regione prædictæ arcis mons alter humilior, sed versùs Orientem præruptus, atque etiam versùs alias plagas à reliquis montanis sejunctus, modò à capella inædificata mons S. Josephi nuncupatus, jacet, in latere septentrionali fontem aquæ limpidissimæ emittens, in summitate longitudinem in Orientem 33. & latitudinem 18. orgyarum comprehendens, ruderibus ædificiorum antiquorum durissimi cæmenti, & vestigiis fossati non præruptæ parti prætensi insignis. Sub hoc monte meridiem versùs, in eodem latere fluvii, tertius mons vastioris circuitûs, Schabatz dictus, sequitur, in quo autem signa ruderum vix apparent, & terrâ nunc obducta sunt. Traditio perpetua accolarum fert, his tribus montibus tres Reges fratres, quos & Czechum, Lechum, & Russum nominant, quon-

*Pars III.*

O 2

dam

dam separatim castellis infedisse, sed rixâ inter illos ob sororem abortâ in alias terras à se invicem recessisse.

*CCCCXIV. c.* Bohemi & Poloni scriptores arcem Krapinam Lecho vindicant, Czechi arcem Psari nominant, & ad fluvium æquè Krupam collocant. Psari igitur hoc monti S. Josephi convenit, alii duo enim compellationem vestitam Krapina & Schabatz servant, & præter hos tres montes, ad fluvium Krapina alius, qui fluente immineret, & arci idoneus esset, non datur. Reperitur quidem distantia 7. horarum itineris abhinc, è latere sinistro viæ postariæ, à Krapina per Stubitizam versùs Zagrabiam pergentis, vicus nomine affinis Psariewo, sed nec est ad Krupam, nec alium quendam fluvium, nec montem aut situm arcis monstrat; unde de his edoctus, accedere hunc locum prætermisi, excurri tamen in vallem ulteriorem Krapinæ in distantia semi tertie horæ ad arcem Mirkowitz, Comitatus Zagoriensis compagem quasi ex specula perlustraturus; cujus arcis tunc cum iter facerem possessor, nunc defunctus, D. Ignatius Bedekovich de Komor, S. R. M. quondam Vice-Colonellus, vir variâ, eaque haud vulgari, & præprimis historicâ eruditione, ut nobilitate Croatica, conspicuus, multa me humanitate suscepit, atque notitiis ad propositum meum facientibus, quod gratitudinis ergò recolo, apprimè instruxit. A Krapina retroflexi iter meum versùs Petovium seu Pettau. Distantia viæ est:

ad confinia Austriæ 7890.

Petovium 9770.

*CCCCXIV. d.* Viciniæ Petovii descriptio hinc adjungenda, ut appareat, quos situs (præ aliis nempe fertiles) Romani soliti sint pro coloniis deducendis seligere. Duplici planitie hilari gaudet Petovium, ad Orientem, seu sinistram latus Dravi, eâ, quæ Pettauerfeld vocatur, fluvio Pesnitz, ad Occidentem autem Dravi, eâ, quæ Draufeld audit, fluvii Pulska, & Drain irriguâ. Magnæ extensionis est planities occidentalis, undique montibus circumdata. A meridie in Occidentem procurrunt montes depressiores Viniferi Sauritschienses, & Anckensteinenses in tergo Croaticorum Winitzensium, usque ad montem Matzel Croaticum; hinc sequuntur montes altiores Prewol, Rohitsch, Wotsch, & alii minores partem Comitatus Cileiensis claudentes; hos ab Occidente in septentrionem excipiunt montes apud Seitz, Ganovitz, & Windisch-Weistriz ad pedem magni Bacheri montis, qui usque ad Dravum in viciniâ Mahrburgi angulariter se insinuat. Planities itaque extensionem habet versùs Orientem & meridiem 2. versùs Occidentem verò 3. miliarium Germanicorum.

*CCCCXV. a.* Porro ut dignoscerem, an Romanis via Petovio Sabariam per Rackaspurg esse potuerit, iter eò per montem S. Trinitatis direxi. Distantia viæ est:

Ad S. Trinitatem org. 11300.

Rackaspurgum 9000.

A S. Trinitate Rackaspurgum montana & circuitibus obnoxia est via, altera Petovio per S. Antonium melior & brevior. Ptolemæus Petovium inserit Pannoniæ adhuc, ergo in ejus idea montes infra Pettau non, sed suprâ, à monte S. Urbani, usque Muhr-Eck ad Murum fluvium, Cetiis annumerantur. Rackaspurgum adjacet Muro fluvio, qui est terminus linguæ Slavicæ. Hæc, & quidem Croatica vetusta, obtinet in tota Croatia, & parte Slavoniæ superioris, comitatum Zagrabiensis, Zagoriensis, & Warazdinensis, nunc Croatiae annumeratorum, nec non in insula Tschackathurnensi. Venedica (Windische) dialectus corruptior intra Murum & Dravum usque Ehrenhausen



sen ad Murum, & Mährenberg ad Dravum (quæ regio Windische Bühel, id est Venedici montes, vocatur) ultra Dravum verò usque Windisch-Grätz, & Celeiam (ubi jam Carniolica dialectus obviat) in Styria: in Carinthia deinde usque Clagenfurtum ad ripam sinistram Dravi dominatur.

*CCCCXV. b.* Rackaspurgo perrexi per montem & vicum S. Anna vocatum, ad oppidum Fehring, via difficili, & à S. Anna circa arcem Kapfenstein per modum jacentis  $\omega$  literæ amfractâ. Via hæc à me non mensurata, orgyas 16000. circiter adæquat. Hic jam, viam Romanam Petovio per Rackaspurgum, Fehring, Führstfeld, Schleining, tanquam per mera difficilia montana, Sabariam versùs quærendam non esse, luculenter animadverti, ideóque viam in ripa Arrabonis ad S. Gotthardum, duobus milliaribus magnis à Fehring distantem flexi. Distantia viæ est à S. Gotthardo usque ad pontem Arrabonis 4340. Inde usque ad fluvium Magyar-Nada 9650. A fluvio hoc usque Sabariam 14200. itaque à transitu Arrabonis Sabariam 23850.

*CCCCXV. c.* Iter ulterius: Güntz 10700. Hochstrafs in via montana 6700. Pilgerstorff 2400. Kirchschlag oppidum 4800. Krumbach oppidum 6900. Edlitz 5640. Sebenstein 7260.

Summa usque Sebenstein 44400.

Wienerische Neústadt 7640. Bodendorf 9380. Wampersdorf 1700. Trautmansdorf 11000. Bruck an der Leitha 5840. Petronell 6280.

Summa à Neostadio Carnuntum 34200.

### *Notæ speciales ad particularia loca.*

*CCCCXVI. a.* AQVÆ: hunc locum Authores geographici magno consensu pro aquis calidis Badensibus habent. Mensura, quam Itinerarium Antoninianum supra *num. 411. schemate I.* inter Aquas & Scarabantiam M. P. XXXI. assignat, scitè congruit huic interpretationi, ut jam dictum *num. 412. f.* Altera mensura inter Aquas & Vindobonam M. P. XXVIII. refragatur quidem, cum distantia horum locorum M. P. XVIII. haud excedat; ast numerum illum vitio libratorum corruptum, & M. P. X. abundantem asserere non dubitant. Opinioni huic hætenus accedere veritus sum, ex rationibus: 1.<sup>mo</sup> insertio seu geminatio literæ numeralis X. non tam lapsus & error libratorum, quàm studiosa corruptio mihi videretur, quam præsumere nolui. 2.<sup>do</sup> error hic non tantum supponendus est in particulari mensura Aquarum, sed & in summario itineris, cujus stationem agunt Aquæ; summarium illud enim *pag. edit. Wess. 261.* ita habet: *iter à Vindobona Pætovione M. P. CLXXXIV. sic:* hic numerus summarius non expletur in eo itinere, nisi Aquis M. P. XXVIII. dentur. 3.<sup>tiò</sup> præsumendum mihi videbatur, Romanos, si aquas Badenses calidas jam tunc natura detexerat, aquarum simplici compellatione non contentos, sed epitheton calidarum addituros fuisse, sicut in itinere à Sicilia Mursam *pag. 265.* aquas Balissas, & à Pætovione Sisciam *ead. pag.* aquam vivam specificarunt; aquæ enim Badenses calidæ simpliciter quæ aquæ, cum scaturigine modica terram prorumpant, considerandæ non sunt. Unde mihi aliæ aquæ, & quidem in vico Aland, ut supra *num. 412.* quærendæ videbantur, quæ & compellationem aquarum simpliciter mererentur, & à Vindobona M. P. XXVIII. justè distarent. Cum autem in hoc supposito iterum alius error intervenire dicendus foret, eò quòd distantia physica inter Aland & Edimburgum, si illud Aquis hoc Scarabantia attribuat, mensuram non M. P. XXXI., ut in itinerario dicitur, sed XXXXI. ut æquè *num. 412. f.* dictum, exigat: alius

econtra locus, qui mensuram utramque adæquaret, & nomen Aquarum sustinere posset, nec in hoc situ circa montana Cetia, nec in altero versùs Leitham fluvium & Lacum Neisidlensem reperibilis sit, & Leitha fluvius in via à Vindobona Scarabantiam ducente, non nisi ad summum, nempe apud civitatem Bruck, M. P. XXV. Lacus Neisidlensis verò ad minimum, nempe prope vicum Winden M. P. XXXI. (ut ex combinatione num. 417. c. & 314. c. patet) elongetur; aliud dicendum non restat, quàm mensuram itinerarii Antoniniani vitio librorum corruptam, & vel in Aquis, si pro Badena civitate habeantur, eradendo X. vel in Scarabantia, si Aquæ in vico Aland supponantur, addendo X. corrigendam esse. Hac in controversia verò de honore Aquarum Romanarum, me arbitro, præ vico Aland meliorem causam habere videtur Badena civitas; hæc enim situ suo ad diffusum valde, & in plures alveos divisum fluvium Schwechet, præscindendo etiam ab aquis calidis, nomen aquarum jure pari cum Aland ferre potest, & viciniâ suâ fertili versùs Neostadium & Neunkirchium latè extensâ vici Aland situm longè superat, ut & hîc quoque potius Romani ad locum condendum & invisendum, quàm ad Aland, permoveri potuerint.

**CCCCXVI. b. SCARABANTIA:** Hanc interpretes quidam Csepreg, seu germanicè Scapring credunt; error autem est: Scarabantia distare debebat Aquis M. P. XXXI. Sabariâ XXXIV. Vindobonâ æquè XXXIV. & Carnunto XXXVIII. Scapring, quod ad Rabnitz amnem 1½ milliaribus à Güntz jacet, Sabariæ antiquæ, seu hodierno Stein-am-Anger nimium appropinquat, à reliquis locis autem nimium elongatur, unde à Scarabantia antiquitate profusè rejiciendum est, & nihil ei patrocinatur, quòd aliquot literas ex Scarabantia vocabulo habeat. Edimburgo antiquitas (quam præter alia lapis sepulchralis Romanus, in muro domus publicæ ibidem prostans, indigitat) & honor quoque colonie quondam Romanæ Scarabantia addicendus venit, cum alius locus nullus potiori jure contendere possit.

**CCCCXVI. c.** Antehàc quidem dubius valde hæsi, an non oppidum Neunkirchen Scarabantia antiquæ titulum mereatur, ex rationibus: 1.<sup>mò</sup> mensura ab Aquis Romanis, quas in Aland tunc supponebam, nec non à Vindobona octo milliaribus minoribus distante bene conveniret. 2.<sup>dò</sup> Neunkirchen antiquitatis Romanæ, qualiscunque demum, argumentis haud destituitur; quanquam enim *Fuhrmann in Austria antiqua & nova, Parte III. lib. 4. cap. 2.* Wilhelmi Prameri in descriptione Urbis Viennensis assertum, Neunkirchen quondam Quadratum Romanum fuisse, ex cujus rudibus Neostadium Viennense à Leopoldo quinto A. 1186. exædificatum sit, pro fabula reputet, eò quòd itineraria Romana Quadrati his in locis nullam mentionem faciant, quod & rectè sic coarguit; aliquid tamen, si quæstio non de Quadrato, nec de alio munimento Romano, utpote in his partibus Domini Romani mediterraneis minimè necessario, sed de loco simpliciter Romano formaretur, tribuendum judicaret traditioni accolarum perpetuæ, Neostadium ex ruinis Neunkirchensibus, si non exsurrexisset, saltem crevisset, itaque quid antiquius Neostadio Neunkirchii, idque Romanum ex omni præsumptione fuisse, nec non rudera etiam nunc intra & extra ipsos muros oppidi in operibus subterraneis per suffossiones varias detecta, & ædificiis hodiernis applicata, ævum non recens, sed antiquum spirare. 3.<sup>tiò</sup> Vicinia Neunkirchensis sat ampla, & fertilis animum Romanis ad culturam eò deducendam, quâ deserti fatum mutaret, facile adjicere poterat. Prætera 4.<sup>tò</sup> antequam ipsèmet viam Neunkirchio Sabariam dimetirer, persuadebar ab aliis, iter per montana Sabariam  
feu

feu Stein - am - Anger usque interjecta, & mensuræ M. P. XXXIV. correspondere, & valle tenus commodum esse. Ast nunc, peracta à me viarum illarum dimensuratione, ut jam supra *num.* 412. *d.* dictum, inveni distantiam Sabariâ & Carnunto Neunkirchium nimum repugnantem. Neunkirchen itaque Romani quidem quid, sed nullatenus Scarabantia esse potuit. Econtra Edimburgum, quod in mensura competente deficere putaveram, potius, ut *num.* 413. *a.* aliquantum abundat, qui excessus autem in Romana quondam via strata & recta, ex hodiernis ambagibus facile amputari possunt. Fuit igitur Edimburgum quondam Scarabantia, & reliquæ mensuræ Romanæ ad alia inde loca (ut videndum in duobus Mutenis infra *num.* 417. *d.* & 418. *a.* & in Ulmo *num.* 418. *c.*) æquè correspondent.

*CCCCXVI. d.* SABARIA : Hanc quidam ex sola nominis propinquitate interpretantur hodiernum Sarvar, duobus miliaribus à Stein - am - Anger distitum. *Bonbardi* verò in *Topographia Hungaria* dissidentes opiniones conciliare tentat, Sabariam veterem florentem à Stein - am - Anger Sarvarinum usque extendendo. Ast extensio hæc nimia videtur, & Sarvarino nullum vestigium Romanum patrocinator, nomen ejus autem accolæ domesticum tradunt, à *Sar*, quod Hungaricè limum, & *Vár*, quod arcem significat, quasi arcem in limoso & aquoso situ derivari. Stein - am - Anger igitur indubiè Sabaria vetus est, & latinè adhuc nomen Sabariæ retinet. Inter copiosas antiquitates Romanas lapidum quatuor inscriptiones huc adducere sufficiet.

Lapis sub Porta arcis.

L. VAL. L. FIL. CL. CENS  
ORINVS. DC. C. C. S. IEM.  
VE. LEG. I. AD. EX. BF. COS.  
A. V. F. S. E. FLAVIAE. INSE  
QVENTINÆ. CON. A. IX. E. VAL  
ERIS. CENSORINIANO. A.  
FLORE†NO. A. VENERO.  
A. VETERANO. A. E. CEN  
SORINILLÆ. A. FILIS. IEM<sup>o</sup>  
LIB. LIB. SVIS

Hanc inscriptionem, præter abbreviationem ex A & N. compositam, & ad quodlibet nomen repetitam sic lego : Lucius Valerius, Lucii filius, Claudius Censorinus, Decurio Coloniae Claudiae Savariæ, item veteranus Legionis primæ adjutricis, Ex-beneficiarius Consulis . . . Votum fecit sibi, & Flaviæ Insequentinæ conjugii . . . & Valeriis Censoriniano . . . Florentino . . . Venerio . . . Veterano . . . & Censorinillæ . . . filiis. Itémque Libertis Libertabus suis.

Lapis in arcis interioris muro.

NEMESI.  
AVG. SAC.  
HELIO DRVS.  
AVG. N. VII.  
STAT. SAVAR.  
PRO. SAL. SVA.  
ET. SVORUM  
V. S. L. M.

Lapis alius ibidem.

IMP. CAESA - - - -  
VESPASIANI. F. - - - -  
PONT. MAX. TRIB. PO - -  
COS. VIII. DESIGN. - - -  
- - - - -

Lapis

Lapis in muro civitatis  
extra portam versùs Occidentem.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASI  
ANI. F. - - - - -  
- - - - - AVG. PONTIF. MAX. TR  
POT. IMP. II. COS. VIII. DESIGNAT  
VIII. P. P.

Primus lapis Coloniam Claudiam Sabariam abbreviatè per literas initiales, alter per *Savar.* (id est Savaria seu Sabaria) plenius indicat; in lapide tertio & quarto erasum est nomen *Domitiani* Imperatoris, sine dubio post mortem ejus ex Decreto Senatùs Romani ad abolendam memoriam. Uterque lapis uno eodémque anno positus est, quo nempe Domitianus, Imperator secundum, Consul octavum, & designatus Consul nonum pro proximo anno erat, qui annus fuit æræ Christianæ vulgaris 82. ad finem vergens; anno enim præcedente 81. Septembris die 13. Titus Vespasianus, pater Domitiani, facto cessit, itaque Domitianus A. 82. in Septembri secundum annum Imperiù inchoarat, & usque ad finem Decembris consulatum octavum, Collegâ Tito Flavio Sabino gerebat, pro nono à Calendis Jan. exordiente jam designatus. In foro Sabariensi tria grandia fragmenta columnarum Romanarum conspicua sunt, quorum unum jam pro fulcro statuæ SS. Trinitatis adhibitum est.

CCCCXVI. e. Præterea, cum S. Martinus Sabariâ oriundus fuerit, memoria ejus ibidem conservatur, & locus nativitatis in Ecclesia PP. Dominicanorum in capella ejusdem Sancti ad latus Evangelii, nec non extra Ecclesiam fons ostenditur, ex quo S. Martinus matrem suam baptizaverit. Numismata Romana, & urnæ sepulchrales adhuc his temporibus Sabariæ effodiuntur. Pro confirmatione dictorum de Sabaria adhuc adducendi sunt Articuli pacis inter Fridericum Imp. & Maximilianum Regem Rom. ex una, & Wladislaum Regem Hung. & Boh. ex altera parte de A. 1491. apud *Dumont Corps Diplom. Tom. 1. P. 2. n. 145. pag. 263. & seqq.* ibi inter alia hæc leguntur: Item conventum est, quod ex adverso Romanorum Rex universa castra & munitiones hoc tempore belli per suam Majestatem in Ungaria, Croatia, Slavonia, & cæteris provinciis qualitercunque ad Ungariam pertinentibus, per se aut alios expugnata &c. reddere vel restitui facere teneatur, & præsertim *Sabariam, vulgariter Steinamanger, Zenthgrodt, Kermend* &c. Testantur itaque hæc acta publica, Steinamanger semper pro Sabaria habitam fuisse.

CCCCXVII. a. ARRABONE ex schemate I. Est absque dubio locus pro transitu Arrabonis fluvii. Interpretes Geographici cum habent pro transitu prope Kerment oppidum, & rectè; ei enim loco convenit mensura Romani itinerarii à Sabaria M. P. XX. A Sabaria, seu Stein-am-Anger, usque ad oppidum Kerment, ut *num. 413. a.* sunt 15150. orgyæ, quod ad complenda M. P. XX, secundum tabellam sub *num. 314. e.* in 500. tantum orgyis deest, ex distantia Oppidi à situ transitus supplementum capit. In itinere versùs Petovium hodie, præter Kermend, alius transitus non frequentatur, nisi qui infrâ S. Gotthard est; is autem (ut *num. 415. b.*) Sabariâ distat orgyis 23850. adeoque mensuram Itinerarii Antoniniani nimium excedit, & itineri alteri, quod Tabula tradit, applicandus est, ut infrâ *num. 418. d. e.* videbitur.

CCCCXVII. b. ALICANO. Hic locus habetur communiter pro Racka-spurg;

spurg ; immo *Cluverius* vocem corruptam, & *Raclitanum* legi debere præten-  
dit, ut familiari suæ determinationi locorum per assimilationem nominum in-  
sistere queat ; ast destituitur hæc opinio omni convenientia mensuræ Roma-  
næ, quæ ab itinerario in duplici itinere *schemate I. & IV.* à Petovione M. P.  
XXXI. dictatur, cui Rackaspurg non sufficit, dum, ut *num. 415. a.* in itinere  
longiori per S. Trinitatem paulò ultra millia orgyarum 20. tantùm distat. Ali-  
cano igitur denotatur locus, ubi Murus fluvius olim, æquè ac hodie in via  
Tschakathurnum versùs, transmittebatur. Hic locus, ut *num. 413. b.* distat  
ab oppido Kerment org. 34130. quæ distantia, ut *num. 314. e.* in computu stri-  
cto quidem tribus milliariis exsuperat mensuram itinerarii M. P. XL. sed im-  
primis unum milliarium inter Kerment & transitum Muri demendum huic &  
adjiciendum priori sectioni viæ : alia verò superfluitas ambagibus hodiernis  
imputanda est. Porro à trajectu Muri usque ad trajectum Dravi supra Wa-  
razdinum sunt, ut *num. 413. c.* in via, quam ego per ambages tenui, org. 13240.  
Dupliciter in lævam flectendum mihi fuit iter : primò ob invisendum Tsch-  
kathurnum ; 2.<sup>dò</sup> quoniam tempore mei itineris navis transmissoria non in  
loco superiore, quem ignarus accefferam, sed multùm inferiore Dravi, quor-  
sum descendere debui, inveniebatur. Demptis ex mensura his duabus ma-  
gnis ambagibus, congruent pro via recta à trajectu Muri usque ad trajectum  
Dravi M. P. XI. remanebunt verò ex mensura Romana milliariorum XXXI.  
adhuc pro altera parte viæ à trajectu Dravi usque Petovium M. P. XX. quæ  
ipsissima mensura, ut infra *num. 498. b.* à Tabula & itinerario Ant. distantie  
Aquâ vivâ Petovium præfigitur, &, ut *num. 435. b.* rectè congruit.

*CCCCXVII. c.* PETOVIONE : Hæc civitas, & Romana, & hodierna,  
servat locum & nomen, quanquam ab antiqua celebritate multùm distet.

IN MEDIO CURTA : Romana Itineraria solent ea loca in medio vo-  
care, quæ non in ipsa via, sed haud procul ex parte jacent, itaque non ac-  
ceduntur sed prætervehuntur ; unde Curta viciniae Tschakathurni & plani-  
tiei ibidem fertili conveniret.

*CCCCXVII. d.* MUTENO ex *schemate II.* Nomen Muteni etiam in  
*schemate tertio*, in situ M. P. VI. differente occurrit, unde plura Mutena fue-  
runt, & Mutenum idem videtur Itinerario Antonini esse, quod Mutatio est  
Itinerario Hierosolymitano. Proinde ubi mutatio equorum sinè celebritate  
alia loci, nisi villæ cujusdam erat, & locus ille nomine specifico destitueba-  
tur, Muteni nomen generale supplevisse censendum. Quidquid autem sit de  
nomine, alius viæ Vindobonensis ductus est in *schemate*, secundo ac in ter-  
tio, ut mensura valde diversa tam ad Mutenum, quàm abinde Vindobonam  
exigit, & per Mutenum in *schemate III.* Vindobonam ibatur in via recta, per  
Mutenum in *schemate II.* autem in via obliqua, per angulum ad lacum Pei-  
sonem seu Neisidlensem versa. Antiquitates Romanas ad hunc lacum *Comes*  
*Marsili in Danub. Pannon. Mys. tab. 18. fig. 1. & 2.* hunc in modum describit :  
Fig. I. duæ circumvallationes Romano-antiquæ, quarum propior  
nempe A unâ horâ Soproniò distat, ortum hybernum versùs, penes  
eas via lapidibus elevata C transit. Fig. II. Circumvallatio Romana  
penes pagos Breitenbrunn & Winden  $\frac{1}{2}$  milliari à lacu Peifone. Secun-  
dùm delineationem adiectam circumvallationes duæ priores in figura pri-  
ma distant inter se  $\frac{1}{2}$  horâ, & jacent inter paludem Sultz & viam lapideam,  
continent passus in lit. A longitudinis 400. latitudinis 280. in lit. B longitu-  
dinis 350. latitudinis 260. in figura secunda verò longitudinis 700. latitudinis

560. Has circumvallationes & ego invisi, atque, quid de illis sentiendum sit, Hungaricarum rerum peritos consului: qui opinionis ejus sunt, viam lapideam quidem quid Romani sapere, circumvallationes autem turbulentis bellicis temporibus multò junioribus potiùs deberi. Quod & ego exinde judico, quoniam Romani munimenta rarò alibi, quàm in limitibus, nisi ob peculiare rationes habere solebant.

*CCCCXVII. e.* Via nihilominus glareæ, cujus vestigia adhuc dignoscuntur, & non aliis quàm Romanorum temporibus adscribi possunt, id indicium facit, Romanis tam Scarabantiâ, quàm ex reliqua Pannoniâ interiore, viâ in latere lacus Peisonis stratâ, ad civitatem Carnunti itum fuisse. Via illa glareæ dignoscitur in via hodie quoque communi & trita, in distantia unius horæ ab Edemburgo, ad locum qui Stainaprückl vocatur; dein continuat è latere locorum S. Margareth, & Hoslieb, usque Geschies; pòst ad Dundelskirchen, Purbach, & Braitenbrunn; sed ibidem fossâ, novioribus, ut videtur, temporibus à lacu usque ad Leithæ fluvii viciniam factâ, & continuis vineis intercipitur, obindéque viâ aliâ, per fossam ibidem apertam, collis limitaneus Hungariæ versùs civitatem Bruck an der Leitha acceditur. Viam, quæ huic schemati II. convenit, Viennâ usque ad lacum Neusidlensem in Purbach cum instrumento dimensorio ipse confeci, eâque sequentis est distantiae: à porta Viennensi, Stubenthor dicta, usque ad lineas S. Marci sunt orgyæ 1482. Oppidum Schwechat ad ejusdem exitum in ponte 4253. Schwandorf 5773. Kaltbrunn 2533. Stiksneusidl 1466. Bruck ad introitum suburbii inferioris penes Leitham fluvium 4106. ad exitum suburbii post duos pontes Leithæ 346. usque ad fossam suprâ dictam è regione Winden 4266. Braitenbrunn 546. Purbach 2453. summa orgyarum hucusque 27224. seu ut *num. 314. e.* M. P. XXXIV. Reliquam viam Edimburgum usque, cum mensurationem ipse peragere non potuerim, ab homine quodam ad id idoneo per passus dimensurari curavi. Tulit is numerum passuum à Purbach ad Dundelskirchen 5014 inde usque Geschies 7944. Stainaprückl 8009. Edimburgum 3020. Summa horum passuum, quos Romanis æquiparo, 23987. itaque fermè M. P. XXIV. Utraque hæc mensura producit summam distantiae inter Vindobonam & Scarabantiâ, hæc viâ incedendo, M. P. LVIII. In schemate II. autem mensura Romana inter loca eadem habet M. P. LIV. ergo exceditur M. P. IV. Hic excessus sic reducendus est: via Romana conformis esse debuit hodiernæ Vindobonâ usque ad Stiksneusidl, & rectior esse non poterat. Ab inde verò non ad Bruck, sed rectâ ad Wilfersdorf, &, transitò ibidem (ubi & nunc pons alter stratus est) fluvio Leitha, ad extremum montium præruptorum, qui usque eò ripam Hungaricam Leithæ à vicinia Wimpassing, in modum valli præcingunt, & tunc versùs Lacum Neusidlensem mitescens jam collibus curvantur, processit; colles verò hos mitiores via Romana æquè versùs Winden transcendere debuit ibi loci, ubi hodie in via à Stiksneusidl per angulum ad Bruck flexa transcenduntur. Via ea Romana rectâ à Stiksneusidl usque ad bivium apud dictos colles omnino æqualis est in longitudine viæ hodiernæ à Stiksneusidl usque ad transitum Leithæ in fine Bruck civitatis, adeoque differentia viæ Romanæ rectæ à via hodierna angulari consistit in interapedine superflua à Bruck usque ad dictum bivium. Interapedo illa à me mensurata continet orgyas 2048. his demptis ex numero suprâ collecto Vindobonâ per Bruck usque Purbach orgyarum 27224. remanet distantia orgyarum 25176. Hæc, ut *num. 314. e.* æquivalet M. P. Rom. XXXI. si jam summæ huic addantur M. P. V. à Purbach usque Dundelskirchen, fiunt M. P. XXXVI.

&amp;

& Dundelskirchen, ad ipsum lacum Neisd lensem situm, fuit Mutenum Romanorum. Inde porro usque Geschies sunt M. P. VIII. usque Steinaprückl alia M. P. VIII. & demum Edimburgum seu Scarabantiam M. P. III. summa M. P. XIX. Ergo etiam mensura Romana hac ex parte à Muteno Scarabantiam, si unicum milliarium excurrens interiori Scarabantiae spatio imputetur, ritè correspondet, & Mutenum schematis II. absque dubio fermè, ut mensura distantiae, & praeterea vestigia viae Romanae glareae demonstrant, in Dundelskirchen collocandum est.

*CCCCXVIII. a.* MUTENO ex schemate III. Hic locus omni ratione in via hodiè que ordinaria Edimburgo Viennam per Wampersdorf, & quidem, ut infra *num. 435. a.* inter Wampersdorf & Höfelein circa Miledorf collocandus est. Hodierna quidem via tum in Austria ob vicorum intermediorum nunc transeundorum situs, agrorum circuitus, & fluminum deflexos transitus, tum in Hungaria ob montanorum circumductiones, varias ambages sequitur, & eapropter in itinere meo, ut *num. 413. a.* ad quantitatem orgyarum 32760. itaque ut *num. 314. e.* ad M. P. XLI. excrevit; sed si ductus rectus, ut tempore Romanorum, fervaretur, nullum dubium est, numerum cum ad M. P. XXXIV. ut itinerarium Ant. dicat, reduci posse.

*CCCCXVIII. b.* SALLE ex schemate IV. Locus hic, vi itinerarii medius est inter Sabariam seu Stein-âm-Anger, & Halicanum, seu transitum Dravi supra Warasdin. Distantia inter hunc locum à quo ad quem, in hoc schemate IV. est M. P. LXI. in schemate I. verò M. P. LX. itaque unus est ductus utriusque schematis. Fluvius Sala, qui loco Salle nomen dedit, est, ut *num. 413. b.* apud Luvir. Secundum *num. 413. a. b.* distantia subdivisa est inter Sabariam & Luvir orgyarum 25750. inter Luvir & Murum fl. 23530. Distantia hæc posterior, ut *num. 314. e.* præcisè fermè adæquat M. P. XXX. prout in itinerario distantur; illa prior autem duobus tantum millibus excurret, qui excessus nihil facit, sed facilè in rectitudine viae Romanae compensandus est. Unde locus Romanus Salle fuit prope fluvium Salam in hodierno Luvir.

*CCCCXVIII. c.* ULMO ex schemate V. Via, quam tabula ex itinere Danubiano, à statione Carnunti in interiorem Pannoniam, Petovionem usque, monstrat, eadem loca Carnunto & Scarabantiae intermedia, nempe à Bruck an der Leitha, Breitenbrunn, Purbach, Dundelskirchen, Geschies, permeat, ut *num. 417. e.* Itinerarium Antonini in schemate IV. inter Carnuntum & Sabariam non nominato Ulmo ponit M. P. XXXVIII. Tabula autem in schemate V. unum milliarium addit, quod nihil facit, & ductum non diversificat. Mensuram ego physicam orgyarum inveni: ab exitu oppidi hodierni Petronell usque ad introitum civitatis Bruck 6280. inde usque ad exitum suburbii ad Leitham post duos pontes 454. usque ad fossam è regione Winden 4266. summa pro Ulmo Romano org. 11000. seu M. P. Rom. XIV. ut *num. 314. e.* & Ulmum ad viam antiquam glaream inter Winden & Braitenbrunn collocandum est. Porro abhinc ut supra *num. 417. e.* sunt usque Purbach org. 2999. seu M. P. III. à Purbach autem usque Edemburgum M. P. XXIV. summa M. P. XXVII. ex hac summa autem demenda M. P. II. pro intrinseca extensione tam Ulmi, quam Scarabantiae, & mensura Tabulae M. P. XXV. rectè adimpletur.

*CCCCXVIII. d.* AD VICESIMUM ex eodem schemate V. In hoc loco, *Ad vicesimum*, subintelligitur lapidem seu Milliarium. Ut hæc compellatio loco alicui detur, locus ad quem celebris quondam requiritur; sic v. g. in *num. 376.* supra talis occurrit locus *Ad undecimum* vocatus ab Aquileia, & *Ad quartum*



*num. decimam* ab Emona, seu Labach. In præfente itaque casu necesse est, locum Ad vicesimum relationem dicere ad civitatem quondam celebrem Petovionem, quorsum & Tabula viam ducit, licet loco Ad vicesimum lineam Petovionis indicem adicere intermiserit. Hoc supposito autem mensura distantiae inter Sabariam & Petovionem nimis curta traditur, quorsumcunque via concipiatur, quâ brevior evaderet. Mensura ea assignatur M. P. LXXIII. e contra Itinerarium Antoninianum in schemate I. definit M. P. XCI. in schemate IV. M. P. XCII. Per situm naturalem haud concessum est, Sabariam Petovionem viam breviorē, eamque sat commodam, nisi per S. Gotthard & Rackaspurg sequi; quæ infra S. Gotthardum ducit, Antoniniana longior, quæ supra per Fürstenfeld & Rackaspurg capi vellet, difficiliora & itidem longior est. Dicendum ergo manet, à Tabula pro mote suo, quo etiam alibi breviores vias seligit, ductum Sabariam Petovionem per S. Gotthardum indicare voluisse, quæ via hodie quoque in ductu militarium copiarum prævalet. At hoc pacto metidum est in Tabula in assignata distantia M. P. XX. inter Sabariam & Arrabonis fluvii transitum; hic enim in mensura M. P. XX. absolute alligatus est viciniae oppidi Kerment, inde autem per M. P. LIII. Petovionem pertingere impossibile est.

*CCCCXVIII. e.* Error ergo omnino hic (ut præter geminationem Noreiæ nusquam alibi à me adhuc observatum) irrepsit in Tabulam, vel vitio descriptoris, vel potius conscriptoris ipsius primi, qui incautus, & situs naturalis fors incius, transitum Arrabonis ex itineribus Augustorum emutuavit, & rectori militari viæ M. P. XXX. ad transitum Arrabonis decem minus applicavit. Ex *num. 415. b.* videndum, Sabariam à me usque ad transitum Arrabonis, ut nunc infra S. Gotthard est, inventam esse distantiam orgyrum 23850. hæc, ut *num. 314. e.* M. P. XXX. justè explet, & quoque major non erit, si via à Sabaria pro transitu recta ad S. Gotthardum dirigeretur; in meo enim itinere diversas ambages temporalis impedimenti causâ facere debui. Dicendum itaque, mensuram M. P. XXX. loco XX. in Tabula restituendam esse, & hoc facto cætera bene disposita sunt. A S. Gotthard usque Rackaspurgum in recto itinere per Ober-Lindau (quod est 6. horarum) optimè quadrat mensura M. P. XXXIII. & inde per S. Antonium usque Petovionem M. P. XX. Utraque via sat comoda est, & non nisi uno in loco montanis, attamen levioribus, subjacet. Ad Vicesimum igitur est Rackaspurg. Lutenberg quidem etiam mensuræ congrueret, sed frequentioribus & gravioribus montanis involvitur.

*CCCCXVIII. f.* Demum ad hanc sectionem adhuc genericè adnotandum: vias Antoninianas, id est Augustorum, sæpius tum ob commoditatem, tum ob curiositatem ab itinere recto deflectere, & obambulare. Commoditatis exemplum ex hac sectione suppetit in via Sabariensi Petovionem; operæ pretium enim erat, Arrabonem ad Kerment, & Dravum supra Warazdinum trajicere, ut iter per totum & præcipuè in ripa Dravi hilari & plana commodum fieret. Curiositatis exemplum est in Sabariensi via Vindobonam per latus Paludis Peisonis, ut Augustorum oculis etiam hæc obverteretur.

SE-

# SECTIO XXVII.

N<sup>us</sup> ccccxix. Provincia Valeria.

Via ripensis secundum Tabulam & Itinerarium Antonini pag. edit. Wessel. 243. & seqq. & quidem respectu hujus inversè transcripta, ut eò melius cum Tabula combinari possit.

## Sectio viæ I.

| <i>Ex Tabula.</i>                     | <i>Hodie.</i>                  | <i>Ex Itin. Ant.</i>  | <i>Hodie.</i>                  |
|---------------------------------------|--------------------------------|---|--------------------------------|
| <i>Arrabo fl.</i><br><i>XXX.</i>      | Raab civitas.                  | <i>Arrabona.</i><br><i>in medio, ad Sta-</i><br><i>XXX. tuas. &amp;</i> | Raab civitas.<br>Göny.         |
| <i>Brigantio.</i><br><i>V.</i>        | Szöny.                         | <i>Bregestione. Legio I. Adj.</i><br><i>in medio</i>                    | Comorn.<br>Szöny.              |
| <i>Lepavi fluvio.</i><br><i>XIII.</i> | Infra Tatam ad fluvium ibidem. | <i>Azao.</i><br><i>XVIII.</i>   | Infra Tatam ad fluvium ibidem. |
| <i>Gardelaca.</i><br><i>XIII.</i>     | Inter Ober-Galla & Borow.      | <i>Crunero.</i><br><i>in medio, Ad</i>                                  | Inter Ober-Galla & Borow.      |
| <i>Lusomana.</i><br><i>XII.</i>       | Bihaly.                        | <i>Lacum Felicis.</i><br><i>XXVI.</i>                                   | Bihaly.                        |
| <i>Aquinco.</i>                       | Buda.                          | <i>Acinco. Legio II. Adjutrix.</i>                                      | Buda.                          |
| Summa M. P. LXXIII.                   |                                | Summa M. P. LXXIV.  |                                |

## Sectio viæ II.

|                                   |                  |  |                                       |
|-----------------------------------|------------------|--|---------------------------------------|
| <i>Aquinco.</i><br><i>XIV.</i>    | Buda.            | <i>Acinco.</i><br><i>in medio</i><br><i>XXIII. Campona.</i>        | Buda.<br>In Insula Csepel.            |
| <i>Vetusallo.</i><br><i>XXII.</i> | Circa Hanszabék. | <i>Matrica.</i><br><i>in medio, Ve-</i><br><i>XXVI. tusallina.</i> | In Insula Csepel.<br>Circa Hanszabék. |
| <i>Anamatia.</i><br><i>XV.</i>    | Pentele.         | <i>Intercisa.</i><br><i>in medio, Ana-</i><br><i>XXIV. matia.</i>  | Adony.<br>Pentele.                    |
| <i>Lusone.</i><br><i>X.</i>       | Földvár.         | <i>Lusunio.</i><br><i>XVIII.</i>                                   | Földvár.                              |
| <i>Alta Ripa.</i>                 | Paks.            | <i>Ripa Alta.</i>  | Paks.                                 |
| Summa M. P. LXI.                  |                  | Summa M. P. XCI.   |                                       |

## Sectio viæ III.

|                    |                   |                   |                                      |
|--------------------|-------------------|-------------------|--------------------------------------|
| <i>Alta Ripa.</i>  | Paks.             | <i>Ripa Alta.</i> | Paks.                                |
| <i>XXII.</i>       |                   | <i>XXIX.</i>      | <i>ad latus</i><br>Tolna.            |
| <i>Lugione.</i>    | Circa Batafzék.   | <i>Lugione.</i>   | <i>Alisca.</i><br>Szekszard.         |
| <i>XII.</i>        |                   | <i>XXV.</i>       | <i>in medio</i><br>Circa Batafzék.   |
| <i>Antiana.</i>    | Vicinia Mohacsii. | <i>Antianis.</i>  | <i>Ad Statuas.</i><br>Baia.          |
|                    |                   |                   | <i>in medio</i><br>Vicinia Mohacsii. |
|                    |                   |                   | <i>Alsino.</i>                       |
| Summa M. P. XXXIV. |                   | Summa M. P. LIV.  |                                      |

## Sectio viæ IV.

|                    |                                     |                   |  |
|--------------------|-------------------------------------|-------------------|--|
| <i>Antiana.</i>    | Vicinia Mohacsii.                   | <i>Antianis.</i>  | Vicinia Mohacsii.  |
| <i>XII.</i>        |                                     | <i>XXIV.</i>      | <i>in medio Au-</i><br>Mons inter Barash<br>& Vöresmarton. |
| <i>Donatianis.</i> | Mons inter Barash<br>& Vöresmarton. | <i>XXIV.</i>      | <i>reo Monte.</i><br>&<br>& Vöresmarton.                   |
| <i>XIII.</i>       |                                     | <i>Mursa.</i>     | <i>Ad Novas.</i><br>Eszek.                                 |
| <i>Ad Labores.</i> | Szarvás infra Eszek.                |                   |  |
| Summa M. P. XXV.   |                                     | Summa M. P. XXIV. |  |

## Note.

**CCCCXX.** Circa pronuntiationem vocabulorum hęc & alibi Hungarico modo scriptorum prænotandum : Hungaricum sz. pronuntiat ut S. S. verò ut sch. cf. ut tſch. y post L & n. liquefacit has consonantes, & vix auditur.

Ex mensuris utriusque Itinerarii clarè admodum patet, itineris ductum, utrobique eundem planè esse in sectione prima Arrabonâ Acincum: mensuræ enim eadem sunt, excepto eo solo, quòd Itinerarium Antonini Crumero Acincum mensuram Tabulæ milliariorum unico augeat, quæ differentia exigua nihil facit.

Ex hac conformitate ductus sequitur, loca binomina & eadem esse: Lepavi Fluvio cum Azaó; Gardelata cum Crumero; Lusomana cum Lacu Felicis. Porro illud indubium habetur, Aquinci seu Acinci veterem situm hodiernæ civitati Budæ seu Ofen correspondere, ut conveniunt fermè omnes interpretes, & vestigiâ à Comitè Marsili in opère suo Danubiâ delineaata corroborant. Hungarici Historici Budæ aliud Romanum nomen *Sicambria* attribuant, indicio lapidis sub Mathia Rege, dum fundamenta ædium Beatricis Reginae jacerentur, in veteri Buda effossi, cum inscriptione apud *Bonfinium ver. Hung. lib. I. p. 25.* Legio Sicambrorum hęc præsidio collocata civitatem ædificaverunt, quam ex suo nomine Sicambriam vocaverunt. Verustissimum sanè hoc nomen, & sub Augusto Imperatore (qui primus Pannonias ditioni Romanæ adjecit) à præsidio ex devicta, & in Galliam prope Rhenum translata Sicambrorum gente Germanica (*Sueton. in Aug. cap. 21.*) inditum esse debuit. Similes natales habet Carnuntum à præsidio Carnorum & Liburnariorum; item Passavia olim Batava Castra à præsidio Batavorum. Gen-

tis

tis Sicambriæ nomen seculo tertio, dum Sicambri cum aliis gentibus Germanis in Francorum nomen transirent, interiiit; Sicambria quoque seculo tertio sub Gallieno Imp. unà cum reliqua Pannonia, quæ supra Dravum est, sub potestate Quadorum & Jazygum, itaque oblitterata fuit, & dum postea sub Probo Pannonia Quadis & Jazygibus (*vid. num. 633.*) eriperetur, nomen Sicambriæ mutatum est in Acincum.

**CCCCXXI.** Situm Bregetionis communiter Interpretes assignant ripæ Danubii è regione Granuæ fluvii, ubi nunc est Strigonium Civitas seu Gran. Inducti procul dubio sunt in hanc opinionem, quòd mensuræ Romanæ à Bregetione Acincum M. P. XLIII. situr isti sat bene congruant, & quòd Tabula primum locum à Bregetione nominet *Lepavi fluvio* post M. P. V. in qua distantia se offert fluvius nomine affinis, *Ypol* dictus, qui æquè, ut Granua, ex ripa transdanubiana in Danubium illabatur. Mensuræ alteri M. P. XXX. Bregetione Arrabonam non repugnabant chartæ geographicæ hucusque editæ, utpote distantiam indicantes circiter octo milliarium geometricorum. Hujus suppositi, in quo & ego eram, dubium primum mihi movit inspectio chartarum geographicarum à *Samuele Mikovinio* Nobili Hungaro, Cameræ Regiæ Hungariæ Geometra, & à *Joanne Kovács*, Comitatus Posoniensis Geometra, novissimè confectarum, quæ multò majorem distantiam inter Raab & Gran commonstrant. Posonii, dum cum dicto Mikovinio, nec non eruditissimo Viro *Mathia Belio*, Authore operis commendatissimi, descriptio Hungariæ veteris & novæ intulati, convenirem, edocebar, Bregetionem Romanorum non in Strigonio seu Gran, sed vel in rudibus ad vicum Szöny infra Comaromium seu Comorn, quæ in antiquitatis signum à populo ibidem *Pannonia* vocarentur, vel ad summum in vico transdanubiano Karva, aut in vicinia ibidem circa Neudorf quærendam esse. Ad loca ipsa postmodum veniens ab æcolis quoque traditionem de nomine rudium Szöniensium, *Pannonia Cironia*, cujus tamen originem & rationem nescire referebant, accepi. Porro mensuram distantie physicæ mediante instrumento geometrico inveni: ab angulo confluentiæ fluviorum Arrabonis & Danubii, viâ rectâ & Danubium sæpe deferente, ut nunc itur, usque ad locum, qui nominatur:

Göny, ubi hodie mutatio postaria est, manendo in via recta, & non accedendo ad Danubium org. 9084.

Szöny, à Raab computando org. 23870.

Piske, cis Danubium, è regione Karvæ trans Danubium, iterum à Raab computando org. 36368.

Gran, usque ad medium civitatis, æquè à Raab computando org. 48740.

**CCCCXXII.** Hæc itaque est naturalis distantia, à Jaurino hodierno seu Raab, & Romanorum Arrabo fluvio seu Arrabona, usque ad Strigonium hodiernum seu Gran, milliariis Germanicis duodecim æquivalens, si quodlibet orgyrum 4000. computetur, & flexuum, qui, maximè à Piske versùs Neudorf ob montes in Danubium protensos, abinde verò usque Strigonium ob Danubii sinuationem, necessariò fieri debent, ratio habeatur. His ita se habentibus mensura Romana, distantie inter Arrabonam & Bregetionem per utrumque itinerarium conformiter præfixa Mille passuum XXX. omnimodè tam situi hodiernæ Karvæ, quàm, & multò magis, hodierni Gran repugnat, & solis rudibus Szöniensibus, atque justissimè quidem convenit; namque distantia inventa orgyrum 23870. secundum tabellam stricti computus sub *num. 314. e.* exæquat M. P. XXX. Mensuræ adstipulantur monumenta ibi loci effossa. Inter hæc lapides quatuor Comaromii prostant illuc ante haud

multos annos à Szöny translati. Tres eorum sunt tumbæ sepulchrales lapideæ grandes cum operimentis, nec non inscriptionibus, quas autem, cùm singulare nihil contineant, referre non attinet.

Quartus lapis tres Charites manibus se complectentes insculptas habet, quarum duæ rectà aspiciunt, tertia averfa est. Inscriptio non dignoscibilis. In ipfo loco rudera Szöniensium jacent adhuc alii lapides sepulchrales fracti, & plura signa vifuntur antiquitatum. Rudera vestigia ripam Danubii occupant in longitudine orgyrum 1620. itaque M. P. II. Quadratum magnum vallatum, in latitudine est orgyrum 216. in longitudine 266. aliud minus quadratum in ipsa ora Danubii adjunctum extremam partem rudera versùs Almás & Nefzmil occupat. Pro confirmatione, Bregetionem hinc & non alibi fuisse, describenda est ripa Danubii, quæ in controversiam venit. Ad ipsum Szöny limites Romani Imperii contra transdanubianos Quados defendebat munimentum Bregetionis. Planities, quæ post prætermeatam ab Oriente paludem Szöniensem, inter hanc & montes Almasianos aperitur, ac milliaria longitudine ad Tatam transvertitur, à præsidio, quod à decurrente per hanc planitiem Lepavi fluvio nuncupabatur, tutamen habebat. Abinde montana illa altero suo latere per Almás, Nefzmil, Piske, usque ad Neudorf ripam Danubii plerumque arctam comitantur, ita ut situs hic pro civitate Valeriæ non quadret. Karva, quod ultra Danubium in planitie soli olim Quadici est, poterat aliquando præsidium Romanum habere, sed ex *Ammiano Marcellino* (vid. num. 693.) certum est, Bregetionem cis Danubium stetisse; nec situs ultra Danubium itaque extra Valeriam ullatenus convenit. In vicinia Neudorf montes deserunt Danubium, & per milliaria Germanica duo vertunt se rectà ad Dorog, inde autem itidem rectà per spatium unius milliariae ascendent iterum usque ad Danubium prope Strigonium seu Gran, quod arce sua collem occupat demissiore, à reliquis altis & convexis jugis avulsum. Angulo isti recto oppositum tertium latus Danubius sinuoso flexu emittitur. Ad hoc triangulum fertile & planum ab incursionibus Quadorum defendendum ratio omnino collocationem munimenti exigebat, & ei situs arcis hodiernæ Strigoniensis, cùm cætera superficies depressa, aut alioquin minùs idonea sit, vel maximè conveniebat. Ast Bregetionis ei nomen non, sed aliud fuit, & saltem *M. Aur. Antonini* tempore idem id fuisse videtur, quod ille in *scriptis de se ipso ad se ipsum ad finem libri primi* pro loco scriptionis suæ per hæc verba designat: quæ apud Quados ad Granuam; quod certè intelligendum de loco cis Danubium, in vicinia ipsa Quadorum, & è regione influentis in Danubium Granuæ, cùm inter Quados ipfos Marcus otium librorum conscribendorum haud affectasset. Subsequis temporibus locus hic præfidiarius, ut infra dicitur, Salva Mansio, seu Solva, vocatus fuisse videtur. His præmissis:

**CCCCXXIII.** BRIGANTIUM Tabulæ, BREGETIO itinerarii Antonini, alium situm sibi vindicare nequit, nisi ad dictum vicum Szöny. Situs ille ex latere septentrionali præterfluentem habet Danubium, & ripam adjacentem pro commoditate viæ & ædificiorum quorumlibet aptam: ex latere meridionali verò, in distantia tamen ampla, in modum semi-lunæ ambitur per paludem, unde fors nomen Brigantii & Bregetionis natum; *Briga* enim & *Brega* communiter locis alibi in Romanis provinciis inditum reperitur, ubi situs pontibus, prout hinc in via versùs Azaum seu Lepavim fluvium, indigebat; unde Bregantium ex veteri Celtica lingua derivationem suam habere videtur, quasi *Brig-an-ib'-aa*, pons ad aquas: & quemadmodum in Romana provincia Vindelicia jam tempore Augusti urbs erat Brigantium (teste *Strabone Geogr.*

*Geogr. lib. 7.*) quæ ad lacum sita, quem Brigantiam accola Rætus appellabat (*Ammianus Marc. lib. 15. cap. 5.*) ita Romani civitatem & munimentum condentes in Valeria æquè ad paludem ultra milliare Germanicum in longitudine extensam, adeoque lacui simillimam, nomen idem Brigantii imposuisse videntur. Inter Bregetionem & Arrabonam itinerarium Antonini duo loca collocat, Ad Mures, (id est Ad Mauros) & Ad Statuas. Ordo scripturæ dicit, Ad Mauros Bregetioni, Ad Statuas Arrabonæ propiùs extitisse. Ambo hæc loca intermedia, unà cum Arrabona, limitibus Valeriæ & Pannoniæ insistebant, magis autem huic quàm illi accensebantur, cum à Notitia Imperii Arrabona & Ad Mauros simpliciter ad Pannoniam primam referantur.

**CCCCXXIV. AD MAUROS :** Est hodiernum Comaromium seu Comorn in angulo confluentiæ Vagi & Danubii fluviorum; quin & hinc similitudo aliqua nominis à Mauris remansisse, & hoc à præsidio Maurorum ibi primitus collocato dimanasse videtur; plura enim præsidia (& speciatim in hac vicinia inter Arrabonam & Flexum, *Quadrati*: inter Bregetionem & Acincum, in ripa Danubii contra Granuam, *Solvæ*) Equitibus Mauris Notitia Imperii assignat, quod mirum videri nequit, cum historia Alexandri Imperatoris (vid. *num. 609. 610.*) doceat, eum Mauros complures ac vim ingentem sagittariorum ex Oriente secum adduxisse, & contra Marcomannos instruxisse; unde eos quoque præsiis imposuisse dicendus est. Nomen *Ad Mures*, vel ut in aliis codicibus itinerarii *Ad Muros*, corruptè locò Ad Mauros per librarium errorem insertum videtur.

**CCCCXXV. AD STATUAS :** Alter erat locus intermedius, Arrabonæ proximior. Itinerarium Antonini duplicem locum Ad Statuas, nempe, præter eum de quo hinc ad limites superiores Valeriæ agitur, alium versùs limites inferiores ejusdem Valeriæ, inter Ripam Altam & Lugionem, recenset. Econtrà Notitia solius hujus inferioris loci, sub nomine ad Statuas, non illius superioris meminit, ast aliud quoddam præsidium sub nomine *Quadrivorgii*, tam Pannoniæ primæ, quàm Valeriæ, itaque limiti utriusque addicit, cui non alius facilè situs competere poterat, quàm in ripa Danubii inter Arrabonam Pannoniæ primæ & Bregetionem Valeriæ, ut ita secundùm omnem verosimilitudinem nomina *Ad Statuas* & *Quadrivorgium* eundem locum denotent. Scitè admodùm huic loco applicari potest, quod *Hanzicius in Germ. Sacra Tom. I. P. I. cap. II.* Comaromio applicat, & ex scriptura veteri in hæc verba excribit: *Judicio Principali Dominorum nostrorum Valentiniani, Valentis, & Gratiani, Principum Maximorum, dispositione Equitii illustris Viri, utriusque militiæ Magistri, Comitum, Foscanus Præpositus Legionis primæ Martiorum, unà cum militibus sibi creditis, hunc Burgum, cui nomen Commercium, quâ causâ & factus est, à fundamentis extruxit, & ad summam manum operis in diebus XLVIII. consulatûs Domini nostri Gratiani Augusti bis, & Probi Viri clarissimi fecit pervenire. Consules hinc adjecti fidem faciunt, Burgum eum Commercii, à fundamentis, adeoque noviter, extructum fuisse anno æræ Christianæ 371: hoc ipsum tempus jam diversificat locum hunc novum à loco veteri ad Mauros, qui tempore Alexandri Imp. jam munimentum Romanum in ripa barbarica esse debebat. Unde *Burgus* ille *commercii*, à legione prima, Bregetioni præsidaria, uti conditum, ita præsidium accipiens, rectiùs pro *Quadrivorgio* Notitiæ, quæ pro præsidio Tribunum cohortis (scilicet ex Legione*

*Pars III.* Q pri

prima) & equites sagittarios assignat, habendus, qui ad ripam Danubii circa hodiernum vicum Göny situs fuerit.

**CCCCXXVI. AZAUM, seu LEPAVI FLUVIO, secundum mensuram & omnem convenientiam debebat in planitie supra jam dicta, inter paludem Szöniensem, & montes ab Almás ascendentes, ad fluvium à Tata procurentem esse; primus enim locus à Bregetione Acincum versus situs esse debet ad fluvium, quem Tabula vocat Lepavim. Alius fluvius in tota vicinia Acincum tendente non datur, nisi is, qui haud procul ab arce Totifensi variis scaturiginibus, largis valde, iisque partim frigidis partim à natura calidis, oritur, & in piscinam statim haud parvam collectus per cataractas ejusdem tantâ copiâ aquarum, ut pons ad ipsum exitum paratus inveniatur, se effundit, dein hausto adhuc rivo *Rönigsbaader Bach* nuncupato auctus, Danubium petit, eique spatio unius milliarii germanici emenso demum conjungitur. Ad dictam piscinam in solo editiore arx hodierna cubat Totifiana. Mille ferme orgyis sub piscina ad fluvium hunc traditio perpetua fert stetisse antiquam civitatem, quam Hungaricè *Tot-Varos* dicunt, id est, civitatem alterius quàm Hungaricæ nationis; *Varos* enim civitatem, *Tot* extraneitatem significat, quo nomine Hungari præcipuè Slavicam, Dalmaticam, & alias Illyricas nationes afficiunt: ut nomen hoc quoque Romanæ civitati ad Lepavim fl. ab olim, dum Hunni Pannoniâ potiti essent, Romani autem adhuc Illyrico ulteriori dominantur, in memoriam civitatis quondam Illyricæ seu Romanæ adhæsisse videatur. Mensura Romana Bregetione ad Lepavim fl. seu Azaum, ut itinerarium Antonini vocat, M. P. V. rectè convenit, si à fine quadrati antiqui, ultra Szöny versus Almás siti, in via Almasiensi usque ad dictum fluvium exclusivè procedatur, & ab inde via Tatam versus in aggere paludem cohibente, & vi traditionis ab antiquitus manibus hominum congesto, flectatur, ita ut via ea usque ad fluvium M. P. II. & in aggere usque ad vetus Azaum M. P. III. occupet. Porro traditio fert: à Tata seu Totis usque ad Danubium olim canalem amplum subterraneum murati operis fuisse, cujus vestigia adhuc monstrantur. Fabulosa quædam adduntur, quam originem & quem usum canalus hic habuerit; refectis autem fabulosis potius dicendum, canalem eum tum aquis paludis in Danubium deducendis, tum viæ Bregetionem versus efficcandæ & sternendæ inserviisse, sive de cætero murata fornix totum intervallum à Tata usque ad Danubium, sive tantum intercapedinem illam, quæ palus viæ officiebat, permeaverit.**

**CCCCXXVII. Ex sectione prima schematis *num.* 419. præmissi restant: GARDELACA, seu CRUMERUM, qui locus inter hodiernum Ober-Galla & Borow collocandus est.**

**LUSOMANA, seu AD LACUM FELICIS, hodie oppidum Biharly. AQUINCUM, seu ACINCUM, hodie Buda, seu Ofen. Ductum hunc comprobant 1.<sup>mo</sup> certitudo loci à quo ad quem, 2.<sup>do</sup> congruentia mensuræ physicæ cum mensura Romana, & 3.<sup>tio</sup> existentia lacus, qui in via offendi debet. Ad primum, certus ex præmissis est situs Bregetionis unâ cum proximo loco Azaos seu Lepavi fluvio, certus quoque est Acinci situs in Buda hodierna, ut omnes Geographiæ interpretes consentiunt, & res ipsa abundè loquitur: unde necessariò quoque ductus supra positus sequendus est, cum alia via, quæ non mensuram Romanam intolerabiliter excederet, non detur. Ad 2.<sup>dum</sup> Romana mensura Azaos Acincum à Tabula dicitur M. P. XXXVIII. ab Itinerario Antonini M. P. XXXIX. distantia physica, ut infra *num.* 435. d. est Orgyarum 35686. Si ex hoc numero interius spatium utriusque loci inter-**

me-



medii Gardelacæ & Lufomanæ, nec non superfluitas in hodiernis ambagibus dematur, rectè conveniet mensuræ Romanæ. Ad 3.<sup>tium</sup> Lacus per medium milliare germanicum in longitudine extensus in hac via, præcisè in distantia à Romanis assignata reperitur, qui vel solus iudicem ductûs agit, cùm reliquæ viciniæ Acinci montanæ & arduæ sint lacubus carentes. Porro via hæc, licèt hodie ob alium ductum postarium à quadrato Bregetionis antiquæ per Neszmil, Neudorf, Dorog, Wöresvár, ibique stratam viam Regiam, inculta, commoditate non destituitur, & ardua omnia Budæ interjacentia obambulat.

**CCCCXXVIII.** In sectione secunda schematis præmissi Itinerarium Antonini præter stationes Tabulæ, loca alia, Camponam scilicet, Matricam, & Intercisam, respectivè nominat, & invisit, adeoque à Tabulæ ductu, & quidem in insulam Csepel, æquè à Romanis contra Sarmatas Jazyges munitio- nibus instructam secedit, demum ad Intercisam, seu hodiernum Adony ex insula redit, Anamatiam Tabulæ præterit, Lusionem autem seu Lussunium, & dein Ripam Altam cum Tabula accedit. Camponæ & Matricæ præsidia fuisse Notitia Imperii testatur, quæ cùm ad alterum latus Acinci Valeriam inter- iorem petens, inter duo alia Romana præsidia, Acinci nempe & Vetusallinæ, ab invicem M. P. XIV. tantùm distantia, minimè necessaria fuerint, nec locus ibidem aptus pro iis se offerat, rectiùs alteri lateri in Insula addicenda sunt. In cæteris locis mensura physica mensuræ Romanæ applicata, & reliquæ cir- cumstantiæ locales docent, loca hodierna sic assignanda esse:

VETUSALLUM, seu VETUSALLINA, circa Hanzabék.

INTERCISA, Adony.

ANAMATIA, circa Pentele.

LUSIO seu LUSSUNIUM, Földvár.

RIPA ALTA, Paks.

Exegesis videatur infra *num.* 435. e.

**CCCCXXIX.** In sectione 3.<sup>ia</sup> schematis supra *num.* 419. positi Tabula Ripá Altá seu Paksio rectà Lugionem, ad pedem montium apud hodiernum Bataszék, invisit, & inde superatis montanis rectà iterum in viciniam Mo- hacsii ad Antiana tendit. Econtra Itinerarium Antonini Ripá Altá seu Pak- sio iter secundum hodiernum cursum postarium, Tolnam hodiernam versus, quæ Alisca ejusdem est, per circuitum instituit, dein Ad Statuas seu Szek- szard in vicinia præteriens, Tabulæ apud Lugionem seu Bataszék jungitur: inde autem iterum, montes per Szecsö circumagendo, & Altinum, quod Baia trans Danubium, in vicinia Szecsö videtur, prætermittendo, secedit, sed demum Tabulæ Antianis reaccedit. vid. *num.* 435. f.

**CCCCXXX.** Ad loca sectionis quartæ iter meum, ut *num.* 435. g. pro- pellere nequivi. Interim mensuræ Romanæ chartis geographicis junctæ indi- gitant, Tabulam ad ripam Danubii proximè se flectere, Donatiana, quæ ea- dem cum Antonini Aureo Monte censenda, ad montes inter Barash & Vöres- marton adire, dein infra Mursam seu Eszekinum Dravo transmissio Ad Labo- res, seu viciniam Szarvas, in angulum Dravi & Danubii viâ compendiatâ pro- perare; econtra Itinerarium Antonini Antiana in viciniam Mohacsii hodierni angulo Danubiano insistentis veniens, & Donatiana Tabulæ seu Aureum mon- tem, nec non Novas prætermittens, Mursam seu Eszekinum invisere.

**CCCCXXXI.** Cæterum Ripæ Danubii, quæ in hucusque descriptis iti- neribus omittitur, nempe ab Acinco ad Granuam, convenire videtur aliud iter *pag edit. Wesseling: 266.* ubi nova iterum occurrunt Castra Herculia Vale- riæ, Præsidio Solvæ versus Acincum proxima, quæ cum Castris Herculeis,

*Pars III.*

Q 2

ali-

alibi jam relatis, in via à Murfa Bregetionem versùs fitis, ob mensuras incombinabiles, nullo modo eadem esse possunt. Nec mirum videri potest, in una provincia duo Castra ad Herculem offendi: *Pancirolos* enim in *Notitia Imperii Occidentis cap. 80.* ex Stephano affert, viginti nomine Herculis Urbes in Romano Imperio recenseri, cum pluribus locis Diocletianus Jovius & Maximianus Herculus compellationem affectati agnominis sui indiderint, & *Sex. Aur. Victor*, ut *num. 636.* testetur, militaribus auxiliis longè in exercitu præstantibus nomen Herculiorum impositum fuisse. Schema, de quo supra, est hoc:

|   |  |
|---|--|
| Iter ab Acinco, Crumeróque, Castra constituta Sincio. M. P. XLII. | Ex chartis geographicis novissimis Mikovinii & Kovácsii loca hodierna congruunt: |
| <i>Vlcisfa Castra</i> - - - - - <i>M. P. IX.</i>                  | S. Endre quadrantes mill. Ger. VIII.   |
| <i>Cirpi Mansio</i> - - - - - <i>XII.</i>                         | Vifegrad - - - - - XII.  |
| <i>Ad Herculem Castra</i> - - - - - <i>XII.</i>                   | Ad ripam è regione fluvii Ypol XII.  |
| <i>Salva Mansio</i> - - - - - <i>IX.</i>                          | Arx hodierna Gran - - - VIII.  |

Cirpi situs idem est cum Carpi Ptolemæi vid. *num. 297.* Quod hinc in rubrica itineris de Crumero dicitur, intelligendum sic est: viam pro deducendis copiis militaribus Crumero ad castra Sincio constituta, seu ad Salvam mansionem, æquè per Acincum, & non per montana stationibus militaribus carentia ex altera parte ordinatam fuisse.

### *Ex Notitia Imperii.*

**CCCCXXXII.** Locis Valeriæ hætenus recensitis præsidia assignantur hæc:

Bregetioni (Szöny) Præfectus Legionis Primæ Adjutricis cohortis quintæ partis superioris.

Crumero (circa Borow) equites promoti.

Acinco (Ofen) Præfectus Legionis secundæ Adjutricis tertie partis superioris.

Trans-Acinco, & alio nomine, Contra-Acinco, trans in Barbarico (ut expressè sic habet Notitia, adeoque in ripa transdanubiana in hodierno Pest) Præfectus Legionis (secundæ Adjutricis nempe) Item Auxilia Vigilum.

Cirpo (Vifegrad) Præfectus mil: secundæ Adjutricis. Item equites Dalmatæ. Nec non Auxilia Fortensia.

Ad Herculem (Ripa è regione fluvii Ypol) equites Dalmatæ.

Solvæ (Gran) Cuneus equitum Scutariorum. Item equites Mauri.

Camponæ (in Insula Csepel) equites Dalmatæ.

Matricæ (itidem in Insula Csepel) equites promoti.

Vetufallinæ (circa Hanzabék) equites Dalmatæ.

Intercisæ (Adony) Cuneus equitum Dalmatarum. Item Cuneus equitum Constantianorum, & equites sagittarii.

Adnammantia (Pentele) equites Dalmatæ.

Luffunio (Földvár) Præfectus Legionis secundæ Adjutricis: Item equites Dalmatæ.

Ripæ Altæ (Paks) equites Dalmatæ.

Alescæ (Tolna) Præfectus Legionis secundæ Adjutricis Cohortis partis superioris.

Ad Statuas (Szekszard) equites Dalmatæ. Item: Auxilia Ursarenfis.

Altino

Altino (Baia trans Danubium) Cuneus equitum Fortensium.

Porro ripæ Danubii ab Acinco usque ad Altinum seu Baiam hodiernam, tanquam ultimum locum præsidiarium Danubianum Provinciæ Valeriæ, omnino addicenda veniunt præsidia quoque sequentia :

Florentiæ Præfectus Legionis secundæ Adjutricis partis inferioris. Item equites Dalmatæ. Præfectus Classis Histricæ.

In Borgo contra Florentiam, Equites sagittarii.

In Castello contra Tautantum, Præfectus Legionis secundæ Adjutricis.

Apparet illatio ex eo, quod his postremò nominatis locis, Florentiæ, & Castello contra Tautantum, ex eadem Legionem secundam Adjutricem Præsidia assignentur, sicut reliquis locis, Cirpo, Acinco, Trans-Acinco, Luffunio, & Alescæ; ut itaque etiam in eodem tractu Valeriæ, & quidem ad Danubium sita esse debuerint, cum Florentiæ assignetur Classis Histrica, Contra Florentiam verò, uti & Contra-Tautantum situm supponant in aduersa ripa Sarmatica Danubii. Aliquod horum locorum videtur fuisse, quod in vestigiis vallorum antiquorum Romanorum ad insulam Csepel in utraque ripa alvei alterius seu orientalis Danubiani in vicinia vici hodierni Haratz describit *Comes Marsili in opere suo Danubiali Tom. II. tab. 2. fig. 6.*

CCCXXIII. Demum Valeriæ adhuc à Notitia adscribuntur præsidia sequentia :

Quadriborgio : Tribunus cohortis.

Cardabianæ, seu Cannabiæ : Auxilia insidiatorum. De his præsi- diis dictum supra ad limites Pannoniæ primæ & Valeriæ.

Joviæ : Tribunus cohortis.

Vinentiæ : Tribunus cohortis.

Marinanæ : Tribunus cohortis.

Ad Borgum Centenarium : Tribunus cohortis.

Constantiæ : equites Dalmatæ.

Odiabo : equites Dalmatæ.

Ad militare : equites Flavianenses.

Conradeuza : Cuneus equitum Stablesianorum.

Jovia Valeriæ reperiuntur in *itinerariis pag. edit. Wesseling. 264.* in itinere à Sopianis Bregetionem, in situ versùs lacum Balaton. Jovia autem alia ad Dravum in hodierno Ludbrin *pag. 561. & 130.* in itinere à Petavione Murfam; sed hæc Jovia sunt Pannoniæ inferioris seu secundæ: unde Joviis Valeriæ versùs Balaton lacum præsidium supra dictum deberi videtur. Mariniæ (quæ eadem cum Mariniis) ab *itinerariis pag. 130. & 561.* nec non à Tabula, collocantur ad latus Dravi fluminis M. P. XLVII. supra Murfam, in situ hodierni Mihalovitz, ubi Dravus ex Pannonia inferiore seu secunda, in Pannoniæ olim superioris partem, Valeriam dein à Diocletiano nominatam, transmittitur; vid. *num. 435. g.* Unde præsidium Romanum hîc loci utramque provinciam Valeriam & Pannoniam secundam respiciebat. Ex reliquis præsi- diis aliquid ripæ Danubii inter Bregetionem & Solvam, sive in hac sive in altera ripa competere videtur, quoniam hic situs in distantia M. P. XXIX. omni præsi- dio caruisse non censendus.

## SECTIO XXVIII.

### Pannonia inferior.

Nus CCCXXXIV. Ex Ptol. Geogr. lib. 2. cap. 16. Pannonia inferior

terminatur ab Occasu Pannonia superiore, à divertigio Narabonis fluvii superioris Pannoniæ, secundum dictum limitem. (nempe extremum Bebiorum montium prope Sisciam, ut num. 386. 388. ita ut linea à Raab ad latus occidentale lacus Balaton, & inde Sisciam ducta terminet Pannoniam inferiorem ab Occidente.)

A meridie parte Illyridis à præfato limite usque ad flexum Danubii, juxta quem divertitur Savius fluvius, cujus flexus gradus sunt: long. 45. lat. 44½.

A septentrionibus, & ab Oriente parte Danubii fluvii, à divertigio Narabonis fluvii usque ad Sai fluvii divertigium, qui situm habet talem: post Narabonem fluvium flexus juxta Curtam: 42. 47.

Borealissimum Danubii fluvii: 42½. 48.

Quod juxta divertigium est fluvii ad Occasum extensi, qui per geminas Pannonias fluens, & juxta Carrodunum civitatem quasi ad montem Cetium scissus, juxta septentrionaliorem partem appellatur *σαυγίος*, juxta meridionaliorem autem *δάρος*, qui nunc apud Barbaros *αάρα* vocatur: 44½. 45½.

Conversio Danubii fluvii juxta Cornacum: 44½. 45½.

Conversio juxta Acumincum: 45. 45½.

Conversio juxta Rittium: 45½. 45.

Quod juxta divertigium est Savii fluvii, qui & ipse per duas extensus Pannonias Cetio monti jungitur, prius ad septentrionem, postea ad Occasum versus: 45. 44½.

Habitant autem ipsam provinciam: in partibus occidentalibus Amantini borealiores; (inter Savum & Dravum, ut infra num. 554. itaque in Slavoniæ parte borealiore) sub quibus Ercuniates; (ad Lacum Balaton) postea Andiantes; (in Slavoniæ parte media) postea Breuci (inter Balaton & Danubium)

In Orientalibus verò borealissimi Aravisci; (ad Danubium circa Granuam & Budam) meridionaliore autem Scordisci. (in inferiore Slavonia ad Danubium)

Civitates sunt, sub ipso quidem Danubio:

Curta &c. Danubio procul verò:

|          |   |   |      |      |                |   |   |      |      |
|----------|---|---|------|------|----------------|---|---|------|------|
| Berbis   | - | - | 42.  | 46.  | Vacontium      | - | - | 43½  | 46½. |
| Serbinum | - | - | 42½. | 46½. | Mursia Colonia | - | - | 43½. | 45½. |
| Juollum  | - | - | 42½. | 46.  | Salis          | - | - | 44.  | 44½. |
| Certissa | - | - | 42½. | 45½. | Bassiana       | - | - | 43½. | 44½. |
| Mursella | - | - | 43.  | 46.  | Tarsium        | - | - | 44½. | 44½. |
| Cibalis  | - | - | 43.  | 45½. | Sirmium        | - | - | 44½. | 45.  |
| Marsonia | - | - | 43.  | 45.  |                |   |   |      |      |

De-

## Descriptio itineris , per Pannoniam & Noricum suscepti , & instrumento geometrico dimensurati,

*CCCCXXXV. a.* A porta Viennensi Carinthiaca usque post lineas montis Viennensis mensura est orgyarum Viennensium 1340. Neudorf 6133. Traskirchen 4267. Ebentuhrt 9213. Edimburgum 15373. summa 36326. Edimburgum erat quondam (ut *num. 416. b.*) *Scarabania* Romana, & ab ea Romani Vindobonam in via recta (ut *num. 411. schemate III.*) M. P. XXXIV. computabant; non ibatur itaque Romanis per viam hinc descriptam, utpote in mensura nimium excedentem, sed (ut *num. 413. a.*) Viennam ad Lineas Edimburgenses orgyarum 960. Wampersdorf 16200. Edimburgum 15600. summa 32760. Mutenum, seu mutatio equorum, erat inter Wampersdorf & Höflein circa Miledorf in distantia trium miliarium germanicorum communium seu XII. M. P. Romanorum Edimburgo.

*CCCCXXXV. b.* Iter meum Edimburgo, cum alias vicinias jam antehac permeassem, Jaurinum seu Raab versus direxi per provinciam Raabau dictam sic: Copovár org. 20893. Arpás 18053. Raab 15733. Ad latus Arpási ad ripam superiorem Arabonis fl. jacent Marzatil, & ultra dein Malomsoc, loca ruderibus antiquæ munitiois famosa, quæ tamen ipse accedere haud potui.

*CCCCXXXV. c.* Jaurino viam relegi jam antè à me factam versus Tatam; mensura est: usque Göny org. 9084. è regione Comáromii, ubi altera statio postaria, 12360. è regione Szöny, ubi quondam Bregetio sita erat, 2426. inde Tatam 8439. Infra Tatam in planitie ad fluvium Tatam decurrentem olim fuerat locus Romanus, Lepavi fl. & Azaum nominatus; mensura autem à Szöny orgyarum 8000. demonstrat, Romanis à Szöny seu Bregetione, quamquam pons per paludem intermediam stratus fuisset, à dextra paludis, viam, quam nunc tenui, itum non fuisse, cum itineraria Romana distantiam M. P. V. tantum dicerent; unde ex altero orientaliore latere paludis via ducebatur, ut dictum supra *num. 426.*

*CCCCXXXV. d.* A loco, qui Tot-Varos apud Hungaros audit, seu à Lepavi fl. & Azaum Romanorum, ubi rivus Königsbaader Bach dictus in via Budam versus transitur, sunt orgyæ sine ulla defalcatione intrinseci spatii locorum mensurate usque ad Sziles 3000. Unter-Galla 3093. Ober-Galla 2320. Borow cum pluribus tamen ambagibus 6613. summa 15026. In hac vicinia antiquus Romanorum locus, Gardelaca Tabulæ, & Crumerum itinerario Antonini dictus, cui, ut *num. 419.* mensura Bregetione M. P. XVIII. à Lepavi fl. autem M. P. XIII. præfixa erat, ast, ut mensura hæc correspondeat, in medio ferme inter hodiernum Ober-Galla & Borow situs esse debuit. Inde ad Bicske sunt orgyæ 2453. Bihaly 7733. summa 10186. Porro ad Wutiers 6666. Budam 3808. summa 10474. Hæc distantia ultima apprimè convenit Romanæ mensuræ M. P. XII. à Lacu Felicis. Denominationi Lacus Felicis optimè congruit oppidum Bihaly, juxta quod ex una parte convexitas viniferorum montium, ex altera planities fertilis versus parvum Torova, intermedie verò versus Bicske in depresso solo ad radices montium, reverà lacus magnus stagnantis, nullum nisi modici rivi accessum & recessum habentis aquæ, in longitudine 2000. orgyarum seu medii miliaris germanici reperitur.

*CCCCXXXV. e.* Via ripensis Acinco Ripam Altam in termino à quo ad quem difficultate caret, quoniam uterque terminus, scilicet quod prior sit Bu-

Buda, posterior Paks, certus est. Tabula in hac via, ut *num.* 419. ponit quatuor loca: Vetusalium M. P. XIV. Anamatiam M. P. XXII. Lusionem M. P. XV. Altam Ripam M. P. X. summa M. P. LXI. Dimensio à me facta docet distantiam orgyarum 57371. quæ Romanis M. P. LXI. demptis interioribus locorum spatiis à me simul computatis nec non ambagibus hodiernis, fat convenit. Ripæ Altæ situs circa hodiernum Paks ex nomine ipso Romano certitudinem fermè consequitur; ibi loci enim, & nullibi alibi, verè est ripa alta Danubii, quoniam Paks ad montem rotundum, & in summitate vastum ex parte occidentali cubat, qui Danubio ipsi ex parte orientali præruptè imminet, & vix equitem, minùs currum in latere hoc patitur, adeoque ipse ripam altam & præruptam Danubii agit. Supposito hoc utroque termino loca intermedia eum fortiuntur situm, ut Romanum Vetusalium circa Hanszabék, Anamatia circa Pentele, Lufio seu Luffunium circa Földvar collocandum sit. Distantia physica est hæc: à Budæ exitu mensurando sinè ulla defalcatione locorum sequentium sunt orgyæ usque ad Hanszabék 9344. Erdcsin 8626. Adony 7728. Pentele 8900. Földvar 10853. Paks 11920. Situm *Vetusalli* antiquum adjuvat naturalis situs pulcherrimæ ibidem telluris: post vastam, enim, hilarem æquè ac fertilem, planitiem, ad ipsum Hanszabék, ab ipso statim Danubio, sese attollunt montes viniferi, atque permodum costæ à meridie per Occidentem & septentrionem longissimè procurrunt. Ad radices itaque Danubianas horum montium Romanis opportunissimum erat, locum munimentum pro tutanda utraque magna planitie exstruere, & mensurâ indice collocandus is est ad pedem inferiorem montium M. P. II. infra Hanszabék. Similis circumstantia situs naturalis est pro *Anamatia* prope Pentele, & insuper ibidem se offert mons rotundus, latus, haud altus, tanquam specula in Danubium. A Vetusalio Anamatiam dicat Tabula mensuram M. P. XXII. ego ab Hanszabék usque Pentele inveni orgyas 25254. hæc distantia fermè æquivalet, ut *num.* 314. e. M. P. XXXII. adeoque abundat M. P. X. Hinc autem demenda sunt M. P. II. pro Vetusalli situ infra Hanszabék collocando, ut dictum: totidem pro spatio interno Vetusalli: totidem pro situ Anamatiae ante Pentele collocando: totidem pro spatio interno Anamatiae: & reliqua M. P. II. partim ambagibus hodiernis, partim Romanæ mensuræ parcitati in neglectu centenorum passuum mille non adæquantium, ut *num.* 310. imputanda sunt. Rudera Romanorum munimentorum his in viciniis penuriâ lapidum laborantibus inspicere velle supervacaneum est, dudum enim effossi lapides & ædificiis applicati sunt. *Luffunij* situs antiquus confirmatur per itinerarium Antonini, hoc etenim Acinco Matricam in Insulam Csepel excurrens redit in viam Tabulæ ad Intercisam seu Adony, & inde Luffunium seu Földvar permeatis M. P. XXIV. invisit, cui mensuræ quantitas à me inventa ab Adony orgyarum 8900. à Pentele 10853. in summa 19753. bene congruit. Mensura Romana Luffunio tribuit M. P. XV. Ripæ Altæ M. P. X. ea situi hodierno sic applicanda videtur: à Pentele usque Földvar sunt orgyæ 10853. seu M. P. XIII. à Földvar usque Paks orgyæ 11920. seu M. P. XV. Itaque Luffunium infra hodiernum Földvar M. P. II. collocandum est, & ejus internum spatium alia M. P. II. occupavit; Ripa Alta autem in situ hodierni Paks manet.

*CCCCXXXV. f.* Romanus locus *Ad Statuas* itidem certò fermè est ipsum hodiernum Szekszard, *Lugio* verò vicinia Båtassékij; ad utrumque locum in Occidentem & septentrionem iterum protenduntur costæ longissimæ montium viniferorum, ut & hæc circumstantia hîc quoque pro loco Romano faciat. Szekszard ipso situ suo tuetur antiquitatem suam Romanam; locò veteris  
nám-

nānque inædificati munimenti ostentat hodie arcem dominicalem in colle submisso oblongo, & plano, undique libero, formam quasi theatri exhibentē: quod dein retro & ad utrumque latus montes altiores, in formam quasi statuarum fastigiati & sejuncti, præcipuè verò tres proximiores hinc, tres illinc, exornant, ita ut non abs re nomen ad Statuas sibi comparaverit. Mensura ejus à Ripa Alta in itinerariis Romanis non traditur, Lugioni autem à Tabula M. P. XXII. adscribuntur. Iter ego Pakfio per Tolnam institui, & numerum orgyarum inveni usque Tolnam 11109. Szekszardum 6640. Batafzékium 9826. in summa 27575. Hæc quantitas correspondet mensuræ M. P. XXIX. per itinerarium Antonini (ut supra num. 419.) traditæ, ita tamen, ut iter Antoninianum viam quidem hodiernam Postariam, Tolnam versùs, tenuerit, at Tolnam ipsam, quam nominat Aliscam, non accesserit, sed aliquantum *ad latus*, ut ait, reliquerit. Econtra Tabula vastum angulum, qui Pakfio Tolnam obiri debet, non peragravit, sed rectà versùs Batafzék, prætereundo quoque Szekszardum, processit: quo pacto, quanquam ego iter hoc rectum non relegerim, fermè tertia pars itineris Pakfio & Tolnâ Szekszardum compendiat. Porro Tabula brevissimas semper vias exquirendo, à Lugione ad *Labores in latere Mursæ seu Eszekini ad Danubium*, non per viam hodiernam à Batafzék ad Szecsö & Mohacs longum tractum montium obambulantem, & per distantiam à me mensuratam à Batafzék ad Szecsö orgyarum 6656. ad Mohacs 7200 in summa 13866. accessisse, sed rectà, ut alibi Alpes grandes, ita hîc montes multò demissiores transcendisse, & per viciniam Mohacsensem ulteriorem viam M. P. XXXVII. compendiatò itinere legisse dicenda est. Itinerarium autem Antonini, curiositatis Augustorum causâ, angulum ad Szecsö omnino obiit, ac propterea ad Antiana, locò mensuræ Tabulæ M. P. XII. emensis demum per circuitum M. P. XXV. pertingit.

CCCCXXXV. g. Mohacsiò, quoniam mihi nec tempus, nec aliæ circumstantiæ, Eszekinum usque & ultrà pro voto penetrare indulserunt, iter meum flexi *Quinque-Ecclesias*. Viæ partem hanc ex accidenti quodam non mensuravi: interim ex tempore, quod in iter id insumpsi, & in combinatione, quam alibi quantitatem in æquè facili aut respectivè impeditiore cursu repererim, haud multum distantia orgyarum 2200c. aberrabit. Reliquum iter à me mensuratum est orgyarum usque Sziget 18818. Istvandi 8373. Babocsa, quorsum in via aberravi, circiter 14000. Bresnicz 12986. Csurgu 4653. Szenkraly 2626. Bikes 3786. Legrad 8746. usque trans paludem in via occurrentem 1000. Ludbrin seu Ludbregium 10605. in summa orgyarum à *Quinque Ecclesiis* 85591.

Porro in via anteriore Eszekino *Quinque-Ecclesias* sunt 5. Postæ seu 10. milliaria, orgyarum circiter 40000. Iter ergo totum inde ab Eszekino Ludbregium continere circiter posset orgyas 125591. Ex hac distantia ad *num. hujus apparatus* 498. b. & ad schema Romanæ viæ ibidem exscriptæ Petovio Mursam id inferendum: Romanos ex loco intermedio, qui à Tabula *Botivum*, à reliquis itinerariis verò *civitas Jovia* vocatur, & reverà Ludbregium est, non per Legradum, dein transito Dravo per loca suprâ memorata, sed rectà Ludbregio per Copreinitz, Verovititza, & Mihalovitz, ac abinde primùm transito Dravo in alteram partem, per Baranya-Var, seu Romanum *Vereis* aut *Berebis*, & Darda, quod Romana *Mursella* seu *Mursa minor* erat, ivisse. Patet hæc illatio ex distantia unius & alterius viæ; illa enim, per Legrad transito Dravo, millia orgyarum habet *Quinque-Ecclesias* usque 85. hæc requirunt M. P. CVIII. remanereat igitur ex mensura M. P. CXVII. quam Tabula Mur-



## 130      SECTIO XXVIII. APPARATUS GEOGRAPHICUS.

sam usque tradit, sola M. P. IX. pro ulteriore intervallo à Quinque-Ecclesiis Eszekinum, quæ mensura nullatenus sufficit. Unde iter Romanum, Joviâ Murfam, aliam viam rectam, ad Mihalovitz transito Dravo, tenuit: & licet reliqua itineraria M. P. CXXVIII. distent, inde tamen hoc est, quod inter stationes *Lentulis* & *Serotis*, ob adjectam alteram mutationem equorum *Cocconis*, viam ad latus per M. P. XII. pro arbitrio flectant & extendant. Obstat prætereà, ut credatur, à Romanis præelectam fuisse illam viam, quod ea ad Quinque-Ecclesias verè difficilis sit, & sæpe in invias paludes cum earum circuitu, à Dravo autem usque ad Bresnitz in meros montes, eisque interclusas profundas & latas valles incidat. Legrad nihil omnino antiquitatis Romanæ præfert, nec Romana statio in via Murfam versùs esse poterat. Totus situs, tam interior, quàm exterior, paucis spatiis exceptis, est depressus & paludinosus. Viam ad Orientem & alteram partem Muri & Dravi excludunt montes prærupti partim viniferi usque Dernie pagum: excepto hodierno transitu Dravi 1000. orgyis infra Legrad, ubi mons mitior quidem, ast adhuc difficilis valdè pro via, quâ veni, ascendendus est. Viam ad meridiem, quæ rectà Murfam in latere Dravi tenderet, excludit per totam longitudinem Legradini, & ultrà, ramus Dravi, qui sese eò, immediatè sub Legradino, devolvit, & sinuoso flexu situm magnum depressum æquè ac paludinosum complectens ad Dernie primùm in alveum redit; unde iter ex dextra parte Dravi ultra Legrad instituenti necesse est; Legradinum præterire, Copreinitz petere, & dein Dravum vel ad Dernie vel ad Mihalovitz transire. Legradinum ergo nil nisi Carrodunum Ptolemæi unquam esse poterat. Consequenter nec Bukovecz in via Romana, à qua adhuc magis deflectit, sibi locum vindicare potest; sed hoc in situ Ludbrin, quâ statio Romana, & civitas Jovia, adeòque colonia ad Dravum, magnam & fertilem planitiem occidentalem ibidem fructificans, & monumenta antiquitatis Romanæ latè edens, primas obtinet.

CCCCXXXV. b. In dicto num. apparatus hujus 498. b. Itineraria Romana à civitate Jovia Petovium mensuram assignant usque Populos M. P. VIII. Aquam vivam M. P. XI. Remistam M. P. X. Petovium M. P. X. in summa M. P. XXXIX. In mensura, quam ego inveni, sequestratis interim reliquis minoribus ambagibus, demendus est superfluus omnino circuitus, qui in via hodierna præcipuè uno in loco, nempe à promontorio montium Vinitza, usque ad proximam Petovio stationem postariam Saurics fit, dum à pede montium, ut fertili glebæ parcatur, per semi-circulum orgyarum 4093. receditur; & quidem combinato semi-circuli hujus ductu orgyæ 1093. defalcandæ, adeòque mensura pro itinere quondam Romano ad orgyas 3000. reducenda est. Hoc factò mensura situm locorum Romanorum sequentem in modum indicat: à Ludbrin, non computato spatio, quod pro civitate quondam Romana traditio & effossa documenta qualificant, usque Verbanocz sunt orgyæ 4000. Zamlatie 1466. Szemovetz 1933. summa pro loco Romano *Populos* dicto 7399. Waraszdin 5853. Zraczenecz 2853. Margee 1280. summa pro *Aqua Viva* 9986. Petrancy 880. Krizowlana 3786. ad promontorium montium Vinitza. 1120. in pede montium usque Saurics, ut paulò antè dictum, 3000. summa pro *Remista* 8786. Ulteriùs in pede montium usque ad Dravi pontem olim apud Romanos structum, nunc volatilem 933. Petovium denique ex altera parte Dravi 7500. summa pro Civitate Romana Petovione 8433.

CCCCXXXV. i. Petovio perrexi Cileiam, ut de via Romana, de qua supra num. 384. edoceret. Petovio usque ad arcem Ubersfeld sunt org. 3574. Grauesfeld ad fluvium, qui æquè, ut ulterior alius, Pulska vocatur, 4426. ad locum, ubi via

via Marburgensis incidit, 1946. *Windisch Weistritz* 5054. summa usque huc 15000. Porro Ganovitz 7501. Hoheneck 7725. Cilecy 4266. summa usque Celeiam 19192. *vid. d. num. 384.*

*CCCCXXXV. k.* Celeiæ ob iter Tabulæ suprà schemate III. *num. 367.* inquirebam de via brevissima ad Dravum fluvium versùs viciniam Clagenfurti, & informabar, nullam breviorē, nisi per Windischgrätz ad Draaburg, illucque duplicem curru tantum perviam esse, unam redeundo in via Viennensi 3. milliaribus usque Ganovitz, alteram uno milliari usque Hohen-Eck, & progrediendo dein in valle Sodska ad fluvium ejusdem nominis. Posterior hæc, cum altera ob nimium circuitum ductui Romano nequaquam convenire posset, à me suscepta est. Orgyæ inveniuntur usque Hohen-Eck 4266. Weitenstein 7136. summa pro Romano loco *Upellus* 11402. Prudni, ubi paulò post valle relicta mons Lorschberg superatur, 1970. *auf der Saag* 2666. *Windischgrätz* 8709. summa pro Romano loco *Colatione* 13345. Ad pontem fluvii Laczancza 4234. usque ad Dravum 1533. Draaburg 226. Lavamünt 4735. *Tieffenbach* ad vallem Jaunthal 7656. summa pro loco Romano *Juenna* 18384. Völckenmarck 7746. ad fluvium Gurck 9712. ad fluvium Klan 3456. usque ad portam civitatis Clagenfuhr 746. summa Juennâ Clagenfuhrum 21660. A Clagenfuhr usque ad Zollfeld è regione Aulæ Mariæ, id est ubi vocari incipit Zollfeld 4300. inde usque ad locum, è regione cujus maxima sunt rudera antiquitatis, id est usque ad diversorium in Zollfeld 846. inde usque ad locum, ubi desinit vocari Zollfeld 480. summa orgyarum in longitudine seu latere Zollfeld 1326. A fine Zollfeld usque ad vicum S. Donati 1938. inde usque ad arcem Osterwitz 2674. Summa ad Osterwitz à fine Zollfeld 4612. à Clagenfuhr 10238. Arx Osterwitz in rupe præalta cubans multum antiquitatis ostentat sed junioris quàm Romanæ, præter lapidem cum inscriptione;

BASSVS  
 CONGEISTLI  
 F. V. F. SIBI. ET  
 CAMVLIAE  
 QVARTI. F.  
 CONIVGI  
 PIENTISSIMAE  
 ET. SVIS.

id est:  
 Bassus, Congeistli  
 Filius, Votum fecit  
 sibi, & Camulie  
 Quarti Filie, con-  
 jugi pientissimæ,  
 & suis.

Clagenfurtum & Zollfeld, ut chartæ Geographicae monstrant, & incolæ ibidem testantur, fermè æqualiter distant à Völckenmarck, & alia via à Zollfeld Draaburgum non est, nisi per Völckenmarck.

*CCCCXXXV. l.* Zollfeld, quanquam nunc magna ex parte silvestre, inter ipsas arbores tamen copiosa ostentat rudera vetustissimorum ædificiorum, muros subterraneos, & fornices: subministrat ædificantibus jam dudum lateres firmissimos & lapides: curiosius autem fodientibus Romana numismata, fracturas lapillorum pellucidorum diversi coloris, aliæque antiquitatis documenta: quorum ego quoque partem quandam mecum tuli. A. 1692. erecta ibi loci est capellula sacræ Crucis, ejusque muro pro memoria antiquitatis inserti prostant 18. lapides verè Romani cum inscriptionibus latinis, quas huc perscribere non censui: ast inter 9. lapides, quos defunctus jam Franciscus Antonius Campelius ante plures annos ex Zollfeld ad Oppidum S. Viti auxit, & muro domûs suæ infixit, notari meretur lapis unus *Colonia prima Noricorum* mentionem faciens, cujus inscriptio est hæc:

*Pars III.*

R 2

D. I. M.

## SECTIO XXVIII. APPARATUS GEOGRAPHICUS.

D. I. M. VLPIVS. VALERI  
 VS. SPECV - - - C. PRIMAE. NOR.  
 VOTVM. A. PATRE. SVSCEPT. SOLV.  
 L. L. M.

Id præter partim exesum verbum sic lego : Diis inferis Manibus, Ulpus Valerius - - - - - Coloniae primæ Noricorum, votum à patre susceptum solvens, locum legit memoriæ. Idem ille Campfelius magnam copiam numismatum Romanorum ex Zollfeld collegit, & sunt ea nunc adhuc in manibus hæredum. In foro ejusdem oppidi exstat cisterna seu receptaculum rotundum & cavum æquè ex Zollfeld A. 1566. allatum, ex albo marmore, in diametro 8. pedum & 9. unciarum, in altitudine verò 1. pedis & 9. unciarum, in cujus medio vir gentilis æneus ex angue ori applicato (olim autem non ex ore tantum, sed & auribus nunc obstructis) aquam arte hydraulica haustam in dictam cisternam emittit. Cisterna ea olim steterisse videtur in prato hodierno Zollfeldiano, inter maxima ruderum medio, cui ex septentrione collis æquè ruderum plenus imminet, laticibus scaturientibus piscinulam statim & in collis latere adhuc implentibus præditus, unde aqua defluens molendinum Suelnicense dictum nunc agitat, dein angulariter pratum rivulo permeans in meatum subterraneum ad alia iterum ruderum dilabitur, eoque per distantiam circiter orgyæ 300. emenso penes viam latus Zollfeldii obeuntem fonte alio saliente regurgitat. Documenta hæc omnia testimoniis itinerariorum Romanorum juncta certè locum Zollfeld pro civitate antiqua Romana *Virunum* dicta qualificant.

CCCCXXXV. m. Supposita hac certitudine Virunum viæ Romanorum inde ducentes (ut supra num. 367.) ad perspicacitatem quandam emergunt. A fine Zollfeldii reperiuntur orgyæ usque ad S. Donatum, ut jam dictum, 1938. S. Viti oppidum 2632. ad primum transitum Gurcæ fluvii apud Langenbrücken 5890. ad secundum apud Melbling 1290 ad tertium, id est locum Zwischen Bässeren nuncupatum 1960. summa pro loco Romano *Matucaio* 13710. De hoc loco, quod inter hos duos transitus situs esse debuerit, dubitari vix sinit mensura Romana M. P. XIV. demptis aliquot ambagibus hodiernis, & ipsius Matucaii antiqui intrinseco spatio, optimè conveniens, nec non circumstantia illa, Matucaium duplicem locum à quo pro ulteriori itinere egisse, nempe Noreiam in interiora Norici, & Beliadrum, versùs exteriora & Juavum fluvium, quod fit, dum via Salisburgensis per Strasburg ducens hodie quoque hic loci se separat, & non transito tertia vice fluvio Gurcæ ad lævam ab altera Neumarck tendente divaricatur.

CCCCXXXV. n. Inde in via interiori, quam secutus sum, usque ad Friesag 4173. usque ad Neumarck 3090. summa pro Romana civitate M. P. XIII. distante *Noreia* orgyæ 12263. A Neumarck ad Pergau 3117. Scheifling 3181. Hundsmarck 3686. ad pontem Muri fluvii sub vico S. Georgii 2784. summa pro ponte Muri ad *Viscellas* Romanas 12768. Ultra pontem in via è latere montium Muro fl. incumbentium usque è regione loci Saurbrunnen nuncupati 3093. dein per primam vallem transversam, latam & fertilem, fluvio Pöls irriguam, leniter ad Alpes seu *Rotenmanner-Lauren* ascendente, usque ad *Mauthen* 4244. summa pro *Tartursanis* 7337. In valle subsequa secunda & tertia, identidem ascendente, ad eundem semper fluvium, usque ad S. Joannem unterm *Lauren* / seu sub Alpe, 6493. inde usque ad ipsius Alpium initium 3000. summa pro *Sarontio* 9493. Ad diversorium aufm *Lauren* / seu in Alpe, vel potius ad latus summæ Alpium 2386. exinde vallem comitante rivo Taurenbach

bach ex altera parte descendendo usque ad Trieben 4482. Rotenmann 6266. Strecha sub arce ejusdem nominis in rupe præalta cubante 1066. summa pro Romano loco *Stiriace* 14200. Ad oppidum Lietzen, viam in latere montium usque è regione Lietzen flectendo, dein Anasum fluvium ponte transeundo 4746. quod Lietzen, quoniam prope confluentiam fluviorum, Anasû, & Balthæ, ad fluvium Pirnerbach jacet, *Gabromagum* in distantia à *Stiriace* M. P. V. Romanis audit.

**CCCCXXXV. o.** A Lietzen via vallem Alpis Pirn vocatæ sectatur, per quam rivus Pirnerbach plures alias scaturigines in progressu secum vehens decurrit. Mensura orgyarum est usque ad clausuram superiorem, Claus am Pirn vocatam, è latere summæ Alpis, quæ formam piri refert, 4267. ad clausuram inferiorem descendendo jam vallem ex altera parte ad scaturientem ibi fluvium Teichl 1333. Spitalh 2313. summa pro Romana *Errolatia* 7913. A Spitalh usque Windischgarsten 3260. ad pontem fluvii Steyer 8026. usque in vallem rotundam & fertilem, ubi approximatur clausuræ diversorio Preisik termè contiguæ 2026. circuitus vallis angustæ per rivum excavatæ usque ad inferiorem clausuram 306. circuitus ex altera parte usque ad clausuram apud dictum diversorium 360. summa pro Romano loco *Itatione* 13978. Distantia hæc excedit mensuram Romanam M. P. XII. ast in Romana quondam via meritò imprimis demendi sunt ambo circuitus circa clausuram inferiorem, quæ novum opus hodiernorum temporum est, quoniam in semita hodierna recta, si pons aliquot orgyarum sterneretur, & commoditas viæ sola spectaretur, evitari possent; dein sectio hæc tota viæ à Spitalh usque ad clausuram multas habet ambages, quas diligentia, quodlibet spatium fructificationis capax à via cum ejusdem frequenti circumductione segregandi, hoc in situ penuriâ glebæ laborante invexit, ita ut resectis his majori ex parte ambagibus mensura hodierna Romanæ satisficiat.

**CCCCXXXV. p.** Clausuram hanc posteriorem subsequitur arx dominicalis Clausen in rupe ad vallem, quâ pergitur, non amplius ac retrò coarctatam sed laxiorem sita. Usque eò orgyæ sunt 1280. Micheldorf ad ultimam propaginem Alpestrium sub monte Dirrenberg 4426. intra & circum hunc longæ extensionis vicum usque ad finem ejus 960. usque dum pervenitur è regione Kirchdorf 786. retorsio itineris, ut pratis parcatur, & circuitus hortorum, usque in Kirchdorf 466. usque ad locum, ubi se separat via ad Pettenbach 1306. prope Wartberg 4000. semicirculus, qui circa Wartberg ob glebam fertilem & præcipuè prata obitur 666. summa à clausura usque trans Wartberg 13890. Notandum: Itineraria Romana proximam stationem à *Tutatione* nominant *Vetonianis*, in distantia M. P. XI. quæ & nomine, & situ, oppido Pettenbach omnino addicenda venit. Pettenbach ipsum, quorsum alioquin ordinaria via ante haud multum temporis frequentabatur, non adii, partim quòd de difficultate ob neglectum modò ejus usum edocerer, partim ut dijudicare possem, an non altera via per Wartberg & Cremsmünster Romanis fors trita fuerit. In hac altera via Wartberg est parallelum Pettenbachii: sed omnes, qui viam utramque nôrunt, fatentur, multò brevius esse iter per Pettenbach, quàm per Wartberg & Cremsmünster ad Wells, quod oppidum certè alia statio Romana fuit, *Ovilia* seu *Ovilaba* dicta; si igitur à via Wartbergensû ambages, tam quas suprâ notavi, quàm plures aliæ, resectur, rectè distantia à clausura ad Pettenbach mensuræ Romanæ M. P. XI. correspondebit. Porro à Wartberg usque è regione Cremsmünster, non computando viam rectà inde in oppidum se transvertente, & demum domos

& monasterii ædificia retrò obambulante, inveni orgyas 4213. & Welfium usque 8640. summa pro hac viæ sectione 12853. Quæ autem æquæ, ut præcedens, multis ambagibus involvitur, unde eis demptis via brevior & Romanis M. P. XI. proportionata Pettenbachio Welfium inveniri debet.

*CCCCXXXV. q.* Welfio usque ad divaricationem viæ versùs Lintz & Ebersperg sunt orgyæ 11866. usque ad Klein München 1226. usque ad initium pontium, quorum tres strati, 373. usque ad portam Eberspergensis 453. à porta altera Eberspergensis usque ad incidentem fluvium Lorach seu Lorch 5205. usque intra Enns civitatem 1280. inde usque in planitiem montis Engelberg 5015. ad montem Stremberg 1622. oppidum Stremberg 2037. usque ad viam, quæ transvertitur ad Nieder-Wallsee 1866. usque ad viam, quæ transvertitur ad arcem Zeilern 5664. oppidum Amstetten 2626. usque ad pedem montis Burgstall-berg retro Plintenmarck 5333. necessarius circuitus hujus montis 1066. usque ad pontem fluvii Ips 2773. summa orgyarum à Wells 48405.

*CCCCXXXV. r.* Notandum: mons Burgstall-berg à Danubio ipso, in viam usque, formâ oblongâ quadratâ excurrit, cujus latus occidentale pro parte, latus autem meridionale totum ambi debet. Medio milliari ad septentrionem sub ponte Ises jacet civitas Ips in pede montium ad lævam fluvii; reliquus situs ab hac civitate usque ad dictum pontem depressus & paludinosus est; fluvius quoque infra pontem latè & in duos alveos diffunditur, ita ut & tempore Romanorum, præter pontem ad ipsam civitatem, alius pons superior non nisi in moderno situ sterni potuerit.

*CCCCXXXV. s.* A ponte Ises usque ad oppidum Kemelbach mensura est orgyarum 626. Usque dum pervenitur è regione oppidi Eisenstein, ubi montes ad Danubium iterum usque ad divertigium fluvii Erlapf se attollunt 1093. usque ad pontem in ramo fluvii Erlapf 2533. usque ad majoris alvei ejusdem fluvii pontem, qui longitudinem orgyarum 20. habet, 346. sequitur rivus Mühlbach/ & vicus Erlapf in pede montis 325. ad finem hujus vici 261. inde usque ad divertigium fluvii Erlapf in Danubium, circiter 1700. summa pro loco Romano *Arlape* 6884.

*CCCCXXXV. t.* Ad ipsum divertigium fluvii Erlapf non flexi modò iter meum; fermè autem in parallelo jacet divertigium hoc cum vico Erlapf; unde abhinc mensuram computabo. A fine vici Erlapf usque ad semitam, quæ ad oppidum Pechlarn ducit 986. planè è regione Pechlarn 266. usque ad portam oppidi Mülck 4960. summa pro loco Romano *Namare* 6212. Notandum: ut defectum mensuræ respectu locorum, quò modò non perveneram, supplerem, nisi hominem alibi jam à me in mentione itineris probatum, qui distantias à me omissas passibus dimetiretur. Numeravit is passus à Melck usque ad confluentiam fluvii Erlapf cum Danubio 7150: inde verò in sinistra ripa fluvii Erlapf progrediendo usque ad oppidum Kemelbach 7300. Prior numerus rectè convenit mensuræ Romanæ M. P. VII. secundo numero addendæ adhuc orgyæ 626. seu passus quinquepedales 751. à Kemelbach usque ad pontem Isis, & hoc factò adæquat quoque mensuram Romanam M. P. VIII.

*CCCCXXXV. u.* Reliqua via Vindobonam usque sequentem habet mensuram orgyarum: Printzerstorf ad Bielam fl. 8000. S. Pölten 4448. Perschling 7909. Sigartskirchen 9546. domus telonialis ante transcensum montis 2629. Burckersdorf 4986. ad portam Viennensem 7960. summa 45478.

SE-

# SECTIO XXIX.

N<sup>o</sup>. CCCXXVI. a. Pannonia secunda.

Via ripensis ex Tabula, nec non ex Itinerario Antonini sed inversè secundùm Tabulæ ductum huc transcripta, & ab errore librorum, ut suprà num. 306. purgata.

| <i>Ex Tabula.</i>     | Hodie.                      | <i>Ex Itin. Ant. p. 242.</i> | Hodie.          |
|-----------------------|-----------------------------|------------------------------|-----------------|
| <i>Donatianis.</i>    | Inter Barash & Vöresmarton. |                              |                 |
| XIII.                 |                             | <i>Mursa.</i>                | Esek.           |
| <i>Ad Labores.</i>    | Szarväs infra Eszek.        |                              |                 |
| XIII.                 |                             | XVI.                         |                 |
| <i>Titoburgo.</i>     | Erdöd.                      | <i>Tentiburgo.</i>           | Erdöd.          |
| XVI.                  |                             | XVI.                         |                 |
| <i>Cornaco.</i>       | Bukovár.                    | <i>Cornaco.</i>              | Bukovár.        |
| XIII.                 |                             | XVI.                         |                 |
| <i>Cuccio.</i>        | Illok.                      | <i>Cucci.</i>                | Illok.          |
| XVI.                  |                             | XVI.                         |                 |
| <i>Milatis.</i>       | Petrovaradinum.             | <i>Bononia.</i>              | Petrovaradinum. |
| XVI.                  |                             | XVI.                         |                 |
| <i>Cusum.</i>         | Csuruk.                     | <i>Cusi.</i>                 | Csuruk.         |
| XI.                   |                             | XXXIII.                      |                 |
| <i>Acunum.</i>        | Inter Danubium & Tibiscum.  |                              |                 |
| VIII.                 |                             |                              |                 |
| <i>Bitio.</i>         | Titel.                      | <i>Rati.</i>                 | Titel.          |
| XIII.                 |                             | XXXIII.                      |                 |
| <i>Burgenis.</i>      | Belekis.                    |                              |                 |
| X.                    |                             |                              |                 |
| <i>Tauruno.</i>       | Belgrad.                    | <i>Tauruno.</i>              | Belgrad.        |
| III.                  |                             |                              |                 |
| <i>Confluentibus.</i> |                             |                              |                 |
| <i>Co. Singiduno.</i> |                             |                              |                 |

CCCXXVI. b. Co. Tabulæ Confluentibus & Singiduno interjectum interpretandum videtur: Confluentibus *conjunge* stationem Singiduno; eò quòd Singidunum ad ipsam confluentiam Savi & Danubii fuerit, Taurunum autem paulò superiorem ripam Savi occupaverit.

*Cellarius Geogr. ant. lib. 2. cap. 8. pag. 560.* dum numeros mensuræ inter Acincum & Taurunum, subjecto terræ spatio improportionatos deprehenderet, interpretationi locorum detrahit manum dicendo: in Itinerario numeri hoc loco monstrosi sunt. Item: Itinerarium turbatos hinc numeros habet M. P. CXIII. Rectè sic arguendum omnino venit in supposito: mensuras itineris ab Acinco Taurunum, & vice versa, semper in porrectum accipiendas esse; longè majores enim sunt numeri ipsâ distantia naturali re-ctâ inter Acincum & Taurunum; Ast, cum & tabula & Itineraria in mensuras illas conspirent, & fide digna sint, suppositum id nullatenus capeffendum, quin potius necessariò hinc inferendum: præter viam rectam, quæ Danubium non deserit, simul tam in Tabula, quàm in Itinerario loca è latere uno & altero

tero Danubii positā, eorūque distantias describi. Præprimis verò in Pannonia inferiore, de qua hic agitur, inter Taurunum & Mursam amplum est triangulum à latere sinistro Danubii, cui mensuræ itinerum ex parte applicandæ. Hoc triangulum includit quandam quasi peninsulam terræ inter confluentes fluvios Danubium & Tibiscum, cujus anguli sunt: primus ad ipsam confluentiam fluviorum, ubi nunc Tittel & Salankement; 2.<sup>us</sup> ascendendo Tibiscum in loco, ubi nunc Csuruk; 3.<sup>us</sup> ascendendo Danubium in loco, ubi nunc Petrivaradinum situm est. Hanc intercapedinem terræ in Barbarico, id est Sarmatico solo à natura ipsa, ab utroque latere hinc Danubio, illinc Tibisco, custoditam, Romani in basi, seu tertio latere inter Petrivaradinum & Csuruk opere vallato (cujus vestigia adhuc supersunt, & Römerschantz dicuntur) à reliquo Barbarico solo resciderant, & munimentis pluribus specialibus eo fine obfirmaverant, ut viciniae circumquaque dominarentur, præsertim verò barbaricas naves, non rarò secundo Tibisco defluentes, & ripam Danubii, accolāsque Romanos incursionibus exagitantēs cohiberent. Hanc in rem *Ammianus Marcellinus lib. 19. de Constantio Imp.* ait: vallo prope Acimincum locato, celloque aggere in speciem tribunalis erecto naves, vehentes quosdam Legionarios expeditos, alveum fluminis proximum ripis observare sunt justæ &c. Hic per alveum proximum *Ammianus* absque dubio intelligit alveum Tibisci, tanquam infestum ob naves barbaricas prædatorias, agger & vallum autem est id, quod nunc Römerschantz dicitur.

**CCCCXXXVII.** Hoc triangulum descriptum & delineatum est in *Danubio Pannonico. Mysico Comitis Marsili tom. 2.<sup>do</sup> ad tab. 3. & 4.* quamquam non omnia opera ibi delineata Romanis solis, sed partim (veluti grande illud vallum quadrato-oblongum, triangulo intermixtum) Hunnis seculo 7.<sup>mo</sup> vel 8.<sup>vo</sup> partim posterioribus adhuc seculis deberi dixerim. Charta specialis, & originalis, fluvii Tibisci ripas describens, in Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi extans, munimenti Romani vestigia in altiore ripa non, quam ad suprascriptum Csuruk notat. Porro, Romanum ipsum triangulum numeris mensurarum in Tabula & Itinerario circumscribi, tam Itinerarium ipsum haud obscure prodit, quam Notitia Imperii utriusque necessitanter inculcat. *Itinerarium Antonini Edit. Wesseling. pag. 241. & seqq.* dum iter per ripam Pannoniæ Tauruno in Gallias ad Leg. XXX. usque describere intendit, præmissis summariis, ad specificas dimensiones progreditur dicendo: à Tauruno Ritti M. P. XXXIII. In hac prima autem statione mox subsistit, & aliud summarium interjicit his verbis: In medio Aciminci M. P. CXIII. sic. Per hoc ergo innuit, sequentes mensuras speciales, quæ intra summarium mille passuum CXIII. comprehenduntur, nempe usque Mursam inclusivè, sic debere intelligi, ut Acimincum seu trianguli intermedium spatium ambiatur, quod vocat *in medio Aciminci.*

*Notitia* omnia hæc, sub M. P. CXIII. in Itinerario posita loca expressè Pannoniæ secundæ attribuit, ergo necessariò inter Rittium, & confluentiam Dravi & Danubii (in cujus vicinia Pannonia secunda finit & Valeria incipit) sita esse debent. Hoc supposito, tanquam indubio, necesse omnino evadit, loca intermedia hæc in recta via, ob numeros, majorem valde distantiam & in Tabula & in Itinerario complectentes, collocari non posse, sed partim in circumferentia Aciminci quæri debere.

**CCCCXXXVIII.**



**CCCCXXVIII.** His præmissis loca, secundùm congruentiam sitûs & mensurarum, sic explicanda, & primò quidem sequendo ordinem Tabulæ:

**AD LABORES:** Est vicinia ad latus occidentale vici hodierni Szarvas. *Jac. Gothofredus* (ut refert *Wesselingius in Itin. Roman. pag. 131.*) vult Cibalis alio nomine Ad Labores dictas esse, ob dubium & ardui *Laboris* certamen, quod eam ad urbem inter Constantinum & Licinium pugnatum fuit; rejicit autem hoc, ut commentum, *Wesselingius* ob differentiam intervalli, quod à Murfa ad Labores secundùm Tabulam est M. P. XII. cum econtrà Cibalæ M. P. XXII. distare in Itinerario dicantur. Veritati econtrà proximum erit, viciniam vici Szarvas hoc nomine ad Labores ex alio prælio Imperii diremptorio inter Constantium Constantini filium & Magnentium insigniri; ei enim loco convenit mensura M. P. XII. à Murfa; ei prælio verè convenit Laborum compellatio, & situs loci, prout describit *Zosimus in Constantio cap. 15.* venerat enim Magnentius Sirmio Murfam, eamque oppugnabat; econtrà Constantius veniebat cum exercitu suo Cibalis, peragrabat totam regionem Savia Murfam ad Dravum usque; ambo exercitus manus (ut inquit *Zosimus*) *in planitie, qua ante Murfam sita est, contulerunt; hæc verba: ante Murfam non possunt accipi, quasi Magnentius Constantio in ripa Dravi adeoque in Occidentem obviam processerit, & terga à Murfanis ferienda præbuerit, sed potius à Murfa retrocessit meridiem versùs.* Ingentis Laboris erat prælium, ita ut Constantius, victoriam non, nisi cum exitio fermè Romanarum virium adipisci posse videns, de dirimendo per pacem bello in ipso conflictu cogitaret; cum autem Magnentiani in majorem furorem elati prælium acrius urgerent, in altam noctem protractum, & ingens strages edita est.

**CCCCXXIX.** TITTOBURGO: Vel potius, ut in *Itin. Teutiburgo.* Ex combinatione Ptolemæi vix alius situs Teutiburgo assignari potest, quàm Erdöd, debet enim esse ad Danubium in dextra ripa prope confluentiam Dravi.

**CORNACO:** Itidem ex combinatione Ptolemæi debet esse hodiernum Bukovar ad fluvium Vuka Danubio influentem. Ex Itinerariis apparet ubique, solenne fuisse Romanis, illa loca riparum pro præfidiis eligere, quæ confluentem haberent alium fluvium, ut eò faciliùs munimenta exsurgerent, & aqua deesse non posset. Nomen hoc natum esse putat *Wesselingius pag. 243.* quòd Teutones inibi in statione fuerint; & congruè quidem hæc opinatur, cum iterum solenne fuerit Romanis, loca plurima à natione præsidiorum vocare; ut exemplo esse possunt Batava Castra à Batavis, Carnuntum à Carnis, Sicambria, post Acincum dictum, à Sicambriis &c.

**CUCCIO:** Nunc Illok. In hoc loco fuisse præsidium Romanum docet *Tab. 46. Comitibus Marsili,* in qua inscriptio sepulchri extra portam civitatis Illok Severiano Cohortis III. prætoriae à Flaviana matre posita.

**CCCCXL.** MILATIS: Seu, ut Itinerarium, *Notitia,* & *Ammianus* habent, alio vocabulo recentiori *Bononia,* nunc Peterwardein. Huic situi optimè convenit, quod dicit *Ammianus Marcellinus, lib. 21.* de itinere Daubiano Juliani Cæsaris à Rauracis, scilicet Bononiam à Sirmio milliario nono disparatam esse & decimo. Hic loci fuit etiam in Barbarico contra Bononiam in Castello Onagrino (nunc Csenei dicto) præsidium, ut ex *Notitia* patet. Hoc castellum referente *Idatio in Fastis* unà cum Contra-Acincum exstructum fuit Constantio & Maximiano Coss. A. 294. Agger autem Aciminci transversus, seu Römerschantz, ex suprà relatis *Ammiani lib. 19.* Constantio Constantini filio attribuendus est. *Milatas* esse Peterwardein docet *Tabula Inscriptio-*

*num. 47. in opere Comitis Marsili:* delineata enim ibi sunt fragmenta columnarum Petrivaradini, cum fossa fortalio muniretur, inventa, in quibus sunt inscriptiones Imperatorum Nervæ, M. Antonini, Gordiani, & Claudii, quæ subjectam habent mensuram distantiae; à Malata Cusum. M. P. XVI. Ex his columnarum inscriptionibus manifestum fit, nomen antiquum munimenti ad Petervardein, usque ad tempora Claudii II. qui ultimus columnam posuit, fuisse *Malata*. Dum autem Constantius Chlorus castellum Onagrinum in adversa ripa adjiceret, nomen Malata in *Bononiam* transmutatum videtur; & hinc Ammianus scriptor seculi finientis 4.<sup>ti</sup> & Notitia Imperii, quæ seculo quinto adscribitur, nomen hoc solum Bononiæ recensent; Antonini Itinerario autem nomen novum Bononiæ per correctionem posteriorem accessit. Tabula econtra, quam seculo tertio finienti deberi infra *num. 492. & seqq.* dicitur, incorrecta mansit; quod itidem Tabulæ ortum ibi assertum non leviter confirmat; si enim Tabula seculo quinto, ut quidam voluere, deberetur, Bononiam certè locò Milata posuisset.

**CCCCXLI. CUSUM.** Munimentum circa Csuruk in angulo Aciminci superiore, ubi agger seu vallum Romanorum ripæ Tibisci se conjungit.

**ACUNUM** seu **ACUMINCUM** vel **ACIMINCUM**. Hoc nomen duplex esse videtur, generale & speciale. Generale competit toti terræ spatio inter duos fluvios apud eorum confluentiam in acumen coarctato; ejus jam mentio fit in Ptolemæo, itaque Acumincum vocabatur etiam, antequam aggere concluderetur. Speciale deinde hoc nomen mansit vel munimento, vel receptaculo potiùs militari seu castris in medio hoc Acuminco positis. Mappa major Regni Hungariæ, & annexarum provinciarum repræsentat in medio trianguli colles, adjiciendo verba: *colles arenosi manu facti*. Hi igitur colles vestigia retinent veteris operis medii Aciminci dicti, & eò à Cuso rectè convenit distantia M. P. XI.

**BITTIO**: Seu rectiùs Rittio, ut Itinerarium & Ptolemæus habent, secundùm mensuras viarum, & gradus Ptolemæi est hodiernum Titel.

**BURGENIS**: Nunc Belekis.

**TAURUNUM**: Hic locus Romanus, & alter, nempe Singidunum, hodie per Belgrad explicari debent. Singidunum occupabat ripam dextram ultimam, planè ad ipsam confluentiam Savi & Danubii; Taurunum verò ripam sinistram Savi loco à confluentia M. P. III. tantùm distante; adeoque hæc duo præsidia sibi quodammodo opposita muniebant utramque ripam.

**SINGIDUNUM**: Ad hunc locum specialiter adhuc notandum, ab *Itinerario Antonini pag. edit. Wesseling. 131.* hanc distinctionem inter Taurunum & Singidunum fieri, quòd huic Castra, illi Classis assignetur, unde uterque quasi unus locus, sed diverso usui destinatus erat.

**CCCCXLII.** Itinerarium Antonini differt à Tabula, primò in ductu viæ circa limites Valeriæ & Pannoniæ secundæ: Tabula enim post ultimam stationem Valeriæ, Antiana dictam, pergit ad primam stationem Pannoniæ secundæ, quam Donatiana vocat, & inde transito flumine rectà versùs Acumincum. Econtra Itinerarium Antonini per Aureum Montem (qui locus ex mensura idem cum Donatianis censendus) Mursam seu Eszekinum invisit, & abhinc ulteriorem viam Aciminci prosequitur.

**MONS AUREUS**, de quo hic in limitibus Valeriæ & Pannoniæ secundæ agitur, non confundendus cum alio Monte Aureo Mœsiæ superioris, qui infra Singidunum secundùm Tabulam M. P. XXVI. secundùm Itin. Hierosolymitanum verò M. P. XXV. situs est, ut in calce hujus sectionis adjicietur.

**CCCCXLIII.**

**CCCCXLIII.** 2.<sup>do</sup> differt Itinerarium Antonini à Tabula in mensura inter Cusum & Rittium; Tabula enim M. P. XIX. Itinerarium M. P. XXXIII. assignat. Ubi notandum à Tabula in itinere hoc ripensi Pannoniæ secundæ duo loca, nempe Cusum, & Acunum, non in auferendi casu, ut cætera omnia, sed in accusativo poni, id quod innuere videtur, Malata præcedentia, quæ in ablativo Milatis adferuntur, duplicis loci à quo vices, ad duplicem locum ad quem, Cusum scilicet & Acunum, agere, adeoque distantiam Malatis Cusum simpliciter annotatâ, viam Tabulæ Malatis immediatè dirigi ad Acunum seu opus Acuminci medium, & inde Rittium. Sin verò hæc interpretatio non arrideat, saltem hoc indubium est, Tabulam perveniendo Malatis Cusum, inde per medium Acuni ad Rittium breviorè via regredi. Econtrà Itinerarium, Tauruno Rittium veniens, totum latus Tibisci, per ipsam ripam hinc flumine inde paludibus coarctatam, per anfractus & ambages, ad angulum superiorem Tibisci & Cusum ipsum legit, adeoque longiore valde via distinctur, quæ Millibus Passuum XXXIII. facilè æquivalere potest.

**CCCCXLIV.** 3.<sup>to</sup> denique Itinerarium à Rittio Taurunum notat iterum M. P. XXXIII. Tabula verò M. P. XXIII. aut computatâ simul Singiduni distantiam M. P. XXVI. igitur minùs M. P. VII. sed hæc differentia alteri longiori ductui itinerarii, minore adhuc dubio, adscribenda est. De reliquo ex Pannonia secunda, quatenus Slavorum origines exposcunt, superest situm Sirmii & Cibalarum perquirere.

**SIRMIUM:** Ad hodiernum Mitrovitz situm olim fuisse, præter alia testimonia sat evincunt ea monumenta & vestigia, quæ *Comes Marsili in opere suo Danubiali Tom. II. Tab. 19. 39. 40. 41. 42.* produxit, ubi & nomen ipsum *Sirmio* & *Sirmiens.* lapidibus ibidem repertis insculptum omnem dubietatem tollit. Optimè quoque Mitrovitzio correspondet, quod *Ammianus Marcellinus*, ut supra jam dictum, tradit, Bononiam, id est hodiernum Petrivaradinum, à Sirmio disparari milliario nono & decimo.

**CCCCXLV. CIBALÆ.** Ab itinerariis collocantur in via Sirmio Salonas in Dalmatiam, & Sirmio Murfam in Valeriam. In hac via ad vicus Najafos, Vinkostzi, & Mikanostzi *Comes Marsili tab. 19.* multa & eximia rudera Romana detexit & delineavit. *Zosimus* de prælio Cibalensi inter Constantinum Magnum & Licinium agens situm Cibalarum sic describit: id oppidum est Pannoniæ in colle situm, ad quod oppidum via sursum ducit arcta, cujus latitudo quinque stadiorum est; ejusdem majori parti profunda palus imminet: reliquum mons est, quo in monte collis est ille situs, in quo esse oppidum ipsum diximus: hinc aperta planities excipit, ingens ea quidem, & prospectu infinita. Idem *Zosimus* alibi in *Constantio II.* ita refert: Constantius locum peridoneum ad efficiendum id, quod optatet, arbitratus est esse Cibalim &c. partem exercitûs habebat in oppido; valloque inter collem, qui oppidum continet, & planitiem, ad Saum usque fluvium, pertinentem excitato, quidquid flumine quidem cinctum non esset, profundâ fossâ densoque vallo communivit: quidquid autem flumine clauderetur, id ponte, navibus inter se connexis, stravit &c. Hic & tentoria militum vulgo fixit, & regium, loco maximè medio, tabernaculum construxit, quod

oppidis eximia magnitudine atque elegantia exornatis nulla sui parte cede-  
 bat. His relatis topographicis, si applicetur mensura itinerariorum  
 Romanorum, Cibalis distantiam usque Mursam M. P. XXIV. usque Sirmium  
 XLVIII. usque Taurunum, viâ rectâ secundum Tabulam à Sirmio, M. P. XXXV.  
 attribuens, ei, qui loca ipsa accedere potest, facillimum evadit, collem, cui  
 Cibalæ quondam insistebant, digito monstrare. Interim chartæ commonstrant,  
 situm eum inter Mikanoftzi vicum & Savum fluvium congruere.

*Ex Notitia Imperii.*

**CCCCXLVI.** Præsidia per Pannoniam secundam assignantur sequentia :  
 Aureo Monti (infra Insulam Mohacensem) Præfectus Legionis sextæ  
 Herculeæ, cohortis quintæ partis superioris.  
 Novis : equites Dalmatæ. Item : Auxilia Novensia Arfaciana.  
 Mursæ (Eszek) Præfectus Classis Istricæ.  
 Teutoburgio (Erdöd) Præfectus Legionis sextæ Herculeæ : Cuneus  
 equitum Dalmatarum. Equites Promoti.  
 Cornaco (Vukovar) Cuneus equitum Scutariorum. Equites Dalmatæ.  
 Cuccis (Illok) Cuneus equitum Promotorum. Equites sagittarii.  
 Bononiæ (Petervardein) Præfectus Legionis quintæ Joviæ, cohortis  
 quintæ partis superioris. Equites Dalmatæ.  
 Contra-Bononiam in Barbarico in Castello Onagrino (Csenei) Præ-  
 fectus Legionis quintæ Joviæ, sextæ Herculeæ. Auxilia Augustensia.  
 Cuso (ad Angulum Tibisci superiorem) Equites Dalmatæ.  
 Aciminco (opæri medio in triangulo inter Danubium & Tibiscum) Cu-  
 neus equitum Constantium. Equites sagittarii.  
 Riçtio, seu Rittio (Titel) Equites Dalmatæ.  
 Burgenæ (Belekis) Præfectus Legionis quintæ Joviæ : Cuneus equitum  
 Constantianorum. Equites Dalmatæ.  
 Tauruno (Belgrad) Equites Promoti. Auxilia Ascarii.  
 Sirmio (Mitrovitz) Tribunus cohortis tertie Alpinorum Dardanorum.  
 Ala Sirmiensis. Præfectus militum Calcarensium. Præfectus Classis primæ Fla-  
 viæ Augustæ.  
 Siscia (Sziszek) Tribunus cohortis tertie Alpinorum. Præfectus Clas-  
 sis primæ Pannoniæ (olim Servitii) Classis Ægetensium sive secundæ Panno-  
 niæ.  
 Caput Basensis (seu Ad Basante, in via à Siscia Sirmium, secundum Ta-  
 bulam) Tribunus cohortis primæ Thracum civium Romanorum.  
 Ad Herculem, seu in Castris Herculis (*Ammianus Marcellinus* in migra-  
 tione Gothorum ex Pannonia secunda in Orientem, Heracleam versus, Ca-  
 strorum Herculiorum meminit) Auxilia Herculea. Auxilia præsentia.  
 Porro Præsidia situ dubia Pannoniæ secundæ sunt :  
 Secundis : Cuneus equitum Italicianorum.  
 Albano : Equites Dalmatæ.  
 Leonatæ : Tribunus cohortis primæ Joviæ.  
 Graio : Præfectus Classis secundæ Flavie.

**CCCCXLVII.**

CCCCXLVII. Additamentum viæ Ripensis ex Pannonia  
secunda in Mœsiam.

| <i>Ex Tabula.</i>       | <i>Ex Itinerario Hierosolymitano.</i>                                |
|-------------------------|--|
| Singiduno.<br>M.P. XIV. | Civitas Singiduno.<br><i>Finis Pannonia &amp; Mysia.</i>             |
| Tricornio.<br>XII.      | Mutatio Ad sextum - - M.P. VI.<br>Mutatio Tricornea Castra - - VI.   |
| Monte Aureo.<br>XIV.    | Mutatio Ad sextum Milliare - - VII.<br>Civitas Aureo Monte - - VI.   |
| Margum Flavium.<br>X.   | Mutatio Vinicio - - VI.<br>Civitas Margo - - IX.                     |
| Viminatio.              | Civitas Viminatio - - X.<br><i>ubi Diocletianus occidit Carinum.</i> |
| Summa M. P. L.          | Summa M. P. L.   |

## S E C T I O   X X X .

### Germania antiqua.

**N**us CCCCXLVIII. *Ex Ptolemei Geogr. lib. 2. cap. 11.* Habitant Germaniam *juxta Rhenum* fluvium, incipiendo à septentrione: Bufacteri minores, & Sicambri; sub his Suevi Langobardi; dein Tenkeri, & Ingriones, inter Rhenum & Abnobæos montes; & etiam Intuergi, & Vargiones, & Caritni. Sub his Vispi, & Helvetiorum solitudo usque ad dictos Alpium montes. *Juxta Oceanum* habitant supra Bufacteros Frisii usque ad Amisium fluvium; penes hos Cauchi minores usque ad Visurgim fluvium; pōst Cauchi majores usque ad Albim fluvium; deinde supra dorsum Cimbricæ Chersonesii Saxones. Ipsam autem *Chersonesum* supra Saxones Sigulones ab Occidente; pōst Sabalingii; post Cobandi; supra quos Chali; & etiam supra hos occidentaliores Fundusi, orientaliores Charudes, omnium autem septentrionaliores Cimbri. Post Saxones à *Chaluso fluvio* usque ad Suevum fluvium Farodeni; pōst Sidini usque ad Jadum fluvium; & sub his Ruticii usque ad Vistulam fluvium. *Interiorum* autem atque mediterranearum gentium maxima est Suevorum Angilorum, qui orientaliores sunt Langobardis, protensi ad septentrionem usque ad medium Albis fluvii; & Suevorum Semnonum, qui habitant trans Albim à præfata parte versùs ortum usque ad Suevum fluvium; & Buguntorum, ab inde & usque ad Vistulam habitantium. *Minores gentes & intermedia* jacent: Cauchis minoribus & Suevis, Bufacteri

maiores ; sub his Chæmæ ; Cauchis majoribus & Suevis Angrivarii, deinde Langobardi, sub his Dulgumnii ; Saxonibus & Suevis Teutonoari & Viruni ; Faradenis & Suevis Teutones & Avarpi ; Ruti- cliis & Buguntis Elveones. Rursus sub Semnonibus habitant Lingæ ; sub Buguntis Luti Omani ; sub his Lugi Diduni usque ad Ascibur- gium montem ; sub Illingis καὶ λούκωνες (etiam Lucones, non Calucones, ut editiones vulgò habent) ad utramque ripam Albis fluvii ; sub his Chærusici, & Camavi usque ad Melibocum montem ; ad horum Orientem apud Albim fluvium Bænochæmæ ; supra hos Bateini, & etiam supra hos sub Asciburgio monte Corconti, & Luti Buri, us- que ad Vistulam fluvium ; sub his primi Sidones, deinde Cœgni, dein- de Visburgii supra Orcinium nemus. Rursus ab Oriente *Abnoarum montium* habitant supra Suevos Casuari ; deinde Nertereanes ; deinde Danduti ; sub his Turoni, & Marvingi ; sub Camavis (in M. S. hic lo- ci est Camanis, debet esse Camavis, ut suprâ) Chattæ, & Tubanti ; & supra *Sudettos montes* Teuriochæmæ ; sub his montibus Varisti ; dein- de *Gabreta silva*, & sub Marvingis Curiones ; deinde Chætuori, & us- que ad Danubium fluvium Parmæcampi ; sub Gabreta silva Marco- manni ; sub his Sudini ; & usque ad Danubium fluvium Adrabæ cam- pi. Sub Orcinio nemore Quadi ; sub his ferri minera, & Luna silva ; sub hac magna gens Bæmi usque ad Danubium, & his continenter apud fluvium Teracatriæ, & versùs campos (πρὸς τοῖς κάμποις, ergo à la- tino campus, non à græco κάμπη, flexio fluvii, itaque in Hungaria hodierna superiore transdanubiana, & Comitatu Poseniensi, versùs campos patentes *Marchfeld* dictos) Racatæ.

### Note.

**CCCCXLIX.** Propositi mei non est, veteres populos Germaniæ penitiùs inquirere, multos tamen præterire simpliciter nequeo, quoniam notitia eorum cum historia Slavorum connexionem habet ; unde populorum Germaniæ syl- labum secundùm ideam Ptolemæi percurrere lubet. Distinxit ille populos omnes in certos ordines, id quod occasionem præbet, quem situm saltem ge- neralem cujuslibet populi intellexerit, faciliùs discernendi. Ptolemæus hic plerumque Marinus est, & ex eo hausta pro statu antiquioris ævi recenset, quædam tamen ex ævo sibi propiore admiscet, & interserit.

**Rheni Accolæ :** Hic est primus Ordo Ptolemæi ripas Rheni ab ejus ostiis sequens. Busacteros ponit infimos, supra hos autem Sicambros. Busacteri iidem videntur, qui Straboni Buæteri, & Tacito Bruæteri. Reliquis omnibus populis, qui supra Sicambros sunt, præponit nomen generale Suevo- rum, ex iisque solos Langobardos infra Abnobas montes, ultiores verò nem- pe Tenkeros, id est Tencteros, Ingriones, Intuergos, Vargiones, & Carit- nos, inter dictos montes & Rhenum fluvium : sub his demum, ergo ultra ex- tremum meridionale Abnobarum montium Vispos usque ad Helvetiorum so- litudinem locat. Nominibus, an corrupta sint nec ne, non est immorandum, qui-

quilibet enim scriptor alia nomina prodit, & populi tunc temporis, maxime Suevi, qui & à Swewen seu Schweben quasi vagantes dicti videntur, hinc inde per sedes varias agitabantur, & modò hoc modò illo nomine vocitabantur. Ast de Abnobis montibus notandum, quòd in Ptolemæi idea circa Mœnum apud Catos incipere, & usque ad fontes Danubii procurrare debuerint, ut clariùs adhuc ex ordine populorum ad latus orientale Abnobarum montium infrà colligetur. Præterea de Langobardis hìc statim per compendium præmittendum: *Vellejus Paterculus* eos in expeditione Tiberii Germanica collocat sub Albi, & fractos à Tiberio dicit; *Strabo* iis etiam sedes ad Albim assignat, sed abinde se in ulteriorem regionem coniecisse de suo ævo, quo scribebat, testatur. *Tacitus* in libro de mor. Germ. Langobardos æquè ad Albim ponit, ergo eatenus eos circa tempus prædictæ expeditionis, quæ erat in anno æræ Christianæ quinto considerat; econtrà in *annalibus* lib. 2. cap. 44. ad Consulatum Coelii & Pomponii, id est A. Chr. 17. eosdem à Maroboduo Marcomannorum, ad Arminium Cheruscum Regem detecisse perhibet. *Ptolemæus* denique Langobardos in duplicibus sedibus, & ad Albim & ad Rhenum, locat. Combinatio videtur esse talis: dum Langobardi deficerent ad Arminium Cheruscum, cujus populus supra Visurgim habitabat, necesse ipsis quoque fuit, sedes suas à vicinia Marobodui ad viciniam Arminii, ad evitandam rebellionis vindictam, transferre: unde Ptolemæus utrobique eos collocat, ad Albim ex Marini ævo, ad Rhenum ex novioribus notitiis.

**CCCL. Oceani Germanici Accolæ:** Hos Ptolemæus, seu Marinus, valde distinctè & clarè pro ævo suo secundùm situm fluviorum adnotat, nempe: à proximis Rheno Bructeris usque ad Amisium fl. Frisios; ab Amisio ad Visurgim Cauchos minores; à Visurgi ad Albim Cauchos majores; ab Albi ad Chalufum in Dorso Chersonesi Cimbricæ Saxones; à Chaluso ad Suevum Farodenos, id est Warinos, seu Warnos ad fluvii Warne utramque ripam; à Suevo ad Viadrum (corruptè ponitur Jodus pro Viado seu Viadro) Sidinos; à Viadro ad Vistulam Ruciclios, id est Rugios, seu Rugos. De fluviorum nominibus hodiernis, quòd Amisius sit Ems, Visurgis Weser, Albi Elb, Viadrum Oder, & Vistula Weichsel, nullum dubium est, adeoque & sedes, quas populi ibidem tenuerint, ex hodiernis chartis geographicis certæ sunt; de Chaluso fluvio quòd Trave sit, etiam dubitari nequit, quoniam Marinus Saxones ab Albi fluvio usque ad Chalufum & in dorso Chersonesi ponit, ita ut Chalufus alibi esse non potuerit, quam ubi dorsum Chersonesi seu terræ in mare protensæ, cessat, quod est ad Trave fluvium in Holfatia. De Suevo fluvio autem dubium est, quoniam fluvius talis, qui Farodenis in ora Oceani, & Semnonibus in mediterraneis limitem constituere posset, inter Chalufum seu Trave, & Viadrum seu Oderam non datur. Per fluvium Semnonum terminantem Marinus vel fluvium Oder vel Spree intelligere debuit, hic non habet ostium in mare, ille est idem cum Viadro; necesse itaque est à Marino pro Suevo Semnonum vel Spree, vel partem mediam Viadri superaddito nomine, & pro Suevo Farodenum vel fluvium Warne per Rostock, vel potiùs Rekenitz per Damgard, in mare exeuntem intelligi.

**CCCLI.** Cæterùm ex hac descriptione oræ Germanicæ notandum venit 1.<sup>mo</sup> Saxones tunc longè adhuc distitos à Bohemia, minimè verò vicinos, ut nunc, fuisse, sed terras, quas hodie tenent, multò posterioribus planè temporibus, dum nempe Suevi illis, sicut Marcomanni in Bohemia Slavis, per

migrati-



migrationem versùs Danubium & Rhenum, locum facerent, noviter acquisivisse. 2.<sup>do</sup> Meridianos, quos Ptolemæus oris Oceani Germanici assignat, cum meridianis ad montes Bohemiæ, in vero situ nunc cognito, non posse comparari; v. g. Ptolemæus fontibus Albis gradus longitudinis 39. & ostio Suevi fluvii 39½. igitur eundem fermè meridianum dat; econtrà situs hi reverà tribus fermè gradibus inter se discrepant. Error hic Ptolemaicus inde provenit: Cherfoneso Cimbricæ longitudinem minimam graduum 32. & maximam graduum 40¼. itaque extensionem totalem ab Occidente in Orientem graduum 8¼. tribuit, latitudinem tantùm diversificat in tribus gradibus à 56½. usque 59½. ergo ei, qui Ptolemæo situm his in partibus subministravit, præter Daniam, in Suecia nil nisi Gothia cognita erat. Is idem dixerat Saxones habitare in dorso Cherfonesi inter Albim & Chalufum, itaque Ptolemæus seu potius Marinus arbitrariè dorso huic extensionem graduum 6. longitudinis, cum tantùm gradus 3½. competant, dedit, & luxationem hinc, ut aliquoties alibi commisit, quam dein ex parte iterum corrigit, dum Viadri ostium in gradibus 42½. & Vistulæ 45. locat, adeoque distantiam, quinque gradus reverà excedentem, in tres coarctat, ut ideam suam geometricam contexere queat.

**Cherfonesi Cimbricæ Incolæ:** De his modicam notitiam habuit Marinus & Ptolemæus, & nihil memorabile manet, nisi quòd nomina Cimbrorum, Gutorum, id est Gothorum, & Insulæ Scandiæ partim in Cherfoneso, partim in Insulis Germaniæ, recenseantur, atque superficialiter nota fuerint.

**CCCLII. Populi interiores Germaniæ:** Hos dividit Ptolemæus in majores & minores. Majores recenset tres: Suevos Angilos usque ad medium Albis fluvii, Suevos Semnones supra Albim usque ad Suevum fluvium, dein Buguntas seu Burgundiones à Suevo usque ad Vistulam fluvium; hi autem tres populi majores nec extendebantur ad Occidentem ultra Visurgim fluvium, nec à septentrione immediatè attingebant latera Accolarum Oceani, sed inferiores & respectivè intermedii erant populi minores; sub Visurgi nempe Busacteri seu Bruacteri majores, Chæmæ, & Angrivarii; intermedii autem Teutonoari, Viruni, Teutones, Avarpi, Elveones. Angilos dicit orientiores Langobardis, & ad medium fluvium Albim pertingere, ergo Langobardorum sedes erant circa Magdeburgum, qui situs Albis occidentalis est situ Albis septentrionalioris versùs mare.

**CCCLIII. Albis meridionalioris Accolæ, sub Langobardis:** Ptolemæus sub Semnonibus, adeoque ad latus orientale Albis, ponit Lingas, quos mox & Illingas vocat; sub his ad utramque ripam Albis fluvii Lucones; ad Orientem Meliboci montis apud Albim fluvium Bænochæmas. Ergo hi pertingunt usque ad Bohemiam.

**Populi supra Albim ad Orientem:** A Vistula incipiendo, ad latus meridionale Burgundionum Luti Omani, & Lugi Diduni usque ad Asciburgium montem ex parte septentrionis. Dein à Bænochæmis proximis Bohemiæ progrediendo in Orientem, Bateini; ab inde sub Asciburgio monte, id est ad latus ejus meridionale Corconti; postea Luti Buri usque ad Vistulam. Asciburgii montis extrema Ptolemæus ponit in gradibus long. 39. & 44. lat. 54. & 52½. Hi gradus cum descriptione populorum, quos Ptolemæus circa Asciburgium locat, fermè incombinabiles sunt. In idea Ptolemæi  
Asci-

Asciburgius mons in longitudine quinque gradus & in latitudine 1½. pertransire, itaque fermè ad Vistulam usque pertingere deberet. In longitudine, secundùm jam dicta, Ptolemæus luxationem circa Chersonesum admisit, quæ hic quoque gradus turbat. In latitudine itidem Marinus & Ptolemæus in mediterraneis his Germaniæ inter oras Oceani & Sudetos montes parum informati erant; fontibus Albis dant gradus 50. oris Oceani gradus 56: his competunt gradus 54. illis 50½. Ast ex hac quanquam etiam luxata latitudine, & ex descriptione populorum sufficit patere, situm Asciburgii montis in idea Ptolemaica aliter poni non posse, quàm inter Albim & Vistulam fluvios, dein inter fontes Albis & oras Oceani circa gradum Ptolemaicæ longitudinis luxatæ 39. & latitudinis 52½. ita ut reliqui gradus 44. & 54. alterius scalæ sint. Unde montes, qui sunt in inferiore Lusatia, partem Asciburgici montis Ptolemaici constituisse, censendum est. Aliud planè adhuc Asciburgium, sed civitatem non montem, Ptolemæus ad infimam partem Rheni fluvii in gradibus longitudinis 27½. statuit, sed id cum monte ejusdem nominis nullam connexionem habet.

#### CCCLIV. Populi inter Vistulam & Bohemicos montes:

Hucusque Ptolemæus populos ad Vistulam posuit ab oris Oceani, seu ab ostio Vistulæ versùs fontes, hoc ordine: 1.<sup>mò</sup> Rugios, 2.<sup>dò</sup> Elveones, 3.<sup>tiò</sup> Burgundiones, 4.<sup>tò</sup> Lutos Omanos, & Lugos Didunos, 5.<sup>tò</sup> Lutos Buros. Luti & Lugi iidem censendi cum Lygiis Taciti, & Luiis Strabonis. Sub Burris Ptolemæus seu veriùs Marinus primos ponit Sidones, deinde Cognos, postèa Visburgios supra Orcinium nemus, ergo supra montes Bohemicos orientales, in Silesia & parte Poloniae, infra Vistulam. Silesiam itaque pro parte Lygii, & de reliquo hi tres populi occupabant.

#### CCCLV. Populi infra Albim ad Occidentem: Sub Lu-

conibus Albis accolis ponit Marinus Cheruscos & Chamavos usque ad Melibocum montem. Huic gradus tribuit longitudinis à 33. usque 37. latitudinis verò 52½. Melibocum montem Interpretes communiter habent pro tractu montium, qui septentrionales fines Thuringiæ & Comitatus Mansfeldensis occupat, quod est in gradibus longitudinis à 29½. usque 32½. latitudinis verò inter 51. & 52. secundùm scalam Homannianam. Utcunque id convenit scalæ reductæ Ptolemaicæ, quæ circa borealiora Germaniæ aliquot gradibus semper præcurrit.

#### CCCLVI. Accolæ circa montes Abnobas: Abnobas

montes Ptolemæus in gradibus longitudinis 31. ponit, & in latitudine à gradu 49. usque 52. ergo per tres gradus in Catos seu hodiernam Hassiam usque extendit. Fontibus Danubii gradus longitudinis 30. dat, ergo Abnobas mons apud ipsum est orientior, & juxta Nicrum fluvium, à vicinia Danubii orientis per Würtembergensem Ducatum versùs Hassiam procurrit. Ptolemæus accolæ circa hunc situm in tres ordines distinguit ab Occidente in Orientem, prout ipse per verba: ab Oriente Abnobæorum montium, monet. Primus ordo Casuariorum (seu Chattuariorum) Nertereanum (Neccareanum seu Nicri accolarum) & Dandutorum, à finibus Hassiæ Nicrum & Danubium petit. Secundus seu medius ordo habet duos populos: Turonos (Tuberonos ad Tuberum fluvium) & Marvingos. (ad Rednitz fluvium) Tertius ordo duos itidem habet populos: Chattas seu Hassos, hinc versùs Nicrum sub Casuariis, illinc versùs Melibocum montem sub Chamavis, ergo in

Pars III.

T

hodie-

hodierna Hassia habitantes, dein Tubantos in parte hodiernæ Thuringiæ occidentaliore, & Franconiæ septentrionaliore.

**CCCLVII. Teuriochæmæ :** Ptolemæus dicit : supra Sudetos montes Teuriochæmæ. Sudeti montes sunt ad septentrionem Bohemiæ; ultimi populi apud Albim prope Bohemiam sunt Bænochæmæ; quod ad Orientem horum est, occupant Bateini, Corconti, & Luti usque ad Vistulam; ergo Teuriochæmæ, id est Thuringi, erant infra Albim & Bænochæmas ad Occidentem, & tamen adhuc partim supra Sudetos montes.

**Narisci :** Ptolemæus dicit : sub his (id est Sudetis) montibus Varisti, deinde Gabreta silva. Colligendum ex hoc : Nariscos tunc habitasse ad Occidentem Sudetorum montium in Marchionatu Culmbacensi Norimbergam versum.

**Semana silva :** Hanc Ptolemæus in recensitione montium Germaniæ dicit esse sub Meliboco monte, non additis autem gradibus. Habetur communiter pro silva Thuringensi, quæ fines Franconiæ & Thuringiæ comprehendit, inter gradus longitudinis 31. & 32. latitudinis 50. & 51. Hæc igitur silva in Tubantorum olim regione erat.

**Gabreta silva :** Hanc convenire montibus Fichtelberg nuncupatis in Marchionatu Culmbacensi dictum jam in notis generalibus ad Ptolemæum. Sanè infra Herciniam Bohemicam seu ad Occidentem esse, testatur *Strabo lib. 5.* dum dicit : est & alia magna silva Gabreta, deinde Suevorum sedes, inde *Hercinius saltus*, quem & ipsum Suevi tenent.

**CCCLVIII. Populi ulteriores usque ad Danubium :** Postquam Ptolemæus populos, qui Abnobâ monte in dorso Rhenicolarum Suevorum ad Occidentem, Cheruscis ad septentrionem, Danubii parte superiore ad meridiem, & Naab fluvio ad Orientem cincti erant, absolverat, & inde ad angulum Thuringorum & Nariscorum retrogressus fuerat, redit nunc ad fluvium Naab, & abhinc describit populos reliquos meridionaliore Germaniæ, semper à mediterraneis illis partibus, ubi antea in descriptione borealiorum populorum subsiterat, incipiendo, & ad Danubium usque per diversos iterum ordines progrediendo. Transgressus de ordine in ordinem est semper versum Orientem, sed progressus dein in quolibet ordine versum Danubium.

**Ordo primus Danubialis :** A Marvingis ad fluvium Radantiam seu Rednitz transit Ptolemæus ad fluvium Nabim seu Naab, in hodiernum Palatinatum superiorem, & partem trans-Danubianam Baviariæ, hasque terras dividit in tres populos : Curiones, Chæturos, & Parmæcampos; hi ultimi ipsum Danubium attingunt.

**Ordo secundus Danubialis :** A silva Gabreta transcendit Ptolemæus Bohemicos montes, & intra eorum gyrum locat Marcomannos in septentrionaliore, Sudinos (quasi die *Süder*) in meridionaliore parte, extra montes autem, usque ad Danubium Adrabæcampos.

**Ordo tertius Danubialis :** Hunc occupant Quadi per totam hodiernam Moraviam, & ripam simul Danubii in Austria transdanubiana, quatenus Moraviæ adjacet.

**CCCCLIX. Ordo quartus Danubialis :** Ex Moravia transit Ptolemæus, Orientem versùs, in hodiernam Hungariam superiorem, & pro situ nominat ferri minera & Lunam silvam; ferri minera sunt circa civitates, Montanas dictas; Luna silva sub Comitatu Trentschinensi ad latus Moraviæ in ripam Danubii prope arcem Töben decurrit, & hinc se ad latus Danubii in modum cornu lunaris Posonium versùs flectit. Populum novum hinc non nominat Ptolemæus.

**Ordo quintus Danubialis :** A civitatibus Montanis Ptolemæus non pergit in Orientem, sed primùm è regione Lunæ silvæ; ratio est, quia *lib. 3. cap. 5.* respiciendo jam ad novius suum ævum, ferri mineris ad Orientem jungit Sarmatas cis-Carpaticos. Lunæ igitur silvæ ad Orientem adjungit magnam, ut ait, gentem Bæmos, his dein contiguos locat ad Danubium ulteriorem, itaque usque ad confinia Jazygum Metanastarum & Granuam Danubio influentem Teracatrias. Demum supplet nunc populos, qui ad Occidentem Bæmis contigui erant in Luna silva versùs campos Quadorum, olim *patentes*, hodie *Marchfeld* dictos, eosque populos nominat Racatas. Hi igitur Lunam silvam, & superjacentem regionem usque ad ferri minera, seu montanas hodiernas civitates, in parte hodierni Comitatus Posoniensis & Nitriensis, usque ad montes Sarmaticos in Trentschinensi Comitatu ordientes, habitabant, atque pro vicinis Bæmos ad Orientem, & Sarmatas cis-Carpaticos ad septentrionem habebant. Accuratè situm hunc populorum quinti ordinis, descriptioni limitum inter Jazyges & Germanos, dein Sarmatas & Germanos, correspondere videbimus, dum ad hos populos perventum fuerit. Signum hoc est manifestum, Ptolemæum hinc jam scribere non ex Marini sed suo ævo.

**CCCCLX. Notæ speciales ad Germaniam antiquam ex Strabonis Geographia.**

*Lib. 4.* in descriptione Galliæ ultimos populos ad Rhenum ex utroque ostiorum latere ponit Menapios, dein Sicambros, addendo: supra totam hanc ripam degunt Suevi Germanica natio; ergo conformis est Strabo Ptolemæo, qui æquè Suevos populos ad Rhenum collocat. Sequuntur nunc ejus relata *ex lib. 7.* ibi dicit: Germania versùs meridiem attollitur, ac dorsum quoddam erigit, contiguum Alpibus, versùs Orientem porrectum, ita ut videri pars Alpium possit; quin & hoc affirmavère quidam, ad situm respicientes, & quod ejusdem est ferax materiæ; sed hujus dorsi partes tamen Alpium altitudinem non æquant &c. Alpes secundùm omnes alios scriptores propriè sunt circa Italiæ fines, adeoque dorsum Alpibus contiguum Strabo de montibus Abnobis intellexisse videtur. Populos Maroboduo subjectos recenset Strabo Luios magnam gentem, Zumos, Butones, Mugilones, Sibinos, & de ipsis Suevis magnam nationem Semnones. Gentes hæ omnes transalbinæ fuisse videntur; Luil nempe iidem, qui aliis Lugii, Lygii, Logiones, Ptolemæo autem Luti Omani, Luti Buri, & Lugi Diduni ad Vistulam; Butones, qui Tacito Guthones; Sibini, qui Ptolemæo Sidones. Maxima quidem (ait porro Strabo) est Suevorum natio: nam & à Rheno ad Albim usque pertingit, & trans Albim

habitant pars eorum uti Hermonduri, & Langobardi; atque nunc quidem hi fugâ factâ in ulteriorem regionem se conjecerunt &c. Trans Albim ergo Strabo ponit Langobardos, saltem pro parte; Langobardi enim sub Albi, jam, teste Vellejo, fracti erant per expeditionem bellicam Tiberii. De horum Transalbinorum fuga ad Rhenum dictum suprâ. Demum *Strabo* refert: Suevorum, ut dixi, alii in silva habitabant, alii extra, Getis finitimi &c. Latus autem Germaniæ meridionale, quod est trans Albim, continuè Suevi tenent: post hos Getarum regio attingit &c. Ex his locis colligendum: Straboni adhuc non notos fuisse Jazyges Metanastas, quos Ptolemæus ex notitiis novioribus intermedios facit inter Germanos & Dacos.

*CCCLXI. Notæ ex Vellejo Paterculo Hist. lib. 2.*

Refert ille in expeditione Tiberii Germanica, illius ipsius anni, quo ab Augusto in filium adoptatus erat, nempe Ælio Cato & Sentio Coss. æræ Christianæ quarto intratam protinus Germaniam; subactos Caninefates, Attuarios, Bructeros, receptos Cheruscos, Visurgis amnem, mox clade Romanorum nobilem, transitum, & in ulteriora penetratum, atque anni ejus æstiva usque in mensem Decembrem cum inmani emolumento victoriæ perducta esse. Ad annum sequentem, itaque Christianæ æræ 5. refert: perlustratam armis totam Germaniam; victas gentes penè nominibus incognitas; receptas Cauchorum nationes; fractos Longobardos. Subjungit dein: denique quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadringentesimum milliarium, à Rheno usque ad flumen Albim, qui Senonum Hermundorûmque fines præterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus, & eodè, mira felicitate & cura Ducis, temporum quoque observantiâ, classis, quæ Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito antè mari, flumine Albi subvecta, plurimarum gentium victoriâ, cum abundantissima rerum omnium copia, exercitui, Cæsarique se junxit &c. Ex his relatis Velleji, qui & ipse expeditioni Germanicæ intererat, colligendum: 1.<sup>mo</sup> maximam armorum Romanorum vim, ut aliquot ante annos à Druso, ita expost à Tiberio illatam, populi Germaniæ interiores, seu sub Visurgi fluvio circa Rhenum & Oceanum habitantes, senserunt, & inde mirum non est, hos populos valdè mutatos, partim excisos, partim aliò translatos fuisse, partim spontè aufugisse, & econtrâ alios Romanis acceptabiliores illuc immigrâsse. 2.<sup>do</sup> Cùm Langobardi à Tiberio fracti dicantur, habitârunt saltem pro parte sub Albi, seu ad occidentalem ejus ripam, quoniam teste Vellejo, & etiam Strabone, Tiberius in ripam orientalem Albi non penetravit. 3.<sup>to</sup> Semnones & Hermunduri tempore expeditionis, de qua Vellejus loquitur, adhuc principaliter trans Albim habitâsse videntur, quoniam Albi *fines eorum præterfluere* dicitur. 4.<sup>to</sup> Romanis post hanc expeditionem jam notior poterat esse Germania saltem Cisalbina, cùm illuc usque, tam classe quàm exercitu, penetraverint.

*CCCLXII.*

CCCLXII. *Notæ ex Tacito de moribus Germanorum.*

Cap. 38. 39. & 40. dicit Tacitus, Suevos majorem Germaniæ partem obtinere, propriis adhuc nationibus nominibusque discretos, quanquam in communi Suevi vocentur. Inter Suevos in secretiora Germaniæ porrectos recenset Semnones centum pagis, id est subdivisis districtibus, habitantes, dein Langobardos, Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoses, Suardones, & Nuithones. Cap. 41. subjungit Tacitus: propior (ut, quo modo paulò antè Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum civitas, fida Romanis, eoque solis Germanorum non in ripa Comercium, sed penitus, atque in splendidissima Rhetiæ provinciæ colonia; passim & sinè custode transeunt; & cum cæteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos villasque patefecimus non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur flumen inclytum, & notum olim, nunc tantùm auditur. Cap. 42. Juxta (id est supra) Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt. Præcipua Marcomannorum gloria, virésque, atque ipsa etiam sedes, pulsis olim Bojis, virtute parta. Nec Narisci Quadive degenerant, eaque Germaniæ velut frons est &c.

CCCLXIII. Sequitur hinc Tacitus Danubium, & tres ordines populorum ponit, Hermunduros, Nariscos, & Marcomannos cum Quadis. Propiorem Romanis dicit esse civitatem Hermundurorum, quàm alios populos interiores Germaniæ; in Hermunduris Albim oriri; his liberum transitum patere Danubii in Rhætiam; juxta Hermunduros Nariscorum sedes inveniri; Nariscos & Quados velut frontem Germaniæ esse. Hæc omnia aliter vix combinabilia sunt, quàm statuendo, quòd in sensu Taciti sub nomine Nariscorum generali, Ptolemaici Varisti, Curiones, Chætuori, Parmæcampi, & Adtabæcampi comprehensi sint, & Bohemiam hodiernam à montibus Sudetis jam occasum respicientibus, seu à Marchionatu Culmbacensi incipiendo, usque ad Quados & Danubium, cinxerint; sub nomine Hermundurorum generali autem Bateini, vel saltem Bænochæmæ Ptolemæi in Lusatia, dein Teuriochæmæ in terris infra Albim Bohemiæ proximis, & ad latus boreale Nariscorum in hodierna Thuringia: ad occidentale latus Nariscorum autem in Franconia, ad Danubium usque Tubanti, Marvingi, & Danduti intelligendi sint. Hermundurorum nomen celebre factum fuit sub Vibillio eorum Rege, qui Vannium Marcomannorum & Quadorum Regem anno æræ Christianæ 50. (vid. num. 573.) regno pepulit; Huic ergo Vibillio, ut Vannii vires superaret, multas nationes Germanicas adhæsisse indubium est, qui exinde saltem, si non antè, in nomen generale Hermundurorum transiverunt. Cherusci enim à Romanis toties afflicti celebritatem antiquam jam amiserant. Dicit porro Tacitus: in Hermunduris oriri Albim; id itaque vel accipiendum est, quòd pars Hermundurorum etiam intra Bohemicos montes habitaverit, vel, quòd extrà quidem, sed ad montium, Albim emittentium, radices septentrionales, unà cum montium latere septentrionali Hermunduris vindicatas, sederint; sicut quoque Dio Cassius scriptor seculi tertii initiantis commemorat, Albim ex montibus Vandalicis decurrere, non quòd Vandali intra Bohemiam, sed usque ad ejus montes, sedes circa ea tempora habuerint.

**CCCCLXIV. Cap. 43.** Pergit Tacitus: nec minus valent retrò Mar-  
signi, Gothini, Osi, Buri; terga Marcomannorum, Quadorum-  
que claudunt. E quibus Marsigni & Buri sermone cultuque Sue-  
vos referunt: Gothinos Gallica, Oso Pannonica lingua coarguit non  
esse Germanos, & quòd tributa patiuntur: partem tributorum Sar-  
matæ; partem Quadi, ut alienigenis imponunt. Gothini, quò ma-  
gis pudeat, & ferrum effodiunt: omnesque hi populi pauca campe-  
strium, cæterum saltus & vertices montium, jugumque infederunt.  
Dirimit enim scinditque Sueviam continuum montium jugum, ultra  
quod plurimæ gentes agunt, ex quibus latissimè patet Lygiorum no-  
men in plures civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet,  
Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos &c. Trans Ly-  
gios Gothones regnantur, paulò jam adductius, quàm cæteræ Ger-  
manorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protinus dein-  
de ab Oceano Rugii & Lemovii &c. A Rugis ergo ab ostio Vistulæ inci-  
piendo, in locum Ptolemaicorum Buguntarum seu Burgundionum Tacitus  
inducit Gothones; in locum Lutorum Omanorum, Lutorum Burorum, dein  
Sidonum, Cognorum, & Visburgiorum, diversos populos Lygios, & demum  
Marignos; in locum, ubi ferri minera sunt, Gothinos; in locum Racatarum,  
Bæmorum, & Teracatriarum, Oso & Burios. Helveconæ Taciti Elveoni-  
bus Ptolemæi, & Manimi Luti Omanis conveniunt. Elveones ex situ me-  
dio inter Rugios & Burgundiones in Lygios medios concesserant. Luti Buri  
econtrà ex Lygiis ultra continuum montium jugum, id est inter Bohemicos  
montes & Vistulam consistentibus, emigraverant, & ad Orientem silvæ lunæ  
ad Danubium confederant. Gothini, teste Tacito, erant gens Gallica, Osi  
gens Pannonica, ergo hi erant reliquæ Oseriatum Pannonum à Dacis vasta-  
torum, illi verò vel Bojorum Pannonicorum, vel Bohemicorum, per Dacos  
respectivè, & Marcomannos sedibus pristinis depulsorum. Ex hac diversita-  
te inter Ptolemæum & Tacitum id colligendum, in Ptolemæi Geographia  
horum situum à Vistula usque ad ferri minera Marinum, abinde verò usque  
ad Danubium Ptolemæum ipsum loqui, substituto tamen erroneo Bæmorum  
nomine locò Burorum, nisi fors Gothinos Bæmos dixerit, eò quòd ex Bohe-  
micis Bojis Gallicis illuc advenerint. Hæc de his sedibus dicta confirmabun-  
tur in excerptis historicis ad Imperium Marci Antonini in seculo secundo.

### Marcomannorum, Quadorum, & Lygiorum Civita- tes, secundum Ideam Marini & Ptolemæi.

**CCCCLXV.** Ptolemæus & Marinus, ut ideam suam captui faciliori ob-  
jicerent, plerumque in sitibus designandis præter annotationem graduum,  
quam terris longinquè distitis accuratè & pressè applicare nequibant, certos  
ordines situum generaliores indicaverunt, ex quorum combinatione dispo-  
sitiò specialis graduum magis elucidetur. Fecerunt hoc in collocandis Ger-  
maniæ civitatibus, easque in quatuor climata, secundum latitudinem no-  
tabiliter distinctam, à septentrione in meridiem distribuerunt. Primo clima-  
te latus boreale maritimum, ultimo latus meridionale Danubianum contine-  
tur,



tur: in reliqua duo climata intermedia interiorius corpus Germaniæ dispescitur. Ex gradibus sub quolibet climate comprehensis facile apparet, ex primo & secundo climate nihil Marcomanniæ attribui posse; itaque disquisitio Marcomannicorum locorum ad tertium & quartum clima reducitur. Patet hoc quoque ex gradibus montium Sudetorum, qui Marcomanniam veterem & hodiernam Bohemiam à septentrione cingunt; horum extremo utriusque, itaque tam occidentali quam orientali, in Ptolemæi Geographia tribuuntur gradus latitudinis 50; ergo in Ptolemæi idea loca illa solum Marcomanniæ addicenda, quæ gradus hos non excedunt. Porro longitudinem minimam montibus Sudetis Ptolemæus tribuit 34. graduum, maximam 40. graduum; versatur autem hic in longitudine scalæ Marinianæ, quæ ultra Danubium in septentrionalioribus terris unum & successivè plures gradus superaddere solet; econtrà Ptolemæus, corrigendo Marinum, Danubiales terras in scala sua, multò parciore, dimittitur; unde duæ scalæ diversæ hic inter Danubium & Sudetos montes sibi obviant, & commiscuntur, difficillimamque reddunt combinationem locorum, deficientibus aliis extricationis adminiculis. Quoniam autem Sudeti montes, si etiam montes Silesitici contigui simul imputentur, nec quinque, minùs ergo sex gradus adæquant, congruum videtur, longitudinem à gradibus 34. usque 39. Marcomannis, abinde autem excurrentes gradus Lygiis, & respectivè Quadis deberi. Advertendum quoque, inferiorem Silesiam, circa Wratislaviam incipiendo, jam septentrionalioremontibus Sudetis fieri, obindèque Lygiis loca, quæ apud Ptolemæum gradus latitudinis 50. & 51. excedunt, rectè annumerari posse.

CCCLXVI. His in suppositis loca ex Ptolemæo statum generalem haud incongruè hunc sortiuntur:

### Marcomannicæ Civitates.

| Climatis tertii. |              |      | Climatis quarti. |              |      |
|------------------|--------------|------|------------------|--------------|------|
|                  | Gradus Ptol. |      |                  | Gradus Ptol. |      |
|                  | Long.        | Lat. |                  | Long.        | Lat. |
| Menosgada        | 34.          | 49½. | Abiluum          | 35½.         | 47½. |
| Marobudum        | 35.          | 49.  | Usbium           | 35.          | 47.  |
| Meliodonum       | 39.          | 49.  | Furgifatis       | 36.          | 48.  |
| Casurgis         | 39½.         | 50½. | Coridorgis       | 37½.         | 48½. |
| Strevinta        | 39½.         | 49½. |                  |              |      |

### Lygiorum civitates Climatis tertii.

|             |      |      |          |      |      |
|-------------|------|------|----------|------|------|
| Nomisterium | 39.  | 51.  | Arficua  | 41½. | 49.  |
| Hegetmatia  | 39½. | 51.  | Afanca   | 43.  | 50½. |
| Carrodunum  | 42½. | 51½. | Setovia  | 42½. | 50.  |
| Budorgis    | 40.  | 50½. | Parienna | 42.  | 49½. |
| Eburum      | 41.  | 49½. |          |      |      |

### Quadorum civitates Climatis quarti.

|             |      |      |            |      |      |
|-------------|------|------|------------|------|------|
| Philecia    | 39.  | 48½. | Singone    | 41½. | 48½. |
| Robodunum   | 39.  | 48.  | Celamantia | 41.  | 47½. |
| Medoslanium | 38.  | 47½. | Anabum     | 41½. | 47½. |
| Anduerium   | 40½. | 47½. |            |      |      |

CCCLXVII. Situs speciales indicare divinatorium quasi opus ideo est, quoniam nec, quid scalæ Ptolemaicæ vel Marinianæ in acceptis referendum, fat

fat discerni, nec, si id sciretur, graduum dimensioni ipsi undequaque fides adhiberi potest, cum Romani usque ad Ptolemæi tempora nunquam interiora istarum terrarum penetraverint, adeoque & Ptolemæus & Marinus notitiam aliam, nisi confusam, in plurimis saltem locis habere non poterant. Abhinc tamen excipiendum omnino est Marobudum tanquam sedes Regia Marobodui, utpote qui cum multis suorum ex Regno suo profugus senium ultimum per duodeviginti annos in Italia Ravennæ exegit. Marobudum id Pragæ hodiernæ jure merito competit, tum quia situs aptior pro Regia alibi non militat, tum quia gradus in scala Ptolemaica rectè correspondent; dat ille divergigio Æni fluvii, id est hodiernæ Passaviæ gradus long. 34. lat. 47 $\frac{1}{2}$ . his fat congruunt Marobudi Pragensis gradus long. 35. lat. 49. Menosgada, & quatuor loca climatis quarti, eandem Ptolemaicam scalam sapiunt, obindèque respectivè ad Occidentem & meridiem, econtrà tria alia loca climatis tertii tanquam scalæ Marinianæ ad Orientem circa Glacensem Comitatum quærenda esse videntur. Lygiorum civitates omnes sunt scalæ Marinianæ, & inter eas Budorgis Wratislaviam, reliqua situm supra & infra Wratislaviam, nec non ad Orientem circa Vistulam sibi vindicant. Quadorum civitates æquè non possunt esse nisi scalæ Marinianæ, & Philecia Olomucio, Robodunum Brunæ convenit, reliqua electioni locum præbent, & dici his in terris, ut alibi, potest, ubi steterunt Pergama, nunc fluctuant aristæ, & econtrà.

CCCCLXVIII. Id, quod in præsentì opere meo vel maximè reflexione dignum censeo, est, præter Menosgadam, quæ vel in scala Mariniana Egræ civitati, vel in scala Ptolemaica Zatecio congruit, nec non præter Meliodunum, Casurgim, & Strevintam, quæ absolutè scalæ Marinianæ, & circulo Regino-Hradecensi, atque respectu Casurgis Comitatus Glacensi seu ipsi Glacensi civitati debentur, supra Regiam Marobudi, seu ad septentrionem Pragæ, nullam civitatem à Ptolemæo prodi; quod signum sanè perspicuum est, partem illam septentrionaliore Bohemiæ etiam sub flore Marcomannorum statu, silvis alendis magis, quàm celebrium civitatum situi inserviisse; unde etiam mirum non est, translato à Maroboduo in Catualdam, & à Catualda in Vannium Quadum Regno, Regiam Marobodui quasi abolitam, & in Quados ipsos translata, simul verò partem illam borealiore Bohemiæ subsequenti tempore habitatoribus semper magis destitutam, & quasi sinè cultura fuisse, ita ut Czechus & Lechus fratres cum populo suo, nec integris, quidnì igitur fractis rebus Marcomannorum, obicem invenissent, neglectis his partibus septentrionalibus sese ingerendi, & distinctam dominationem auspiciandi. Nihil ipsis obfuerunt silvæ, quemadmodum enim de Maximiano Herculio *Aurelius Victor* testatur, eum in Pannonia agrum Reipublicæ fat commodantem, cæsis immanibus silvis, effecisse, ita & Slavi sub Czecho partem horridam Bohemiæ, excisis silvis, fertilitati, quæ nunc cernitur, subdendi modum sciverunt.

## SECTIO XXXI.

### Mœsiæ & Thraciæ.

Nus CCCCLXIX. Ex Ptolemæo Geogr. lib. 3. cap. 9. de Mœsia superiore.

Habitant hanc provinciam juxta Dalmatiam Tricornesii. Tricornesii dicebantur à Tricorneis castris, quæ erant locus præsidiarius ad Danubium, à Tauruno seu Belgrad M. P. XVI. distans. Ptolemæus hos Tricornesios

nesios immediatè adjungit Dalmatiæ; intelligit ergo Dalmatiam magnam, quæ non tantùm Dalmatiam maritimam, sed & mediterraneam, hodiernam scilicet Bosniam & partem Servis, complectitur. In eodem sensu est *Jornandes de reb. Get. cap. 5.* ubi Pannoniam terminari dicit ab Oriente per Mœsiam superiorem, à meridie per Dalmatiæ, nihil intermedii hinc nominando, ita ut Mœsia confinis esse debuerit Dalmatiæ: apud Ciabrum fluvium Mysi: in vicinia Nicopolis. Quod intermedium est, Picensii. Id est inter Tri-cornenses & Mysos erant Picensii, itaque è regione Wallachiæ hodiernæ Cis-Alutensis. Et hinc etiam seculo quarto Sarmatæ Limigantes, in Wallachia Cis-Alutensi tunc habitantes, vocabantur Picenses, nempe Transdanubiani, Cis-Danubianis oppositi. vid. num. 680. Juxta Macedoniam Dardani: Dardani Europæi post Epidamniorum terminos habitant. *Procop. de adif. lib. 4. cap. 1.*

*Ex Ptolemaeo lib. 3. cap. 10. de Mœsia inferiore.* Habitant inferiorem Mœsiam, in occidentalibus Triballi. Ergo Triballi attingebant Mœsos ad ripam Danubii, & mediterranea occupabant usque ad Dardanos prope Macedoniam: In orientalibus sub ostio Danubii Peucino Trogloditæ. Ergo hi erant ultimi ad Danubium. Ipsa ostia Peucini. Juxta Pontum Crybyzi. Et supra hos Oetensii, & Obulensii. Intermedia Demensii, & Piarensii.

CCCCLXX. *Ex Strabone Geogr. lib. 7.* Thracibus permixtæ sunt etiam gentes Celticæ: Boji, Scordisci (hi nomen trahunt à Scardo monte, juxta quem olim populus quidam Bojorum remansit, dum ex Gallia Cis-Alpina commigrarent in Macedoniam & Asiam) Taurisci: Scordiscos quidam Scordiscas appellant, & Tauriscos etiam Liguriscos & Tauristas dicunt &c. Autariatæ, cùm Triballos domuissent, qui ab Agrianibus usque ad Istrum XV. dierum itineris spatium occupabant, supra alios etiam Thracas & Illyrios sese extulerunt. Sunt autem potentiâ suâ exuti prius à Scordiscis, deinde ab ipsis Romanis, qui Scordiscos etiam debellaverunt, diuturnâ usos potentiâ. Ad Istrum habitavêre Scordisci, in duas divisi partes: alii inter duos amnes in Istrum influentes, Noarum (Savum) qui præter Segesticam fertur, & Martum, sive, ut alii vocant, Bargum: (Margum hodie Morava) alii paulò ultra eum, confines Triballis ac Mysi. (Mysis ad ripam Danubii, Triballis ad mediterranea Illyrici, seu ad Daciam post ab Aureliano mediterraneam dictam) Habuerunt & insulas quasdam Scordisci, & eò virium increverunt, ut etiam usque ad Illyriorum, Pannonum, Thracumque fines progredierentur; quin & plerasque in Istro insulas obtinuerunt. Urbes eorum fuerunt Heorta, & Capedunum. Post Scordiscos juxta Istrum Triballi sunt & Mysi, quorum supra fecimus mentionem: tum parvæ Scythiæ intra Istrum, quas ipsas quoque commemoravimus. Hi, & Crobyzi, & qui Trogloditæ dicuntur, supra Calatim, Tomzæm & Istrum accolunt &c. Apud Græcos quidem notiores

U

*Part III.* sunt

sunt Getæ, ob crebras in utramque Istrî ripam migrationes, & quodd Thracibus sunt Mysisque permisti. Quod ipsum Triballis etiam Thraciæ genti usuenit. Ostensum enim est, migrationes populis contingere, ubi finitimi in imbecilliores impetum faciunt. Sicut qui sunt trans Istrum Scythæ, Bastarnæ, & Sauromatæ, sæpe prævaluerunt, pulsisque aliis in illorum loca immigrârunt, quidamque eorum vel in insulis, vel in Thracia substiterunt: at qui ab altera sunt parte, (versus Moesiâ superiorem) ab Illyriis maximè opprimebantur &c. Ad ostia Istrî magna est insula Peuce, quam tenentes Bastarnæ, Peucini sunt cognominati.

*CCCCLXXI. a. Ex Ammiano Marcellino lib. 27.* Erat Thraciarum descriptio facilis, si veteres concinerent styli &c. sufficere ea, quæ vidisse meminimus, expedire &c. Partem Thraciarum habitavêre Scordisci, longè nunc ab iisdem provinciis disparati &c. sed, ut nunc cernimus, eadem loca formata in cornuti sideris modum, effingunt theatri faciem speciosam. Cujus in summitate occidentali, montibus præruptis densatæ Succorum patefcunt angustæ, Thracias dirimentes & Daciâ. (mediterraneam, ubi hæc cum Macedonia concurrit) Partem verò sinistram arctoïis obnoxiam stellis, Hæmimontanæ celsitudines claudunt, & Hister, quæ Romanum cespitem lambit, urbibus multis & castris contiguus & castellis. Per dextram, quod australe est latus, scopuli tenduntur Rhodopes: unde Eorum jubar exurgit, finitur in fretum. (Constantinopolitanum) Cui undosius ab Euxino Ponto labenti, pergenti que fluctibus reciprocis ad Ægæum, dissidium panditur terrarum angustum. Ex angulo tamen orientali Macedonicis jungitur collimitis per arctas præcipitesque vias, quæ cognominantur Acontisma &c. Hæc quoque priscis temporibus loca Barbari tenuêre, morum sermonumque varietate dissimiles &c. Hocque modo, post præcinctus ancipites, Reipublicæ sex provinciæ sunt quæsitæ.

*CCCCLXXI. b.* Inter quas prima, quæ ex fronte Illyriis est confinis, Thracia speciali nomine appellatur: quam Philippopolis, Eumolpias vetus, & Bercea, amplæ civitates exornant. Post hanc Hæmimontus Hadrianopolim habet, quæ dicebatur Uscudama: & Anchialon (urbs maritima in litore Ponti Euxini. *Procop. de edif. lib. 3. cap. 7.*) civitates magnas. Dein Mysia (inferior) ubi Marcianopolis est, à sôre Trajani Principis ita cognominata, & Dorostorus, & Nicopolis, & Odyssus. Juxtaque Scythia: in qua celebriora sunt oppida: Dionysopolis, & Tomis, & Calatis. Europa omnium ultima præter municipia urbibus nitet duabus, Apris, & Perintho, quam Heracleam posteritas dixit. Rhodopa huic annexa, Maximianopolim habet, & Maroneam, & Ænum.

CCCCLXXI.

*CCCCLXXI.c. Ex Tabula Peutingeriana*, in descriptione viæ, quæ apud Viminatium transit Danubium in ripam barbaricam: Singiduno XIII. Tricornio XII. Monte Aureo XIV. Margum fl. X. Viminatio X. Lederata XII. Apo fl. XII. Arcidava XII. Centum Putea XII. Berfovia XII. Abihis III. Caput Bubali X. Tuusco &c.

*CCCCLXXI.d. Via cis Danubium.* Viminatio XIII. Punicum XI. Vico Cuppe XII. Ad Novas X. Ad Scrofulas XV. Faliatis VIII. Gerulatis VI. Vnam VI. Egeta VIII. Elevora VIII. Ad Aquas XXIII. Dortico XXV. Ad Malum XVI. Ratiaris XII. Remetodia III. Almo VIII. Romodiana VIII. Camistro VI. Aug. tes XX. Pedonianis, Esco. XIII. Vio VIII. Anafamo XVII. Securifpa XIII. Dinio XVI. Ad Novas. VIII. Latro XVI. Trimamio XII. Priftis VIII. Tegris XIV. Appiatis XIII. Trasmarisca XII. Nigrinianis XIII. Tegulicio XI. Durostero XVIII. Sagadava. XII. Sucidava XVII. Axiopolis &c.

*CCCCLXXI.e. Via in Daciam Mediterraneam.* Viminatio XVIII. Municipio X. Jovis Pago. XII. Idimo XVI. Horrea Margi XVII. Præsidio Dasmini XV. Præsidio Pompeji XII. Granirianis XIII. Naïffo &c.

## SECTIO XXXII.

### Scythia Magna.

*Nus CCCCLXXII.a. Ex Jornande de rebus Geticis.* Prænotandum: Jordanes, nisi expressè aliud dicat, geographicas suas descriptiones non accommodat sæculo, cujus historiam tractat, sed tempori, quo vivebat & scribebat. Illud tempus autem, respectu operis sui de rebus Geticis, declarat *cap. 19.* dum ait: defuncto tunc Decio &c. quando & pestilens morbus, penè istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius Orbis fœdavit &c. Annum hujus pestilentie prodit *Theophanes in chronographia* his verbis: Anno Imperii Justiniani XV. mense Oct. Indiæ. V. mortalitas horrenda Byzantii incubuit. Annus is erat Christianæ æræ 541. finiens; additis igitur novem annis abinde elapsis, scripsit Jornandes anno 551.

*CCCCLXXII.b. Ex Jornande Cap. 3.* Insula Scanzia à fronte posita est Vistulæ fluvii, qui Sarmaticis montibus ortus; in conspectu Scanzie, septemtrionali Oceano trifulcus illabatur, Germaniam Scythiamque determinans &c. Sunt ex his (populis Scanzie) exteriores (id est, non in mediterraneis habitantes) Ostrogothæ, Raumaricæ, Raugnarij, Finni mitissimi, Scanzie cultoribus omnibus mitiores: nec non & pares eorum, Vinoviloth (qui *Paulo Diacono num. 774.* Winuli, & postea Langobardi) Suethidi, Cogeni, (qui *Ptolemao num. 448.* Cogni, versùs

*Pars III.* Vi-

U 2

Vistulæ ortum jam translati) in hac gente reliquis corpore eminentiores; quamvis & Dani, ex ipsorum stirpe progressi, Erulos propriis sedibus expulerunt: qui inter omnes Scanziz nationes nomen sibi ob nimiam proderitatem affectant præcipuum.

CCCCCLXXII. c. Cap. 5. Scythia (magna, comprehendens tam Asiaticam quam European) liquidem Germaniæ terræ confinis, cœtenus, ubi Hister oritur amnis (id est, ubi Danubius Ister vocari incipit, intuetur ergo Jorndes Scythiam à meridie in septentrionem) vel stagnum dilatatur Mysianum, tendens usque ad flumina Tyram, Danastrum (labitur Jorndes, Tyram à Danastro diversificans, cum idem fluvius Dniester seu Niester sit; Tyræ nomen ex ævo Strabonis & Ptolemæi, quorum Jorndes capite 2. & 3. meminit, Danastri ex suo ævo adduct) & Vagosolan, magnamque illum Danubium (rectius, ut in Codice Ambrosiano Danaprium, qui est Borysthenes, seu hodie Dnieper, vel contractè Nieper) Fatirumque montem, non illum Asiæ, sed proprium, id est Scythicum, per omnem Mœotidis aditum, ultraque Mœotida per angustias Bosphori (Cimmerii) usque ad Caucasum montem, amnemque Araxem, ac deinde in sinistram partem reflexa post mare Caspium (quæ in extremis Asiæ finibus ab Oceano Euroboreo in modum fœgi, primum tenui, posthæc latissimâ, & rotundâ formâ exoritur) vergens, ad Hunnos, Albanos, & Seres usque digreditur.

CCCCCLXXII. d. Hucusque Jorndes Scythiam describit, quatenus Romanis notior erat, scilicet à Wallachia Cis-Aluteni incipiendo, versùs fluvios Dniester & Dnieper à meridie in septentrionem, abinde verò per lacum Mœotidis, atque Caucasum montem, in Orientem ad partes meridionales Scythiæ progrediendo, septentrionales enim parùm cognitæ erant: Hæc inquam patria, id est Scythia, longè se tendens, latèque aperiens, habet ab Oriente Seres, in ipso sui principio ad litus Caspii maris committentes: ab Occidente Germanos, & flumen Vistulæ: ab Arctoo, id est septentrionali, circumdatur Oceano (hic jam Jorndes partium septentrionalium mentionem facit per solos terminos Vistulæ & Oceani) à meridie Perside, Albania, Hiberia, Ponto, atque extremo alveo Histri, qui dicitur Danubius ab ostio suo usque ad fontem. (per ly: extremo alveo Istri, excludit Danubium superiorem à termino Scythiæ meridionali, per reliqua ergo tantùm innuit, nomen Danubii etiam hæc in parte obtinere). In eo verò loci latere, quo Ponticum litus attingit, oppidis haud obscuris involvitur, Borysthenide, Olbia, Callipode, Cherson, Theodofia, Pareone, Mirmycione, & Trapezunte, quas indomitæ Scytharum nationes Græcos permisere condere, sibi met commercia præstaturos. In cujus Scythiæ medio est locus, qui Asiam Europamque ab alterutro dividit (ergo nullum dubium, quòd Scythiam Asiaticam simul describat) Riphæi scilicet montes (hic sequitur Ptolemæum, qui

qui Riphæos montes cum tota antiquitate credit, non Strabonem, qui eos ut commentum explodit) qui Tanain vastissimum fundunt instantem Mæotida, cujus paludis circuitus passuum millia CXLIV. (numerus hic errore typi laborat, & multò major esse debet, longitudo enim Mæotidis quinque gradus geometricos occupat) nusquam octo ulnis altius subsidentes.

CCCCLXXII. e. In qua Scythia, prima (prima loco versùs Germaniam, non tempore, quia Gothi, æquè Germani, ante Gepidas populares suos hæc loca quondam possederant, si verum est, ut vult Jornandes, Gothos & Getas idem esse) ab Occidente gens sedit Gepidarum, quæ (gens, seu terra Gepidarum) magnis opinatisque ambitur fluminibus. Nam Tisifanus per Aquilonem ejus, Corumque discutrit: (id est, Tibiscus ambit Gepidas seu Transylvaniam, primùm à fontibus borealiter, dein in pleniore alveo usque ad Danubium occidentaliter) ab Africo verò magnus ipse Danubius, ab Euro fluvius Tausis secat, qui rapidus & verticillus in Histri fluentia furens devolvitur. (id est, Gepidia seu Transylvania ambitur à Danubio meridionaliter, à Geraso seu Pruth orientaliter) Introrsus illi Dacia est ad coronæ speciem arduis Alpibus emunita. Id est: illi parti Scythiæ, quæ Tibisco, Danubio, & Geraso circumscibitur, & Daciam magnam Ptolemaicam constituit, introrsus est Dacia specialis seu Gepidica, quæ nunc Transylvania vocatur.

CCCCLXXIII. a. Juxta quorum sinistram latus, quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Vistulæ fluminis per immensa spatia venit, Vimidarum natio populosa confedit. (id est terræ tractus, qui è latere lævo seu occidentali superiori, jam in septentrionem vergente Alpium Dacicarum, sub montibus Carpaticis, in Occidentem, ad latus meridionale primùm Carpaticorum, dein Sarmaticorum montium, usque ad fontes Vistulæ in angulo Sarmaticorum montium orientes, præcurrit, tempore, quo scribebat Jornandes historiam de rebus Geticis, nempe A. 551. occupatus erat à Venedorum populosa natione, quæ tunc derelictâ Temesiensi regione, in terras usque Quadicas immigraverat, & regni novi Moravo-Slavici fundamenta jecerat. *vid. Cap. XXI. §. 19. & seqq. in introductione*) Quorum nomina, licet nunc per varias familias & loca mutantur (en, Jornandes modò retulerat: Slavinos noviter sub Carpaticis & Sarmaticis montibus, in terris olim Quadicis, confedisse, & præter hos tamen alias familias & alia nomina Slavinarum in aliis locis inveniri asserit; prout & reverà tunc jam, extra Scythiam, in Dalmatia mediterranea Antharum pars, ad Savum & Dravum verò, nec non in Bohemia Slavinosum pars sedebat) principaliter tamen Slavini & Antes nominantur. Slavini à civitate Nova, & Slavino Rumunense, & lacu, qui appellatur Musianus, usque ad Danastrum, & in Boream Visclà tenuis commorantur.

CCCCLXXIII. b. Jornandes, ut suprâ num. 472. c. monitum, Scythiam à meridie in septentrionem intuetur; & hic iterum Slavinarum sedes eodem situ à Danubio, Wallachiæ cis-Alutensi proximo, in Danastrum usque describit. E regione Wallachiæ cis-Alutensis, cis Danubium, in Mœsia superiore,



erat civitas Nova, quam Tabula Peutingeriana, in distantia à Margo seu Morava fluviò M. P. XLVI. id est 11½ milliariorum geometricorum, itaque circa Orfovam hodiernam, seu confinia Bannatùs Temesvariensis & Wallachiæ collocat, & Ad Novas, *Simocatta autem Hist. lib. 7. cap. 7.* Novas superiores vocat. Ibi Wallachiæ pars Alutæ se jungens hodiè que *Romunazzi* vocatur, quod nomen à veteri *Slavino Rumunensi* originem traxisse videtur. Ibi lacus est, ut homines ejus sitùs gnari testantur, in veteri Mœsia superiore, prope hodiernum Vidin. Hunc lacum Jornandes hic vocat Musianum, suprâ verò rectiùs Mysianum; in Mœsiæ enim veteris finibus è regione Wallachiæ est. Ibi itidem infra Orfovam, planè circa initium Wallachiæ sunt cataractæ Danubiï, à quibus secundùm *Strabonem lib. 7.* Danubius usque ad Pontum Ister nuncupabatur.

*CCCCLXXIII. c.* His præmissis idem est, ac si Jornandes diceret: Ab hac parte Wallachiæ Slavini, à Danubiï ripis incipiendo, terram, quæ Daciæ Gepidicæ ad Occidentem, & Alutæ fluviò ad Orientem interjacet, usque ad finem septentrionalem Daciæ, & Danastri fluvii viciniam, deinde flectendo se ad septentrionem Daciæ, & porro ad latus meridionale montium Carpatiorum & Sarmaticorum, ut paulò antè pluribus dixerat, usque ad Vistulæ fontes habitant. Hoc est, quod dicit *Procopius de Bell. Goth. lib. 3. cap. 14.* & verò hi populi, Sclaveni inquam & Antæ, ulterioris ripæ Istri partem maximam habent. Dicit ille, partem maximam, quia eo tempore ex aliis nationibus Jazyges inter fluvios Granuam, Danubium, & Tibiscum, Gepidæ & post Avares intra Daciam propriam, Hunni Cuturguri inter Slavinos & Anthas versùs Pontum sedebant. Pergit porro Jornandes: Hi (Slavini) paludes silvasque pro civitatibus habent. (idque ob rem pecuariam eò commodiùs exercendam; non tamen sinè domibus vivebant, sed eas teste *Ammiano Marcellino* jam A. 358. ut *num. 679.* ex trabibus compactas firmissimis habebant) Antes verò, qui sunt eorum fortissimi, qui ad Ponticum mare curvantur, à Danastro (inferiore) extenduntur usque ad Danubium, quæ flumina multis mansionibus ab invicem absunt.

*CCCCLXXIV.* Ad litus autem Oceani, ubi tribus faucibus fluenta Vistulæ ebibuntur, Vividarii (cap. 17. eos nominat Vividarios) resident, ex diversis nationibus aggregati. Post quos ripam Oceani Itemesti tenent, pacatum hominum genus omnino. Quibus in Austro adsedit gens Agazirrorum fortissima, frugum ignara, quæ pecoribus & venationibus victitat. (hic jam Jornandes describit Scythiam septentrionalem, seu trans Sarmaticos & Carpatios montes. Ad Oceanum ponit Vividarios & Itemestos, & in mediterraneis Agazirros usque ad Bulgaros Ponto vicinos. Vividarii, seu fors Vinidarii, reliquiæ videntur Venedorum, quos Tacitus & Ptolemæus dudum in eodem situ commemoraverant. Itemesti & Agazirri græcam nomenclaturam sapiunt: ab *ιτέα* salix, & *μεστός* plenus: ac respectivè ab *άγαν* valde, & *συγγέω* confluo; ita ut Itemestorum nomen habitatores terræ salicetis refertæ, & Agazirrorum, populos varios confluentes denotare videatur. An Jornandes hanc descriptionem ex suo ævo faciat? dubium, & potiùs credendum est, antiquitati eum adhærere, ipsique populos Scythicos sui ævi hoc in tractu incognitos fuisse. Quidquid autem sit, id saltem, quod suprâ *num. 473. n.* de Venedis usque ad fontes Vistulæ habet, nullo

nullo modo ad ipsam Vistulam, vel ultra Sarmaticos montes in ulteriore Poloniam & Russiam se extendit, sed de Venedis cis Carpaticos montes in terris hodiernis Hungaricis intelligendum est) Ultra quos distenduntur supra mare Ponticum Bulgarorum sedes, quos notissimos peccatorum nostrorum mala fecere. (Innotuerunt primitus Romano Imperio, & excursionem in Illyricum & Thraciam fecerunt, teste Theophane ut infra num. 799. Bulgari anno 501. sub Anastasio. Ab eo tempore igitur sedes suas antiquas à Volga flumine in terras Scythiæ Europææ cis Tanaim supra mare Ponticum pro parte transtulerant) Hinc jam Hunni quasi fortissimarum gentium fecundissimus cespes, in bifariam populorum rabiem pullularunt. Nam alii Aulziagri, alii Aviri nuncupantur, qui tamen sedes habent diversas. Juxta Chersonem Aulziagri, (Aulziagri Jornandis iidem sunt, qui Cuturguri Procopii; eos Jornandes cap. 53. alter, nempe Ulcingures vocat, reliquias Hunnorum A. 454. ex Pannonia profugorum) quo Asiæ bona avidus mercator importat; qui æstate campos pervagantur effusos, sedes habentes, prout armentorum invitaverint pabula; hyeme supra mare Ponticum se referentes. Hunugari autem hinc sunt noti, quia ab ipsis pellium murinarum venit commercium. Hic interim notandum: Hunnos, de quibus Jornandes loquitur, eorum posteros fuisse, qui A. 454. ex Pannonia ad litus Pontici maris fugati sunt. vid. num. 820.

**CCCLXXV.** Quos (Hunos) tantorum virorum (Gothorum) formidavit audacia. Quorum mansionem primam esse in Scythiæ solo juxta paludem Mœotidem, secundò in Mœsia, Thraciæque, & Dacia, tertio supra mare Ponticum rursus in Scythia legitur habitasse. (Quòd Jornandes jam hic de Gothis, & non amplius de Hunnis loquitur, patet ex sequentibus, ubi populis, de quibus ei sermo est, in prima sede Filimerem Regem, in secunda Diceneum & Zamolxen Philosophos præfuisse, in tertia sede autem populos eos in Vesegothas & Ostrogothas sese distinxisse scribit. Prima sedes in conceptu Jornandis tempora antiquissima, secunda ævum ante & post Julium Cæsarem, tertia inchoativè imperium Trajani, qui Dacos ex Dacia ejecit, respicit, & in hac tertia sede, seculo tertio sub Ostrogotha Rege, se in Vesegothos & Ostrogothos diviserunt, ut ex *Jornande cap. 14. & 16.* colligitur) Gothi tunc (in prima sede & tempore belli Amazonum) à Borysthene amne, quem accolæ Danubium vocant; usque ad Tanaim fluvium, circa sinum Paludis Mœotidis considebant. (Danubius, de quo hic, expressè Borysthene vocatur; unde error libratorum est in nomine, & Danapras intelligendus, cui vocabulum hodiernum Dnieper, sicut Dniester Danastro, affine est) Tanaim verò hunc dico, qui ex Riphæis montibus dejectus, adeo præceps ruit, ut, cum vicina flumina, sive Mœotis, vel Bosphorus, gelu solidentur, solus omnium confragosis montibus vaporatus, nunquam Scythico durefcit algore. Hic inter Asiam Europamque terminus famosus habetur. Nam alter (vid. *Introd. cap. XV. §. 13.* Jornandes hic fluvium Volgam intelligit) est ille, qui montibus

bus Chrinnorum oriens in Caspium mare delabitur. Danubius (Danaprus) autem ortus grandi palude, quasi ex mari profunditur. Hic &c. inter Græca oppida, Callipidas, & Hypanis, in mare defluit. Ad cujus ostia insula est in fronte Achillis nomine. Inter hos terra vastissima, silvis confita, paludibus dubia.

CCCCCLXXVI. *Cap. 12.* Hoc (Comosico, Dicenei successore) rebus excedente humanis, Corillus Rex Gothorum in regnum conscendit, & per XL. annos in Dacia suis gentibus imperavit. Daciam dico antiquam, (Transylvaniam hodie) quam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur. (ergo ante annum 553. scripsit Jornandes, hoc anno enim Gepidæ regno exciderunt, & Hunni eam regionem occupârunt. *vid. num. 843.*) Quæ patria in conspectu Mœsiæ (superioris) trans Danubium coronâ montium cingitur, duos tantum habens accessus (ex parte, quæ Mœsiam respicit, alibi enim plures sunt accessus, hodie portæ dicti) unum per Bontas, alterum per Tabas. Hanc Gothicam, quam Daciam appellavere majores, quæ nunc, ut diximus, Gepidia dicitur, tunc (tempore Corilli Regis, qui Cotyso à Romanis dictus videtur, & sub Augusto Dacis præfuit) ab Oriente Roxolani, ab occasu Tamazites, à septentrione Sarmatæ, & Basternæ, à meridie amnis Danubii fluentia terminant; Tamazites à Roxolanis alveo tantum fluvii segregantur. Hæc descriptio ex antiquis relatis non bene combinatis hausta, & ex diversa descriptione Daciæ propriæ, & Daciæ magnæ commixtâ & confusa est. Quis ex veteribus scriptoribus eruere poterit, Roxolanos circa Mæotidem sedentes ad Occidentem Daciæ propriæ extensos fuisse? Unde terminus Roxolanorum ab Oriente, & Danubii à meridie, absolutè & rectissimè quidem, Daciam magnam, Terminus Tamazytarum autem ab Occidente, & Sarmatarum nec non Basternarum à septentrione, iterum sat rectè, Daciam propriam seu Transylvaniam circumscribit; Sarmatæ enim Jazyges, & Basternæ, illi ad fluvium Tibiscum, hi ad Alpes Bastâricas, omnino septentrionem Transylvaniæ, Tamazytæ verò, seu fluvii Temes accolæ, saltem partem Occidentis occupabant.

CCCCCLXXVII. *a. Cap. 17.* Hi ergo Gepidæ, tacti invidiâ (Gothorum fortunæ) dudum spretâ provinciâ, commanebant in insula Viscleæ amnis vadis circumacta, quam pro patrio sermone dicebant Gepidojos. Nunc eam, ut fertur, insulam gens Vividaria incolit, ipsis (Gepidis) ad meliores terras meantibus. (id ob subsequentiâ intelligendum de migratione ad viciniam Mæotidis) Qui Vividarii ex diversis nationibus, acsi in unum asylum, collecti sunt, & gentem fecisse noscuntur. Hinc iterum colligitur, Jornandi Venedorum nomen, qui trans Vistulam quondam coluerint, incognitum, aut fors eosdem à Tacito Venedos compellatos fuisse, quos Jornandes Vividarios vocat, sedes enim & tempora, de quibus uterque loquitur, sibi conveniunt; unde Taciti Venedi non Slavicæ sed Germanicæ nationis fuerunt. Ergo, ut dicebamus, Gepidarum Rex Fastida, qui etiam gentem excitans, (id est, sub quo Gepidæ primum in gentem

tem

tem crevere) patrios fines per arma dilatavit. Nam Burgundiones penè usque ad internecionem delevit, aliásque nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoque malè provocans consanguinitatis scædus priùs importuna concertatione violavit, superbâque admodùm elatione jactatus, crescenti populo dum terras cœpit addere, incolas patrios reddidit rariores. Is ergo misit legatos ad Ostrogotham &c. inclusum se montium queritans asperitate, silvarúmque densitate constrictum, unum poscens è duobus: ut aut bellum sibi, aut locorum suorum spatia præpararet &c. Quid multa? Gepidæ in bella irruunt, contra quos &c. movit & Ostrogotha procinctum, conveniuntque ad oppidum Galtis, juxta quod currit fluvius Auchâ, ibique magna partium virtute certatum est &c. Relicta suorum strage, Fastida Rex Gepidarum properavit ad patriam.

CCCCLXXVII. b. Hinc colligere licet: 1.<sup>mo</sup> Gepidæ migrando cum Gothis popularibus suis ex patria Scanzia, remanserant olim in via ad ostia Vistulæ; unde & à *Gepaita*, quod Gothicè residuum denotat, Gepœdes & Gepidæ dicti sunt. 2.<sup>do</sup> Circa seculum tertium initiâs dereliquerunt Vistulam, & migrârunt versùs Mœotidem, in viciniam Gothorum, in terras montanas & silvas. 3.<sup>to</sup> Ibidem Burgundiones, qui illuc jam antehac à Vistula immigraverant, aliásque nonnullas gentes, partim exciderunt, partim subjugarunt; unde Burgundionum illa pars, quæ tempore Ptolemæi adhuc à reliqua gente sua ex terris cis-Vistulâ in Scythiam, seu ut Ptolemæus vocat, Sarmatiam *vid. infra num. 486.* recesserat, æquè in viciniam Gothorum jam penetraverat, & hic loci illud Vurgundaib quærendum, cujus mentio in historia Langobardorum occurrit, *vid. num. 775. 779.* 4.<sup>to</sup> Circa seculum tertium medium Gepidæ cum Gothis pro sedibus pugnaverunt; Ostrogotha enim cum Philippis Imp. hoc tempore viventibus, bellum, ut *Jornandes ait cap. 16. gessit.* 5.<sup>to</sup> Gepidæ repulsi à Gothis recesserunt quidem, sed non ultra, quàm ad sedes suas in Scythia antè occupatas, ibique manserunt, usque dum A. 373. cum Hunnis ad Danubium commearent; & ad horum loca derelicta itidem expost Langobardi accesserunt.

CCCCLXXVIII. Cap. 22. Nam is (Geberich Rex Gothorum) Hiderich patre natus, avo Ovida, præavo Cnivida, gloriam generis sui factis illustribus exæquavit, *primitias regni sui* mox in Wandalica gente extendere cupiens, contra Visumar eorum Regem, Asdingorum è stirpe, quæ inter eos eminet, genúsque indicat bellicosissimum, Dexippo historico referente, qui eos ab Oceano ad nostrum limitem vix in anni spatio pervenisse testatur, præ nimia terrarum imensitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, ubi Gepidæ sedent (ergo in Dacia seu Transylvania) juxta flumina Marisia, (aliis Maris, & Marus, flumen in Transylvania oriens) Miliare, & Gilfil, & Grisia, qui amnes supra dictos excedit. Erant namque illis tunc ab Oriente Gothi (in Moldavia) ab Occidente Marcomanni (nempe posteri eorum, qui cum Maroboduo & Cârualda, quondam Marcomannorum Regibus, exules à Romanis in-

tra Marum & Cusum locati erant, *vid. num. 571.*) à septentrione Ermunduri, (ita fors Dexippus nominare censuit populum Germanicum, qui locò Bastarnarum in Romanum solum emigrantium ibi loci confederat) à meridie Hister, qui & Danubius dicitur. Hic ergo Vandalis commorantibus bellum indictum est à Geberich Rege Gothorum, ad litus prædicti amnis Mariliæ, ubi tunc diu certatum est ex æquali. Sed mox ipse Rex Wandalorum Visumar magna cum parte gentis suæ prosteritur. Geberich verò ductor Gothorum eximius, superatis deprædatisque Wandalis, ad propria loca, unde exierat, remeavit. Tunc perpauci Wandali, qui evasissent; collecta imbellium suorum manu, infortunatam patriam relinquentes, Pannoniam sibi à Constantino Principe petière, (potius à Probo Principe; Constantinus enim non Vandalos, sed Venedos transtulit. Unde notitia, quâ usus Jornandes, populos illos confundisse videtur) ibique quadraginta annos plus minus sedibus locatis, Imperatorum decretis, ut incolæ famulârunt. Unde etiam post longum à Stilicone Magistro militum, & Exconsule, ac Patricio invitati (certè non hi soli, sed maxima ex parte populares eorum, in antiquis sedibus ad Vistulam & Oceanum sedentes) Gallias occupavère, ubi finitimos deprædantes non adedò fixas sedes habuère.

CCCLXXIX. Cap. 23. Gothorum Rege Geberich rebus excedente humanis, post temporis aliquod Ermanaricus nobilissimus Amalorum in regno successit, qui multas & bellicosissimas arctœas gentes (intelligendum: origine arctœas, tunc autem in Scythia in vicinia Gothorum sedentes; nihil enim in historiis proditur, quòd Ermanaricus regimen suum in mare usque Balthicum, & insulas septentrionales extenderit) perdomuit, suisque parere legibus fecit &c. Non passus est, nisi & gentem Erulorum, quibus præerat Alaricus, magna ex parte trucidatam, reliquam suæ subigeret ditioni. Nam prædicta gens, Ablavio Historico referente, juxta Mœotidas paludes habitans in locis stagnantibus, quas Græci Ele vocant, Eruli nominati sunt, quantò velox, eò amplius superbissima. Nulla siquidem erat tunc gens, quæ non levem armaturam in acie sua ex ipsis elegerint. Sed quamvis velocitas eorum ab aliis sæpe bellantibus non evacuaretur, Gothorum tamen stabilitati subjacuit & tarditati, fecitque causa fortunæ, ut & ipsi inter reliquas gentes Getarum Regi Ermanarico serviverint. Post Erulorum cædem idem Ermanaricus in Venetos arma commovit, qui, quamvis armis disperiti, sed numerositate pollentes, primùm resistere conabantur. Sed nihil valet multitudo in bello, præsertim ubi & multitudo armata advenerit. Nam hi, ut initio expositionis, vel catalogo gentis dicere cœpimus, ab una stirpe exorti, tria nunc nomina reddidère, id est Veneti, Antes, Sclavi, qui quamvis nunc ita facientibus

tibus peccatis nostris, ubique deserviunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperiis serviebant.

CCCLXXX. In gestis Gothorum, à Claudii II. Imperio usque ad Valentinianum & Valentem, Jornandes præter Dexippi historici relationem, solis notitiis & traditionibus domesticis, eximia & gloriosa extollerentibus, secus facta verò dissimulantibus, atque ut id eò commodius fieret, res & tempora involventibus, usus esse videtur. Simul cum morte Gallieni cessaverat gloria Gothorum: A. 269. quo mors hæc contigit, Claudius Gothos ad Naissum, ac A. 270. apud Hæmum montem ingenti clade affectit: A. 271. Aurelianus Gothis petentibus pacem dedit: A. 276. Tacitus Gothos in Asia, A. 279. Probus in Thraciis attrivit: ita ut per longum sanè tempus nihil Romano Imperio de Gothis audiretur. A. 332. Constantinus Sarmatas Limigantes à Gothorum infestatione, cæsis horum centum millibus, liberavit. A. 367. & duobus sequentibus, Valens Gothorum terras devastavit, eò quòd Procopio Tyranno auxilia tulissent. Hæc omnia Jornandes præterit, & ut aliquid tamen de Gothis referret: *cap. 21.* suppetias à Gothis Maximiano contra Persas, & Constantino contra Licinium: *cap. 22.* Vandalorum evastationem: & *cap. 23.* Herulorum, dein Venedorum subjugationem commemorat: atque mox *cap. 24.* ad Hunnorum irruptionem de A. 373. progreditur. Dexippum historicum citat in expeditione Geberici Regis Gothorum Vandalica, sed hoc ipso prodit, eam non sub Constantino, ut Jornandes velle videtur, sed multò antè peractam esse; *Herennius enim Dexippus*, qui Epitomen rerum Scythicarum scripsit, usque ad tempora Probi vixit, ita *Lexicon Historicum Buddei*. Constantinus Venedos, seu Sarmatas Limigantes A. 334. in Romanum solum suscepit, *vid. num. 670.* de Vandalis apud auctores cœvos nihil tale legitur; econtrà Probus & Bastarnas & Vandalos A. 280. suscepit, *vid. num. 633.* ergo ante hoc tempus uterque populus à Gothis vicinis premebatur, atque ideo ad Romanum solum confugit. Heruli A. 269. erant focii Gothorum in invadendo Romano Imperio, *vid. num. 624.* Eorum subjugatio igitur tempori posteriori sub Constantino convenit. Venedos Anthas Ermanarici imperium aliquantisper recognovisse credibile est, sedebant enim ad Pontum, itaque in medio quasi Gothorum. Ast omnes Venedos, etiam Slavinos, seu, ut tunc quoque vocabantur, Sarmatas limigantes, in Bannatu Temesvariensi & parte Wallachiae sedentes, à Gothis subjugatos esse, frustra gloriatur Jornandes; cæsi enim sunt Gothi A. 332. à copiis Venedorum ipsorum, & Constantini Imperatoris, qui eorum protectionem suscepit. Inde autem id inferendum: Herulorum subjugationem non multò ante annum 332. contigisse, quia Jornandes dicit, post Herulorum cædem in Venedos ab Ermanarico arma mota esse. Ermanaricus is, ut *Jornandes cap. 20.* refert, vixit annis centum & decem, cum ergo circa A. 371. in irruptione Hunnorum vitam finierit, facile jam ad initia Constantini Rex Gothorum esse poterat.

CCCLXXXI. a. *Ex Theophanis Chronographia ad annum undecimum Imp. Constantini IV.* Sanè de Unnobundobulgarorum & Cotragorum (Onogundurensium Bulgarum, & Contragensium, *Miscella.* 'ονογουνδύρων Βουλγάρων καὶ Κοτράγων legit *Petavius in notis ad Nicephorum Patriarcham pag. 52.* quod itaque est: Onogundurorum Bulgarorum & Cotragorum) antiquitate, non nihil hinc delibare operæ pretium duco. Ad Euxini Ponti partes trans mare positas, & septentrioni subjectas, ad Mœotidem nimirum paludem,

dem, in quam fluvius ingens ex Oceano (ita credebant de fluvio Volga Græci, quod ex Oceano septentrionali ortum trahat, cum ipsis terræ illæ borealissimæ incognitæ essent) per Sarmatarum terram procurrens, Atalis nomine (Atel. *Misc.* idem fluvius, qui aliter Rha & Volga, & Tartaris hodièque Edel vocatur. *Petavius d. l. pag. 53.*) exoneratur, in quem etiam fluvius alter, Tanais dictus, ipse pariter ab Iberiis portis ad Caucasios montes fixis profluens. (*Miscella* hic simpliciter dicit: cui (Atali) Tanais amnis est junctus) Ex concursu verò Tanais & Atalis, hic enim Atalis supra memoratam Mœotidem paludem ab altero diffinditur, emergit amnis, cui Cuphis nomen impositum, qui in maris Pontici finem juxta Necropylas ad promontorium, quod Arietis Facies vocatur, prorumpit. (*Miscella* sic habet: à mixtura verò Tanais, & Atel, quæ fit supra jam dictas Mœotidas paludes, dum scinditur Atel, venit is, qui dicitur Euthis fluvius, in Mœotidas paludes, & redit in terminum Pontici maris) A designata verò palude mare fluminis instar latum, in ipsius Ponti Euxini sinum per Bosphorum & Cimmerici regionem exundat. In eo flumine Murzulium, & huic similes expiscantur; & in Orientali quidem præjacentis paludis plaga ad Phanaguriam, & Hebræos (Iberos *Misc.*) isthic degentes, hominum nationes plurimæ numerantur: ab ipsa verò palude usque ad dictum flumen Cuphim, ubi Xystus Bulgaricus piscis capitur, ipsa antiqua, magnaque Bulgaria sita est, & quæ Cotragorum Bulgaris contribulium vocatur regio. Omnia præmissa paucis sic complectitur *Nicephorus Patr.* Nunc de Hunnorum, ut vocant, ac Bulgarorum primordiis dicendum est, quòque modo in iis sedibus constituti sunt. Ad Mœotidem paludem, juxta Cophinem fluvium, sita est magna Bulgaria, & quæ Cotragorum gens dicitur, ejusdem cum illis generis. Ex his relatis nemini dubium hæere potest, quin Bulgaria antiqua magna à Græcis scriptoribus intelligatur terra ea, quæ supra Caucasios montes, sub alveo inferiori Tanais & Volgæ, inter Mœotidem & mare Caspium jacet. Pergit dein Theophanes:

*CCCCLXXXI. b.* Cæterum Constantini temporibus, qui in Occidente - - - - (hic deest verbum, quod supplet *Miscella* per *ly*, *regnavit*, *Nicephorus* per *ly*, *obit*) Crobatus (*Orbatus Misc.* *Cubratus Niceph.*) quidam præfatæ Bulgariæ Cotragorumque Dominus, letho vicinus, filios quinque post se relinquens, iis condito testamento præcepit, uniuscujusque dominio firmo ac stabili retinendo, & ab exterarum gentium servitute vindicando, ne seorsim à se invicem habitarent: at cum post breve tempus à patris obitu quinque liberi illi ad distribuendas ad invicem domini portions singulas processissent, ad invicem rursus cum subiecto suæ potestati populo segregandos se decreverunt. Et primogenitus quidem filius nomine Bathajas (*Bathajas. Misc.* *Basianus Niceph.*) paterni mandati tenax, in avito solo (terra nempe illa, quæ nunc à Calmuckis infra Tanaim postremam habitatur) ad hunc usque diem constitit.

Secun-



Secundus natu frater Cotragus dictus (nomine Contragus. *Misc.* Cotragus. *Niceph.*) Tanai flumine trajecto ex adverso fratris primogeniti (ergo supra Tanaim, ubi nunc sunt Cosacki Donski) sedes posuit; quartus autem & quintus, flumen Istrum, seu Danubium transeuntes, ille quidem in Pannoniam Abaricam, Chagano Abarum Principi postmodum subdendus, cum omnibus suis copiis transit: hic vero versus Pentapolim Ravennæ (haud procul à Ravenna in Pentapolim. *Misc.*) perveniens, Christianorum imperio pariter subiectus remansit. (quartus trans Istrum penetrans, in Pannonia, quæ nunc sub Avarorum potestate est, fœdere cum habitatoribus inito, domicilium collocat. Quintus in Ravennatem Pentapolim delatus, ac Romanorum vectigalis factus est. *Niceph.*) Fratrum deinde istorum tertius, Asparuch vocatus, Danapri & Danastri fluminibus transitis, ad Onclum alium amnem, hi sunt fluvii Danubio magis boreales, jam profectus, (Honglon adiens, *Misc.*, ad Danubium confedit, ubi locum ad habitandum idoneum occupavit, quem suâ linguâ Oglum appellant, accessu difficilem & hostibus inexpugnabilem: cujus anteriora sitûs asperitate, & paludibus munita sunt: posteriora præruptis rupibus, ac salebris tanquam muro vallantur. *Niceph.*) inter hunc & illos, (hæc descriptio sedes in Moldavia hodierna captas esse designat) tutum & inexpugnabilem ex utraque parte locum conjectatus, sedem & habitationem mediam habere constituit. Cùm sit enim in anteriore parte paludibus munitus locus, & hinc & inde fluminibus circumcingatur, maximam genti, quæ alioqui propter hanc divisionem imminuta fuerat, ab hostibus securitatem præstitit.

CCCLXXI. c. His ita in quinque partes divisus, & ad parvum & infirmum quidpiam redactis, numerosa Chazarorum gens ex interiori Berzelia, quæ est primæ Sarmatiæ, recessu, (id est, ex terris Caucasii montis) prorupit: omnibusque usque ad mare Ponticum sub ditionem suam redactis transmarinis provinciis, etiam primum fratrem Batbajam, primæ Bulgariæ principem, tributarium effecit, & tributum in hunc usque diem exigit. (*Nicephorus* sic habet: Hoc modo divisa gente ac dissipata, Chazarorum natio ex interiori Berylia profecta, quæ Sarmatis vicina est, excursions impunè faciebat, atque ita grassantes transductis copiis ultra Euxinum mare perveniunt, ubi Bajanum in suam potestatem redigunt, ac stipendiarium faciunt) *vid. Introd. Cap. XV. §. 11.*

CCCLXXII. a. *Ex Procopio de bell. Goth. lib. 4. cap. 4.* Trans Abasgorum fines, ad montem Caucaalum, habitant Bruchi, inter Abasgos Alanosque interjecti. Ponti Euxini litus Zecchi insederunt &c. Iplis ulterior est Sagidarum regio &c. Ultra Sagidas siti sunt varii Hunnorum populi. Regio sequitur, quam appellant Eulyfiam. Hujus incolæ barbari, quæ maris litus, quæ tractum mediterraneum, obtinent, ad Paludem usque Mœotim, Tanaismque fluvium, exoneran-

tem se in eam Paludem. Palus autem in Ponti Euxini litus evoluitur. Qui illic habitant, Cimmerici dicti olim, jam vocantur Uturguri. *Ulteriora ad septentrionem habent Antarum populi infiniti.* Ubi se primum aperit alveus, quo Palus effunditur, degunt Gothi, Tetraxitæ cognomine &c. Tanaim etiam vocant indigenæ illum alveum, qui à Palude Mœotide ad Pontum Euxinum pertinet, itinere, ut ajunt, dierum viginti. Quin & ventum, qui inde spirat, Tanaitem appellant.

*CCCLXXXII. b. Cap. 5.* Quæ loca proximè memoravi, ea colebat olim multitudo ingens Hunnorum, qui tunc Cimmerici vocabantur, usque omnes Regi parebant. Aliquando his quidam præfuit, cui duo erant filii, Uturgur alter nomine, alter Cuturgur. Patre mortuo regnum inter se ambo partiti, de suo nomine dixere subditos: inde alii Uturguri etiamnum, alii Cuturguri appellantur. Ibi omnes degebant, iisdem planè institutis utentes, nihilque habentes commercii cum populis trans Paludem, ejusque fauces habitantibus: cum eas aquas nec transjecissent unquam, nec trajici posse existimarent, rem facillimam idèd reformidantes, quod ipsis esset hæctenus intentata, neglecto penitus transitu. Ut quis Paludem ejusque meatum superavit, in ipso statim litore antiquas intrat sedes Gothorum Tetraxitarum, de quibus modò memini. Hinc longius siti erant Gothi, Visigothi, Vandali, aliisque omnes populi Gothici, qui & Scythæ quondam nominabantur, communi utique illarum partium gentibus appellatione, in quibus erant Sauromatarum, vel Melanchlænorum, aliòve quopiam peculiari cognomento gauderent &c. Gothis partim vitâ, partim patriâ expulsis, ut dictum est, regio in potestate Hunnorum fuit, atque illic Cuturguri, accitis liberis & uxoribus confederunt: ubi etiamnum habitant, & quamvis multa singulis annis ab Imperatore donò accipiant, haud tamen absistunt ejus provincias, transito Istro flumine, incurfare, Romanorum simul socii, simul hostes.

*CCCLXXXII. c.* Uturguri cum suo principe revertentes in patriam, ut eam deinceps tenerent soli, cum ad Paludem Mœotidem accessissent, in Gothos Tetraxitas inciderunt. Ac primò quidem Gothi, muniti clypeis, stetere contra, ut impetum prohiberent, cum suis viribus tum loci firmitate freti; nam & Barbarorum, qui in illis partibus degunt, ipsi fortissimi sunt, & Mœotis, ubi in Pontum illabi incipit, quo in loco agebant tunc Tetraxitæ, lunatum sinum efficiens, ac ferè undique eos ambiens, eò venientibus unum, eumque hæud adèd latum aditum dabat. (Hic igitur apertè designatur Tartaria hodierna Crimæa) Dein tamen, cum neque Hunni tempus ibi terere vellent, neque hostium multitudini se restituros Gothi sperarent, colloquio  
habi-

habito, convenit, ut permisti unà trajicerent, & Gothi fixis in opposita continente sedibus ad litus alvei, quo Palus influit, ubi hodièque habitant, amici in posterum sociisque Uturgurorum, pari cum ipsis jure semper viverent. Sic igitur Gothi isti domicilia ibi collocarunt, & Cuturguris, ut dixi, trans Paludem relictis, soli Uturguri oras patrias retinuerunt, Romanis nihil negotii facessentes. Cum enim non sint eorum accolæ, sed multis interpositis gentibus discludantur, inviti vim ab illis abstinent. Ultra Paludem Mœotidem, fluviùmque Tanaim, Hunni Cuturguri camporum æquora, ut modò dicebam, longè ac latè infederunt.

*CCCLXXXII. d.* Post (enarratur hìc situs populorum à Tanai, per litora Mœotidis & Ponti, versùs ostia Istris in Thracias) à Scythis & Tauris tenetur omnis illa regio, cujus pars etiamnum Taurica dicitur &c. Post eas gentes urbs est maritima Bosphorus, quæ ante aliquot annos ad Romanam ditionem accessit. Ab urbe Bosphoro ad urbem Chersonem, sitam in maris litore, & Romanis jam inde olim subditam, habent barbari, utique Hunni, quidquid interjacet. Chersoni vicina sunt duo oppida, Capi, atque Phanaguris, quæ cum ab longinquo ævo ad nostram memoriàm Romanis paruisent, non ita pridem à finitimis barbaris capta, ac solo æquata sunt. Ab urbe Chersone ad ostia fluminis Istris, quem Danubium etiam vocant, iter est dierum decem, tractùmque illum omnem barbari tenent &c. Ora hinc (ab ostiis Danubii) tota ad (usque ad) Byzantium Imperatori Romano subest.

*CCCLXXXII. e.* Ex Procopio de *Ædificiis lib. 3. cap. 7.* In illis partibus (Bosphori & Chersonis) est Dory, maritima regio: ubi ab antiquo Gothi habitant, qui Theodericum petentem Italiam non sunt secuti; at ibi spontè restitère, & Romanorum hac etiam ætate socii, ipsis militarem operam in expeditionibus navant, quando lubet Imperatori, ter mille numero: bellatores optimi, iidemque gnavi agricolæ, & mortalium omnium erga hospites humanissimi.

*Ex Procopio de bello Vandalico lib. 1. cap. 2.* Plurimæ superioribus fuère temporibus, hodièque sunt nationes Gothicæ; sed inter illas Gothi, Vandali, Visigothi, & Gepædes, cum numero tum dignitate præstant. Olim Sauromatæ dicebantur, ac Melanchlæni: quidam etiam Getarum nomen ipsis tribuerunt. Vocabulis quidem omnes, ut dictum est, nulla verò re præterea inter se differunt &c. Una omnibus lingua, quam Gothicam vocamus &c. Antiquæ eorum sedes trans flumen Istrum.

*CCCLXXXII. f.* *Cap. 3.* Vandali Mœotidis paludis accolæ, fame pressi

pressi, ad Germanos, quos hodie Francos nominant, & fluvium Rhenum se receperunt, tractis in societatem Alanis, natione Gothica. Inde Godigifeli (Godegifeli) ductu in ea parte Hispaniæ, quæ oram habet Impetii Romani primam ab Oceano, sedes fixerunt.

### Dacia Magna intra Scythiam.

*CCCLXXXIII. a.* Ex Ptol. Geogr. lib. 3. cap. 8. Dacia terminatur à septentrionibus parte Sarmatiæ Europæ, à Carpato monte usque ad finem præfatæ conversionis Tyræ fluvii, quæ gradus habet, ut dictum: long. 53. lat. 48½. Ab occasu Jazygibus Metanastis juxta Tibiscum fluvium. A meridie parte Danubii fluvii, quæ est à divertigio Tibisci fluvii (ita habet Codex M. S. Vindob. quod fluvii nomen omisum est in editione Basileensi) usque ad Axiopolim Danubii fluvii, à qua jam Danubius usque ad Pontum & ostia Ister appellatur: (dissent inter se scriptores, unde Danubius Ister vocetur; subscribendum autem potius Straboni, qui à cataractis circa initium hodiernæ Wallachiæ incipit) cujus partis situs sic se habet: Post divertigium Tibisci fluvii prima conversio ad Austrum (*προς Ἄβαν* est in MS.) long. 47½. lat. 44½.

Divertigium dein Rabonis (Czerna fl. ad Orsovam) fluvii, qui in Daciam tendit 49. 43½.

Ciambi (in descriptione Mœsiæ superioris Codex M. S. Vindob. bis habet Ciabri, & semel Ciambri) divertigium 49½. 43½.

Quod juxta divertigium est Alutæ fluvii, qui ad septentrionem impetuose tendens Daciam dividit 50½. 44.

Conversio juxta Oescum 51. 44.

Conversio juxta Axiupolim 54½. 45½ à qua & Danubius, ut diximus, usque ad ostia Ister appellatur.

Ab Oriente autem terminatur ab inde Istro fluvio usque ad conversionem juxta Dinogetiam civitatem, cujus gradus 53. 46½.

Et etiam Hieraso fluvio, qui juxta Dinogetiam ab Istro exceptus ad septentrionem & Orientem fertur usque ad præfatam conversionem Tyræ, ut dictum est, graduum 53. 48½.

*CCCLXXXIII. b.* Tenent autem Daciam septentrionalissimi, ab Occidente incipiendo: Anarti, & Teurisci, & Cistoboci. Sub his Prendavensii, & Cacoensii; sub quibus similiter Biephi, & Burideensii, & Cotensii; & adhuc sub his Albocensii, & Potulatsensii, & Sensii, Sub quibus meridionalissimi: Saldensii, & Ciagifi, & Piephigi.

Ex Ptolemaeo lib. 3. cap. 10. de Mœsia inferiore: Litoralia à borealissimo Istri ostio usque ad Borysthenis fluvii ostia, & interiorem regionem usque ad fluvium Hierasum habitant Arpii sub Tyrægetis Sarmatis;

matris; Britolagæ autem supra Peucinum. (Hos populos ideo Ptolemæus annumerat Mœsiæ inferiori & Thraciis, eò quòd Romani ibi locorum in litoribus Ponti, patientibus populis barbaris ob commoditatem commercii, diversas colonias & civitates excitaverint)

*CCCLXXXIV. a.* Ex Strabone Geogr. lib. 7. Post hos (id est Suevos Germanos) Getarum regio attingit, arcta initio, quæ juxta austrinam partem secundum Istrum protenditur. (Strabo describit Daciã hinc à Carpaticis montibus è latere Daciæ seu montium Transylvanicorum Tibiscum respicientium progrediendo versùs Danubium.) Econtra autem à finibus Herciniæ silvæ, (id est, Carpaticorum montium, qui Herciniæ magnæ annumerabantur) hujus quoque partem ipsa complectens, versùs septentrionem inde ad Tyrigetam usque dilatatur &c. (versùs Tyram ergo, qui expòst Danastrus, hodie Dniester seu Niester, latam, versùs Danubium autem arctam vocat Daciã Strabo, & rectè, ut infra) Græci Getas existimaverunt esse Thracicam gentem; hi Getæ ad utramque ripam Istri accolabant, itémque Mysi, ipsi quoque Thraces &c. Etiamnum permixtæ sunt istæ (Scythicæ & Thracicæ) & Bastarnicæ gentes Thracibus, magis quidem iis, qui extra, sed iis tamen quoque, qui intra Istrum accolunt &c.

*CCCLXXXIV. b.* Nostra ætate Ælius Catus ex trans Istrum sitis partibus à Getis, quæ gens eodem cum Thracibus sermone utitur, in Thraciam quinquaginta millia hominum traduxit, qui nunc ibi habitant, & Mysi appellantur &c. Boerebistas seditione quorundam oppressus antè est, quàm Romani exercitum adversùs eum mitterent. Successores ejus regnum in plures diviserunt partes: atque etiam nuper, cum Augustus Cæsar exercitum adversùs eos mitteret, in quinque Myriadas (id est in quinque partes, quarum quælibet decem millibus hominum constabat; *Casaubonus* legit *μυρίδας*, itaque in quinque partes seu conventus, quod rectiùs videtur) aliquando etiam in quatuor divisi fuere: verùm istiusmodi divisiones pro tempore aliàs aliter fiunt. Est & alia regionis distributio, quæ ab antiquo perduravit, ut alii Daci, alii Getæ appellantur: Getæ qui versùs Pontum & Orientem inclinant, Daci qui in diversum ad Germaniam & Istri fontes vergunt, quos puto antiquitus esse Davos appellatos &c. Cæterùm Getarum gentem à Boerebista in tantum potentia elatam, cum dissidia, tum Romani omnino humilem redegerunt. Sufficientes tamen etiamnum sunt mittere quadraginta millia hominum.

*CCCLXXXIV. c.* Per Getas Marifus (hodie Marosch) fluvius in Danubium labitur, quo (Danubio) Romani res ad bellum necessarias subvexerunt. Etenim fluminis superiores partes, quæ versùs fontes sunt ad cataractas usque, Danubium dixerunt, quæ maximè per Dacos feruntur: inferiores ad Pontum usque, quibus Getæ sunt vi-

cini, Istrum appellant. Eâdem utuntur cum Dacis linguâ Getæ; atque apud Græcos quidem notiores sunt Getæ, ob crebras in utramque Istri ripam migrationes, & quòd Thracibus sunt Mysisque permitti &c. Sed Getæ & Daci, cum eò crevissent eorum vires, ut etiam ducenta millia hominum in bellum educerent: nunc eorum copiarum ad quadraginta millia redactæ sunt: ac tametsi parum abest, quin Romanis se submittant, nondum tamen prorsus se dedunt, quòd spei aliquid est ipsis in Romanorum hostibus Germanis. Inter mare Ponticum ab Istro Tyram versùs Getarum jacet solitudo, campestris tota & aquâ carens &c. Regionis autem totius, quæ jam dicto inter Istrum & Borysthenem intervallo superjacet, prima portio est solitudo Getarum, deinde Tyrigetæ; post hos Jazyges Sarmatæ, & qui Basili dicuntur; & Urgi, quorum plerique Nomades sunt, quidam etiam agriculturæ operam navant: hos ferunt etiam sæpe ad utramque Istri partem habitasse &c.

*Note.*

- *CCCLXXXIV. d.* Observandum hîc imprimis: Jazyges à Strabone distingui in Sarmatas & Basilios id est Regios. Regiorum nomen ipsis inditum videtur, eò quòd Reges super se crearent, contra morem aliorum Sarmatarum, qui populari, aut magnatum regimine utebantur. Porro conversio Tyræ fluvii, quæ limitem Daciæ & Sarmatiæ ex parte constituit, declaratur à *Ptolemao* per hoc, quòd eam in eodem meridiano cum divertigio Hierasi fluvii & Dinogetia civitate constituat; unde situs is ibi loci est ad Podoliam, ubi fluvii Pruth & Niester flexibus suis fermè sibi approximant. Dacia ex triplici latere secundùm Ptolemæum fluviiis olim terminabatur: nempe versùs occasum Tibisco, versùs meridiem & pro parte Orientem Danubio, & versùs reliquum Orientis Hieraso; versùs Septentrionem autem lineâ, quæ à Carpaticis montibus ad conversionem Tyræ ducitur, ita ut Tyrigetæ inferiorem Tyram accolentes fuerint jam extra Daciam.

*CCCLXXXIV. e.* *Strabo* conformis est ex parte septentrionis & Orientis, ast non occasûs & meridiem: dicit enim ibi *arctam* esse Daciam, quod non foret, si Tibiscus & Danubius simpliciter limitem agerent. Ptolemæus igitur Daciam non pro suo ævo, quo sub Trajano & Adriano Imperatoribus vixit, nec pro ævo Augusti Imperatoris, sed pro tempore anteriore, quo florentes adhuc erant res Dacorum, describit; Trajanus enim Dacos jam devicerat, maxima ex parte sedibus pristinis expulerat, & ex Dacia provinciam Romanam, ductis illuc Romanis coloniis, effecerat; Augustus autem Imperator Dacos quidem non plenè subegit, at tamen (teste *Floro*) penè victos submovit, id est à ripa Danubii in montes interiores Daciæ recedere coëgit. Hinc est, quòd successor Augusti Tiberius (ut *num.* 571.) profugos cum Regibus suis Maroboduo & Catualda Marcomannos intra Marum & Cusum, id est ad latus hodiernæ Transsylvaniæ intra fluvios Marosch & Tibiscum, tanquam in solum, in quod Romani jam jus quoddam acquisiverant, collocaverit. Inde quoque est, quòd *Strabo* rectè dicere potuerit, Daciam initio versùs meridiem & Danubium *arctam* esse: includebatur enim montibus, & submontana jam

jam Romanos respiciebant. Ex populorum nominibus igitur, quæ Ptolemæus pro veteri Daciæ statu in quinque ordinibus recenset, nihil pro historiis seculorum Trajanum subsequantium usu venit, nisi ordo septentrionalissimus Anartium, Teuriscorum, & Cistobocorum, quorum memoria mansit, cæteris nominibus abolitis.

*CCCLXXXV. a. Ex Procopio de Aedificiis Justiniani lib. 4. cap. 5.*

Olim Rom. Imperatores, ut positos trans Danubium Barbaros trajectu prohiberent, amnis illius oram oppidis & castellis prætexuerant, passim à dextra, alicubi etiam à læva exstructis. Hæc autem non sic ædificaverant, ut inaccessible essent adoriri parantibus; sed tantum ne fluminis ripa à defensoribus vacaret omnino: siquidem regionum illarum Barbari ab oppugnandis mœnibus abhorrebant. Multa certè munimenta unâ admodum turri constabant, unde meritò Monopyrgia dicebantur: nec nisi perpaucis stationariis instructa erant: idque tunc ad incutiendum Barbaris terrorem, quò refugerent Romanos aggredi, sufficiebat. Postmodum verò Attilas cum ingenti exercitu irumpens, munitiones illas nullo negotio disturbavit, ac latè Romanum Imperium populatus est, nemine repugnante. Demum Justinianus Aug. everfa restituit, non in pristinam formam, sed in eam, quæ longè validissima sit: nova insuper fecit plurima; itaque Rom. Imperio plenè reddidit amissam antea securitatem: quæ planè, uti acta sunt, edam.

*CCCLXXXV. b. Ex montibus Celtarum, qui Galli nunc appellantur, natus fluvius Ister, amplam circuit regionem, cujus maxima pars humano cultu penitus vacat: alicubi incolas habet Barbaros, qui victu ferino gaudent, aliis gentibus infociabiles. Daciæ proximus, Barbaros, qui ad sinistram habitant, discludere incipit à Romanis dexteram obtinentibus; (ergo tempore Procopii & Justiniani Danubius à fontibus usque ad Transylvaniam, id est Rhætia secunda seu Vindelicia, Noricum, & tota fermè Pannonia, non erant possessionis Rom. sed Barbarorum) quapropter Daciam illam Romani Ripensem vocant: ripa enim, latina vox, fluminis oram significat. Ad ripam primam olim condita fuerat Singidon; deinde capta à Barbaris, statim æquata solo, ac penitus desolata: quem in statum alia munita loca iidem redegerant. Illam Justinianus Aug. quanta est, instauravit, mœnibusque cinxit firmissimis, ut jam denuo urbs clara sit atque insignis. Præterea novum castellum excitavit munitissimum, & Singidone octo milliariis distitum, ut meritò inde dictum Octavum sit. Ultrà urbs antiqua fuit Viminacium: quam Imperator, jam diu ab imis dirutam fundamentis, ita restituit, ut nova videatur.*

*CCCLXXXV. c. Cap. 6. Ab urbe Viminacio porro pergentibus, munitiones tres in ora Istri occurrunt, Picnus (Tabulæ Peutingerianæ*  
*Pars III. Y 2 voca-*



vocatur Punicum) Cupus, & Novæ: (hæ sunt Novæ superiores apud cataractas Danubii in vicinia hodiernæ Orsovæ) quarum & fabrica & nomen in una turri antea consistebant. At nunc Justinianus Aug. tot tantaque ædificia ac propugnacula illis adjecit locis, ut ea non inani urbium titulo & dignitate insignierit. Contra Novas, in adversa continente, turris erat derelicta jam pridem, nomine Literata, Lederatam veteres appellârunt, ex ea magnum ac prævalidum castellum fecit Imperator noster. Post Novas castella sunt Cantabazates, Smornes, Campses, Tanatas, Zernes, ac Ducepratum: & in ripa ulteriori alia multa, quæ à fundamento ædificavit. Sequitur, quod vocant, Caput Bubali, Trajani Aug. opus: deinde vetus oppidum Zanes: &c. Non procul à Zane castellum est, cui nomen Pontes. Narrat Procopius, quod Trajanus hoc castellum cis, & alterum trans Danubium, Theodoram nomine, tanquam propugnacula pontis in Istro pro libero transitu in solum barbaricum extruxerit, Justinianus autem castellum cis Danubium restauraverit, alterum trans Danubium, utpote barbaris expositum, neglexerit.

*CCCCLXXXV.d.* Hic jam Procopius descriptionem suam deduxit usque ad fluvium Alutam, Danubio influentem, ubi adhuc hodie rudera pontis Trajani visuntur. Deinde reliquas Illyrici munitiones recenset hoc ordine: Mareburgus, Susiana, Armata, Timena, Theodoropolis, Stiliburgus, Halicaniburgus, ad Aquas, Burgonovore, Laccoburgus, Dorticum, turris Judæus dicta, Crispæ, Longiniana, Ponteserium, Bononia: (distincta valde situ à Bononia Pannoniæ inferioris haud procul à Tibisco) Novum, Ratiariæ, Mocatiana, Almus &c. Pergit postea Procopius: Munitiones Cebri ruinosas mirifice restauravit &c. In extremo Illyrici limite castellum Lapidarias restituit, solisque turri, quam Lucernariaburgum appellabant, præclari castelli amplitudinem dedit. Hæc sunt Justiniani Augusti opera in Illyrico: quod non ædificiis solum munit, sed optima etiam præsidia militaria in omnibus munitionibus collocavit, itaque barbarorum vim repulit.

*CCCCLXXXV.e. Cap. 7.* Hæcenus de Illyrici munitionibus ad flumen Istrum: nunc ad illas veniendum, quibus ipsius oram in Thracia Justinianus Aug. prætexuit &c. Ac primum inde ad Mysos, quos Poëtæ cominus-pugnantes vocant, eamus, quandoquidem Illyrici fines contingunt. Post Lucernariaburgum, novum castellum Seculfiscam Imperator Justinianus extruxit: deinde Cyntodemi ruinas restituit. Ultra hoc novam urbem condidit, & Augustæ nomine Theodoropolim nuncupavit. Castella etiam Tigas, & Jatron, quibus erant partibus mutila, recenti fabrica refecit. Castro Maxentii turrim addidit, quam necessariam judicabat; & Cynton, castellum novum, ædificavit. Sequitur arx Tramacatisca (infra Trasmatica appellatur) cui in opposita continente respondet Daphne, castellum olim à Constan-

stantino Aug. haud perfunctoriè conditum, cum è re esse existimaret, ut ibi utraque fluminis ripa præsidio teneretur; progrediente tempore barbari id funditus delevère: Justinianus Aug. reædificavit ex fundamento.

**CCCCLXXXV. f.** Post Trasmaricam (propriè, cum Tabula Peutingeriana, Trasmarisca vocanda) arcibus Altinæ, & Candidianæ ab hoste dudum excisis, prout opus erat, prospexit. Istri ripam tres arces ordine obtinent, Saltopyrgus, Dorostolus, & Sycidava (Succidava Tabulæ) singularum ruinas Imperator non levi operâ instauravit. (retentur extra ripam castella Queforis & Palmatis) Huic etiam proximum de novo statuit castellum Adinâ, propterea quod Sclavini barbari ibi delitescere, & ex insidiis in viatores grassari soliti, ne iter illac fieret, impediabant. Castellum quoque Tilicion, & à sinistro ejus latere propugnaculum struxit. Sic in Mysia Istri ripa cum vicinia munita est: nunc ad Scythas procedam. Hic primum sese offert castellum, nomine S. Cyrilli insigne &c. Post arx vetus erat, Ulmiton dicta, quæ quoniam Sclavinis barbaris grassatoribus diu sedem præbuerat, vacabat penitus, nec jam nisi nomen servabat. Tota à fundamentis reædificata, oram illam ab incuribus & insidiis Sclavinorum liberam reddidit. Succedit urbs Ibida &c. ultra quam castellum novum, Ægisto nomen est, condidit. Almyrin itidem castellum in extrema Scythia situm &c. renovatâ fabricâ conservavit.

Ex cap. 11. quædam loca, quorum mentio occurrit, huc excerptanda adhuc sunt. In Thracia ad flumen Istrum: Appiara, Odysus, Nicopolis, Marcianopolis, *Ναιϊοδουνός*, id est Noviodunum, Tigra, Novas. In regione mediterranea: Zaldapa, Tomis &c.

### Sarmatia Europæa.

**CCCCLXXXVI. a.** Reliqua nempe Scythiæ magnæ pars extra Daciâ. Ex Ptolemæo Geogr. lib. 3. cap. 5. Sarmatia Europea terminatur à septentrionibus Oceano Sarmatico, juxta Venedicum sinum, & usque ad terras incognitas, secundum descriptionem hanc: Vistulæ fluvii ostia habent gradus 45. 56. Chroni fl. ostia 50. 56. Rubonis fl. ostia 53. 57. Turunti fl. ostia 56. 58. Cherini fl. ostia 58. 59. positio maritimum secundum parallelum per Thulen, id est, finis maris cogniti 62. 63. finis autem Sarmatiæ secundum meridianum per fontes Tanais fluvii habet gradus 64. 63. & 64. 58.

Ptolemæus ponit ostia Vistulæ in gradibus latitudinis 56. & finem maris cogniti in gr. lat. 63. hunc finem deducit ex parallelo Thules Insulæ; Cimbricæ Chersonesi, id est Daniæ, & Jutiæ, summam latitudinem in Germaniæ descriptione ponit gr. 59. abhinc usque ad gr. 63. quos fini maris cogniti dat, sunt 3. gr. Jutiâ in scala Homanniana est intra gr. lat. 57. & 58. sinus Fin-

nicus intra 59. & 60. ergo finis Ptolemaicus maris cogniti est ad ipsum sinum Finnicum. Porro Ptolemæus finem Sarmatiæ in parallelo maris Sarmatici cogniti graduum 63. & fontes Tanais in gr. 58. ponit; hi gradus æquivalent Homannianis 59. & 54. Corresponderet hoc symetriæ Homannianæ, in qua reverà sunt fontes Tanais majoris in gr. lat. 54. & si inferiora seu meridionaliora Sarmatiæ in eadem proportione essent à Ptolemæo disposita, corresponderet tota symetria Sarmatiæ. Ast longè ab hac symetria recessit Ptolemæus, dum ostia Tanais in gr. lat. 54½. collocat, quæ à proportione finis Sarmatiæ in gr. lat. 48½. collocare debuisset. In nota finali hinc ad Sarmatiam dicitur, hos gradus ostiorum Tanais etiam contrariari proportioni latitudinis à Volgæ ostiis desumptæ. Obviant igitur sibi in Sarmatia Europea, & consistantur duæ scalæ diversissimæ, obindèque interiora Sarmatiæ, ut quæ de montibus &c. dicuntur, non secundum gradus sed potiùs descriptiones situum æstimanda sunt. Exteriora tamen, ut Carpatici, Peucini, Venedici montes, combinando terminos alios exteriores notos, & detractâ superfluâ tum longitudine tum latitudine Ptolemaicâ, faciliùs ad verum situm reduci possunt. Pluribus hæc indigerent, si otium foret, & res mea postularet. Nunc summo quasi digito indicare sufficiat: quatuor fluvios Ptolemaicos, Chronum, Rubonem, Turuntum, Cherinum, ex dictis, intra Vistulæ ostia & sinum Finnicum inveniri debere: iis ergo vix alios fluvios convenire, nisi fors fluvium primum apud Braunsberg in Frisch-haf, secundam apud Königsberg, tertium Russe in finibus Borussiae, & quartum Duna inter Curlandiam & Livoniam. Sequitur continuatio ex Ptolemæo:

Ab occasu Vistulæ fluvio, & lineâ inter hujus caput & Sarmaticos montes, atque montibus his ipsis, quorum positio dicta est.

A meridie Jazygibus Metanastis, ab australi fine Sarmaticorum montium, qui gradus habet: 42½. 48½. usque ad principium Carpati montis, qui gradus habet: 46. 48½.

Australis finis Sarmaticorum montium convenit montibus circa civitatem Trentschin: principium Carpati montis confiniis Scepusiensis & Sarosien-sis Comitatum in finibus Hungariæ superioris versùs Poloniam. *vid. num. 287.* Ptolemæus igitur partem Borealem Comitatus hodierni Trentschiniensis, totum Aryensem Comitatum, & partem montanam septentrionalem Liptovien-sis, nec non Scepusiensis Comitatum Sarmaticis montibus, & Sarmatiæ, ad-huc annumeravit. Hungaricus Geometra *Paulus Kray* Carpatum montem jam à montibus septentrionalibus Scepusiensibus incipit. Pergit Ptolemæus:

Et Daciæ annectitur juxta idem parallelum usque ad Borysthenis fluvii ostia; & inde terminatur oris Ponti usque ad Carcinitum fluvium &c. Ab Oriente terminatur Isthmo fluvii Carciniti, & Bycepalude, & latere paludis Mæotidis usque ad fluvium Tanaim, & ipso fluvio Tanai, ac etiam meridiano à fontibus Tanais fluvii in terram incognitam usque ad prædictum finem &c. Occidentale ostium Tanais fl. 66½. 54½. Orientale ostium Tanais fl. 67. 54½. Conversio hujus fluvii 72½. 56. Fontes hujus fluvii 64. 58. Finis Sarmatiæ ad arctos 64. 63. Aliis autem montibus Sarmatia occupatur, quorum hi nominantur: Peuka mons 51. 51. Amadoka mons 59. 51. Budi-

Budinus mons 58. 55. Alaunus mons 62. 55. Carpates mons, ut dictum est 46. 48. Venedici montes 47. 55. & Riphæi, quorum medium 63. 57. Borysthenis fluvii, quod juxta Amadokam paludem est, gradus habet 53. 50. Fons qui maximè septentrionalis est Borysthenis 52. 53.

*CCCCLXXXVI. b.* Habitant autem Sarmatiam maximæ gentes: Venedæ per totum Venedicum sinum (intelligendum hoc de terris hodiernis Borufficis, & montes in Borussia à Ptolemæo vocantur Venedici, ut graduum combinatio docet) & super Daciam Peucini & Basternæ, & per totum Mœotidis latus Jazyges, & Roxolani; & in interioribus horum Amaxobii (id est, in curru viventes) & Alauni (Alani) Scythæ. Minores deinde gentes habitant Sarmatiam apud Vistulam fluvium sub Venetis Gythones, deinde Finni; deinde Bulanes; sub his Frugundiones (id est Burgundionum pars, quæ jam tempore Ptolemæi à principalibus sedibus gentis suæ intra Oderam & Vistulam avulsa, & ultra Vistulam translata erat, post autem Mœotim propiùs accessit, & inter Alanos confedit) deinde Avarini juxta caput Vistulæ fluvii; sub his Ombrones; dein Anartofracti; dein Burgiones; dein Arsiætæ; dein Saboci; dein Piengitæ; & Biessi juxta Carpatum montem. (hucusque Ptolemæus posuit extimum ordinem populorum Sarmatiæ ab ostiis Vistulæ in meridiem, ad latus Vistulæ & Sarmaticorum montium usque ad Carpatum) His prædictis sunt magis orientales: sub Venedis iterum Galindæ, & Budini, & Stavani usque ad Alaunos. Sub quibus Igilliones. Post Cistoboci, & Tranomontani usque Peucinos montes. (hic sunt tres ordines intermedii, à Venetis semper incipiendo, in Orientem versùs Borysthenem; ordines ipsi sibi subjunguntur à septentrione in meridiem)

Rursus oram maritimam Venedici sinûs accolunt Veltæ, supra quos Ofii, postea Carbones Septentrionalissimi (hic est alter ordo extimus supra Venetas in septentrionem, secundum oras maris Balthici, unde & Veltæ dicti, progrediendo) quibus Orientaliores Careotæ, & Sali. Sub quibus Agathyrsi. Post Aorsi, & Pagyritæ. Sub quibus Savari, & Borusci, usque Riphæos montes. (hic sunt quatuor ordines intermedii, respectivè à Carbonibus, dein Ofiis, & demum Veltis incipiendo, in Orientem, versùs fontes Volgæ, & demum Tanais)

Postea Acibi & Nasci. Sub quibus Ibiones & Idræ. Et sub Ibionibus ad Alaunos Sturni. (hic sunt tres ordines intermedii, quorum situs proximè ad Alanos & Borysthenem superiorem pertinent) Inter Alaunos (apud Borysthenis flexum in Lithuania) & Amaxobios (ad fontes Tanais) Cariones & Sargatii; & penes conversionem Tanais (minoris) Ophlones, & Tanaitæ (supra fontes Tanais fl. minoris) sub quibus Ofili, usque ad Roxolanos. (qui sedebant ad Borysthenem inferiorem, & ipsi quoque teste *Ammiano Marcellino* Tanaitæ dicti, eò quòd ostia Tanais majoris & fontes minoris attingerent; inde ergo etiam Ofili Roxolanis annumerandi sunt) Inter

Inter Amaxobios & Roxolanos, Racalani, & Exobygitæ. (hi duo populi ergo implebant spatium medium inter Alanos ad Borysthenis flexum in Lithuania, & Roxolanos ad Borysthenem inferiorem, nec non Amaxobios, fontibus Borysthenis & Tanais majoris intermedios) Et iterum inter Peucinos & Basternas Carpiani, supra quos Gevini, dein Bodini. (jam retrogreditur Ptolemæus ad Daciæ magnæ fines septentrionales; in quibus antea populos majores duos, Peucinos & Basternas, collocaverat. Peucini montes conveniunt montanis hodiernæ *Pokutia* Polonicæ, circa Carpatum medium; Basternarum situs autem Alpibus Bastarnicis, ad finem Carpati, inter Transylvaniam hodiernam, & Gerasi seu Pruth fluvii partem superiorem; Carpiani ergo sinum intra Peucinos & Basternas, attingendo quoque aliqua sui parte montem Carpatum, occupabant; Gevini dein ultra Carpios versus Alanos protendebantur, & illis adhuc septentrionaliores erant Bodini. Progreditur itaque hic Ptolemæus ex meridie in septentrionem, & ponit primum particularem ordinem populorum à medio Peucinatorum & Basternarum usque ad Alanos) Inter Basternas & Roxolanos, Chuni, & supra Ideos montes Amadoci, & Navari. (hic est secundus ordo particularis ex meridie in septentrionem à parte Basternarum orientaliore progrediendo versus Borysthenis flexum in Lithuania, & itidem Alanos, ita ut duo populi ultimò nominati, Amadoci infra Olham paludem, olim fors Amadocam dictam, & Navari infra flexum Borysthenis in confiniis Alanorum federint) Penes Bycem paludem Torrecadæ. Penes Achilleum cursum Tauroscythæ. (hic transit Ptolemæus Borysthenis ostia in hodiernam Tartariam minorem, ubi Taurus mons est. Crimeam regionem hic non describit, sed capite sequenti, nominando eam Chersonesum Tauricam, in qua etiam est Arietis Facies promontorium) sub Basternis juxta Daciam Tagri, sub his Tyragitæ. (Tagri ergo claudebant latus Basternarum orientale, Pontum versus. Tyragetæ accolebant inferiorem Tyram; sed ipsa litoralia Ponti à Danubii ostiis usque ad Borysthenis ostium, ut Ptolemæus in inferiore Mœsia dicit, tenebant Arpii; oras autem Danubii ultimas, itaque sub Tagris Britolagæ)

CCCLXXXVI. c. Ptolemæus gradus assignat, in Sarmatia Europea: ostio Tanais orient. 67. 54 $\frac{1}{2}$ . conversioni Tanais 72 $\frac{1}{2}$ . 56. fontibus Tanais 64. 58. in Sarmatia Asiatica: ostiis Rha seu Volgæ 87 $\frac{1}{2}$ . 48 $\frac{1}{2}$ . conversioni Volgæ, quæ proxima sit conversioni Tanais 75. 56. alteri 85. 54. In hac dimensione graduum Ptolemæus à proportione Volgæ totam Tanaim 5. gradibus latitudinis plus justo in septentrionem dimovet, nam ostium Tanais ultra unum gradum septentrionalius non est ostio Volgæ secundum scalam Homannianam, ergo Ptolemæus assignare debuisset gradus latitudinis: ostio Tanais 49 $\frac{1}{2}$ . conversioni ejus 51 $\frac{1}{2}$ . & fontibus 53 $\frac{1}{2}$ . Effectus hujus erroneæ ideæ Ptolemaicæ sunt: 1.<sup>mo</sup> conversio Tanais, quæ in situ naturali proxima est Volgæ conversioni inferiori, seu meridionali, non huic à Ptolemæo sed superiori seu septentrionali applicatur, adeoque situs naturalis invertitur. 2.<sup>do</sup> Ob hanc depravationem situs Tanais etiam reliqui gradus in mediterraneis Sarmatiæ, qui de fontibus Borysthenis, & diversis montibus traduntur, distorti sunt, ut nihil certi inde concludi possit. 3.<sup>tiò</sup> Igitur situs gentium, utpote quos Ptolemæus non ex sua idea formavit, sed ex relatione Græcorum, in emporiis Ponti, tum in Europa, tum in Asia, commercii causâ commorantium, sat genuinè hausit, per se, & independenter à Ptolemæi gradibus accipiendi sunt. 4.<sup>to</sup> No-

4.<sup>to</sup> Notitiæ, quæ Ptolemæo ex Europeis, ut videtur, emporiis obvenere, conversionem Tanais de Tanai minore in majorem influente, econtra notitiæ Asiaticæ duplicem conversionem Tanais, septentrionalem nempe, ubi sedes Perierbidorum, & Australem, ubi sedes Jaxamatarum, de Tanai majori intellexerunt; Ptolemæi graduum assignatio autem solam conversionem Tanais minoris afficit, quod exinde manifestum fermè est, quoniam ostio gradus longitudinis 67. conversioni 72½. ergo distantie intermediæ 5½. dat, qui vix conversioni Tanais minoris, nullo modo autem Tanais majoris sufficiunt. 5.<sup>to</sup> Ptolemæi populi, quos in Sarmatia Europea recenset, usque ad Tanais majoris fontes tantum, & minoris conversionem, non verò de reliquo sinu majoris Tanais versùs Asiam intelligendi, sed huc populi, qui in Sarmatia Asiatica Sarmatis hyperboreis junguntur, collocandi sunt: quod & ex eo patet, quoniam Jazyges per totum Mœotidis latus asserit, nullam autem in Europa Basiliorum, tanquam æquè Jazygum, mentionem facit, sed hos in Asia primùm sub hyperboreis, ergo intra Tanais majoris sinum ad viciniam Jazygum aliorum locat.

*CCCCLXXXVII. a. Ex Strabone Geogr. lib. 7.* Quid autem sit ultra Germanos, & alios iis confines, sive ii sunt Bastarnæ, ut plerique putant (ergo itidem Germanici generis, ut paulò infra dicit) sive alii interjecti, sive Jazyges, sive Roxolani, sive alii in curribus domicilia habentes, non est facile dictu, neque an in tota illa ora Oceani aliqua sit portio, quæ vel ob frigus, vel alia de causâ habitari nequeat: item an aliud genus hominum orientalibus Germanis & Oceano sit interjectum. Eadem ignoratio reliquorum deinceps ad Boream vergentium ab eo indicatur: neque enim scimus, Bastarnæ & Sauromatæ, & in universum, qui supra Pontum habitant, quantum absint ab Atlantico mari, aut an eò usque pertingant &c. Atque ignoratione horum locorum factum est, ut audirentur, qui Riphæos montes & Hyperboreos commenti sunt &c. In mediterraneis Bastarnæ sunt Tyrigetis ac Germanis confines, ac ferè ipsi quoque Germanici generis, in plures divisi populos. Nam Atmoni nominantur alii, alii Sidones; Peucini, qui Insulam Istri Peucen occupârunt.

*CCCCLXXXVII. b.* Roxolani maximè septentrionales, qui Campos inter Tanaim & Borysthenem incolunt. Nam quantum est nobis cognitum regionis septentrionalis à Germania usque ad Caspium mare, id omne est campestre. An supra Roxolanos habitet aliquis, nescimus. Roxolani etiam contra Mythridatis Eupatoris Legatos pugnauerunt, Tasio ipsos ducente, ut suppetias ferrent Palaco Sciluri filio: ac creditum quidem est, eos esse bellicosos; sed adversùs compositam probèque armatam phalangem quævis barbarica natio & levis armaturæ exercitus parum habet virium. Itaque Roxolanorum quinquaginta millia vim . . . tot enim in acie habuit Diophantus Mythridatis Legatus, non sustinuerunt, sed plerique eorum occisi sunt.

*Part III.*

Z

sunt.

sunt. Utuntur Galeis de crudis boum tergoribus, ac thoracibus; Peltas gerunt cratibus contextas; arma iis hasta, gladius, arcus. Eorum similes sunt & reliqui plerique. Tabernacula Nomadum, ex lana coacta, infiguntur vehiculis, in quibus ii degunt: circum ea versantur pecora, quorum lacte, caseo, & carnibus victum suppeditant: sequuntur autem semper pascua & herbosa loca, in hyeme quidem in paludibus circa Mœotidem, in æstate verd etiam in campis &c.

*CCCCLXXXVII. c. Ex Pomponio Mela lib. 3.* Sarmatia intus, quàm ad mare, latior, ab iis, quæ sequitur, Vistula amne discreta, quâ retrò abit, usque ad Istrum flumen immittit: (ergo Mela totum id vocat Sarmatiam, scilicet magnam, quod Jornandes vocat Scythiam itidem magnam, ita ut Sarmatia & Scythia veteribus quasi synonyma fuerint) gens habitu armisque Parthicæ proxima; verùm ut cœli asperioris ita ingenii, non se urbibus tenet, & ne statis quidem sedibus: ut incitavêre pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens semper castra habitat, bellatrix, libera, indomita &c.

*CCCCLXXXVII. d. Ex Herodoto, qui circa seculum quintum Romanum floruit, lib. 4. num. 47. & 48. editionis Jungermani de A. 1618.* Ister quinque ostia habet: post hunc Tyres, & Hipanis, & Borysthenes, & Panticapes, & Hypacyris, & Gerrhus, & Tanais &c. Fluvii per Scythiam quidem delapsi numero quinque: unus, quem Porata Scythæ appellant, Græci Pyreton: alius, Tiarantus: tertius, Ararus: quartus Napares: quintus, Ordysus &c. Hi sunt vernaculi Scythiæ amnes, qui Istrum augent. Ex Agathyrsis autem fluens unus, Maris (Marosch) Istro se immiscet. En quanta diversitas in nominibus fluviorum inter ætatem Herodoti, & ætatem Strabonis & Ptolemæi. Omnes hi fluvii in Istrum dicuntur dilabi, ergo de ipsis fluviis, qui esse debeant, dubitari nequit; sed nomina valde distincta, quin & synonyma, partim ex Græca, partim ex Sarmatica antiquitate affert Herodotus, sicut v. g. Tyres & Napares eundem fluvium, aliis Tyram & Danastrum, Gerrhus Gerasum seu Pruth &c. denotat.

### Sarmatia Asiatica.

*CCCCLXXXVII. e. Ex Ptolemæi Geogr. lib. 5. cap. 9.* Sarmatia, quæ in Asia est, terminatur à septentrione terrâ incognitâ. Ab occasu Sarmatiâ Europæ, usque ad fontes Tanais fluvii, & ipso Tanai fluvio, usque ejus ostia ad Mœotim paludem, & hinc orientali parte Tanais usque ad Cimmericum Bosporum, cujus partis situs hic est: Post Tanais fl. ostia Rhombiti magni fl. ostia 68 $\frac{1}{2}$ . 52. Cimmericum promontorium 66 $\frac{1}{2}$ . 48 $\frac{1}{2}$ . Achilleum super ore 64 $\frac{1}{2}$ . 48 $\frac{1}{2}$ . Et in Bosporo Cimmerico: Phanagoria 64 $\frac{1}{2}$ . 44 $\frac{1}{2}$ . A meridie terminatur inde parte Euxini Ponti usque Coracem fluvium, per littus; & hinc Colchide, & Iberiâ, & Albaniâ, usque ad Hircanum, quod & Caspium,



spium, mare, cuius lateris descriptio sic se habet &c. Coracis fl. ostia 70. 47. Terminus, qui hinc est ad Colchidis latus 75. 47. qui deinde est ad finem Iberiæ, in quo & Sarmaticæ pilæ 77. 47. Terminus inde ad Albaniam, usque ad Hircanum pelagus, à Soanæ fl. ostiis 87. 47.

*CCCCLXXXVII. f.* Ab Oriente terminatur hinc parte Hircani maris &c. Soanæ fl. ostia 87. 47. Rha fluvii ostia 87. 48. Et Scythiâ juxta Rha fluvium, usque ad flexionem, cuius situs 85. 54. Et hinc juxta meridianum usque ad incognitam terram. Est & alia Rha fl. flexio, proxima flexioni Tanais fl. cuius gradus sunt 75. 56. supra quam admiscuntur duo amnes à montibus hyperboreis fluentes. Ejus commixtionis gradus sunt 79. 58. Præcingunt Sarmatiam & alii montes, & nominantur Hippici, & Ceraunii, & Corax mons, in quo finiuntur montes, per Colchidem & Iberiam orientes, Caucasii dicti; & ipsorum etiam flexio supra Iberiam, Caucasus appellatur. Hippicorum montium extrema gradus habent 74. 54. & 84. 52. Cerauniorum verò 69. 58. & 75. 47. Coracis 69. 48. & 75. 48. Caucasii 75. 45. & 85. 48.

*CCCCLXXXVII. g.* Colunt autem Sarmatiam in climatibus versus terram incognitam hyperborei Sarmatæ: sub his Basilici Sarmatæ, & Modacarum gens; & Hippophagi Sarmatæ; & sub his etiam Zacatæ, & Suardeni, & Asei. Postea, juxta quidem flexionem septentrionalem Tanais fl. Perierbidi, magna gens; & juxta Australem Jaxamatarum gens. Civitates verò: Exopolis 72. 55. Navaris 70. 55. Tanais 67. 54. Sub Suardenis autem Chenides, & ab orientali Rha fluvii Phtirophagi, & Mateni, & Nesiotis regio. Postea sub Jaxamatis Seraceni. Inter autem Mœotim paludem & Hippicos montes post Seracenos Sempsi; post Thetmontæ; sub quibus Tyrambæ, post Asturicani, postea usque Coracem montem Arichi, & Zinchi (hi Procopio videntur nominari Bruchi & Zecchi) supra dictum Coracem montem Conapseni, & Metibi, & Agoritæ. Inter Rha fluvium, & Hippicos montes, sub Seracenis, est Mithridatis regio, sub qua Melanchlæni; post Sapothrinæ; sub quibus Scymnitæ; post Amazonas. Et inter Hippicos montes & Ceraunios. Suani, & Saconi. Inter Ceraunios montes, & Rha fluvium Erinæi, & Arbali, & Sirbi. Inter Caucasum montem & Ceraunios Tusci, & Diduri, & juxta mare Caspium Ulæ, & Olondæ, & Ifondæ, & Gerri. Sub dor- sis autem montium Bosporani supra utramque Bospori Cimmerii partem. Juxta Pontum Achæi, & Cercetæ, & Heniochi, ac Suenocholci. Supra autem Albaniam Sanari. Civitates verò vocantur & pagi &c.

*Ex Ptol. lib. 5. cap. 10.* Colchis terminatur à septentrione dictâ parte Sarmatiæ. Ab occasu Ponti Euxini parte ea, quæ extenditur à Corace amne usque interiorum sinum juxta Phasim fl. &c. Phasis fl. ostia 72 $\frac{1}{2}$ . 44 $\frac{1}{2}$ . Ab oriente Iberiâ, juxta lineam contingentem fines expositos per Caucasios montes usque 75. 47 $\frac{1}{2}$ . (à meridie Ptolemæus Colchidem terminari dicit sinu Cappadociæ & parte Armeniæ: habitare autem in Colchide apud mare Lazas, in montanis Manralos. Hæc ergo erat pars regionis, quæ postmodum Lazica vocata fuit)

*Cap. 11.* Iberiæ terminos dicit Ptolemæus: à septentrione æquè partem Sarmatiæ, & ab occasu Colchidem, ab Oriente verò Albaniam.

*Cap. 12.* Albanæ Termini: à sept. Sarmatia; ab occasu Iberia, ab Oriente pars Hircani maris usque ad Soanam fl. (Soanæ fluvii ostia Ptolemæus, ut supra, ponit in latitudine graduum 47 $\frac{1}{2}$ . ergo meridionaliora ostiis Volgæ tantum erant uno gradu, & illo nec integro; unde multi ex recensitis à Ptolemæo populis Albanæ annumerandi sunt: idem de Iberia & Colchide dicendum)

*CCCLXXXVII. b. Lib. 6. cap. 14.* Scythia intra Imaum montem terminatur ab occasu Sarmatiæ Asiæ juxta prædictum latus. A septentrione terrâ incognitâ, Ab Oriente Imao monte ad arctos vergente &c. A meridie, & etiam Oriente: Sacis & Sogdianis, & Margianis, juxta dictas lineas, usque ad Oxum fl. in mare Hircanum exeuntem. Inde verò etiam usque ad Rha fluvium parte Hircani maris &c. Montes nominantur Scythiæ intra Imaum, orientiores qui sunt ex Hyperboreis, & Alani qui dicuntur &c. & Rhymici &c. (recensentur dein montes: Norossus, Arpissii, Saturi, Syebi, Anarei) Colunt autem hanc Scythiam omnem, versus septentrionem in terram incognitam, qui communi vocabulo Alani Scythæ nominantur, & Susobeni, & Agathyrsi. Sub his Sætiani &c. *Cap. 15.* Scythia extra Imaum montem terminatur ab occasu Scythiæ interioris, & Sacis juxta totam montium diversionem ad arctos. A septentrione terrâ incognitâ. Ab Oriente Sericis &c. A meridie parte Indiæ, quæ extra Gangem est fluvium &c. Tenent autem Scythiam hanc ex septentrione Abii Scythæ; sub his Hippophagi Scythæ &c.

*CCCLXXXVII. i.* Pro Ptolemæo intelligendo in descriptione utriusque Sarmatiæ, Europæ scilicet & Asiaticæ, subserviunt sequentia: 1.<sup>mo</sup> Quemadmodum ille Sarmatiæ Europæ Ponto vicinioris notitiam ob græcarum ibi sitarum civitatum commercium habere poterat, ita & notitia Sarmatiæ Asiaticæ Ponto itidem vicinioris, Græcis & Romanis obvenit ex aliis emporiis in oris Ponti Asiaticis, nec non occasione belli Tricennalis Romanorum cum Mithridate, Ponti ad ipsos fines Sarmaticos meridionales Rege, quod finitum est A. V. C. 691. ante Christianam æram communem annis 63. 2.<sup>do</sup> Quæ igitur Ptolemæus, vel potius Marinus, secundum notitias à populis Sarmatiæ vicinis datas, nempe quis populus Sarmaticus respectivè fontes, conversionem, ostia Tanais, & sic similiter Volgæ fluvii, nec non latera Ponti &c. accolat? quo

quo ordine populus populum meridionaliter vel orientaliter contingat? &c. retulit, sat genuina censenda sunt. 3.<sup>to</sup> autem: quæ Ptolemæus vel Marinus secundum gradus cœlestes propriæ conceptæ ideæ conformavit, deviant non rarò à notitiis illis, si hæc combinentur cum hodiernis mappis Geographicis. 4.<sup>to</sup> Ptolemæus, ut jam supra dictum, ostium Tanais Australe in gradibus lat. 54½. ostia Rha seu Volgæ fl. in gr. lat. 48½. ponit: cum in scala Homanniana ostiis Tanais gr. 48½. Volgæ 47½. competant, adeoque Ptolemæus fontes Tanais, quibus à proportione sitûs Volgæ gr. 49½. dare debuerat, gradibus 5. plus justo in septentrionem dimovet. Inde itaque judicandum est: populos, quos Ptolemæus hyperboreis Sarmatis subjungit, nempe Basilicos (id est Jazyges) Modacas, Hippophagos, Zacatas, Suardenos, Aseos, & Chenides intra sinum magnum Tanais majoris pertinere. 5.<sup>to</sup> Confirmatur hoc ex descriptione Sarmatiæ Europææ, ubi Ptolemæus nullum ordinem populorum ad Jazyges usque, sed tantum ad Riphæos montes & Tanaim minorem deducit, igitur sinus interior Tanais majoris à Ptolemæo non in Sarmatia Europea, sed in Asiatica populis repletur. 6.<sup>to</sup> Ptolemæus in Iberia & Albania plures civitates, sed nullos populos describit; hi ergo illuc ex populis, quos inter Coracem, Ceraunios, & Hippicos montes collocat, accersendi, & ex Sarmatia, quorsum occasione montium irreperunt, relegandi sunt.

### Jazyges Metanastæ.

CCCCLXXXVIII. a. Ex Ptolemæo Geogr. lib. 3. cap. 7. Jazyges Metanastæ terminantur à septentrionibus dicta parte Sarmatiæ Europææ ab australi (scilicet sine, ut in Sarmatia dixerat) Sarmaticorum montium usque ad Carpatum montem. Ab occasu & meridie dicta quoque parte Germaniæ à Sarmaticis montibus usque ad Carpaten (Carpim, ut in Germania) & Danubii conversionem; abinde Danubii fluvii parte, usque ad Tibisci fluvii in septentrionem vergentis divertigium, cujus situs habet gradus long. 46. lat. 44½. Ab Oriente autem Daciâ juxta ipsam Tibiscum fluvium, qui ad Orientem conversus sub monte Carpate definit, à quo etiam fertur, cujus gradus long. 46. lat. 48½. Civitates Jazygum Metanastarum hæc sunt: Uscenum long. 43½. lat. 48½. Ormanum 43½. -- 48½. Abieta 43½. -- 48. Trissum 44½. -- 47½. Candanum 44. -- 47½. Parca 43½. -- 47½. Pessium 44½. -- 47. Partiscum 45. -- 46½.

CCCCLXXXVIII. b. Franciscus Foris Otrokocsius in originibus Hungaricis sic de Jazygibus opinatur: Cap. 2. §. 5. Jazyges hos à Ptolemæo vocari Metanastas, eò quòd aliunde in illam regionem commigrassent, ad distinctionem eorum Jazygum, qui in patrio solo remanserant, & partim Jazyges Sarmatæ, partim Regii dicti. ut supra num. 484. c. Trajani bellum contra Jazyges de A. 102. & M. Aurelii Antonini de A. 174. intelligendum esse de his Jazygibus Metanastis.

§. 6. citatur Strabonis locus, (dicto num. 484. c.) quòd Jazyges Sarmatæ, & Regii, & Urgi sæpe etiam ad Istri utramque partem habitaverint. Citatur item Diodorus Siculus, scriptor nativitatem Domini circiter 58. annis

præcedens, ex quo pateat, quòd gens Scythica regiones non solùm ultra Tanaim sed & cis Tanaim ad Thraciam usque sibi subjecerit; ex quo proclive fit colligere, antiquissimis temporibus ante natum Christum Jazyges illos, aliqua sui parte, occasione victoriæ Scytharum ad Thraces usque extensæ, in modernam Hungariam commigrâsse.

§. 7. Jazyges hos fuisse ejusdem originis cum illis Scythis, quos Herodotus partim aratores, partim Nomades appellat, ad Hilæam regionem, ultra fluvium Borysthenem in Scythia Europea cis Tanaim.

§. 8. Hodiernos Jazyges eandem esse propaginem majorum illorum Scytharum, è quibus natio, nunc peculiari nomine Hungarica dicta, progenita, atque linguam per omnia eandem habere cum cæteris Hungaris.

CCCLXXXIX. Jazygibus Metanastis Ptolemæus assignat terminos: Danubium fluvium à conversione ejus borealissima versùs Carpim, usque ad divertigium Tibisci fluvii: Tibiscum à divertigio usque ad Carpatum montem in gradibus longitudinis 46. dein partem Germaniæ secundùm lineam, quæ à dicta conversione Danubii ad Australem finem Sarmaticorum montium procurrit: & partem Sarmatiæ Europæ, iterum secundùm lineam, à fine hoc versùs Carpatum montium partem gradui longitudinis 46. subjacentem procurrente. In notis generalibus ad Ptolemæi Geographiam (*num. 297.*) commonstratum jam est, situm conversionis Danubii versùs Carpim angulo Danubii supra Strigonium seu Grán, situm autem extremi australis Sarmaticorum montium jugis Comitatus Trentschinensis, (ut *num. 287.*) & terminum circa Carpatum montes (ut *num. 288.*) jugis Comitatus Sarosienensis convenire. Unde in Ptolemæi sententia fat claræ evadunt sedes Jazygum, & quod de iis hîc dicit, bene correspondet traditis alibi de Germania; non enim ad Orientem ferri minerarum, sed Lunæ silvæ, Germanos locat Bæmos, (id est, Buros. ut *num. 464.*) dein pressè ad Danubium Teracatrias. Hi populi ergo (quorum locò Tacitus Burios substituit) erant sub linea Jazygum occidentali, econtra Sarmatæ supra lineam septentrionalem, circa Sarmaticos & Carpatum montes.

CCCCXC. Jazyges hos Strabo sua ætate nondum noverat, sed ille ter repetit, Dacis immediatè Germanos jungi. De Jazygibus, hîc loci jam collocatis, mentio occurrit in historia belli inter Vannium Quadorum & Marcomannorum Regem, & Vibillum Hermundurorum Regem, apud *Tacitum Annal. lib. 12. cap. 29.* ad annum Consulatus C. Antistii, & M. Suillii, itaque æræ Christianæ 50. ubi refertur: Vannium tunc opibus Vibillii regno pulsum ex Jazygibus Sarmatis equestres turmas habuisse, ut in excerptis ad hunc annum *num. 573.* plenius videndum. Inferri inde possit, quòd Vannius Rex fors primus fuerit, qui, ad vires suas contra Vibillum augendas, Jazyges vel ex Sarmatia accersit, vel ipsis spontè jam patriâ motis & Pannoniæ appropinquantibus locum in extremis Regni sui sub foedere sociali dedit. Alit singularis valde de Jazygum primis sedibus ad Danubium locus est apud *Plinium Hist. nat. lib. 4. cap. 12.* editionis novissimæ Parisiensis de A. 1741. sectione XXV. Ibi Plinius post recensitionem populorum Geticorum ad Danubium inferiorem usque ad Daciam propriam, hodie Transylvaniam, subjungit: superiora autem inter Danubium & Hercinium saltum (Herciniam magnam intelligit, cujus pars erat mons Carpatum) usque ad Pannonica hiberna Carnunti, Germanorumque ibi confinium (usque ad Germanos, trans Danubium, à Luna silva è regione Carnunti, usque ad divertigium Granuæ fluvii habi-

habitantes, Tacito Marignos, Gothinos, Ofos, Burios, Ptolemæo Bamos, Teracatrias, Racatas vocatos) campos & plana Jazyges Sarmatæ (inter Danubium, Tibiscum, & montes Carpaticos) montes verò & saltus (Transylvanicos ultra Tibiscum) pulsi ab his Daci ad (nostro situ trans) Pathissum amnem (Tibiscum amnem) à Maro (hodie Maros) sive Duria est à Suevis regnòque Vanniano dirimens eos. (id est, Marus, Marisus, seu Maros fluvius, quatenus alveum suum inferiorem Danubio obvertit, dirimit Dacos à Suevis illuc per Tiberium Imperatorem anno Christi 19. & 20. vid. num. 571. collocatis; Pathissus autem amnis, seu Tibiscus, à situ divertigii Mari fluvii, usque ad fontes Tibisci, & montes Carpaticos, dirimit Dacos à regno quondam Vanniano. Scripsit Plinius sub Tito Vespasiano circa annum Christi 80. itaque triginta circiter annis, postquam Vannius regno suo excidisset) Adversa Basternæ tenent, aliisque inde Germani. Id est, quæ non sunt inter Danubium & Herciniam, seu Carpatum, sed trans hunc montem, Basternæ tenent & dein alii Germani, præcipuè Peucini, ut *Plinius cap. 14.* subjungit. Hinc jam colligendum: verius esse, Jazyges Metanastas non primum sub regno Vanniano immigrasse terris Danubianis, sed sub Augusto Imperatore, dum is contra Cotisonem Regem Dacorum bellaret, qua occasione Jazyges, à patria sua ad Mœotidem paludem, in has terras venerunt, & Dacos possessione ibidem sub Boerebista Dacorum Rege, & sub Julii Cæsaris apud Romanos regimine capta depulerunt. Vannius dein Quadorum & Marcomannorum Rex Jazyges vel subditelæ vel clientelæ nexu tenuit. De Jazygibus his in bello M. Aur. Antonini contra Quados in seculo secundo multa memorantur. In seculo 4.<sup>to</sup> *Ammianus Marcellinus* distinguit Sarmatas Limigantes, qui è regione Mœsiæ trans Danubium incolebant, à Sarmatis, qui circa superiores agitabant tractus, & absque dubio Jazyges facere, atque cum Sarmatis Limigantibus, natione Slavis, nullam connexionem progeniei habuere. Porro in historiis posterioribus nullibi legitur, Jazyges istos loco pulsos fuisse; sicut & hodierni circa Tibiscum accolæ, linguâ Hungaricâ utentes, nomen Jazygum servant. Attamen cum *Oirokocso* pro certo non affirmaverim, eos ejusdem cum Hunnis esse progeniei, sed potius: Hunnorum ingruentium mores, & linguam, pro securitate sedium suarum, adoptasse.

## SECTIO XXXIII.

Populi Trans-Danubiani in Seculo III. fi-  
niente, ex Tabula, quæ Peutingeriana vocatur.

**Nus CCCCXCI.** Prænotandum: Populi isti Romano Imperio contermini partim minio, partim atramento adscripti sunt: color niger populos minores, rubeus majores designare videtur; in hoc itaque extractu rubeus per majusculas, niger per minores literas exprimitur. Tabulæ formalia ubique per modum titulorum præmittuntur, & explicatio subjungitur.

ALAMANNIA.

SILVA MARCIANA.

Postquam Tabula è regione Noviomagi Francos, è regione Rigomagi Burcturos, & è regione Mogontiaci atque silvæ Vosagi Suevos Rheno oppo-  
suis-

184.      **SECTIO XXXIII. APPARATUS GEOGRAPHICUS.**

fuiſſet, pictam dein ſilvam è regione Rauracorum & Lacûs Brigantini exhibit, & ſupra ſilvam, Alamannia, intra ſilvam autem, ſilva Marciana, majuſculis rubris ſcribit.

**ARMALAUſI.**

Annotantur Danubio paulùm ex fontibus ſuis egreſſo.

**MARCOMANNI.**

**Vanduli.**

Opponuntur Danubio ulteriori uſque ad confluentiam Æni fluvii; Vanduli nigro colore, & proximi ad Danubium, ultra eos autem rubro Marcomanni; ut itaque ſitus horum Bohemiæ, Vandulorum econtrà Baviariæ, & partim Auſtriæ Transdanubianæ conveniat.

**QiUuAtDugIi.**

Id eſt QUADI rubro, & intermixtim Jutugi nigro colore, non Lutugi, ut Welſerus in ſua editione vulgavit. Adſcribuntur hi populi ripæ Transdanubianæ è regione Norici uſque Vindobonam. Sed nova nota limitanea non ſequitur, niſi à confluentia Arrabonis & Danubii. Tabula igitur per hoc denotare videtur, Quados Jutugis permixtos fedes ſuas in Auſtria Transdanubiana, in Moravia, & parte Hungariæ ſuperioris æquè transdanubianæ, uſque ad Arrabonem fluvium habuiſſe.

**BUR.**

Sic ſcribitur, non DUR, ut vulgavit Welſerus. Id Buros feu Burios denotat, Quadorum terga claudentes, Tacito jam notos; qui & ſub Trajano Dacorum, ſub M. Aurelio Antonino autem Quadorum contra Romanos ſocii fuerunt.

**Sarmate vagi.**

Opponuntur Danubio ab Aquinaco uſque Bittium ſeu Rittium, & confluentiam Tibiſci fluvii cum Danubio. Abſque dubio igitur erant Sarmate Jazyges, quibus Ptolemæus eundem planè ſitum aſſignat.

**CCCCXCII. SOLITUDINES SARMATARUM.**

Objiciuntur Danubio uſque ad Margum, id eſt Moravam Serviæ hodiernæ fluvium.

**Amaxobii Sarmate.**

Opponuntur ulteriori Danubio uſque Tauſco, ergo (ut *num. 471. c.*) in diſtancia M. P. XCIII. infra Margum ſeu Moravam fluvium, in terris Transdanubianis, ſeu montanis Temesvariensibus & Walachicis, uſque hodiernum Widin.

Amaxobii ex græca derivatione ſunt in curru viventes.

**LUPIONES SARMATE.**

E regione loci ad Aquas, ergo (ut *num. 471. d.*) in ulteriori Walachia ad Syl fluvium uſque ad Alutam.

**PITI. GAETÈ. DAGÆ. VENEDI.**

Ad inferiorem Iſtrum uſque ad oſtia. Retro hos populos, inferioris Danubii, Tabula remotiores quoque à Danubio ſitus adnotat, nempe:

**ALPES BASTARNICE.**

Quæ ſunt montana Transſylvanica verſus ſeptentrionem & Orientem.

**Venadi Sarmate.**

Ad latus Alpium orientale, adeoque etiam ad latus orientale Baſtarnarum.

Bla.

## Blastarni.

Id est Bastarnæ, supra Alpes versùs septentrionem.

## DACPETOPORIANI.

Ad Pontum Euxinum inter fluvium primum & secundum ab ostiis Danubii, igitur inter Niester, & Nieper.

**CCCCXCIII.** Quid lucis per hoc systhema populorum Transdanubianorum Slavicis originibus accedat, dicetur suo loco. Hic autem de origine Tabulæ nunc discernendum & statuendum venit. Tabula de se ipsa luculentissimè testatur originem suam Probi imperio deberi, adeoque Probianam potius, quàm à possessore in his posterioribus temporibus Peutingero Peutingermanam, appellandam esse. Argumenta hanc in rem sunt sequentia: 1.<sup>mò</sup> De Gothorum nationibus Romano Imperio vicinis nulla fit mentio, quod cadere non potest nisi in Probi, Cari, & Diocletiani ætatem. Sub Decio ab A. 249, usque 251. acria bella erant cum Gothis sub Regibus eorum Ostrogotha & Cniva. vid. *num.* 611. Sub Gallo ab A. 251. usque 253. pax ignominiosa à Romanis inita est cum Gothis, pacto tributo. vid. *num.* 612. 613. Sub Valeriano numerat *Zosimus* inter nationes propter Istrum habitantes: Boranos, Gothos, Carpos, Vrugundos. vid. *num.* 617. Sub Galieno Illyricum vexabant Scythæ (quorum nomine tunc Gothi veniebant) ex qualibet gente, ut idem ait *Zosimus num.* 619. Immo Gothi tunc occupârunt Thracias, ut refert *Trebellius Pollio num.* 622. Repulsi sunt Gothi, primitus sub Gallo, operâ Æmilianii, Ducis limitis Mœsiæ, ut *num.* 613. Sub Gallieno operâ Regilliani Ducis Illyrici *num.* 620. Debellati autem Gothi sub Claudio II. A. 269. & 270. *num.* 624. Sub Aureliano A. 271. *num.* 626. & sub Tacito immediato antecessore Probi *num.* 630. Sub ipso Probo verò recesserunt longè à Romano Imperio; qui remanserant, in deditionem venerunt. *num.* 633. A tempore igitur Probi nulla necessaria erat mentio in tabula de Gothis. Ast sub Constantino Magno jam recruduerat violentia Gothorum, & hi Romano Imperio iterum appropinquaverant: idque occasione civilis belli inter Constantinum & Maxentium, dein Licinium. A. 323. Gothi per neglectos Romanorum limites erumpunt, Thraciam & Mœsiam vastant. A. 328. 329. Constantino cum Gothis & Taifalis bellum fuit. A. 332. Gothi Sarmatas infestant, ad quorum implorationem Constantinus exercitum in Gothos duxit, eosque vicit. Vicini tunc erant Romano Imperio Gothi & Sarmatæ. vid. *nova Editio Cod. Theod. Tom. 1. in chron.* ad suprascriptos annos Constantini Magni: uti & infra *num.* 670. Valens A. 366. & seqq. contra Athanaricum Regem Gothorum Thervingorum, & contra Alatheum & Saphracem tutores Viderici Regis Gothorum aliorum, bella funesta gessit, in quibus & ipse A. 378. periit. vid. *num.* 656. & seqq. Abhinc nulla quies à Gothis, sed testantibus *Eutropio lib. 8. cap. 2.* & *Sexto Rufo in Breviario cap. 8.* eo ævo Thervingi Gothi jam Transylvaniam hodiernam tenebant. Tabula porro ibi locorum, ubi reverà reliquiæ parvæ Gothorum sub Probo erant, ponit Getas & Dacos ad fluvium Danastrum; hic situs angustus non mansit, nisi usque ad Constantinum. Concludendum ex hoc argumento primo, Gothos in vicinia Romani Imperii non potuisse omitti, nisi tempore Probi usque ad Constantinum.

**CCCCXCIV.** 2.<sup>dò</sup> Dacia vetus, à Trajano in provinciam Romanam redacta, secundum Eutropium & Sextum Rufum, decies centena millia passuum in circuitu tenebat; ergo non tantum Transylvaniam, sed & Banatum Temesvariensem, & partem Walachiae, adeoque ripas Danubii inter Tibiscum &

*Part III.*

A a

Alu-



Alutam fluvios complectebatur. Tabula hęc loci nullam Dacorum, sed tantum solitudinum Sarmaticarum, deın Amaxobiorum, & Lupionum Sarmatarum facit mentionem, *Pitos*, *Getas*, & *Dagas* autem post fluvium Alutam in parte Walachię & Moldavię collocat. Signum hoc imprimis manifestum est, Tabulam esse posteriorem Aureliano, utpote qui primus provinciam transdanubianam Daciam, abductis inde exercitu & coloniis Romanis, omisit. 2.<sup>o</sup> Inde colligitur: tempore Trajani reliquias Dacorum, quotquot in forma provincię Romanę, ut subditi, manere volebant, ex Dacię finibus ultra Alutam fluvium recessisse. 3.<sup>o</sup> Certum est, post M. Aur. Antoninum Vandalos Asdingos usque ad Probi tres primos annos Imperii, id est, usque ad A. 280. in Dacia sedisse, tunc autem à Gothis expulsos, & à Probo in Romanum solum receptos esse, vid. *num.* 478. ergo ante annum 280. Tabula compilata non est, quia alioquin ad Danubium Dacię non solitudines Sarmatarum, sed Vandalorum sedes annotare debuisset. 4.<sup>o</sup> Necessariò fermè sentiendum est, brevì post dictum annum 280. Venedos Sarmatas, qui à Tabula ad latus orientale alpium Bastarnicarum collocantur, in has solitudines Dacię immigrasse, & exinde Romanis *Limigantes* & *Limitantes* à limite Romani Imperii, cui adfederant, nuncupatos esse; videantur excerpta ad A. 334. & 358. *num.* 670. & 676. ex quibus liquet: has terras, quę apud Tabulam solitudines audiunt, jam dudum ante annum 334. *populi potentis Sarmatarum Limigantium* sedes fuisse: eo anno autem Limigantes liberos à Limigantibus servis rebellionem expulsos partim ad Visthalos in latere occidentali Dacię sedentes confugisse, usquedum A. 358. (ut *num.* 680.) beneficio Valentiniani Imp. pristinas sedes suas, servis inde maxima ex parte aliò translatis, reciperent, in iisque usque ad seculum sextum medium perseverarent. Non potuisset igitur Tabula Limigantium Sarmatarum, respectivè servorum & dominorum, immemor esse, si origo ejus ætatem Probi excederet, abinde enim Limigantium nomen jam inclarescere debebat, ut populi potentis compellatio ante rebellionem servorum de A. 334. conveniret.

CCCCXCV. 3.<sup>o</sup> Tabula Imperio Romano vicinos ex ripa Rheni & Danubii usque in Quados ponit: Chamavos, Francos, Bructeros, Suevos, Alamannos, Armaulos, (quod nomen ab ἀρμῶι nuper, & λαός populus, descendere, & populum nuperum, seu haud dudum Danubio assidentem denotare videtur) Vandalos, Jutugos. Hęc omnia quàm optimè temporibus Probi conveniunt, non item posterioribus. Tempore Marci Antonini circa Annum 174. (vid. *num.* 590. & 601. cum. seqq.) à Julio Capitolino populi, qui ex ripa Danubii cum Marcomannis contra Imperium Romanum conspiraverant, inter alios recensentur Suevi, Hermunduri, Narisci, Quadi, Sarmatę, (Jazyges scilicet) Buri; consequenter hi populi situm suum adhuc tunc maxima ex parte servaverant, sicut illum tempore Taciti ad initium seculi ejusdem tenuerant. Tabula Hermunduros, Nariscos, non ampliùs novit, sed illi à seculo tertio medio, quo omnes gentes circumvicinę magis quàm unquam contra Romanum Imperium insurrexerant, partim in nomen tunc novum Alamannorum, à professione conquirendi terras dictum, transierant, partim aliò planè, ut v.g. ad fines Dacię septentrionales (vid. *introd. cap. XIV. §. 27.*) migraverant. Vandali ab ipso adhuc Marco Aur. Antonino, immediatè post bellum Quadicum, ex terris Vistulanicis acciti, inter Marcomannos & Noricum ripensę Romanum, ceu repagulum quoddam, quo Marcomanni arcerentur à Danubio, ponebantur. vid. *num.* 605. 606. Vandali hi tempore Gallieni usque ad Probum, unà cum Lygiis, Burgundis, popularibus suis, tunc primùm à Vistula motis,

motis, Rheno & Romanæ Galliæ instabant, seseque ad eum finem Francis socios adjunxerant, ut testatur *Zosimus in Probo*, dum dicit: Probum contra Logiones, Francos, Burgundos, & Vandilos strenuè dimicavisse, & bella hæc propter *Rhenum* gesta, atque Barbaros, quotquot vivi in potestatem redacti fuerint, in Britanniam missos esse, vid. *num.* 631. cæsis igitur à Probo, & cæterum repulsis his omnibus populis, Vandali in patriam posteriorem à Marco ad Noricum concessam remigrârunt; Burgundi sub illis ad Danubii caput partem Herciniæ magnæ inter Alamannos pro sedibus suis elegerunt, & hinc à Romanis Græcisantibus nomen Armalauforum sortiti sunt; Logiones verò seu Lygii vel ad patriam antiquam Vistulanam recesserunt, vel nomine mutato in Jutugos, supra Vandalos, intra Quados, itidem ad Danubium, concesserunt. Chamavi sub Francis, & Bruçteri supra Francos, à Tabula ad Rhenum positi, nomen hoc suum speciale haud diu post Probum retinuerunt: Francis etenim conjuncti alii inferioris Germaniæ populi, Cheruscorum nempe reliquiæ, Catti, Attuarii, Sicambri, Chamavi, & Bruçteri, circa hæc tempora nomen commune Francorum assumentes, cum nomine simul patriam antiquam reliquerunt, & jam A. 287. sub Diocletiano, pars eorum confinia terrarum Gallicarum, Bataviam & Toxiandriam, seu insulas Seelandicas occupârunt; tota Francorum associatio verò paulatim interiori Galliæ se insinuavit, ita ut sub Constantino jam proprios Reges habere inciperet. Videantur hæc fusiùs in *Eckhardo de reb. Franc. Orient. tom. I. lib. 2.*

Burgundiones porro, Vandalis & Suevis à tempore Probi immixti, non tantùm has sedes tutati sunt, & extenderunt, dum A. 359. (ut *num.* 652.) ad regionem, tunc Capellatium seu Palas, hodie Pfaltz dictam, lapides terminales cum Alamannis haberent, sed & A. 413. (ut *num.* 749.) partim intra Galliam & Rhenum transtulerunt. Vandali autem ad Noricum sedentes, ibi loci sub nomine Vandalorum, post Probi tempora, non ampliùs in historiis occurrunt, sed locò illorum vel Alamanni, vel Marcomanni, vel Germani simpliciter, nominantur, adeoque Vandali illi sub alio nomine delituerunt, usque dum demum cum multis aliis, ejusdem Vandalicæ originis, nempe Vandalis à Vistula, & Alanis ex Scythia (ut dicto *num.* 749.) A. 406. trajecto Rheno Gallias intrarent, & A. 409. vastatis Galliis, Pyrenæum transgressi, Hispanias occuparent. Infertur ex his: ultra Probi tempora Vicinorum Romano Imperio populorum situm, prout Tabula ponit, haud diu mansisse.

*CCCCXCVI.* 4.<sup>to</sup> Pannoniæ divisio, quam Tabula tradit, hanc prodit Diocletiani temporibus aut antiquiorem aut saltem æqualem. Divisio illa pro diverso tempore triplex erat: ævo eo, quod scriptio Marini Tyrii respicit, nempe Julii Cæsaris, & quod præcesserat, itaque sub statu libero Pannoniæ, antequàm Augustus Cæsar eam Romano Imperio adjecisset, populi Indigenæ se ipsos in superiores & inferiores sic dispescebant, ut superiores nominaverint, qui in media provincia à Balaton lacu, in utroque latere verò à divertigio Arrabonis in Danubium, & Colapis in Savum, ad montana Cetia vergebant: inferiores econtra, qui sub hac linea, inferiora ad Danubium & Savum, atque multas fertilissimásque planities ripæ adhærentes incolebant; & hæc est divisio, quam Ptolemæus supra *num.* 386. & 434. lineâ ab Arrabona in Sisciam ductâ, conformiter vetustati, & non ex suo sed Marini Tyrii systemate, tradidit, ut populi Pannoniæ non nisi florenti ejusdem statui applicabiles (vid. *num.* 389.) abundè docent. Altera divisio sublequebatur tempore Romani Imperii in Pannones extensi: Romani enim, transversò planè ordine, Pannones per Dravum fluvium distinguebant, sibique propinquiores usque ad

Dravum, & situ meridionaliores, nomine inferiorum, remotiores verò ultra Dravum & septentrionaliores, convenientiore nomine superiorum Pannonum afficiebant. Tertia demum divisio seu potius subdivisio accessit sub Diocletiano Imperatore, & Galerio Maximiano Armentario Cæsare; dum enim Galerius, ut ait *Sex. Aur. Victor in Cæsar.* agrum satis Reipublicæ commodantem, cæsis immanibus silvis, atque emisso in Danubium lacu Pelsonæ, apud Pannonios fecisset, hujus gratiâ provinciam uxoris (Diocletiani filiæ, Valeriæ) nomine Valeriam appellavit: quod explicat *Ammianus lib. 19. de parte* quondam Pannoniæ, ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ ita cognominata. Valeria hæc teste *Sexto Rufo in Breviario* erat inter Dravum & Danubium, & teste *Notitiâ Imperii*, ut supra *num. 432. 433.* comprehendebat terras inter hos fluvios ad lacum Balaton, & Arrabonam usque: namque Valeriæ adhuc inerat Joviæ ad lacum Balaton: & Bregetio, Quadriborgium, prope Arrabonam; itaque provincia, ante Diocletianum Pannonia superior dicta, sub Diocletiano, lacu Balaton & Arrabonis divertigio tenus, subdividebatur in Pannoniam primam versùs Cetios montes & Noricum, & in Valeriam versùs Danubium. Ad Tabulæ divisionem nunc progrediendo, invenitur ibi per literas dispersas *Pannonia Superior* per totum latus sinistrum Dravi usque Mursam majorem seu hodiernum Eszekinum notata. *Pannonia Inferior* ad latus dextrum inferius Dravi à Mursa usque Singidunum seu Savi divertigium adscripta est. Dein à Petavione ad latus dextrum superius Dravi usque Sisciam ad Savum medium *Media Prov.* id est media provincia annotatur, inde, ut videtur, sic compellata, quòd angulum superiori & inferiori Pannoniæ medium occupaverit. Cùm igitur Tabula totum tractum sinistrum Dravi pro Pannonia superiore habeat, ultra Diocletiani tempora, dum Galerius in Cæsarem assumptus Pannoniæ superioris partem à se egregiè excultam in Valeriæ nomen transformaret, reponi nequit: quoniam aliàs Valeriæ, quæ specialem gubernationem & Ducem sortita erat, immemor non mansisset. Nihil obstat, quòd nec *Itinerarium Hierosolymitanum*, licèt sub Constantino Magno post Diocletiani & Galerii regimen conditum, Valeriæ meminerit: præterquam enim, quòd id studio in odium Galerii, cujus insidiis Constantinus, adhuc juvenculus, sagà ad Patrem in Britanniam se subtrahere, teste *Aur. Victore in Epit.* necesse habuit, factum esse poterat, Itinerarium illud unam & alteram stationem tantum Valeriæ adradens mentionem ejusdem specialem facere non censuit, eò quòd ante haud multum temporis totum, quod Valeria tunc audiebat, nomine Pannoniæ superioris venerit. Quin immo Itinerarium hoc, dum, ut *num. 498. b.* Petavione Dravum descendens, & prope Sautics, æquè ac hodie (*num. 435. b.*) pontem Dravi ex sinistra ripa in dextram transiens, adjicit, *intras Pannoniam inferiorem*, dein verò dum ad Marinianas, prope Mihalovitz hodie, Dravum iterum ex dextra in sinistram ripam transiens, adnotat, *intras Pannoniam superiorem*, expressè confirmat, in systemate haud ita dudum observato per totum latus sinistrum Dravi compellationem Pannoniæ Superioris viguisse, adeoque Tabulam, quæ idem habet, antiquiorem Diocletiani Constitutione Valeriæ esse.

*CCCCXCVII. 5.º* Examinetur tota provincia Valeria, qualem se præbeat in Tabula, & econtra in Itinerario, quod origine dicitur Antonini, sed feverà correctione novissimum est omnium. Docente hoc itinerario, Valeriam, præter ripense seu Danubianum tria alia sulcabant itinera, quæ non nisi florentem statum Valeriæ indicare possunt, quam in rem hæc subjicienda veniunt:

Sche-

## Schemata Viarum

Per provinciam Valeriam ex Itinerario Antonini  
Editione Wesselingiana.

*Primum iter pag. 232. & 233. Secundum iter pag. 267. Tertium iter pag. 264.*

|           |         |                  |       |            |        |
|-----------|---------|------------------|-------|------------|--------|
| Murfa     | M. P.   | Murfa            | M. P. | Murfa      | M. P.  |
| Antianis  | XXIV.   | Antianis         | XXIV. | Antianis   | XXIV.  |
| Sopianis  | XXX.    | Sopianis         | XXX.  | Sopianis   | XXX.   |
| Limufa    | XXII.   | Ponte Mansuetina | XXV.  | Jovia      | XXXII. |
| Silacenis | XVI.    | Tricciana        | XXX.  | Gurtiana   | XXV.   |
| Valco     | XXVIII. | Cimbrianis       | XXV.  | Herculia   | XX.    |
| Mogetiana | XXX.    | Crispiana        | XXV.  | Floriana   | XV.    |
| Sabaria   | XXXVI.  | Arrabona         | XXV.  | Bregetione | VIII.  |

Summa M. P. CLXXXVI.

Summa M. P. CLXXXIV.

Summa CLIV.

Situs naturalis inter Murfam & loca ad quæ, & mensuræ aliorum locorum docent, primum iter lacum Balaton ad Occidentem, secundum ad Orientem obambulare, & tertium Bregetionem rectè per Simontornyæ & Albæ Regalis vicinias tendere. De his viis altum silentium apud Tabulam est, quæ tamen in aliis provinciis Romanis viarum memorabilium mediam provinciam secantium non immemor mansit. Unde non immeritò inferendum venit, tempore Tabulæ confectæ, exceptis viciniis Danubii, per colonias, municipia, & præsidia excultis, rudem adhuc atque inconditam illam Pannoniæ superioris formam, qualem calamitates temporum inde à Dacorum turbulentiis effecerant, maxima ex parte perdurasse, usquedum demum sub Diocletiano, ut jam dictum, tractus Pannoniæ superioris melior, excisis immanibus silvis, in agrum populo Romano sat commodantem converteretur, & quasi horreum Romanorum armorum contra transdanubianos populos constitueretur.

CCCCXCV III. a. 6.<sup>to</sup> Combinetur Tabula cum aliis itinerariis tum Hierosolymitano tum Antoniniano; hæc plurima loca addunt, & interserunt, ductus itinerum per inventas breviores vias, quanquam rarò, contrahunt, econtrà sæpe per nova intermedia loca flectunt & producunt, nomina antiqua locorum vel aliis substitutis supprimunt, vel ita ut nec barbara, nec latina origo maneat, transformant. Tabula autem barbaris barbarismum, latinis latinitatem servat, ductus plerumque rectos sequitur, &, paucis ut dicam, antiquitati adhæret. Exemplo sit schema sequens itineris, quod Petavione per Dravi fluvii ripas, ut suprà num. 435. g. b. videndum, usque Murfam feu Eszekinum excurrit.

## CCCCXCVIII. b.

| Ex Tabula.   |                   | Ex Itinerario Hierosolymitano pag. 561.             | Ex Itinerario Anton. pag. 130. |
|--------------|-------------------|---|--------------------------------|
|              | M.P.              | Civitas Petavione M.P.                              | Petavione M.P.                 |
| Petavione    |                   | <i>Transis pontem, intras Pannoniam inferiorem.</i> |                                |
| Remista      | X.                | Mutatio Ramista VIII.                               |                                |
| Aqua Viva    | X.                | Mansio Aqua Viva VIII.                              | Aqua Viva XX.                  |
| Populos      | XI.               | Mutatio Popolis X.                                  |                                |
| Botivo       | VIII.             | Civitas Jovia VIII.                                 | Jovia XVIII.                   |
| Sonista      | IX.               | Mutatio Sunista VIII.                               |                                |
| Piretis      | XII.              | Peritur XII.  |                                |
| Lentulis     | XI.               | Mansio Lentolis XII.                                | Lentulis XXXII.                |
| Jovia        | VIII.             | Mutatio Cardono X.                                  |                                |
|              |                   | Mutatio Cocconis XII.                               |                                |
| Sirotis      | X.                | Mansio Serota X.                                    | Serota XXXII.                  |
| Bolentio     | X.                | Mutatio Bolentia X.                                 |                                |
| Marinianis   | X.                | Mansio Maurianis IX.                                | Marinianis XX.                 |
|              |                   | <i>Intras Pannoniam superiorem.</i>                 |                                |
| Seronis      | IX.               | Mutatio Serena VIII.                                |                                |
| Berebis      | X.                | Mansio Vereis X.                                    | Vereis XXII.                   |
| Jovallio     | IX.               | Mutatio Jovalia VIII.                               |                                |
| Mursa Minor  | IX.               | Mutatio Mersella VIII.                              |                                |
| Mursa Major  | X.                | Civitas Mursa X.                                    | Mursa Civitas XXVI.            |
| <b>Suina</b> | <b>M.P. CLVI.</b> | <b>CLXV.</b>  | <b>CLXX.</b>                   |

CCCCXCVIII. c. 7.<sup>mo</sup> Videatur in Geographia Pannoniæ secundæ Petri-  
varadinum, quod Tabula antiquo & per columnarum inscriptiones probato  
nomine Malata, itinerarium aliud verò, & scriptores seculi quarti novo Bono-  
niæ à temporibus Diocletiani circa annum æræ Christianæ 294. orto nomine  
insigniant; unde inferendum, Tabulæ confectioem respicere tempora ante-  
riora.

CCCCXCIX. 8.<sup>vo</sup> Demum nihil in Tabula, saltem respectu Provinciarum  
Romanarum in Norico utroque & Pannoniis, reperitur, quod seculum 4.<sup>um</sup>.  
multò minùs igitur, seculum quintum, & Theodosii Junioris ætatem saperet.  
Esto autem, inveniri alibi, quod ævo sequiori deberetur: nunquid descriptor  
feu Gothus feu Langobardus unum vel alterum nomen in suum ævum trans-  
formare poterat, ut in itinerario Antonini usque ad tempora Theodosiana ge-  
neraliter & ubique factum? Hujus notæ est, adeoque nihil officit, compella-  
tio Urbis præcipuæ in Oriente, Constantinopolis, quæ Tabulæ locò veteris  
nominis Byzantii, à descriptore inserta censenda est.

Concludendum igitur ex his omnibus: Tabulæ primævam collectionem  
vel temporibus Probi Imp. utpote qui contra omnes externos populos & in-  
ternos quoque Tyrannicos motus verè gloriosus & victoriosus fuit, atque Im-  
perium

periam Romanum ingenti virtute firmavit, obindéque illud sub unum quasi obtutum in Tabulam redigi curavit, vel ad summum temporibus primis Diocletiani deberi, qui fors pro executione ingentis desiderii provincias Romanas reformandi, exornandi, & in gloriam sui nominis vertendi, tabulam hanc præparatoriam fieri fecit. Si quis autem necdum sibi in tempore confectæ Tabulæ satisfieri, sed ex notis fors aliarum provinciarum (quarum inquirendarum mihi cura non fuit) conscriptionem ad seculum quintum initians rejici debere putet, saltem id opinioni meæ indulgebit, & ipse fatebitur: Compilatorem Tabulæ circa terras meæ inquisitionis Danubianas aliis itinerariis specialibus, quàm quæ Probi tempore confecta sunt, usum non esse; quod mihi sufficit, cùm systhema populorum circa Danubium, quod in Tabula reperitur, huic tempori deberi contendam.

## SECTIO XXXIV.

### N<sup>us</sup> D. Slavi Boreales.

Genera diversa Slavorum ex *notis*  
*Bangerti ad Helmoldum cap. 2.*

Descriptiones Slavorum ex *Helmoldi Chronico cap. 2.*

1.<sup>mo</sup> *Pomerani, hodie aequè vocantur Pomerani.*

*Horum sedes protenduntur usque ad Odoram.*

Pomerani est nomen originarium Slavicum, à præpositione *po* (quod est, penes) & vocabulo *more*, seu aliâ dialecto *morze* (quod est mare) compositum; adeoque Pomerani populi idem sunt, ac maritimi, sive ad mare habitantes, aut maris accolæ. Odora fluvius antiquitus vocabatur Viadrus; à Slavibus autem accolis nomen Odoræ seu Oderæ inditum, à Slavico *Odere*, quod idem est, ac vellicat, seu rodit, eò quòd rapiditas hujus fluvii ripas hinc inde vellicet, & rodat.

2.<sup>do</sup> *Lebusti, Stoderani, Wilini. Hodie Berlinenses, Brandenburgenses.*

3.<sup>tio</sup> *Brizani. Hodie Prignizenses, Perlebergenses.*

4.<sup>to</sup> *Havellani, Heveldi, & Hevelli, ad Havelam fluvium. Hodie Havelbergenses.*

5.<sup>to</sup> *Sidini. Hodie Stetineses. Wilfi, qui & Luticii, & Velatabi, quatuor generum sunt.*

6.<sup>to</sup> *Circipani, qui cis Penim fluvium: Hodie Wolgastenses, Sundenses, Deminenses, Wilsnacenses.*

7.<sup>mo</sup> *Kissini. Hodie Gützovienses, Griphis-Waldenses.*

8.<sup>vo</sup> *Rhedarii, Ridarii, Riaduri. Hodie Stolpenses, Anclamenses.*

*Sunt & alii Slavorum populi, qui inter Albiam & Odoram degunt, longoque sinu ad Austrum protenduntur: sicut Heruli, vel Heveldi, qui sunt juxta Habolam fluvium, & Doxam; Leubuzi, & Wilini, Stoderani, cum multis aliis.*

*Odora transit per medios Winulorum populos, dividens Pomeranos à Wilzis.*

*Post Odora igitur lenem meatum, & varios Pomeranorum populos, ad occidentalem plagam occurrit Winulorum provincia, eorum, qui Tholenzi, sive Redarii dicuntur. Civitas eo-*

9.<sup>no</sup> Tollenſi, qui ad Tollenſee. Hodie Neu-Brandenburgenſes.

rum fulgentiſſima Rethre, ſedes Idololatria. Templum ibi magnam conſtrudum Demonibus, quorum princeps eſt Redegaſt. Deinde venit ad Circipanos, & Kyzinos, quos à Tholenſis & Redariis ſeparat flumen Panis, & civitas Dimine.

Kytzini & Circipani cis Panim, Tholenſi & Redari trans Panim habitant.

Hi quatuor populi à fortitudine Wilzi ſive Lutici appellantur.

DI. Civitatem Rethre putat Gündling. in Henrico Aucupe pag. 182. hodie vocari Stargard, quaſi antiquam arcem, ibidem locò dirutæ à Danis Rethre ædificatam. Stary, omni Dialecto Slavica, eſt vetus, antiquus. Grad, Croaticè, Gard Ruſſicè, Hrad Bohemicè eſt arx, caſtrum. Helmoldus lib. 1. cap. 12. refert: eſt autem Aldenburg ea, quæ Slavica lingua Stargard, hoc eſt, antiqua civitas, dicitur, ſita in terra Wagirorum, in occiduis partibus Balthici maris, & eſt terminus Slaviae. Hæc civitas diſtincta eſt à ſuperiore, & hodie non ampliùs Slavico nomine Stargard, ſed Germanico Oldeburg nuncupatur. At illa, de qua ſuprà, hodiedum adhuc vocatur Stargard, & ſita eſt in Ducatu Mecklenburgico prope Tollenſee, adeoque poterat olim eſſe principalis Tholenſorum & Redariorum, ut Gundlingius pluribus argumentis firmat. Wilzi ſecundùm Helmoldum à fortitudine nominati ab Annalibus Francorum ad A. 789. dicuntur vocari propria lingua Welatabi; ſi hoc igitur Slavicum ſit, non erit aliud, quàm Wladawi, id eſt regentes populi, quod germanica pronuntiatione in prima ſyllaba E interpoſitum, in ſecunda locò D. affinem literã T. in tertia locò W. iterum affinem B. aſſumpſit.

10.<sup>mo</sup> Warnavi, Warini, Herali, Werli, & per antonomafiam Wendi. Hodie Roſtochiſenſes, Bützovienſes, Guſtrovienſes.

Ultra Wilzos ſunt Linguones & Warnavi.

11.<sup>mo</sup> Obotriti. Hodie Mecklenburgenſes, Swerinenſes.

Warnavos ſequuntur Obotriti, civitas illorum Mikelinburgk.

12.<sup>mo</sup> Polabi, Polavi. Hodie Raceburgenſes.

Inde (id eſt, ab Obotritis) verſus nos (id eſt, Wagrios) Polabi, civitas eorum Raceburg.

Polabi vocabulum Slavicum eſt idem, quod accolæ Albis fluvii, ex præpoſitione po, quod eſt penes, ſeu ad, & nomine Labe, quo hodiedum adhuc Slavica lingua Albis vocatur; & ſi diſiſe po Labi dicatur, ſignificat ſecundùm, penes, vel ad Albi. Raceburgenſium & Lauenburgenſium ſitus correfpondet huic interpretationi, verſus meridiem enim Albi fluvio, & verſus ſeptentrionem Wagria terminantur.

DII.



## DII.

13.<sup>to</sup> *Wagrii. Hodie Labecenses, Aldenburgenses.*

*Inde ( id est, à Polabis ) transitur fluvius Travena, in nostram Wagirenses Provinciam. Civitas hujus provinciae quondam fuit Aldenburg maritima.*

*Sunt & insulae Balthici maris, quae incoluntur à Slavibus, quarum una Wemere vocatur. Hæc opposita est Wagiribus, ita ut videri possit ab Aldenburg.*

14.<sup>to</sup> *Rani :  
hodie  
Rugiani.*

*Altera insula longè major est, contra Wilzos posita, quam incolunt Rani, qui & Rugiani, gens fortissima Slavorum, qui soli habent Regem, extra quorum sententiam nihil agi de publicis rebus fas est; adeò metuuntur propter familiaritatem Deorum, vel potius Demonum, quos majori præ cæteris cura venerantur.*

Omnes itaque Slavi Boreales, præter solos Ranos, Regibus non utebantur, sed populari imperio, qui antiquissimus mos quoque omnibus Slavibus Orientalibus communis fuit, ut testatur *Procopius de bello Gothico lib. 3. cap. 14.* adeoque licet ab Historicis quandoque Reges Slavorum nominentur, tamen id non pro Regibus veris seu absolutis, sed pro Belliducibus accipiendum, usque dum demum seculo septimo mos aliarum gentium, Reges seu Principes perpetuos creandi, apud Slavos quoque, non tamen ubivis, sed præcipuè apud Orientales cooptaretur.

15.<sup>to</sup> *Lingones, Lini. Hodie Lüneburgenses.*

*Ultra Wilzos sunt Linguones & Warnavi.*

16.<sup>to</sup> *Sorabi, Serbi. Hodie Servestani, Lusati, Misnenses, Lipsenses.*

Conclusio Helmoldi.

*Hi ergo sunt Winulorum populi, diffusi per regiones & provincias maris. Omne hoc hominum genus idolatriæ cultui deditum, vagum semper, & mobile, piraticas exercens pradas, ex una parte Danis, ex altera Saxonibus infestum.*

17.<sup>mo</sup> *Uchri, Ucri. Hodie Incolæ Marchiæ Ucranae.*

18.<sup>vo</sup> *Dalemincii. Hodie pars Misnensium.*

DIII. Sorabi, Serbi, & Dalemincii, quos Bangertus ( ut Num. XVI. & XVIII. ) inter Slavos Boreales ponit, ab *Helmoldo lib. 1. cap. 1.* unà cum Russis, Prussis, Polonis, Bohemis, Moravis, Carinthis, inter Slavos Orientales recensentur, & rectius quidem; ad Boreales enim, utpote per amplum tractum Saxoniae distinctos, non pertinent; aliunde etiam, nempe ex Dalmatia, olim in illas terras inter Albim & Salam, & non ex septentrionalibus Slavibus adveniant,

*Pars III.*

Bb

nerant,

nerant, ut alibi fusiùs dicitur. Uchri vel Ucri (sub Num. XVII.) ab Helmol-  
do comprehensì videntur sub Tholensis & Redariis; quorum civitas princi-  
palis Rethre, hodie Stargard, valde propinqua est Marchiæ Ucraniæ, ut ita-  
que Tholensi & Redarii Marchiam quòque hanc, usque ad increscentem  
Havolam fluvium, & ibi adhabitantes olim Hevellos, possederint. Ex con-  
clusionè Helmolli & tota præcedente descriptione patet, Slavorum Borea-  
lium (segregando tamen Pomeranos ad dextram Oderæ jacentes) confinia  
fuisse à meridie Saxoniam superiorem, ab Occidente Saxoniam inferiorem, à  
septentrione Daniam & Mare Balthicum, & ab Oriente Oderam, ita ut lon-  
gum adhuc intervallum fuerit inter Slavos hos & Bohemiam.

## SECTIO XXXV.

### Saxonia antiqua.

A. Chr. **Nus DIV.** *Ex Fabricio rer. Saxon. Univers.* Saxones, Angili,  
447. & Witi, ii nimirum, qui inter Visurgim (Weeser) & Sue-  
vum (Spree) amnes ad mare usque Balthicum & Oceanum ha-  
bitârunt, in Britanniam militatum iverunt.

*Ex Eckhardo lib. 6. cap. 4.* Anglos & Saxones à Britannis  
advocatos esse in auxilium A. 447. non tamen ante A. 449.  
ed venisse, Pagius in Critica Baronii doctè evincit. Bedæ lib. 1.  
Hist. Eccl. cap. 15. Saxonum populos in Angliam tunc dela-  
tos, Witas sive Jutas è Jutlandia ortos, Anglos inter Jutos  
& Saxones colentes, & demum Saxones antiquos vocat. An-  
glorum memoriam in Cimbrica Chersoneso conservat adhuc  
regio Angleem dicta. Saxones antiqui à Nennio vetere scripto-  
re Ald-Saxones aut Ambrones appellantur. Ambrones mi-  
hi habitâsse videntur in Pago vel provincia diu etiam post A-  
meri ab Ambra fluvio dicta, quæ sita fuit, ubi nunc est Co-  
mitatus Aldenburgicus in sinistra Visurgis ripa, ut Meibomius  
in libello de Pagis Saxonix ostendit. In sinistra verò Visurgis  
ripa, (reliqua scilicet) seculo quinto Saxones Westphali habi-  
tabant, qui latiùs sumpti Angarios quòque comprehendebant  
& Frisios, unde non mirum, à Procopio dici, Anglos & Fri-  
sios Brittiam sive Britanniam inhabitare. Post Saxonum enim  
migrationem in terras Albi & Rheno conterminas omnem-  
oram maritimam à Frisiis incultam reperio. Imò Heiligelan-  
dia insula, & terræ trans Eidoram ad mare Germanicum sitæ,  
usque ad Jutas Frisiorum colonias habebant, unde & Nort-  
Frisiæ cognomen traxere &c. E Westphalia igitur & Frisia  
cùm A. 449. & seqq. magna populi multitudo in Britanniam  
trans-

transfretâset, ibique confedisset, regionem illam raros incolas retinuisse certum est. Interim præter Saxones alium populum in illam migrâsse, nemo veterum dicit. Omnes autem confitentur, Saxones usque ad Rhenum inferiorem coluisse.

*DV. Ex Eckhardo tom. 1. in additamentis de Anonymo Ravennate pag. 910.* Saxones in Dania veteri olim degisse certum est, comprehendebat enim Jutiam & Holsatiam, ex quibus regionibus Witæ & Anglo-Saxones in Britanniam migrârunt, eamque occupârunt. Vacuefactam hoc modo provinciam ex Norvegia orti Nordmanni postea impleverunt, qui, quod Dina sive Dena fluvius eos à Saxonibus Transalbinis separaret, Denorum sive Danorum nomen adepti sunt. Ne verò fines ipsorum à Saxonibus turbarentur, Dani hi sive Nordmanni juxta litus fluvii Denæ, unde Toëningæ nunc solum nomen restat, munimenti loco indaginem plantârunt, unicâ tantum portâ ad mercatorum transitum relicta; unde mox Dena vetus nomen amisit, & à porta illa Heggedora sive Egidora, quod nunc corruptè Eyder effertur, dictus est, quod portæ indaginis fluvium designat. Dinæ itaque aut Denæ appellatio seculo octavo & nono non amplius nota fuit.

*DVI. Ex Eckhardo lib. 23. cap. 106.* Nord-Suavi, hoc est, septentrionales Suevi, erant incolæ pagi Suavigau, in quo Halberstadium situm erat, reliquiæ Suevorum illorum, qui regionem hanc occupaverant, cum Saxonum pars cum Alboino Langobardorum Rege in Italiam secessisset. Septentrionales vocantur ad distinctionem Suevorum meridiem versùs ad Nicrum, Mcenûmque, ac Rhenum, & Danubium habitantium, quos Lycus à Bajoariis, Nicer à Thuringis sive Franconibus separabat.

*DVII. Ex Eckhardo lib. 24. cap. 216.* Carolo Magno Eresburgum veniente, Franci secundùm annales Petavianos sederunt in gyrum per *Borderes*. Mirè se torquent hujus loci commentatores: mihi natu Saxoni nil difficultatis occurrit; Bordenim, sive *Boerde*, in mea patria Westphaliæ vicina, provinciam sive pagum, ac Præfecturam denotat; & quod ad sensum attinet, convenit cum barbaro Riparia aut Gallo-Germanico Revier: Bord quippe marginem & ripam designat.

*Ex notis ad annales Reginonis A. 780.* Bardengau est Bardorum pagus circa Bardewicum in agro Püneburgico.

A. Chr.  
748.

784.

Ex

*Ex Eckhardo lib. 25. cap. 96.* Bortrini & Bortrensi hinc mihi Bardegavenses esse videntur; nam Bard, & Bord ripam denotat, & ab Albis ripa, quam olim Bardi seu Langobardi inhabitârunt, ita dicti sunt.

NOTA : Langobardi duplices fuere, ut alibi notatum; Langobardi, de quibus *Tacitus de mor. Ger.* agit, habitabant ad Albim in der langen Boerde, unde Langobordi & Langobardi dicti sunt. Langobardi, quos *Paulus Diaconus* ex remotioribus terris maris Balthici deducit, poterant nomen assumpsisse à longis barbis.

## SECTIO XXXVI.

### Thuringia antiqua.

*Nus DVIII. Ex Eckhardo de reb. Fran. Orient. lib. 2. cap. 16.*  
 • Ad finem seculi quinti circa A. 480. Thuringi suas terras in tres pagos (id est provincias) majores discrevissent videntur: Anglegeve nempe, Thuringeve, & Weringeve. Thuringeve, seu Thuringia specialis, dividebatur iterum in Thuringiam meridionalem, & septentrionalem, seu Northuringiam. Anglegeve pagus situs fuit in sinistra Unstruti ripa ad Wipperam, ubi & posterioribus temporibus parvula portio nomen ejus servavit, & adhuc villæ Kirch-Engl, Feld-Engl, ut reliquas non addam, Anglorum memoriam conservârunt. Angli verò hi dicti ita sunt; quoniam in angulo Thuringiæ inter Wipperam, Unstrutum, Harticósque & connexos montes (germanicè in der Enge) jacuerunt. Neque enim cum Anglis, Cimbricæ Chersonesi incolis, quicquam commune habuerunt, qui ibi hoc tempore adhuc resederunt. Weringeve pagus dictus à Werra amne in Mœnum sese effundente, ubi & posteriori ævo pagus Weringeve invenitur multò minor vetustissimo illo, & à Schannato in Buchonia vetere aliquantùm illustratus. Hi Werrini Thuringi non pertinent ad Warinos, sive Warnos, Wagriam & vicina loca possidentes; hos enim, diu etiam post hæc tempora, Danis vicinos, ad mare Balthicum habitasse ex Procopio, & aliis veteribus Authoribus manifestum est.

A. Chr.  
534.

*DIX. Ex Eckhardo lib. 4. cap. 12.* Northuringia Saxonibus data est, & ex eo tempore silva Hartz Thuringiam à Saxoniam divisit, cum antea longè ultra illam procederet &c. Chronicon Quedlinburgense scribit: Theodericum Regem (Franciæ) Saxonibus Thuringorum terram promississe usque ad confluentiam

tiam

tiam Salæ & Unstrütæ fluviorum; & deinde tradidisse illis omnem Thuringorum regionem, exceptâ solum, quam Louvia & Hartz silvæ concludunt. Louvia est silva, quæ nunc Thuringica dicitur, ubi adhuc amplus districtus die Blossæ Lœbe dicitur.

*Ex Eckhardo lib. 11, cap. 10.* Diximus jam supra tres Thuringiæ regiones fuisse: Northuringiam, quæ Harticis jugis à nostra (id est hodierna) Thuringia separabatur, & à Saxonibus possidebatur; Thuringiam propriè ita dictam (Landgraviatum hodiernum Thuringicum) quæ ab Harticis jugis usque ad silvam Thuringicam inter Salam & Werram sive Visurgim extendebatur; & Thuringiam postea Franconiam dictam, quæ à Thuringica silva ad Danubium usque procurrebat.

*DX. Ex Eckhardo lib. 4, cap. 15.* Thuringia tunc usque ad Danubium extensa fuit; in ea erant fluvii: Reganus, Nabis, Mœnus, Radantia, Sala, Tubera; & civitates Wirzeburgum, Saltzburgum, (ad Salam fluvium in Franconia) Hamelburgum, Norimberga. Probat hanc extensionem *Eckhardus cap. 11.* ex Fortunato de fluvio Nabi, & *cap. 15.* ex Anonymo Ravennate de Nabi, & Regano, aliisque auctoritatibus, nec non in præfatione ad totum opus ex actis Concilii Turonensis de A. 567.

*DXI. Ex Eckhardo lib. 8, cap. 2.* Dum Hunni in Thuringiam irrumperent, hæc Thuringia secundum Pauli Diaconi relata (quod Sigebertus Rex Franciæ Hunnis in Thuringia occurrens, eos juxta Albim fluvium potentissimè superaverit, eisque petentibus pacem dederit) usque ad Albim adhuc extensa fuit; cujus tamen, non diu potest, terminum Salam fuisse, & quidquid inter Salam & Albim terrarum jacet, à Venedis Slavis, qui & alio nomine Sorabi dicti, inhabitatum esse videbimus. Unde in eam opinionem devenio, Sigebertum Regem, initâ post Victoriâ cum Cagano amicitia, sociis ejus Venedis partem eam Thuringiæ, quæ inter Salam & Albim protensa est, cum raro colono gauderet, ea conditione, ut fidi Francis essent, incolendam concessisse.

*Ex Eckhardo lib. 8, cap. 15.* Pax sempiterna cum Hunnis firmata, quâ sine dubio terræ inter Albim, & Salam Thuringiæ, Slavis Winidis vel Venedis Hunnorum sociis confirmatæ fuerunt.

## SECTIO XXXVII.

## Thuringia in Seculo octavo.

A. Chr. 704. **Nus DXII.** *Ex Eckhardo lib. 18. cap. 9. & lib. 20. cap. 2.* Gozbertus Dux Thuringiæ, & post eum filius Hedenus, Wirzeburgi in moderna Franconia sedem habuerunt. Hedenus Dux etiam Hamelburgi Dominus fuit, quod in Franconia situm nemo negabit. Franconia igitur unâ cum nostra Thuringia sub uno Thuringiæ nomine comprehensa fuit, unumque Ducem habuit.

*Ex Eckhardo lib. 20. cap. 15.* Thuringia à Francia Rhenensi Speffarto solum silvâ distinguebatur,

719. *Ex Eckhardo lib. 20. cap. 14.* Suprà Anonymi Ravennatis locum adduximus, quo dicitur: Germaniam, hoc est Hermundurorum veterum terram, suâ ætate Thuringiam dictam esse; Id nunc adhuc obtinuit: nam S. Bonifacius, Bajoariæ confines Germaniæ terminos aggrediens, in Thuringiam statim venit: unde concludendum est, Thuringiam tunc Bajoariæ & Sueviæ confinem fuisse, atque usque ad Danubium processisse.

**DXIII.** *Ex Eckhardo lib. 21. cap. 14.* Cum verò ex sequentibus pateat, S. Bonifacium Thuringis quidem, nunc ita dictis, convertendis operam impendisse, non minorem tamen Franconibus ad fidem adducendis adhibuisse, & in his Episcopatus duos fundasse; hinc iterum concludendum est, Francos nunc etiam Thuringos dictos fuisse, iisque & Hassos computatos; alias enim Pontifex Bonifacium etiam Hassis & Franconibus commendasset.

724. *Ex Eckhardo lib. 21. cap. 18.* Thuringia & Germania nunc synonyma erant, ut etiam suprà ostendimus, Germaniæque Hassi annumerabantur. Eâdem autem Germaniâ Francia Rhenensis, ad utramque Rheni ripam jacens, non comprehendatur. Germania igitur hæc sive Thuringia nunc divisa est in occidentalem sive Hesperiam & orientalem. Illa à Francia Rhenensi ad Visurgim aut Werram usque processit, & Hassos, Thuringosque provinciæ, quæ postea Franconia dicta est, incolas complexa est; hæc à Visurgi aut Werra ad Salam Albi

bi influentem sese extendit, & Thuringos nunc adhuc sic dictos comprehendit.

A. Chr.  
738.

*DXIV. Ex Eckhardo lib. 22. cap. 4.* Bonifacius tertium Romam iter instituit, ut statum religionis in Hassia & Thuringia summo Pontifici exponeret, cum eoque consultaret, quomodo Ecclesiis extractis Custodes adderentur. Sub Custodum nomine Episcopus intelligo, quos iis præponere constituerat. Cum verò postea Buriburgi, Wirzeburgi, & Eichstadii Episcopus instituerit, & Buriburgum in Hassis jaceret; inde sequitur, Urbes Wirzeburgum & Eichstadium in regione, tunc adhuc Thuringia dicta, sitas fuisse.

*Ex Eckhardo lib. 22. cap. 8.* Heidenheimensis sanctimonialis in vita S. Willibaldi cap. 29. dicit, Sanctum hunc venisse in Thuringiam, & Heidenheimii in domo fratris sui Wunebaldi hospitalitatis mansionem habuisse; Heidenheimium ergo in Thuringia situm fuit. Olim id Eichstetensis Diocæseos fuit, nunc Duci Wirtembergensi paret.

**F I N I S.**







OPERIS  
De Originibus Slavicis  
PARS IV.

SEU

APPARATUS HISTORICUS.



SECTIO XXXVIII.

TEMPORA ANTE CHRISTUM NATUM.

De Bojis.



UM. DXV. Ex Livio Histor. lib. 5. cap. 19. A.V.C. 160.

Ducentis annis ante, quàm Clusium oppugnarent, Urbemque Romam caperent, in Italiam Galli transcenderunt &c. De Transitu in Italiam Gallorum hæc accepimus: *Prisco Tarquinio Roma regnante*, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa imperiï fuit. Ii Regem Celtico dabant. *Ambigatus* is fuit, virtute fortunæque, quàm suâ tum publicâ, præpollens, quòd Imperio ejus Gallia adeò frugum hominûmque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse. Hic magno natu ipse jam, exonerate prægravante turba regnum cupiens, *Bellovesum*, ac *Sigovesum*, sororis filios, impigros juvenes, missurum se esse, in quas Dii dedissent auguriis sedes, ostendit. Quantum ipsi vellent numerum hominum excirent, ne qua gens arcere advenientes posset. Tum *Sigoveso* fortibus dati *Hercinii saltus*: *Belloveso* haud paulò lætiorẽ in *Italiam* viam Dii dabant. Is (scilicet *Bellovesus*) quòd ea gens populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Heduos, Ambarros, *Carnutes*, Aulercos, excivit. Profectus ingentibus peditum equitûmque copiis, in *Tricastinos* venit. Alpes inde oppositæ erant &c. *Taurino* saltu invias Alpes transcenderunt: fusisque acie *Tuscis* haud procul *Ticino* flumine, cùm, in quo confederant, agrum *Insubrium* appellari audissent, cognomine *Insubribus* pago *Heduorum*: ibi omen sequentes loci, condidère urbem, *Mediolanum* appellarunt. Alia subinde manus *Cænomanorum* *Elitovio* Duce vestigia priorum secuta, eodem saltu, favente *Belloveso*, cùm transcendisset, ubi nunc *Brixia* ac *Verona* Urbes sunt (locos tenuère *Libui*) confidunt. Post hos *Salvii*, qui præter antiquam gentem *Lævos*, *Ligures* incolentes citra *Ticinum* amnem expulère. *Pœnino* deinde *Boji*, *Lingonésque* transgressi, cùm jam inter *Padum* atque Alpes omnia tenerentur, *Pado* ratibus trajecto, non *Etruscos* modò, sed etiam *Umbros* agro pellunt: intra *Apenninum* tamen sese tenuère. Tum *Senones* recentissimi

Pars IV.

A

2      **SECTIO XXXVIII. APPARATUS HISTORICUS.**

tissimi advenarum ab Utente flumine usque ad Æsim fines habuere. Hanc gentem *Clustum*, Romamque inde venisse comperio : id parum certum est, solamne, an ab omnibus Cisalpinorum Gallorum populis adjutam ?

**DXVI. a.** **NOTA:** Tarquinius Priscus, secundum *Petavium in Rationar. temp. Parte I. lib. 2. cap. 7.* Cœpit regnare anno secundo Olympiadis 41. anno ab urbe condita 138. qui est annus ante æram Christianam vulgarem 616. Regnavit verò annos 38. itaque usque ad A. V. C. 176. Roma capta à Gallis est A. V. C. 366. demptis hinc ducentis annis, ut número rotundo computat Livius, Galli in Italiam migrarunt brevi post annum U. C. 160. in medio ferme Imperii Tarquini, & sexcentis circiter annis ante Christum natum, ut communiter inter Chronologos receptum est. Verba Livii: *Tum Sigoveso sortibus datâ Herciniâ salsus*: intelligenda sunt non de Hercinia silva speciali, quæ Bohemiam hodiernam ambit, sed de Hercinia magna, quæ à Rheno fluvio ad Rauracos seu Basileam incipit, ibique speciali nomine Martiana, hodie Schwartzwald insignitur, dein sinuoso flexu diversas silvas, & inter eas à Nicro fl. Odonianam seu Odenwald, à Mœno fl. Speffartum, à Principatu Fuldensi Buchoniam, à Comitatu Hennebergensi Semanam seu Thuringicam, à Marchionatu Culmbacensi Gabretam seu Fichtlberg, colligens, mediâque quasi Germaniam secans, circa Bohemiam in gymum diffunditur, & demum per Moraviam in Hungariam procurrit, ibique à Comitatu Trentschiniensi montes Sarmaticos, & à Comitatu Scepusiensi montes Carpatos complectitur. Sic enim illam describit, *Julius Cæsar de bello Gallico lib. 6. cap. 25.* Hujus Herciniæ silvæ quæ supra demonstrata est, *latitudo novem dierum iter expedito patet.* Non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. *Oritur ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus, rectâque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium.* Hinc se flectit sinistrorsus, diversis flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit.

**DXVI. b.** Porrò à Sigoveso ad Herciniam præcipuè *Volcas Tectosages, & Helvetios*, in Herciniam interiorem verò *Bojos* ductos esse, ex Julio Cæsare & Tacito colligitur. *Julius Cæsar de bell. Gall. lib. 6. cap. 24.* ait: **Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, & ultrò bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam, trans Rhenum colonias mitterent.** Itaque ea, quæ fertilissima sunt, *Germania loca circum Herciniam Silvam*, quam Eratostheni & aliis quibusdam Græcis notam esse video, quam illi Orciniam appellant, *Volca Tectosages* occuparunt atque ibi confederunt. Quæ gens ad hoc tempus iis sedibus se continet, summamque habet justitiæ & bellicæ laudis opinionem, nuncque in eadem inopia, egestate, patientia, qua Germani permanent, eodem victu & cultu corporis utuntur. *Tacitus de mor. German. cap. 28.* sic refert: **Validiores olim Gallorum res fuisse summus Auctorum Divus Julius tradit: eoque credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos.** Quantulum enim amnis obstabat, quò minùs, ut quæque gens evaluatorat, occuparet permutaretque *sedes promiscuas adhuc, & nullâ regnorum potentiâ divisas?* Igitur *inter Herciniam silvam, Rhenumque, & Mœnum amnes Helvetii, ulteriora Boji, Gallica utraque gens tenuere.* Manet adhuc *Bojemi nomen*, significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. De Tectosagibus Volcis nihil memorat *Tacitus*, diligentissimus aliàs nationum explanator, ut videri possit, Volcas Tectosages Julii Cæsaris à Tacito sub Helvetiis comprehendi; hi circum, Boji autem *intra* Herciniam silvam sedes suas fixerunt. Cæsar verò Bojorum mentionem non ampliùs facit, eò quòd hi tempore eo, quo Cæsar scripserat, sedes Germaniæ jam dereliquissent, & primùm in Noricum, dein cum Helvetiis priscis in ulteriora Galliæ secessissent.

**DXVII. a.** Ex his itaque apparet, Bojos, Gallicam gentem, quondam fuisse Bojo-

Bojohemiæ hodiernæ, nomen adhuc ab ipsis Bojis retinentis, incolas. Ast ut dilucidius fiat, quorsum tandem hi Boji Bohemici devenerint? præmittenda sunt fata Gallorum, qui sub Belloveso Duce partem Italiæ occupaverant; inter quos Livius expressè nationem specialem Bojos numerat. *Ex Floro de Gest. Rom. lib. 1. cap. 13.* Galli *Senones*, gens naturâ ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde ac armis ingentibus, adeò omni genere, terribilis fuit, ut planè nata ad hominum interitum, Urbium stragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, quum cingerentur omnia Oceano, ingente agmine profecti, quum jam media vastassent, *positis inter Alpes & Padum sedibus*, ne his quidem contenti, *per Italiam vagabantur*. Tum Clusium oppidum obsidebant; pro sociis ac fœderatis populus Romanus intervenit, missi ex more legati. Sed quod jus apud Barbaros? ferociùs agunt, movent exinde certamen. Conversis igitur à Clusio Romamque venientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius Consul occurrit. A.V.C. 366. Non Cremeræ fœdior clades: itaque hunc diem (scilicet XV. kalendas sextiles. *Livius lib. 6. cap. 1.* id est: diem 18. Julii) fastis Roma mandavit. Fuso exercitu jam mœnibus Urbis appropinquabant. Erant nulla præsidia. Tum igitur, aut nunquam aliàs, apparuit vera illa Romana virtus &c.

*DXVII. b.* Narratur hinc, quomodo Urbs capta, & Juventus Romana in Capitolium ad hanc arcem defendendam se receperit, senes autem extra Capitolium remanentes à Gallis trucidati, ac omnia cædibus ac igni mandata sint. Dein pergit Florus: Septem mensibus Barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modò sed noctibus omnia experti. Quos tandem Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, à summa rupe dejecit &c. Novissimè cum jam obsidio sua Barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, quum ad iniqua pondera addito adhuc gladio, superbè, vè victis! increparent, subito aggressus à tergo Camillus adeò cæcidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleteret. Hactenus Florus.

*DXVIII.* L. Sulpitio & C. Licinio Calvo Coss. sub Dictatore T. Quintio Penno, T. Manlius singulari certamine Gallum provocantem interficit, & torquem ei detractum aureum collo suo circumdat, unde Torquatus dictus. Galli, Manlii victoria territi, retrocedunt, & se Tiburtibus jungunt. *Livius lib. 7. cap. 6. & 7.* 395.

C. Pœtelio Libone, & M. Fabio Ambusto Coss. Galli & Tiburtes haud procul Tibure à Romanis funduntur. *Livius lib. 7. cap. 7.* 396.

C. Fabio, & C. Plautio Coss. sub Dictatore C. Sulpitio Galli magna strage superantur. *Livius lib. 7. cap. 8. & 9.* 398.

M. Popillio Lœnate, & L. Cornelio Scipione Coss. Galli in agro Latino cæsi. *Livius lib. 7. cap. 16.* 406.

L. Furio Camillo, & P. Claudio Crasso Coss. M. Valerius Tribunus militum, cujus Galeæ insedit Corvus, unde Corvinus posthac dictus, Gallum provocantem in facie amborum exercituum obtruncat, & ortâ pugnâ Galli sternuntur. *Livius lib. 7. cap. 18.* 407.

Omnes reliquias Gallorum in Etruria ad Lacum Vadimonis *Dolabella* delevit, nequis exstaret in ea gente, qui incensam à se Romam Urbem gloriaretur. *Florus lib. 1. cap. 13.* 471.

*DXIX. a.* Omisissis hinc intermediis Gallorum & Bojorum motibus referenda sumuntur tantùm ea, quæ res Gallicas & Boigas in Italia ad exitum ultimum perduxerunt.

*Ex Livio lib. 32. cap. 20.* C. Cornelio Cethego, & Q. Minutio Rufo Coss. ambo Consules in Galliam profecti. Cornelius rectâ ad Insubres viâ, qui tum in armis erant, Cenomanis assumptis: Q. Minutius in læva Italiæ ad inferum mare flexit iter: Genuamque exercitu adducto, ab Ligu-

4            **SECTIO XXXVIII. APPARATUS HISTORICUS.**

ribus exorsus est bellum &c. Jam omnia cis Padum, præter *Gallorum Bojos*, *Ilvatès Ligurum*, sub ditione erant &c. Minutius Consul primò effusis populationibus peragraverat fines Bojorum : deinde, ùt relictis Insu-  
subribus ad sua tuenda receperant sese, castris se tenuit, acie dimican-  
dum cum hoste ratus. Nec Boji detrectassent pugnam, ni fama victos  
Insu-  
bres allata animos fregisset. Itaque, relicto Duce Castrisque, diffi-  
pati per vicos, sua ut quisque defenderent, rationem gerendi belli hosti  
mutarunt. Omissa enim spe per unam dimicationem rei decernendæ,  
rursus populari agros, & urere tecta, vicósque expugnare cœpit &c.

- A.V.C.  
558.            *DXIX. b. Ex Livio lib. 33. cap. 13.* L. Furio Purpureone & M. Clau-  
dio Marcello Coss. Boji negligentius coactum agmen Romanorum, quia  
ipsi procul abesse viderentur, improvisò aggressuros se rati, per occul-  
tos saltus secuti sunt. Quos non adepti, Pado repentè navibus trajecto,  
Lævos Lebuósque cùm pervastassent : redeuntes inde Ligurum extremo  
fine cum agresti præda in agmen incidunt Romanum. Celerius prælium  
acriúsque commissum, quàm si tempore locóque ad certamen destinatis,  
præparatis animis concurrissent. Ibi quantam vim ad stimulos ani-  
mos ira haberet, apparuit. Nam ita cædis magis quàm victoriæ avidi  
pugnaverunt Romani, *ut vix nuntium cladis hosti relinquerent.*
559.            *Ex Livio lib. 34. cap. 9.* M. Porcio Catone, & L. Valerio Flacco  
Coss. Eadem æstate alter Consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bo-  
jorum exercitu propter Litanam silvam signis collatis secundo prælio  
conflixit. *Octo millia Gallorum caesa traduntur.* Cæteri omisso bello in vi-  
cos suos atque agros dilapsi.
560.            *DXIX. c. Cap. 25.* P. Cornelio Scipione Africano & Tib. Sem-  
pronio Longo Coss. T. Sempronius Consul in provinciam profectus,  
in Bojorum primùm agrum Legiones duxit. *Bojorix tum Regulus* eorum  
cum duobus fratribus, *tota gente concitata* ad rebellandum, castra locis ido-  
neis posuit. &c. *Gallorum ad XI. millia*, Romanorum V. millia *sunt occi-  
sa.* Galli recepère in intima finium sese.
561.            *Ex Livio lib. 35. cap. 4.* L. Cornelio Merula, & Q. Vinutio Ther-  
mo Coss. Consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines  
exercitum in agrum Bojorum induxit. &c. *Quatuordecim millia Bojorum eo  
die caesa sunt*, vivi capti mille nonaginta duo, equites ducenti viginti unus,  
tres Duces eorum, signa militaria CCXII. Carpenta LXIII. Nec  
Romanis incruenta victoria fuit, supra quinque millia militum ipsorum  
aut sociorum sunt amissa, &c.
562.            *DXIX. d. Ex Livio lib. 36. cap. 20.* L. Quintio Flaminio, &  
Cn. Domitio Ahenobarbo Coss. Domitius ab Arimino, quà proximum  
fuit, Quintius per Ligures in Bojos venit. Duo Consulum agmina di-  
versa latè agrum hostium pervastarunt. Primò *equites* eorum pauci cum  
præfectis, deinde *universus Senatus*, postremò in quibus aut fortuna aliqua  
aut dignitas erat : ad mille quingenti *ad Consules transfugerunt.*
563.            *Ex Livio lib. 36. cap. 25.* P. Cornelio Scipione Nasica, & M. Aci-  
lio Glabrione Coss. P. Cornelius Consul cum Bojorum exercitu signis col-  
latis egregiè pugnavit. *Duodetriginta millia hostium caesa* Antias Valerius scri-  
bit, capta tria millia & quadringentos &c. Ubi ut in numero Scriptori  
parum fidei sit, quia in augendo eo non alius intemperantior est, magnam  
tamen Victoriàm fuisse apparet, quòd & castra capta sunt, & *Boji post  
cam*

*eam pugnam extemplò dediderunt sese, & quòd supplicatio, ejus victoriæ causâ decreta ab Senatu, victimæque majores cæsæ.*

*DXIX. e. Cap. 26. P. Cornelius Consul primò obsidibus à Bojorum gente acceptis, agri parte ferè dimidia eos multavit: quòd, si vellet, Populus Romanus colonias mittere posset. &c. Ibidem Scipio pro triumpho obtinendo sic inter alia loquens inducitur à Livio: Verùm enim verò illud multò majus esse, quòd tantum numerum Gallorum cæciderit in acie; quòd cum tot millibus certè Bojorum nemo ante se Imperator pugnaverit. Plus partem dimidiam ex quinquaginta millibus hominum cæsam, multa millia capta, senes puerosque Bojis superesse. Itaque id quenquam mirari posse, cur victor exercitus, cum hostem in provincia neminem reliquisset, Romam venerit ad celebrandum Consulis triumphum? &c. P. Cornelius Consul triumphavit de Bojis. In eo triumpho Gallicis Carpentis arma, signaque, & spolia omnis generis transvexit, & vasa ænea Gallica & cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit. Aureos torques transtulit MCDLXX. ad hoc auri pondo CCXLV. argenti infecti factique in Gallicis vasis non infabrè suo more factis duo millia CCCXL. pondo: bigatorum nummorum CCXXXIV.*

*DXIX. f. Ex Livio lib. 37. cap. 31. Lælius Consul ex Gallia Romanam redijt. &c. (ad finem anni) ut novæ coloniæ duæ in agrum, qui Bojorum fuisset, deducerentur, & retulit, & auctore eo Patres censuerunt. &c.* A.V.C. 564.

*Ex Livio Lib. 37. Cap. 40. Eodem anno ante diem tertium Calendas Januarias Bononiam Latinam Coloniam &c. deduxerunt, tria millia hominum sunt deducta &c. Ager captus de Gallis Bojis fuerat &c.*

*Ex Livio lib. 39. cap. 40. ad Consulatum M. Claudii Marcelli & Q. Fabii Labernis. Eodem anno Mutina & Parma coloniæ Romanorum civium sunt deductæ; bina millia hominum in agro, qui proximè Bojorum, antè Tuscorum fuerat, octona jugera Parmæ, quina Mutinæ acceperunt. Deduxerunt Triumviri M. Aemilius Lepidus, T. Aebutius Carus, L. Quintius Crispinus.* 571.

*DXX. a. Livius ab A. V. C. 564. usque ad annum 571. nullam mentionem ampliùs Bojorum fecerat, licèt Gallorum Cænomanorum Lib. 39. cap. 2. ad A. V. C. 567. quòd ipsis nempe à M. Furio prætore arma adempta, sed à Consule Aemilio tanquam infontibus restitura sint, adhuc recordetur. Caput 40. autem incipit: M. Claudius Consul Gallis ex provincia exædis Istricum bellum moliri cœpit &c. Itaque intra A. 563. & 571. Boji exacti, aut potiùs eorum reliquiæ imbelles amisso nomine aliis populis intermixtæ, armorum capaces verò ex Italia digressæ sunt; Id quod Adzreister P. I. Annal. Boicæ gentis Lib. 2. num. 50. Sub Coss. M. Livio Salinatore & M. Valerio Messala factum fuisse putat. Idem sentit Brunnerus de virt. & fort. Bojorum Lib. 2. ad finem. addens: Bojos sinè bello Italiâ emigrasse Jul. Obsequens Lib. de prodigiis scripsit; etsi Strabo de vi mentionem facit; quod de Romanorum injuriis interpretari licet, quibus à fortuna sua adjutis plus tamen in Bojos non licuit, quàm ut iis Italiam eriperent.* 566.

*DXX. b. Ex Strabone Geogr. lib. 5. Circa fluvium autem illum (Padum scilicet) quondam, ut dixi, Galli habitabant plurimi: quorum maximæ gentes Boji, & Insubres, & qui Romam aliquando subita incursione ceperunt Senones cum Gæfatis. Hos quidem postea temporis deleverunt Romani: Bojos autem suis domiciliis ejecerunt. Qui deinde ad Istrum cum commigrassent, apud Tauriscos habitaverunt, bellumque contra Dacos gesserunt, donec tota ipsorum gens funditus est excisa, & agrum, qui ad Illyricum pertinet, desertum ac pecoribus pascuum vicinis reliquerunt.*

*DXXI. Ex eodem Strabone lib. 7.* Is mos ad nostram usque duravit ætatem, semper aliquo reperto, qui ita esset animatus, ut Regi à consiliis esset, & à Getis Deus nominaretur &c. atque adeò quando *Bærebistas Getis præfuit, in quem jam Divus Cæsar adornabat expeditionem, Decaneus eo honore fungebatur &c.* Getarum antiquis historiis omissis, nostri temporis res exponamus. Boerebistes natione Geta, cùm Imperium in suam gentem suscepisset, eam crebris afflictam bellis refecit: tantùmque exercitatione, sobrietate, ac diligentia profecit, ut intra paucos annos magnum constituerit regnum, finitimásque plerasque gentes Getarum Imperio subjecerit: quin & Romanis jam cœpit terrorem afferre, Istrum audacter transiens, Thraciámque ad Macedoniam usque & Illyricum populans: Idem Celtas Thracibus & Illyriis permixtos evastavit, *Bojos, qui sub Critasiro erant, prorsus delevit, itémque Tauriscos, ut suæ genti tantò essent majores facultates.* Usus est autem operâ Decænei præstigiatoris hominis, & qui per Ægyptum vagatus didicerat quasdam divinationes, ex quibus Deorum responsa simulabat: ac parum abfuit, quin pro Deo haberetur, sicuti de Zamolxi narravimus. Indicio est, quàm fuerint dicto ejus audientes, quòd suadenti, ut vites exciderent, viveréntque sinè vino, paruerunt. Enim verò *Bærebistas seditione quorundam oppressus autè est, quàm Romani exercitum adversus eum mitterent. Successores ejus regnum in plures diviserunt partes.* Hujus regionis ( Illyrici ) partem vastam desertámque reddiderunt Daci, *debellatis Bojis & Tauriscis Gallicis gentibus Critasiro subjectis &c.* Quod quidem aliis quoque eo in tractu ( Illyrici ) gentibus usu venit: quorum enim summa olim fuit potentia, *nunc vel omnino nulli sunt, vel ad imam redacti conditionem, ut de Gallis Boji & Scordisci &c.*

*Ex eodem Strabone Geogr. lib. 4.* Japides quoque, permixta nunc Illyriis & Gallis gens circa hæc loca habitant, & extremitas his vicina est.

*DXXII. a.* Inter Scriptores rerum Boicarum *Aventinus* Strabonem sic intelligit: Bojos funditus non à Dacis deletos & excisos esse, sed motos tantùm loco & regimine, atque trans Danubium abductos, inter illius regionis incolas, Basternas, Alanos, Gepidas, Vandalos, Quados, Sarmatas, vicatim immixtos delituisse. Hinc igitur Hirros, Schiros, Buros, indubitatè Bojorum origini deberi, atque ex hoc undique collecto populo novam Rempublicam Boicam A. 508. exsurrexisse asserit. Perstringit id *Brunnerus Lib. 3. annal. Boicorum Cap. 9.* dicens: *Aventinus Boicas res narrare professus, iis deficientibus, stipem ex tota Germania, longiúsque colligit, & semesa verba ex omni lapide exsculpsit, ut perpetua per omnes Cæsarum annos ædificetur historia, quocunque tibicine fulsa; sæpe etiam reluctantes in Bojorum album populos inferit, in quo nunquam steterè.*

*DXXII. b.* Ast cùm de cœtero *Aventinus lib. 1. pag. 79.* circa tempus evastationis Bojorum, nempe sub Julio Cæsare, rectè sentiat; *Brunnerus*, evagationem Aventini in conquirendis populis Boicis carpens, ipse verò nimis domi manens, atque Bojos ad unum omnes ex agro Nariscorum proximo ciens, ut eos sibi invenire queat, tempora fatorum priscorum Boicorum contra omnem verosimilitudinem historicam transponit, *in Indice chronologico annalibus suis adjecto dicens: Circa annum octavum ante Christi nativitatem, urbis verò conditæ DCCXLIV.* Boica res prope exitium venit: nam ij, qui Noricum incolebant, cum Rege Critasiro à Dacis funditus deleti, qui in Bojohæmo per annos sexcentos habitaverant, à Marcomannis inde exacti sunt ad Nariscos. Fallitur in utroque supposito *Brunnerus: Jornandes de reb. Get. cap. 11.* testatur, *Bærebistam Dacis præfuisse*



fuisse, *nam Sylla Romano potius est principatu*, quod itaque priora tempora denotat ante Augustum ab A. 666. usque 675. Superiora excerpta ex *Strabone* docent, Bœrebistam sub Julio Cæsare, qui expeditionem contra illum meditabatur, Dacis præfuisse, factione autem oppressum, & regnum in partes scissum esse. *Florus Lib. 4. cap. 12. & Suetonius in Augusto cap. 63.* docent, sub Augusto Cotysonem Regem Dacorum, non itaque amplius Bœrebistam regnasse. *Horatius Odarum Lib. 3. Ode 6.* canit: pene occupatam feditionibus delevit urbem Dacus & Æthiops. *Ode 7. ad Mecenatē*: Mitte civiles super Urbe curas, occidit Daci Cotisonis agmen. Medus, infestus sibi, luctuosus dislidet armis. Servit Hispanæ vetus hostis oræ Cantaber ferâ domitus catenâ; Jam scythæ laxo meditantur arcu cedere campis &c. Hæc Carmina Horatiana manifestant, Cotisonem Romano Imperio tum vel maximè, dum bellâ civilia ferverent, ergo ad initia Augusti instituisse, devictum autem esse circa idem tempus, quo Cantabri, Medi, & Scythæ domiti, ergo ante annum V. C. 738. Horatius de gestis ultra annum 742. nullum carmen historicum edidit, Cotisonem memorat, non Bœrebistam; unde hic jam dudum in cineribus sepultus evastationem Bojorum anno 744. patrare non poterat, nec præsumpsisset, cum tunc jam tota Pannonia saltem ab A. 742. ex integro Romana esset.

*DXXII. c.* Rectè igitur Aventinus evastationem Bojorum temporibus Julii Cæsaris addicit. Rectè quoque *Strabo* eversionem Bojorum temporibus suis, seu seculo, in quo vivebat, scilicet ab Urbe condita octavo attribuit; quo tempore enim scripserit *Lib. 4.* his verbis indicat: Horum omnium ( id est Noricorum, Rhætorum &c. ) crebris incursionibus finem imposuit Tiberius & ejus frater Drusus unica ætate ( A. V. C. 739. ita Dio ) & jam annus agitur tertius supra trigesimum ( ergo annus V. C. 772. ) ex quo quiescentes tributum legitimè persolvunt. Quod itaque circa initium seculi octavi contigit contra Bojos, erat in seculo Strabonis. Transeundum nunc ad Bojos Bohemicos.

*DXXIII. a.* Ex *Strabone Geograph. Lib. 7.* Idem Posidonius perhibet: Bojos quondam Herciniam incoluisse Silvam: ac Cimbros, cum ad ea loca se contulissent, ab iis repulso, ad Istrum & Scordiscos Gallos descendisse: inde ad Teuristas ac Tauriscos, ipsos quoque Gallos: tum ad Helvetios, auri divites, coeterum pacatos. Ex *Iacito de mor. Germ.* Juxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomanni & Quadi agunt; Præcipua Marcomannorum gloria virisque, atque ipsa etiam sedes pulsus olim Bojis virtute parta.

Bojos Bohemicos Marcomannis resistere non potuisse, sed sedibus suis per montium & silvarum repagula munitis cessisse, mirum videri posset, cum A. V. C. 640. Cimbros validissimam nationem, quæ Romano Imperio 13. annorum fatigationem attulit, repulerit. Unde sentiendum videtur, Bojorum vim & copiam in Bojohæmia, tempore invasionis Marcomannorum, vel emigratione, vel aliunde jam diminutam fuisse. Sanè *Brunnerus in annal. Boj. lib. 1. cap. 10. & seqq.* ex antiquis scriptoribus fat testatum dat: Bojos illos, & Tectosages, qui sub Tarquinio Prisco in Germaniam ad Herciniam Silvam commigraverant, non omnes sedibus his captis affixos hæsisse, sed magnam eorum partem jam circa A. V. C. 471. & subsequis quoque temporibus, in Illyricum, Thraciam, & Asiam recessisse, ibidemque specialem regionem, exinde Galatarum seu Gallogræciæ, ex Gallicæ gentis nomine dictam, condidisse, quorum tria fuerint genera: Tollistoboji ( vel à Duce Tollista, vel à Celtica voce *Tolliste*, quasi audacissimi dicti ) dein Trocæ, & Tectosages.

*DXXIII. b.* De veritate migrationis nihil omnino dubitandum, ut inter alios à Brunnero citatos scriptores veteres ex *Livio lib. 38. cap. 11. & seqq.* & ex *Floro lib. 2. cap. 11.* patet. Brennus primus Dux Gallos duxit in Dardanos; ab eo secesserunt Leonorius & Lutarius Reguli in Thraciam, occupant Propontidis civitates, descendunt ad Hellepontum, & Bithyniam, cujus Regi Nicomedi auxilia dant adversus Zyboeam Regem partis Bithyniæ. Ulteriora relata Livii hæc sunt: Profecti ex Bithynia in Asiam processerunt; non plus ex XX. millibus hominum quam decem arma-

## 8      SECTIO XXXVIII. APPARATUS HISTORICUS.

armata erant, tamen tantum terroris omnibus, quæ cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt, ut quas adissent, quasque non adissent, pariter ultimæ propinquis, imperio parerent. Postremò cum tres essent gentes, *Tolistobogii*, *Trocmi*, *Tectosages*, in tres partes, quæ cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, dividerunt. Trocmis Helleponti ora data, Tolistobogii Æolida atque Joniam, Tectosagi mediterranea Asiæ sortiti sunt, & stipendium totâ cis Taurum Asiâ exigebant; sedem autem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. Tantusque terror eorum nominis erat, multitudine etiam magna sobole aucta, ut Syriæ quoque ad postremum Reges stipendium dare non abnuerent.

**DXXIV.** De tempore migrationis, quòd ea circa A. V. C. 471. contigerit, dubitare non sinunt ea, quæ Livius de Antipatro Macedoniæ Præfecto, ac postea de Nicomede Bithyniæ Rege affert. De regione autem, unde venerint, an ex Gallia Cisalpina Italiæ, an ex Germania? supponere videtur *Livius d. lib. 38. cap. 12.* in Oratione Manlii Consulis ante prælium Gallogræcicum de A. V. C. 565. egressos eos ex Gallia Cisalpina, cum de illorum tantummodò bellis antiquis in Italia mentionem faciat; Ast dum idem *Livius* inter Gallogræcos expressè Tectosages numeret, quos *lib. 5. cap. 34.* in Italiam olim transisse non commemoraverat, sed *Julius Cæsar* ad Herciniam Silvam migrasse testatur, migratio Bojorum in Thraciam & Asiam, si non secundum *Brunnerum* Bojis Germanicis solis, saltem tamen pro parte vindicanda esse videtur. Gallogræci hi regionem hanc Asiaticam longissimis temporibus, & saltem usque ad Augusti tempora obtinuerunt, ut patet ex historia belli civilis inter Julium Cæsarem & Pompejum de A. V. C. 706. quo tempore Deiotarus Rex Gallogræcis præerat. Præterea longis ab hac Gallogræcia spatiis Galli alii, Scordisci nuncupati, partim ad Scardi montis extrema, in confiniis Dalmatiæ antiquæ magnæ, & Mœsiæ superioris, ad posteriores Savi ripas, partim circa Mœsiam inferiorem, Thracias, & Macedoniam, pulsus modò hinc, modò illinc indigenis gentibus, ut *Strabo* peramplè & non uno in loco testatur, inveniebantur. Unde pronum videtur colligere: Bojos Bohemicos non tantum A. V. C. 471. sed & multò sequioribus temporibus vestigia coloniarum Gallicarum, cum in Illyrico interiore, tum in Thraciis, & in Asia legisse, iisque se pro parte associasse, usque dum demum sub temporibus Julii Cæsaris tota gens residua Bojorum Bohemicorum, jam magnopere diminuta, & imparem se insultui Marcomannorum sentiens, ad proximam sibi coloniam Tauriscorum Noricorum, & inde ad Helvetios emigraret.

**DXXV.** Tempus hujus ultimæ migrationis ad Julii Cæsaris ætatem referri debere, indicare videtur *Strabo*: Scribit is de everfione Bojorum Noricorum & Tauriscorum ex notitia sui ævi; de expulsionem Bojorum Bohemicorum præscindit, & tantum ex testimonio & ævo Posidonii historici antiquioris quædam adducit. *Posidonius* is maximè circa A. V. C. 677. Rhodi in Græcia florebat, quem eodem tempore *M. Tullius Cicero*, inter alios Philosophos & Oratores auditurus adierat. Vid. *Usserius rer. Asiæ. ad annum mundi 4637.* Itaque *Posidonius* scripserat: Bojos incolere silvam Herciniam, & repulisse Cimbros. Mortuus autem, aut destitisse à descriptione videtur, antequam Boji à Marcomannis expellerentur. *Strabo* verò, cum ex notitia sui ævi nihil haberet de Bojis Bohemicis jam expulsis, ex ævo *Posidonii* simpliciter scriptum reliquit: Bojos quondam, id est secundum relata *Posidonii*, Herciniam silvam incoluisse, & Cimbros repulisse. Itaque vix aberrabitur, si tempus expulsionis Bojorum circa A. V. C. 690. collocetur. Quam in rem audiendus *Julius Cæsar*, cujus relatu de bello Helvetico tempus id apprime convenit.

A. V. C. 693. **DXXVI. a.** *Ex Julio Cæsare de bell. Gall. lib. 1. cap. 2.* Apud Helvetios longè nobilissimus & ditissimus fuit Orgetorix. Is *M. Messalla*, & *M. Pisone* *Coss.* regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit, & civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent; perfacile esse, cum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit, quòd undique loci naturâ Helvetii continerentur: Una ex parte flumine Rheno latissimo, atque altissimo, qui agrum Hel-

Helvetium à Germanis dividit : altera ex parte, monte Jura altissimo, qui est inter Sequanos & Helvetios : tertiâ, lacu Lemano, & flumine Rhodano, qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit. *Cap. 3.* His rebus adducti & auctoritate Orgetorigis permoti, constituerunt ea, quæ ad proficiscendum pertinerent, comparare &c. Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt, in tertium annum profectionem lege confirmant ; ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur. *Cap. 4.* Orgetorix mortuus est : neque abest suspicio, ut Helvetii arbitrantur, quin ipse sibi mortem consciverit. *Cap. 5.* Post ejus mortem nihilominus Helvetii id, quod constituerant facere, conantur, ut è finibus suis exeant. Ubi jam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida omnia sua, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata ædificia incendunt, frumentum omne, præter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent ; trium mensium molita cibaria sibi quemque domo efferre jubent ; persuadent Rauracis, & Tulingis, & Latobrigis finitimis, uti, eodem usi consilio, oppidis suis vicisque exustis, unâ cum iis proficiscantur ; *Bojosque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transferant, Noriciamque oppugnant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.*

A.V.C.  
694.

*DXXVI. b.* *Cap. 6.* Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conveniant. Is dies erat, a. d. V. kal. Apr. L. Pisone, & A. Gabinio Coss. *Cap. 11.* Helvetii jam per angustias & fines Sequanorum suas copias transdixerant, & in Æduorum fines pervenerant, eorumque agros populabantur. *Cap. 12.* Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit. *Cap. 27.* Helvetii omnium rerum inopiâ adducti, Legatos de deditioe ad eum miserunt. *Cap. 28.* Cæsar Helvetios, Tulingos, Latobrigos, in fines suos, unde erant profecti, reverti jussit, &, quod omnibus frugibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent : ipsos oppida, vicosque, quos incenderant, restituere jussit. Id ea maximè ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare ; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, è suis finibus in Helvetiorum fines transirent : & finitimi Galliæ provinciæ, Allobrogibusque essent. *Bojos, potentibus Æduis, quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit : quibus illi agros dederunt, quosque postea in partem juris libertatisque conditionem, atque ipsi erant, receperunt. Cap. 29.* In Castris Helvetiorum tabulæ repertæ sunt, literis Græcis confectæ, & ad Cæsarem perlatae, quibus in Tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum, qui arma ferre possent, & item separati pueri, senes, mulieresque ; quarum omnium rerum summa erat, capitum Helvetiorum millia CCLXIII. Tulingorum millia XXXVI. Latobrigorum XIV. Rauracorum XXIII. *Bojorum XXXII.* Ex his, qui arma ferre possent, ad millia XCII. Summa omnium fuerat ad millia CCCLXIX. Eorum, qui domum redierunt, censu habito, ut Cæsar imperaverat, repertus est numerus millium C. & X.

696.

*Ex Julio Casare de bell. Gall. lib. 7. cap. 9.* Hac re cognita Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit, atque inde profectus *Gergoviam Bojorum oppidum, quos ibi, Helvetico prælio victos, Cæsar collocaverat, Æduisque attribuerat, oppugnare instituit.*

702.

*Pars IV.*

B

*DXXVII.*

**DXXVII.** Cæsar per Bojos, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transferant, Noreiamque oppugnarant, omnino intelligit Bojos antehac Bohemiæ incolas, qui inde per Marcomannos Suevos pulsî, transito Danubio, in agro Norico prope Noreiam seu Neumark hodiernæ Stiriaë, in vicinia popularium suorum, tam Tauriscorum Gallorum, quam Bojorum aliorum, ex Italia A. V. C. 566. depulsorum, lares tutos figere arbitrabantur, sed ab Helvetiis in primordio motuum suorum, igitur A. V. C. 694. allecti, sedibus his Noricis posthabitis, ad patriam antiquam Galliam Celticam remeare præferebant. Sanè alii tempore Cæsar's in Europa Boji extra patriam suam Galliam non erant, nisi in Illyrico (sub quo nomine laxè sumpto etiam Noricum venit) & in Bojohæmo Germaniæ. Illyrici Boji non poterant dici transire in agrum Noricum, quia illius partem jam 130. annis tenebant; igitur Boji Bohemici fuerunt, qui ante A. V. C. 694. in Noricum transferant, & Noreiam oppugnaverant, dein autem cum Helvetiis Galliam invaserunt. Hac in re quidem conveniens est Authorum de Boicis rebus scribentium sententia, nec aliter sentire fas est; unde enim venissent trans Rhenum (itaque in Germania) incolentes, nisi ex Bohemia? cùm alios Gallos, qui quondam simul cum Bojis in Germaniam venerant, & regionem circum Herciniam silvam occupaverant, *Cæsar de bell. Gall. lib. 6. cap. 24.* non Bojos, sed Volcas Tectosages, *Tacitus* verò Helvetios, origine, & nomine, generali scilicet, nuncupet.

**DXXVIII.** Hanc epocham Bojorum expulsoꝝ *Brunnerus* in *Annal. Boicis* incassum ad tempora Augusti Cæsar's, & quidem ad annum V. C. 744. rejicit, & Bojos eos sedes primas novas inter Nariscos cepisse asserit. Pari errore tenetur *Hansizius* in *Germ. sacræ tom. 1. P. 1. cap. 17.* ubi ait: Sed demum *indubitatum* est, Bojos ex Bojohæmo diu post Julium Cæsarem expulsos; nam pulsî sunt à Marcomannis *Maroboduo Duce*, qui Romæ juvenis vixerat, & beneficiis ab Augusto affectus fuerat, ut memorat *Strabo* lib. 7. *Manifestum* igitur est, Bojos illos, quos Helvetii receperant, fuisse tantum Bojorum aliquam manum, non item gentem universam; sed hanc multis post annis violentiâ Marcomannorum demigrasse *ad vicina Vindelicia loca.* Verum enim verò, ut tunc facile concesserim, partem aliquam Bojorum ex Bohemia migrantium in vicinis statim Nariscis, aut transito prius Danubio in Vindelicis, aut etiam utrobique hæsisse, suoque nomine obliterato in nomen populi recipientis concessisse; de populo tamen toto Boico metamorphosis talis vix credibilis est; tempus quoque Imperii Augusti quam maxime refragatur, utpote quod jam in annotandis Germaniæ vicinæ & Norici rebus *Scriptores* Romanos occupaverat, & nullum testem de expulsiōe Bojorum signatè referentem produxit. Unde dicendum potius est; ultima fata Bojorum sub ævo Julii Cæsar's claudi, & hunc ea, quæ Bojos Bohemicos, *Strabonem* verò, quæ Bojos Pannonicos ulteriori historiæ filo subtraxerant, commemorasse, dum illi, Bohemici nempe, demum sub *Ædvis*, hi Pannonici sub *Dacis*, proprio nationis nomine amisso, delitescerent.

**DXXIX.** *Brunneri*, *Hansizii*, & aliorum contrarium sententiarum fundamentum unicum est in relatione *Strabonis* lib. 7. & *Vellej's Patercul's* lib. 2. qui Marcomannos in Herciniam silvam à *Maroboduo* ductos esse asserunt. Hic vel maxime distinguendum est inter primam inductionem Marcomannorum in Bohemiam, quæ omnino expulsionem Bojorum conjuncta erat, & inter succedaneam inductionem reliquorum adhuc extra Bohemiam sedentium Marcomannorum, quæ nullo modo Bojorum expulsionem adhæret. *Brunnerus*, & *Hansizius*, ex præoccupata opinione, inductionem, de qua *Strabo*, & *Vellejus*, pro prima capiunt, quo supposito admisso aliud tempus expulsoꝝ Bojorum, quam circa A. V. C. 744. vix quadrat. Ex Excerptis infra ad seculum primum apparebit: Augustum per privignum suum *Tiberium* Anno æræ Christianæ quinto, Urbis conditæ 758. bellum contra *Maroboduum* parasse; sub Imperio *Tiberii* A. Chr. 19. V. C. 772. *Maroboduum* à *Catualda* fugatum, *Ravennæ* in Imperio Romano locum refugii obtinuisse, ibique per 18. annos reliquam senectutem exegisse, adeoque circa A. Chr. 37. V. C. 790. mortem ingloriam ibidem oppetiisse. Si igitur ætas ejus 70. annorum supponatur, A. V. C. 744. viginti & aliquot annos attigerat, expeditioni utique in Herciniam Boicam aptos. At nec *Strabo*, nec *Vellejus Paterculus* de expeditione Suevorum prima intelligi possunt, sed historia sic intelligenda videtur: Circa annum 692. Suevi bellatores, qui quotannis ad

ad centum millia ultra fines bellatum ire solebant (ut in sectione de Suevis dicitur) Bojos gentibus Suevicis fermè circumfessos, intra sinum quasi suum ferre amplius noluerunt; sed ex Hercinia silva cedere compulerunt, propriam gentem suam sub nomine Marcomannorum eò terrarum substituentes. Secuta dein Dacica evastatione Pannoniæ terram illam, quæ tum Pannonia superior, & tempore multum posteriore, scilicet Diocletiani, pro parte, Valeria audiebat, unà cum Quadis, æquè Suevis, occuparunt. Et hæc acta in statu adhuc populari Suevorum. *vid. Num. 539.* Maroboduus posthac circa A. V. C. 742. Romam redux, & favoribus Augusti sibi celsior visus, principatum in populo suo arripuit, sed cum potentia ejus suspecta fieret Augusto, metu hujus populares suos, qui intra Pannoniam & Romanos limites diffusi erant, in Herciniam silvam retraxit. Et hoc est, quod Strabo & Paterculus de transductione Marcomannorum in Herciniam non sat clarè referunt, apertè autem *Sextus Rufus cap. 8.* de temporibus Augusti testatur: Marcomannos & Quados de locis Valeriæ, quæ sunt inter Danubium & Dravum, pulsos esse. Huic discretioni temporis & migrationis nihil officit (ut quidem arguit *Hansizius*) locus *Julii Cæsaris de bell. Gall. lib. 6. cap. 24.* ubi, occasione belli Gallici in A. V. C. 701. gesti, Cæsar facta digressione ad mores & fortitudinem Gallorum veterum, testatur, Volcas Tectosages, qui quondam circum Herciniam silvam in Germania sedes ceperant, ad illud usque tempus Julii Cæsaris iis sedibus se continere; quid inde enim sequitur, etiam Bojos intra Herciniam silvam se pariter continere? minimè; immò potius sequitur, Bojos in suis Germanicis sedibus se non amplius continere, sed illos eosdem esse, de quibus *lib. 1.* jam ad A. V. C. 696. retulerat, ex Germania transitum in Noricum & dein ad Helvetios fecisse. Certè noti erant Julio Cæsari Boji, cum quibus pugnaverat; si itaque pars eorum in Germania remanserat, cur hoc *lib. 6.* non indigitat, sicut de Tectosagibus residuis facit?

## SECTIO XXXIX.

### TEMPORA ANTE CHRISTUM NATUM.

#### De Cimbris.

*Nus DXXX.* Ex *Strabone Geogr. lib. 7.* De Cimbris verò quædam ineptè dicuntur, quædam probabilitatem habent non mediocrem. Non enim hac de causa eos, ut incertis vagarentur sedibus, & latrociniiis victum quærent, compulsos crediderim, quia è peninsula, quam inhabitabant, diluvio fuerint ejecti: cum hodièque antiquas incolant sedes, nupèrque Augusto lebetem, qui apud ipsos sacerrimus habebatur, dono miserint, amicitiam expetentes, & veniam illatarum injuriarum, eaque consecuti domum redierint &c. Hæc *Posidonius* jure in scriptoribus reprehendit. Idem non ineptâ conjecturâ colligit, Cimbroso homines fuisse prædones ac vagos, armisque ad Mæotim usque lacum progressos: & fuisse ab iis Cimerium Bosporum denominatum, quasi Cimbrum, cum Græci Cimbroso Cimmeriorum nomine afficiant. Idem perhibet, *Bojos quondam Herciniam incoluisse silvam*: ac Cimbroso, cum ad ea loca se contulissent, ab iis repulsos, ad *Istrum & scordiscos Gallos descendisse*: inde ad Teuristas & Tauriscos, ipsos quoque Gallos: tum ad Helvetios, auri divites, cœterum pacatos. Hos, cum viderent suis majores opes latrocinii Cimbrorum partas, maximè Tigurinos ac Tugenos, animum ad prædas adjecisse, ac Cimbris Italiam petentibus socios se adjunxisse. Omnes autem à Romanis debellati sunt & Cimbrum & eorum socii, partim extra Alpes, partim, cum, his superatis, in Italiam descendissent &c. Germanorum, ut diximus, septentrionales qui sunt, propter litus Oceani porriguntur: ac noti sunt ab Ostiis Rheni usque ad Albin, notissimi

Sicambri, & Cimbri. Quæ autem trans Albim ad Oceanum sunt, nobis prorsus sunt ignota.

*Ex Strabone Geogr. lib. 5.* Sita est Aquileia extra Venetorum fines, pro limite est fluvius ab Alpibus delapsus, qui adversus navigari potest, & MCC. stadiis ad Noreiam Urbem, apud quam Cn. Carbo inani conatu cum Cimbris confligit.

*DXXXI. Ex Tacito de mor. Germ. cap. 37.* Eundem Germaniæ finem (ad septentrionem) proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloriâ ingens, veterisque famæ latè vestigia manent utrâque ripâ castra, ac spatia: quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manûsque gentis & tam magni exercitûs fidem. Sexcentimum & quadragessimum annum Urbs nostra agebat, (id est, annus ille haud dudum elapsus erat in vere) cum primùm Cimbrorum audita sunt arma, Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Consulibus.

A.V.C.  
641.

*Ex Livii Epitome lib. 63.* Cimbri gens vaga populabundi in Illyricum venerunt. Ab iis Papirius Carbo Consul cum exercitu fusus est.

645.

*Ex Livii Epit. lib. 65.* M. Junius Silanus Consul adversùm Cimbros infeliciter pugnavit; Legatis Cimbrorum sedem & agros, in quibus considerent, postulantis senatus negavit.

*Ex Floro lib. 3. cap. 3.* Cimbri Teutoni, atque Tigurini, ab extremis Galliæ profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe quærebant: exclusivæ Galliâ & Hispaniâ, quum in Italiam remigrarent, miserant legatos in castra Silani, inde ad senatum, petentes, ut Martius populus aliquid sibi terræ daret quasi stipendium: ceterum, ut vellet, manibus atque armis suis uteretur. Sed quas daret terras populus Romanus agrariis legibus inter se dimicaturus? Repulsi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere constituunt.

647.

*DXXXII. Ex Livii Epit. lib. 65.* L. Cassius Consul à Tigurinibus Gallis pago Helveticorum, qui à civitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est. Milites, qui ex ea clade superaverant, obsidibus datis, & dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.

649.

*Ex Livii Epit. lib. 67.* M. Aurelius Scaurus Legatus Consul (alterius scilicet C. Marii, qui bello Jugurthino occupatus erat) à Cimbris fuso exercitu captus est. Et cum in Consilium ab iis evocatus deterreret eos, nè Alpes transirent Italiam petaturi, eò quòd diceret, Romanos vinci minime posse, à Bolo Rege, feroce juvene, occisus est. Ab iisdem M. Manilius Consul, & Q. Servilius Cæpio Proconsul victi prælio castrisque binis exuti sunt. Octoginta millia militum occisa, calorum ac lixarum quadraginta millia. Secundum populi Romani iussionem, Cæpionis, cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primòque post Regem Tarquinium imperium ei abrogatum.

*Ex Eutropio lib. 5. cap. 1.* Dum bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Romani Consules M. Manilius, & Q. Cæpio (non amplius Consul, ut priore anno, sed Proconsul secundum Livium) à Cimbris, & Teutonibus, & Tigurinibus, & Ambronibus, quæ erant Germanorum & Gallorum gentes, victi sunt juxta flumen Rhodanum, & ingenti internecione attriti, etiam castra sua, & magnam partem exercitûs perdidit. Timor Romæ grandis fuit, quantus vix Annibalis, tempore Punici belli, nè iterum Galli Romam redirent.

Ergo

Ergo Marius post victoriam Jugurthinam secundò Consul est factus, bellumque ei contra Cimbròs & Teutones decretum est. A.V.C. 650.

Tertiò quoque ei & quartò delatus est consulatus, quia bellum Cimbricum protrahatur. 651.

*Ex Livii Epitome lib. 67.* Cimbròs vastatis omnibus quæ circa Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca populati, à Celtiberis fugati sunt: reversique in Galliam bellicosos se Teutonibus conjunxerunt.

**DXXXIII.** *Ex Eutropio lib. 5. cap. 1.* Marius in quarto consulatu collegam habuit Q. Lutatium Catulum. Cum Cimbris itaque conflixit, & duobus præliis CC. Millia hostium cecidit, LXXX. millia cepit, & Ducem eorum Teutobodum. 652.

*Ex Livii Epitome lib. 68.* C. Marius Consul ( quartum ) summâ vi oppugnata à Teutonibus & Ambronibus castra defendit. Duobus deinde præliis circa Aquas Sextias ( à C. Sextio Calvino Proconsule, victa Salviorum gente, A. V. C. 631. conditas, *Livii Epit. lib. 61.* ) eos hostes delevit: in quibus cæsa traduntur hostium ducenta millia, capta nonaginta.

*Ex Floro lib. 3. cap. 3.* Actum erat, nisi Marius illi seculo contigisset: ille quoque non ausus congredi statim ( id est A. 650. & 651. ) militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies & impetus, quem pro virtute Barbari habent, consenesceret. Recessere igitur ( ad Hispanias ) increpantes, &, tanta erat capiendæ urbis fiducia! consulentes, si quid ad uxores suas mandarent: nec segniùs, quàm minati fuerant, tripartito agmine per Alpes, id est, claustra Italiæ, ferebantur. Marius miram statim velocitate occupatis compendiis prævenit hostem, priorisque Theutonas sub ipsis Alpium radicibus assequutus, in loco, quem Aquas Sextias vocant, quo fides Numinum prælio oppressit. Vallem fluviùmque hostes tenebant, nostris aquarum nulla copia: consultone id egerit Imperator, an errorem in consilium verterit, dubium, certè necessitate acta virtus causa victoriæ fuit: nam flagitante aquam exercitu, viri, inquit, estis, en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est, eaque cædes hostium fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quàm sanguinis Barbarorum. Certè Rex ipse Theutobocchus quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum, quum fugeret, ascendit: proximoque in saltu comprehensus insigne spectaculum fuit: quippe vir proceritatis eximiæ super tropæa ipsa eminebat.

**DXXXIV.** *Ex Livii Epitome lib. 68.* Marius absens quintum Consul creatus est. Triumphum oblatum, donec Cimbròs vinceret, distulit. Cimbròs repulso ab Alpibus, fugatoque Q. Catulo Proconsule ( ergo A. 653. laxè computato, & finiente jam A. V. C. 652. strictè computato ) qui fauces Alpium obsederat, & ad flumen Athesim castellum editum infederat, reliqueratque, ubi virtute sua explicata fugientem Proconsulem exercitumque persecuti, in Italiam trajecissent, junctis ejusdem Catuli, & C. Marii exercitibus, prælio victi sunt ab eis, in quo cæsa traduntur hominum centum quadraginta millia, capta sexaginta. Marius totius civitatis consensu receptus, pro duobus triumphis, qui ( de Teutonibus specialiter, & Cimbris ) offerebantur, uno contentus fuit. 653.

*Ex Eutropio lib. 5. cap. 2.* Tria & triginta Cimbris signa sublata sunt; ex his exercitus Marii duo reportavit: Catuli exercitus XXX. & unum.



*Ex Floro lib. 3. cap. 3.* Sublatis funditùs Theutonis, Marius in Cim-bros convertitur. Hi jam, quis crederet? per hyemem, quæ altiùs Al-pes levat, Tridentinis jugis in Italiam provoluti ruinâ descenderant. A-thesim flumen non ponte, nec navibus, sed &c. ingestâ obrutum silvâ transiluère, & si statim infesto agmine urbem petissent, grande discrimen esset: Sed in Venetia, quo ferè tractu Italia mollissima est, ipsa soli cæ-lique clementia robur elanguit. &c. In patentissimo, quem Caudium vo-cant, campo concurrere: millia inde CXL. ceciderunt, hinc tertio mi-nus; per totum diem conciditur Barbarus. &c. Nec minor cum uxori-bus eorum pugna, quàm cum ipsiis fuit: quum objectis undique plau-stris atque carpentis, altæ desuper, quasi è turribus, lanceis contisque pugnant. Perinde speciosa mors earum fuit, quàm pugna: nam quum missâ ad Marium legatione, libertatem ac Sacerdotium non impetrassent (nec fas erat) suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis con-cidère vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto ab arboribus jugisque plaustrorum pependerunt. Beleus Rex in acie dimicans impigrè, nec inultus occubuit. Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi in subsidio No-ricos infederat Alpium tumulos, in diversa lapsi, fuga ignobili & latro-ciniis evanuit.

*DXXXV. Ex Joanne Mollero de Chersonejo Cimbrica cap. 5. §. 4.* Cim-brorum autem gentem inclytam atque bellicosam ex Jutia & Holsatia nostra, non autem Suecia prodiisse constanter asseveramus.

Cimbri soli erant, qui circa annum V. C. 640. verno tempore finientem Bojos in Bohemia tentabant, sed repulsi, transito Danubio & permeato Norico, ad Scor-discos Gallos in Thraciam desiecebant, inde autem, cum sedes non obtinerent, sed ipsi Scordisci cum Romanis bello impliciti essent, *vid. num. 547.* ad Tauriscos, in Noricum, retrocedebant, porrò, obtentâ victoriâ ad Norciam urbem Noricorum, ad Helvetios descendebant, A. 645. Tigurinis Helvetiis se conjungebant, Galliam & Hispanias per plures annos vexabant, rejecti autem abinde, A. V. C. 651. Theuto-nis, qui & ipsi, spe sedium in Gallia figendarum, à litore Oceani Germanici ultra Rhenum in Gallias commigravère, associabantur, & demum A. 652. & 653. omni spe figendi lares in territorio Romanorum excidebant, maximamque stragem passi ad geniale solum revertebantur. Unde itaque concludendum est, nec Tigurinos Hel-vetios, nec Theutones, aut Ambrones Germanos Bohemiam vidisse.

## SECTIO XL.

### TEMPORA ANTE CHRISTUM NATUM.

#### De Suevis.

*Nus DXXXVI.* Prænotandum: Gallias tempore Julii Cæsaris nondum totas po-pulo Romano conquistas, sed Rhodano Fluvio divisas fuisse. Quod ab hoc fluvio Hispanias spectabat, populi Romani provincia erat: quod verò Rhenum, populari Imperio Indigenarum regebatur; pars nempe parebat Æduis, pars Arvernus & Sequa-nis. Quælibet autem harum Rerumpublicarum contendebat de potentatu summo. Arverni itaque & Sequani arcesserant Ariovistum Ducem Germanorum, qui in consu-latu primo Cæsaris A. 695. Rex atque amicus à Senatu Romano appellatus erat. Ario-vistus hac occasione usus XV. millia primùm, dein usque ad CXX. millia Germano-rum in Gallias duxit, Æduos Sequanis subjecit, ipse verò re ipsa regnum in omnes affectabat. Hunc Ariovistum Cæsar, dum Helvetios jam compescuerat, aggredi & ultra Rhenum pellere statuit.

A. V. C. *Ex Julio Casare de bello Gall. lib. 1. cap. 37.* Hæc eodem tempore Cæsari  
696. mandata referebantur, & Legati ab Æduis & Treviris veniebant: Ædui  
que-

questum, quòd *Harudes*, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur: sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariovisti redimere potuisse; Treviri autem: *pagos centum Suevorum ad ripam Rheni con-sedisse*, qui Rhenum transire conarentur: iis præesse Nasuam & Cimberium fratres. Quibus rebus Cæsar vehementer commotus, maturandum sibi existimavit, ne si nova manus Suevorum cum veteribus copiis Ariovisti sese conjunxisset, minùs facilè resisti posset.

*Cap. 50.* Cæsar ex Castris utrisque copias suas eduxit: paululúmque à majoribus castris progressus, aciem instruxit, hostibusque pugnandi potestatem fecit. Ubi ne tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit. Tum demum Ariovistus partem suarum copiarum, quæ castra minora oppugnaret, misit: acriter utrinque usque ad vesperam pugnatum est.

*Cap. 51.* Postridie ejus diei Cæsar præsidium utrisque castris, quo satis esse visum est, reliquit. &c. Ipse triplici instructa acie, usque ad castra hostium accessit.

*DXXXVII.* Tum demum necessariò Germani suas copias è castris eduxerunt, generatimque constituerunt, paribusque intervallis *Harudes*, *Marcomannos*, *Triboccos*, *Vangiones*, *Nemedes*, *Sedusios*, *Suevos*, omnémque aciem suam rhedis & carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. &c.

*Cap. 53.* Ita prælium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt: neque priùs fugere destiterunt, quàm ad flumen Rhenum milia passuum ex eo loco circiter quinquaginta pervenerunt. Ibi perpauci, aut viribus confissi transnatare contenderunt, aut lintribus inventis salutem sibi petierunt. In his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus, eà profugit: reliquos omnes equitatu consecuti nostri interfecerunt. Duæ fuerunt *Ariovisti uxores*, una *Sueva* natione, quam domo secum adduxerat, *altera Norica*, *Regis Vocionis soror*, quam in Gallia duxerat à fratre missam: utraque in ea fuga periit. &c.

*Cap. 54.* Hoc prælio trans Rhenum nuntiato, *Suevi*, qui ad ripas *Rheni* venerant, domum reverti cœperunt: quos *Ubi*, qui proximè Rhenum incolunt, perterritos infecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Cæsar una æstate duobus maximis bellis (Helvetico nempe, & dein Germanico) confectis, maturiùs paullò, quàm tempus anni postulabat, in hiberna in *Sequanos* exercitum deduxit.

*DXXXVIII.* Ex *Julio Cesare de bello Gall. lib. 4. cap. 1.* Ea, quæ sequuta A. V. C. est, hyeme, qui fuit annus Cn. Pompejo M. Crasso Coss. *Uspetes* Germani, & 699. item *Tenchteri*, magna cum multitudine hominum, flumen Rhenum transierunt, non longè à mari, quò Rhenus influit. Causa transeundi fuit, quòd ab Suevis complures annos exagitati, bello premebantur, & agriculturâ prohibebantur. *Suevorum gens* est longè maxima & bellicosissima Germanorum omnium, ii centum Pagos habere dicuntur, ex quibus *quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, suis ex finibus educunt*; reliqui domi manent: se atque illos alunt. Hi rursus invicem anno pòst in armis sunt, illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio atque usus belli intermittitur. Sed privati atque separati agri apud eos nihil est; neque longiùs anno remanere uno in loco, incolendi causâ, licet; neque multùm frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt, multùmque sunt in venationibus. Quæ res,

res, & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ (quod à pueris nullo officio aut disciplinâ adsuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant) & vires alit, & immani corporum magnitudine efficit. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt, ut locis frigidissimis, neque vestitûs, præter pelles, habeant quidquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta; & laventur in fluminibus &c. Publicè maximam putant esse laudem, quàm *latissimè à suis finibus vacare agros*: hac re significari, magnum numerum civitatum suam vim sustinere non potuisse. Itaque una ex parte à Suevis circiter millia passuum, C. agri vacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt *Ubi*, quorum fuit civitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum, & paullò, qui sunt ejusdem generis, etiam cæteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant, & ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus adsuefacti. Hos cum Suevi, multis sæpe bellis experti, propter amplitudinem gravitatèque civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vestigales sibi fecerunt, ac multò humiliores infirmioresque reddiderunt. In eadem causa fuerunt *Uspetes* & *Tenchteri*, quos suprâ diximus, qui cum plures annos Suevorum vim sustinuerint, ad extremum tamen, agris expulsi, & multis locis Germaniæ triennium vagati ad Rhenum pervenerunt, quò regiones *Menapij* incolabant, & ad utramque ripam fluminis agros, ædificia, vicòsque habebant, sed tantæ multitudinis adventu perterriti, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigraverunt: & cis Rhenum dispositis præsidis Germanos transire prohibebant.

*DXXXIX.* Ex *Julio Cesare de bello Gallico lib. 6. cap. 23.* Ubi de moribus Germanorum in genere agit. Civitatibus maxima laus est, quàm *latissimas circa se, vastatis finibus, solitudines habere.* Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope se audere consistere. Simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello præsent, ut vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. *In pace nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos jus dicunt, controversiâsque minuunt.*

NOTA. Julius Cæsar in hoc Libro sexto de rebus A. V. C. 701. contra Senones, Carnutes, Menapios, & Treviros Gallos, dein contra Germanos Suevos gestis tractat, & per digressionem mores tum Gallorum, tum Germanorum describens testatur, Germanis in bello esse duces cum regia ferme potestate, in pace autem nullum communem magistratum. Igitur & Suevi Marcomanni tunc nondum Reges habebant, & Bojorum depulsio ex Hercinia silva sub regimine populari Suevorum contingere debuit, cum ad posteriora quàm Julii Cæsaris tempora referri nequeat.

A. V. C. 701. *DXL.* Porrò *Julius Cæsar in eod. lib. 6. cap. 7. & seqq.* recenset: Treviros Labienum cum una Legione, quæ in eorum finibus hiemaverat, adoriri parâsse, ast dum aliæ duæ legiones à Cæsare missæ advenissent, auxilia Germanorum expectare constituisse. Non expectasse tamen, sed in Labienum, quem fugâ elabi velle credebant, irruisse, fortiter autem ab eò exceptos animum despondisse, & in fugam coniectos magno numero interfectos esse. Germanos, qui auxilio veniebant. perceptâ Trevirorum fugâ, sese domum contulisse. Cæsarem causâ cognitâ, quod Suevi Treviris auxilia miserint, reperisse, ideòque Rhenum transire statuisse, & aditus viasque in Suevos perquisivisse. Nuntiatum dein esse Cæsari ab Ubiis: Suevos omnes in unum locum copias cogere, *atque iis nationibus, quæ sub eorum sunt imperio, denunciare, ut auxilia pediatûs equitatûsq; mittant.* Alterum nuntium, paucis diebus intermissis, ab Ubiis venisse: *Suevos omnes*, posteaquàm certiores nuntii de exercitu Romanorum venerint, cum

cum omnibus suis sociorumque copiis, quas coëgissent, penitus ad extremos fines sese recepisse. Silvam esse ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis, ac longè introrsus pertinere, & pro nativo muro objectam, Cheruscos à Suevis, Suevosque à Cheruscis, injuriis incursionibusque prohibere: ad ejus initium silvæ Suevos adventum Romanorum expectare constituisse.

Silva Bacenis, ut Authores interpretantur, fuit pars magnæ Herciniæ; unde, quousque se extenderint Suevi, dijudicari potest. De Cæsaris Augusti temporibus tantum ex *Suetonio cap. 21. in Augusto, & cap. 19. in Tiberio* notandum, ex Suevis, & Sicambribus, quadraginta millia dedititorum in Galliam trajecta, juxtaque ripam Rheni sedibus assignatis collocata esse. Bellum Germanicum *Eusebius* anno 35. Imperii Augusti alligat.

A.V.C.  
745.

## SECTIO XLI.

### ANTE CHRISTUM NATUM.

#### De Illyrico.

**Nus DXLI.** Quæ provinciæ temporibus jam Imperatorum Romanorum in primis Seculis Christianis Illyrico, nec non Thraciis accensitæ fuerint, præmittendum hic:

*Ex Sexti Rasi Breviario cap. 9.* Habet Illyricus septem & decem provincias: Noricorum duas, (Noricum Ripense, & Mediterraneum) Pannoniarum duas, (Pannoniam primam, & secundam) Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Mœsiam, (Superiorem) Daciarum duas, (Daciam Ripentem, & Mediterraneam) & in Diocesi Macedoniae sunt septem: Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Prævalis, & Creta.

*Ex eod. Raso cap. 10.* Ditioni Reipublicæ sex Thraciarum provinciæ sunt conquistæ: Thracia, Hæmimontus, Mœsia inferior, Scythia, Rhodope, Europa.

Porro de temporibus ante *Julium Cæsarem* sequentia relata Scriptorum adducere sufficet:

*Ex Livio lib. 10. cap. 1.* ubi agit de anno, quo M. Livius Dentor, & M. Æmilius Consules fuerunt: Eodem anno Classis Græcorum Cleonymo Duce Lacedæmonio ad Italiæ litora appulsa &c. Cleonymus, circumvectus inde Brundisii promontorium, medióque sinu Adriatico ventis latus, cum lævâ importuosa Italiæ litora, dextra *Illyrii, Liburnique, & Istri*, gentes feræ & magnâ ex parte latrociniis maritimis infames, terrent: penitus ad litora Venetorum pervenit. &c.

*Ex chronicis Phrygionis & Funccii.* M. Æmilio Barbula, & M. Junio Pera Coss. *Teuca Regina Illyrii* Legatos Romanorum interfecit.

*Ex Floro de gest. Rom. lib. 2. cap. 5.* *Illyrii* seu *Liburni* sub extremis Alpium radicibus agunt inter Arsam Titiumque flumen, longissimè per totum Hadriatici maris littus effusi. Hi regnante Teuta munere, populationibus non contenti, licentiæ scelus addiderunt: Togatos quippe nostros, ob ea, quæ deliquerant, jure agentes, nec gladio quidem, sed ut victimas securi percutiunt: Præfectos navium igne comburunt: idque quò indignius foret, mulier imperabat. Itaque Cn. Fulvio Centumalo Duce latè domantur; strictæ in Principum colla secures legatorum manibus litavêre.

*Ex Eutropio Hist. Rom. lib. 3. cap. 4.* L. Posthumius Albinus, Cn. Fulvius Centumalus Coss. bellum contra Illyrios gesserunt, & multis civitatibus captis etiam Reges in deditiorem acceperunt: ac tum primùm de Illyriis triumphatum est.

Pars IV.

C

Ex

451.

524.

525.

A.V.C. **DXLII.** *Ex Sexti Rufi Breviario cap. 7.* Lævinus Consul, Hadriaticum atque Jonium mare primus ingressus, maritimas obtinuit civitates.

*Florus lib. 2. cap. 7.* refert: post bellum Punicum secundum, à Lævino Consule Philippum *Macedoniæ* Regem, eò quòd Annibali Pœno se sociaverat, bello peti- tum, bis victum, bis fugatum, bis exutum castris, pacem illi tandem datam, reg- nùmque concessum; eundem Lævinum tota Græciæ littora, veluti triumphanti clas- se peragrâsse, ei tamen veterem statum reddidisse, ut legibus viveret suis, & avita libertate frueretur.

571. *Ex Livii Hist. lib. 39. cap. 40. ad Consulatum M. Claudii Marcelli & Q. Fabii Labeonis.* M. Claudius Consul Gallis ex provincia exactis *Istricum* bellum moliri cœpit, literis ad Senatum missis, ut sibi in Istriam tradu- cere legiones liceret. Id Senatui placuit. Illud agitabant, uti colonia Aquileiam deduceretur, nec satis constabat, utrùm latinam, an civium Romanorum deduci placeret. Postremò latinam potiùs coloniam dedu- cendam patres censuerunt. Triumviri creati sunt P. Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus.

573. *DXLIII. Ex Livio lib. 40. cap. 8. ad Consulatum P. Cornelii Cethegi, & M. Babii Tamphili.* Inito magistratu, provinciæ ita forte evenerunt: &c. L. Duronio Apulia & *Istri* adjecti, quòd Tarentini Brundusini que nun- tiabant, maritimos agros infestos transmarinarum navium latrociniiis esse.

*Ex Livio lib. eod. cap. 14. ipsdem Coss.* Aquileia colonia latina eodem anno in agro Gallorum est deducta, tria millia peditum quinquagena ju- gera, centuriones centena, centena quadragena equites acceperunt. Triumviri deduxerunt P. Corn. Scipio Nasica, C. Flaminius, L. Manlius Acidinus.

574. *Ex Livio ibid. cap. 21. A. Posthumio Albino Lusco, & C. Calpurnio Pi- sone Coss. in Summario.* Illyriorum Rex *Gentius* tanquam reus maritimarum incur- sionum à L. Duronio Prætorè ad Senatum accusatur; ille per legatos se purgat; qui- bus antequàm respondeat Senatus, cognitionem mandat C. Claudio Prætori.

576. *DXLIV. Ex Livio lib. 41. cap. 1. A. Manlio Vulstone, & M. Junio Bru- to Coss. in Summario.* A. Manlius Cos. ab Aquileia contra *Istros* profectus, ad lacum Timavi castra movet: *Istri* fugatis subito incurfu Romanis Stationibus, in castra quo- que impetum faciunt: ea à militibus trepidantibus, atque ad mare fugientibus vacua relicta capiunt: Consul revocatis militibus, amissa castra, oppressis ibi hostibus vino somnòque gravatis, recipit.

577. *Ex Livio ibid. cap. 8. C. Claudio Pulchro, & Tib. Sempronio Graccho Coss.* M. Junius, & A. Manlius, qui priore anno Consules fuerant, cùm Aquileiæ hibernâssent, principio veris in fines *Istorum* exercitum intro- duxerunt, ubi cùm effusè popularentur, dolor magis & indignatio diripi res suas cernentes *Istros*, quàm certa spes satis sibi virium adversùs duos exercitus excivit, concursu ex omnibus populis ju- ventutis factò, repentinus & tumultuarius exercitus, acriùs primo im- petu quàm perseverantiùs, pugnavit; ad quatuor millia eorum in acie cæ- sa &c.

*Ex Summario ejusdem capitis* C. Claudius Consul metu, ne provincia *Istria* propter res prosperè gestas à ProConsulibus M. Junio, & A. Manlio sibi adimatur, propter ce- leritatem inauspicatò ab Urbe profectus eò pervenit: ob hanc temeritatem, & in- consultè ibi actâ adversùs Pro-Coss. ludibrio ab exercitu habetur: reversus Romam ad capienda antipicia denuò in *Istriam* abit: *excisis tribus oppidis*, provinciam pacat.

NOTA. Oppida nominantur: Nesattium, Ptolemæo Nesactium, ubi Italia in *Istriam*

Istriam protensa, apud fluvium Arsiam finiebatur, & Illyris incipiebat: ad hoc Ne-lactium se Principes Istrorum, & Regulus ipse Æpulo receperat: alterum Mutila, ter-tium Faveria. C. Claudius Cos. ut in *cap. 11.* Romam redux de duplici gente, Ligu-ribus nempe, & Istris triumphavit.

**DXLV.** *Ex Livio lib. 43. cap. 6. A. Hostilio Mancino, A. Atilio Serrano* A.V.C.  
*Coss.* Eodem tempore &c. *Legati Regis Gallorum Cincibili* venerunt. Frater 584.  
 ejus verba in Senatu fecit, questus Alpinorum populorum agros, sociorum  
 fuorum, depopulatum C. Cassium esse, & inde multa millia hominum in  
 servitutem abripuisse. Sub id tempus *Carnorum, Istrorumque & Japudum*  
 legati venerunt, duces sibi ab Consule Cassio (A. 583.) primùm impera-  
 tos, qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monstrarent; pacatum  
 ab se tanquam ad aliud bellum gerendum abisse: inde ex medio regres-  
 sum itinere, hostiliter peragrâsse fines suos: passim rapinâsque & incen-  
 dia facta: nec se ad id locorum scire, propter quam causam Consuli pro  
 hostibus fuerint. Et Regulo Gallorum absenti, & his populis responsum  
 est &c. nec responderi tantùm iis gentibus, sed *Legatos mitti*, duos ad  
 Regulum trans Alpes, *tres circa eos populos placuit.*

*Ex Eutropio lib. 4. cap. 6. Philippo Rege Macedoniae* mortuo, qui & adver-  
 sùm Romanos bellum gesserat, & postea Romanis contra Antiochum auxi-  
 lium tulerat, filius ejus *Perseus* in Macedonia rebellavit, ingentibus copiis ad  
 bellum paratis; nam adjutores habebat Cotyn Thraciæ Regem, & *Illyrici,* 583.  
*Gentium* nomine &c. Dux Romanorum P. Licinius Consul contra eum mis-  
 sus est, & à Rege gravi prælio victus; neque tamen Romani, quanquam su-  
 perati, Regi petenti pacem præstare voluerunt, nisi his conditionibus: ut se  
 & suos Senatui & populo Romano dederet. Mox missus contra eum L.  
 Æmilius Paulus Consul, & in Illyricum C. Anicius Prætor contra Gen- 586.  
 tium. Sed Gentius facilè uno prælio victus mox se dedidit. Mater ejus,  
 & uxor, & duo filii, frater quoque ejus, simul in potestatem Romano-  
 rum venerunt. Ita bello intra XXX. dies perfecto, antè cognitum est,  
 Gentium victum, quàm coeptum bellum nuntiaretur.

*Ex eod. Eutrop. cap. 8. Cum Perseo autem Æmilius Paulus Cos. III.*  
 Non. Sept. dimicavit, vicitque eum &c.

*Livius lib. 44. cap. 15.* Prætorem, qui contra Gentium Dux constitutus, *Lucium*  
 Anicium Gallum vocat, *cap. 27.* autem historiam devicti Gentii latius describit, ejus-  
 que uxorem Elevam, filios Scerdiletum & Pleuratum, fratrem Caravantium, & re-  
 giam Gentii Scodram nominat. *Lib. 45. cap. 33. & 36.* Æmilius de Perseo, & Anicius 587.  
 de Gentio, anno sequente 587. triumphârunt.

**DXLVI.** *Ex Livii Epit. lib. 47. C. Martius Consul* adversùm *Dal-* 598.  
*matas* parum prosperè primùm, postea feliciter pugnavit; cum quibus bel-  
 lo configendi causa fuit, quòd Illyricos populi Romani socios vastave-  
 rant. Eandemque gentem Cornelius Nasica Cos. domuit. 599.

*Ex Livii Epitome lib. 56. Fulvius Flaccus Cos. Vardeos* in Illyrico sube- 619.  
 git. M. Cæsonius Prætor in Thracia cum *Scordiscis* prosperè pugnavit.

*Ex Livii Epitome lib. 59. C. Sempronius Consul* contra *Japidas* primò 625.  
 rem malè gessit, mox victoriâ cladem acceptam emendavit, virtute D.  
 Junii Bruti, ejus qui Lusitaniam subegerat.

*Ex Livii Epit. lib. 62. L. Cæcilius Metellus Dalmatas* obsedit. 637.

*Ex Eutropio Lib. 4. cap. 23. Pòst à L. Metello, & Q. Mutio Scævo-*  
 la Coss. de Dalmatia triumphatum est.

**DXLVII.** *Ex Eutrop. cap. 24. Cajus Cato Consul Scordiscis* intulit 640.  
 bellum, ignominiosèque pugnavit.

*Pars IV.*

C 2

Ex

- Ex Floro lib. 3. cap. 4.* Post Macedonas, si Diis placet, *Thracas* rebellabant, ipsi quondam tributarii Macedonum: nec in proximo modò provincias contenti incurrere, Thessaliam atque Dalmatiam, in Hadriaticum mare usque venerunt &c. Sævissimi omnium Thracum *Scordisci* fuère, sed calliditas quoque ad robur accesserat; Silvarum & montium situs cum ingenio consentiebat, itaque non fusus modò ab his, aut fugatus, sed, simile prodigio! omnino totus interceptus exercitus, quem duxerat Cato.
- A.V.C. Didius (Prætor) vagos, & libera populatione diffusos intra suam  
 641. repulit Thraciam. Drusus ulteriùs egit, & vetuit transire Danubium.  
 642. *Ex Livii Epit. lib. 63.* Livius Drusus Consul adversus Scordiscos, gentem à Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit, magnùmque honorem tulit.
644. *Ex Floro lib. 3. cap. 4.* Minucius Scordiscos toto vastavit Æbro, multis quidem amissis, dum per perfidum glacie flumen equitatur.  
*Ex Eutropio lib. 4. in fine.* A Minucio Rufo in Macedonia Scordisci & Triballi victi sunt.  
 Abhinc gesta Romanorum in Illyrico, usque ad Consulatum primum & exordium potentix Julii Cæsaris, obscuriora sunt, & tempora, quibus contigerunt, incertiora, quæ tamen sic combinanda.
661. **DXLVIII.** C. Geminius Prætor contra *Thracas* infeliciter pugnavit. *Livii Epit. lib. 70.*
665. Prætereà hic liber incursiones Thracum in Macedoniam, populationesque continet. *Livii Epit. lib. 74.* ubi agitur de Consulatu Cn. Pompeji, & L. Portii.
666. Prætereà hic liber incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet. *Livii Epit. lib. 76.* ubi de gestis Cn. Pompeji Proconsulis.
668. Prætereà hic liber à Thracibus in Macedonia gesta continet. *Livii Epit. lib. 81.* ubi de Consulatu Marii & Cinnæ. Incursiones Thracum in Macedoniam referuntur. *ibid. lib. 82.*
669. Sulla multis præliis *Thracas* cecidit. *ibid. lib. 83.* ubi de Consulatu L. Cinnæ, & Cn. Papirii Carbonis.
674. Composita seditione civili Cæsar Cornelium Dolabellam, Consularem & *triumphalem virum*, repetundarum postulavit. *Suetonius in Jul. Cæs. cap. 4.*  
 Dolabella Proconsul Thraciam provinciam fortitus est, & de Thracibus victis triumphavit. *In Notis ad Suetonium.*
676. Ap. Claudius Proconsul *Thracas* pluribus præliis vicit. *Livii Epit. lib. 91.*  
 Appius in Sarmatas usque pervenit. *Florus lib. 3. cap. 4.*
679. **DXLIX.** Ad Macedoniam missus est Appius Claudius post Consulatum. Levia prælia habuit contra varias gentes, quæ Rhodopam provinciam incolebant: atque ibi morbo mortuus est. Missus ei successor C. Scribonius Curio post Consulatum. Is *Dardanos* vicit, & usque ad Danubium penetravit, triumphumque meruit, & intra triennium finem bello dedit. Ad Illyricum missus est Cn. Cosconius pro Consule: multam partem *Dalmatia* subegit, Salonas cepit: & composito bello Romam post biennium rediit. *Eutropius lib. 6. cap. 2. & 3.*  
 Dardanos & *Mæsos* Curio Proconsul subegit, & primus Romanorum Ducum ad Danubium usque pervenit. *Sex. Rufus in Breviario cap. 7.*  
 Præ-



Prætereà à Curione Proconsule in Thracia res gestas adversùs Dardanos continet. *Livii Epit. Lib. 92.*

Curio *Daciâ* tenuis venit, sed tenebras saltuum expavit. *Florus lib. 3. cap. 4.*

A.V.C.

C. Curio Proconsul Dardanos in Thracia domuit. *Livii Epit. lib. 95.* ubi de anno inter L. Luculli Consulatum præcedentem, & C. Lentuli sequentem agitur.

681.

DL. M. Lucullus Proconsul Thracas subegit. *Livii Epit. lib. 97.* ante Consulatum Craffi & Cn. Pompeji.

683.

Lucullus ad terminum gentium Tanaim, lacúmque Mæotim pervenit. *Florus lib. 3. cap. 4.*

M. Lucullus per *Thracias* cum Bessis primùm conflixit. Ipsam, caput gentis, Thraciam vicit; Hæmimontanos subegit: Eumolpiadem, quæ nunc Philippopolis dicitur, Uscudamam, quæ modò Hadrianopolis nominatur, in ditionem nostram redegit; Calyben cepit; supra Pontum positas civitates occupavit, Apolloniam, Calatim, Phthinopolim, Tomos, Istrum; ad Danubium usque perveniens, Romana Scythis arma monstravit. Ita ditioni Reip: sex Thraciarum provinciæ sunt conquistæ. *Sex. Rufus cap. 9.*

### Sub Julio Cæsare.

DLI. *Ex Suetonio in Julio Cæsare cap. 22.* Provincia Gallia ex Consulatu administrata. Socero igitur, generoque suffragantibus, Cæsar ex omni provinciarum copia Gallias potissimùm elegit, cujus emolumento & opportunitate idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem Galliam Cisalpinam, *Illyrico adjecto*, lege Vatinia accepit; mox per Senatum Comitam quoque: veritis patribus, nè si ipsi negassent, populus & hanc daret.

695.

*Ex Livii Epit. lib. 103.* ad Consulatum Julii Cæsaris cum Bibulo. C. Antonius Proconsul in Thracia parum prosperè rem gessit.

*Ex Julio Cæsare de bell. Gall. lib. 3. cap. 7.* ubi agit de hibernis anni U. C. ad finem vergentis 697. itaque strictè computati. His rebus gestis, cum omnibus de causis Cæsar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpihus Sedunis, atque ita in hyeme *in Illyricum profectus esset*, quòd eas quoque *nationes adire, & regiones cognoscere* volebat, subitum bellum in Gallia coortum est &c.

697.

Sequitur ibidem: à P. Craffo, quem, VII. Legioni Præfectum, bellum illud Gallicum spectabat, Cæsarem de bello certiore factum in Galliam rediisse; igitur Cæsar in Illyrico pro hoc tempore nihil memorabile agere potuit. Ex hoc loco etiam colligitur, Cæsarem tunc primà vice Illyricum vidisse. De annis cæteroque in hoc & aliis libris Julii Cæsaris de bello Gallico non est ambigendum; scribit enim *A. Hirtius*, sive ille fuerit *Oppius*, in *suppleto libro octavo Gallici belli cap. 48.* Scio, Cæsarem singulorum annorum singulos commentarios confecisse: quod ego non existimavi mihi esse faciendum; propterea quòd insequens annus L. Paulo & C. Marcello Coss. nullas habet Galliæ magnoperè res gestas. Scribit itaque Hirtius in libro octavo de duobus annis posterioribus belli Gallici; Cæsar autem priores annos septem totidem libris distinxit, quod & inde clarum fit, dum quemlibet ferme librum in dispositione hibernorum claudit, & quibusdam Consulibus distinctivos annorum signatè præfigit. Liber ergo primus belli gallici tractat de quatuor postremis mensibus anni U. C. 795. & octo prioribus anni 796. adeoque liber tertius respectivè de A. 797. & 798.

DLII. *Ex Julio Cæsare de bell. Gall. lib. 5. cap. 1. & 2.* L. Domitio,

699.

C 3

Ap.

Ap. Claudio Coss. discedens ab hibernis Cæsar in Italiam, ut quotannis facere consueverat &c. Ipse conventibus Galliæ citerioris (id est Cisalpinæ) peractis, in *Illyricum proficiscitur*, quòd à Pirustis finitimam partem provinciæ incursionibus vastari audiebat. Eò cum venisset, civitatibus milites imperat, certumque in locum convenire jubet. Qua re nuntiata Pirustæ legatos ad eum mittunt, qui doceant, nihil earum rerum publico factum consilio, seque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de injuriis satisfacere. Accepta oratione eorum, Cæsar obsides imperat &c. His confectis rebus, conventibusque peractis, in citeriorem Galliam revertitur, atque inde ad exercitum proficiscitur.

Imprimis ergo Cæsar nihil novi acquisivit in Illyrico, sed tantum Pirustas vicinos ab invasione cohibuit. Deinde verò Cæsar hic patefacit, quod iter tenuerit digrediendo ex Gallia in Italiam & Illyricum, & itidem regrediendo in Galliam, nempe ex Gallia transalpina in Cisalpinam directè ad Padum fluvium, in cujus utroque latere Gallia Cisalpina dicebatur, iter suum per Alpes Graias instituit, dein per Alpes Carnicas in Illyricum, id est, Carnos, Histros, Japodes, & Dalmatas flexit, atque sic retrogressus est.

Alpes has Carnicas, ab ipso Julio Cæsare Julias exinde nuncupatas, primus ex Romanis Ducibus Julius Cæsar, vel hoc anno, vel biennio antè, transcendisse videtur; & hinc dicit *Sextus Rufus in Breviario cap. 7.* Sub Julio & Octaviano Cæsaribus per Alpes Julias iter factum est &c. Sic etiam *Suetonius in Julio Cæsare cap. 56.* inter libros à Cæsare compositos recenset duos de *Analogia*, quos in *transitu Alpium*, cum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret, fecerit. Alii igitur Duces Romani, qui in Illyrico bellum gesserant, vel ex parte Macedoniæ copias transmarinas admoverunt, vel ex parte Aquileiæ oram ipsam maris Adriatici sequendo, in Histros & Japodes irruerunt. Sic A. Manlius in excerptis suprâ ad A. 576. ab Aquileia in Histros versùs Nefattium (oppidum ultimum Italiæ veteris in ora Histriæ prope Polam ad fluvium Arsam) tetendit. Sequitur hinc, Julium Cæsarem hucusque in Noricum non penetrâsse. Cæterum secundum relata *Strabonis Geogr. lib. 4.* circa Alpes Cæsar Salassos, qui ei quondam pecuniam diripuerant, quidem devicit, sed per Ducem belli Terentium Varronem.

A.V.C. **DLIII.** *Ex belli Gallici libro Octavo, à familiari quodam Julii Cæsaris,*  
703. *sive Hirtio, sive Oppio, conscripto cap. 24.* Cæsar T. Labienum ad se evocat, Legionemque XII. quæ cum eo fuerat in hibernis, in Togatam (id est, Cisalpinam) Galliam mittit, ad Colonias civium Romanorum colendas, nequod simile incommodum accideret decursione Barbarorum, ac superiore æstate Tergestinis accidisset; quia repentino latrocinio atque impetu eorum erant oppressi.

707. Ergo non procul à Tergestinis erant Barbari, id est, Romano Imperio non subiecti. Post hæc in gestis Julii Cæsaris nihil ampliùs occurrit de Illyrico. In A. Hirtii, vel Oppii libro de bello Alexandrino cap. 42. & seqq. quidem de bello Q. Cornificii, Cæsaris Quæstoris, cum Octavio Pompejanarum partium sectatore, varia referuntur; sed ea non augmentum Imperii Romani in Illyrico spectant. Concludendum itaque: sub Julio Cæsare pauca Romano Imperio in Illyrico accessisse.

### Sub Augusto.

**DLIV.** Quantas ille Romano Imperio adjectiones fecerit, compendio recenset *Eutropius Hist. Rom. lib. 7. cap. 9.* dum ait: Nullo tempore res Romana magis floruit. Nam exceptis civilibus bellis, in quibus invictus fuit, Romano adjecit Imperio Ægyptum, Cantabriam, *Dalmatiam*, sæpè antè victam, sed penitus tunc subactam; *Pannoniam*, Aquitaniam, *Illyricum*, *Rhatiam*, *Vindelicos*, & *Salassos* in Alpibus; omnes Ponti maritimas civitates: in his nobilissimas Bosporum, & Panticapæon. Vicit autem præliis Dacos, Germanorum ingentes copias cecidit, ipsos quoque trans Albim fluvium sub-

submovit, qui in Barbarico longè ultra Rhenum est. Hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit, sicut per Tiberium, privignum alterum, Pannonicum, quo bello CCCC. millia (ponendum, ut rectius habet *Dio*: locò quadringenta, quadraginta millia) captivorum ex Germania transtulit; & supra ripam Rheni in Gallia collocavit &c.

*Sextus Rufus in Breviario cap. 7. & 8.* hæc generaliter commemorat: sub Julio & Octaviano Cæsaribus per Alpes Julias iter factum est: Alpibus omnibus victis, *Noricorum provincia* accesserunt. *Batone Pannoniorum Rege* subacto, in ditionem nostram Pannoniæ venerunt. *Amantinis inter Savum & Dravum* prostratis regio Savensis & secundorum Pannoniorum loca obtenta sunt. *Marcomanni & Quadi* de locis Valeriæ, quæ sunt inter Danubium & Dravum, pulsi sunt: & *limes inter Romanos ac Barbaros* ab Augusto per Vindeliciam, per Noricum, Pannoniam, ac Mœsiam est constitutus.

*DLV. Florus de gest. Rom. lib. 4. cap. 12.* Itidem epitomaticè memorat: Ad septentrionem conversa fermè plaga ferociùs agebat: Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatæ, Mysii, Thraces, & Daci, Sarmatæ, atque Germani. *Noricis* animos dabant Alpes atque nives, quò bellum non posset ascendere; sed omnes illius cardinis populos, Breunos, Senones, atque Vindelicos, per privignum suum Claudium Drusum perpacavit &c. *Illyrii* quoque sub Alpibus agunt, imasque valles earum, & quædam quasi claustra custodiunt, abruptis torrentibus implicati &c. *Pannoniis* duobus saltibus, ac tribus fluviis, Dravo, Savo, Istróque vallantur: populati proximos, intra ripas se recipiebant. In hos domandos Vibium misit &c. *Dalmatæ* plerumque sub silvis agunt: inde ad latrocinia promptissimi. Hos jam quidem Marcius incensa urbe Delminio quasi detruncaverat; postea Asinius Pollio gregibus, armis, agris multaverat. Sed Augustus perdomandos Vibio dat &c. *Mysii*, quàm feri, quàm truces fuerint, quàm ipsorum etiam barbari barbarorum, horribile dictu est. Unus Ducum ante aciem postulato silentio, qui vos, inquit, estis? responsum invicem: Romani, gentium domini. Et illi: ita, inquit, si nos viceritis. Accepit omen Marcus Crassus &c. Ante hos, *Thracum* maximus populus desciverat &c. Sed à Pisone perdomiti &c. *Daci* montibus inhærent; *Cotisonis Regis Imperio*, quoties concretus gelu Danubius junxerat ripas, discurrere solebant, & vicina populari. Visum est Cæsari Augusto, gentem aditu difficillimam submovere. Misso igitur Lentulo *ultra ulteriorem repulis ripam*: citrà præsidia constituit. Si tunc Dacia non victa, summo atque dilata est. *Sarmatæ* patentibus campis inequitant; & hos per eundem Lentulum prohibere Danubio satis fuit. Nihil præter nives, rarasque silvas habent. Tanta barbaria est, ut pacem non intelligant. *Germaniam* quoque utinam vincere tanti non putasset: magis turpiter amissa est, quàm gloriosè acquisita &c. *Strabo Geogr. lib. 4.* de Japidibus dicit: Hi cum aliquando florerent, & suam habitationem ad utrumque terminum extendissent, latrociniiisque invalescerent, tandem ab Augusto Cæsare debellati confectique sunt.

*DLVI.* In his omnibus recensendis scriptores chronologiæ nullatenus solliciti fuere; quin & *Suetonius* vitam Augusti conscribens *cap. 9.* disertè præmittit: partes ejus vitæ, neque per tempora, sed per species exequi velle, quò distinctiùs demonstrari cognoscique possint. De Dalmatico bello id tantum respectu temporis *cap. 20.* prodit, gestum esse ab eo, adolescente adhuc, bellum id duobus præliis, in quo-

quorum utroque Augustus fauciatus fuerit. Combinatis itaque aliis Authoribus chronologia sic instituenda:

A.V.C.

721.

*Ex Livii Epit. lib. 131.* C. Cæsar *Japidas*, *Dalmatas*, & *Pannonios* subegit &c.

722.

*Ex ead. Livii Epit. lib. 132.* C. Cæsar in Illyrico *Dalmatas* domuit. Cùm M. Antonius ob amorem Cleopatræ &c. neque in Urbem venire vellet, neque finito suo tempore Triumviratûs imperium deponere, bellumque moliretur, quod Urbi Italiæque inferret, ingentibus tam navali- bus quàm terrestribus copiis ob hoc contractis, remissoque Octaviæ sorori Cæsar's repudio, Cæsar in Epirum cum exercitu trajecit. Pugnae deinde navales, & prælia equestria secunda Cæsar's referuntur.

*Ex Suetonio cap. 16.* Augustus M. Antonii societatem &c. abruptit tandem &c. remisit tamen hosti judicato necessitudines, amicisque omnes, atque inter alios C. Soffium, & Cn. Domitium tunc adhuc Consules.

Ergo bellum Dalmaticum præcessit abruptionem societatis cum M. Antonio factam C. Soffio & Cn. Domitio Coss. A. V. C. 722. & prælium primum Dalmaticum A. V. C. 721. secundum verò, quod Livius libro novo sejungit, A. 722. contigit.

728.

*DLVII. Ex Livii Epit. lib. 134.* Bellum contra *Bastarnas* & *Masos*, & alias gentes à M. Crasso gestum refertur.

729.

*Ex Livii Epit. lib. 135.* Bellum à M. Crasso adversus *Thracas*, & à Cæsare adversus Hispanos gestum refertur: Et *Salassi* gentes *Alpinæ* perdomiti.

*Ex Dione Cassio lib. 53.* Igitur Augustus, qui tum nonum Consulatum M. Syllano collega gerebat, adversum *Salassos* Terentium Varronem misit, ipse bellum contra *Cantabros* & *Astures* suscepit gerendum.

Ex Dione liquet: bellum contra *Salassos* & *Cantabros* Hispanos finitum esse A. 729. igitur eodem anno finitum *Thracicum*, quod Livius ad idem tempus conjungit. Bellum *Bastarnicum* & *Mœsiacum* Livius præmittit *Thracico* ad finem præcedentis libri, ergo hoc, licet fors à Crasso antè cœptum, finitum tamen primò videtur A. V. C. 728.

738.

*DLVIII. Ex Dione Cassio lib. 54. ad Consulatum L. Domitii & P. Scipionis.* Multi quoque alii motus in id tempus inciderunt: *Camuni*, & *Vennonetes*, *gentes Alpinae*, arma contra Romanos sumpserunt, vicique à P. Sillio & subacti sunt. *Pannonii* cum *Noricis* in *Histriam* incursiones fecerunt, & à Sillio ejusque Legatis, incommodis affecti, rursus pacem acceperunt, *Noricis*que etiam causam servitutis præbuerunt.

739.

*Ex eod. lib. Dionis ad Consulatum M. Drusi Libonis, & L. Calpurnii Pisonis.* *Rhæti* inter *Noricum* & *Galliam* ad *Alpes Italiæ* finitimas, quas *Tridentinas* nominant, sedes suas habent. Hi vicinam *Galliam* frequenter populati, ex Italiæ finibus prædas egerant, Romanosque & eorum socios iter per ipsorum terras facientes infestaverant &c. Eapropter Augustus principiò *Drusum* contra eos cum exercitu misit, isque *Rhætos* apud *Alpes* sibi *Tridentinas* obviam factos, prælio congressus, haud magno certamine fudit: ejusque victoriæ ergò *Prætorios* honores adeptus est. Deinde quum ab Italia rejecti *Rhæti* nihilominus *Galliam* urgerent, *Tiberium* quoque contra eos misit. Proinde *Drusus* ac *Tiberius*, simul multis locis in *Rhætiam* irrumpentes *Legatorum* operâ, ac ipse etiam *Tiberius* per lacum navigiis subvectus, exterruerunt ea re *Barbaros*: dissipatosque aggressi, haud difficulter multis exiguis præliis dispersas eorum copias deleverunt: reliquosque infirmiores exinde ac animis collapsos in suam potestatem redegerunt. Quia verò populosa erat *gens Rhætorum*, videban-

tur-

túrque bellum retentaturi, *maximam ejus, & etate validissimam partem inde abduxerunt*, iis relictiis, qui & colendæ ei regiõni sufficerent, & ad rebel-  
landum non satís virium haberent.

*Ex Dione Cassio eod. lib. 54.* M. Valerio Messala Barbato & P. Sul- A.V.C.  
pitio Quirino Coss. Augustus contra *Pannonios* Tiberium misit, qui quum 742.  
metu Agrippæ quievissent, eo defuncto ad bellum consurrexerant. Eos  
Tiberius, usus egregiâ Scordiscorum, qui Pannoniorum fines attingebant,  
eodémque belli apparatu utebantur, operâ, multis maleficiis, agro mor-  
talibusque impositis, domuit, arma ademit, *Juniorum pleròsque in alias re-  
giones abducendos vendidit.*

*DLIX. Ex Dione Cassio lib. 54. ad finem.* Decretum quoque est, ut 744.  
Jani Gemini templum, quod iis, quæ dixi, bellis exortis apertum fue-  
rat, iis jam compositis clauderetur. Verùm id, ne fieret, *Daci* obstitê-  
re, qui Istrum frigore concretum transgressi ex Pannonia prædas abstule-  
rant. *Dalmata* quoque propter exactum tributum rebellionem fecêre &c.  
hæc acta Julio, ac Fabio Maximo Coss.

*Ex Dione Cassio lib. 55. ad initium.* Anno insequenti Druso, & T. Quintio 745.  
Crispino Coss. Drusus, in *Chattorum* fines ingressus, obvia quæque non  
sinè magno labore subigendo, congressòsque præliis haud incruentâ victo-  
riâ superando, usque in *Sævos* pervenit: inde in *Cheruscòs* converso itine-  
re, Visurgim transgressus, omnia populando ad *Albim* usque perrexit,  
qui ex *Vandalicis montibus* profluens, in Oceanum Septentrionalem magnus  
admodùm factus effluit.

*Ex Eusebii chronico ad annum Imperii Augusti 38.* Tiberius de *Rhetiis*, 748.  
*Vindelicis*, Armeniis, ac *Pannoniis* triumphavit.

*DLX.* Ab A. 748. Christi nativitatem secundùm veriore calculum præ-  
cedente, usque in annum 759. pax erat universalis in mundo; abhinc autem M. Æmi- 759.  
lio Lepido, & L. Arruntio Coss. *Dalmatæ* Rege Batone Dysidiato, & Breuci, Pan-  
nonica gens, Rege Batone alio, rebellârunt Imperio Romano; quæ rebellio partim  
bello, partim pacificatione, M. Furio Camillo, & Sex. Nonio Quintiliano Coss. se- 761.  
data est. *Dio Cass. lib. 55.*

*DLXI.* Huc spectat, quod *Eusebius in chronico ad annum Imperii Augusti 50.* refert:  
Tiberius Cæsar *Dalmatas*, *Sarmatásque* in Romanam redigit potestatem.  
*Eusebius* seculo quarto scripsit; unde in nomine *Sarmatarum* errasse non censendus;  
non subegit autem Augustus *Sarmatas* in propria illorum regione transdanubiana,  
sed teste *Floro* prohibuit tantùm Danubio. Addit dein *Florus lib. 4. cap. 12.* gesta Au-  
gusti finiens: illi quoque reliqui, qui immunes Imperii erant, sentiebant  
tamen magnitudinem, & victoriam gentium populi Romani verebantur;  
nam & *Scythæ* misere Legatos, & *Sarmatæ amicitiam petentes.* *Euse-  
bius* igitur sic intelligendus viderur: *Sarmatæ* illi, qui in litoralibus Ponti, inter Da-  
nubii & *Boristhenis* ostia, circa civitates ibidem à Græcis commercii causâ exstru-  
ctas (*vid. num. 472. d.*) sedebant, dum de gloriosis progressibus Augusti audirent, le-  
gatos miserunt, & protectioni Romani Imperii, pactis tamen annuis pensionibus, se  
commiserunt. Subjicienda nunc quædam ex *Strabone*, unde dignosci ulterius possit,  
quanta usque ad ætatem ipsius, id est, usque ad seculum primum contigerit evasta-  
tio *Illyrici.*

*DLXII. Ex Strabone Geogr. lib. 7.* Varalios posteri dixerunt *Ardieos*;  
sed hos à mari (ex *Dalmatia* maritima) in mediterranea abegerunt Romani,  
coëgeruntque agriculturæ vacare. Est autem regio ea sterilis atque aspe-  
ra, neque agricolis conveniens: itaque *ea gens tantùm non funditus periiit.*  
Quod quidem aliis quoque eo in tractu gentibus usu venit: quorum enim  
summa olim fuit potentia, nunc vel omnino nulli sunt, vel ad imam re-

Pars IV.

D.

dañi

daſti conditionem : ut de Gallis *Boji* & *Scordifci* (nempe Thracici, vel fors legendum Taurifci) de Illyricis *Autariata*, *Ardiazi*, *Dardanii* : de Thracibus *Triballi* : primùm à ſe invicem attriti, deinde à Macedonibus & Romanis *prorsus oppreſſi* &c. *Beſſi* majorem Æmi partem tenent, & à prædonibus prædones appellantur, tuguria incolentes, vitàmque degentes duram : attingentes Rhodopem, & Pannonem, & de Illyricis Autariatas ac Dardanos. Inter hos & Ardiaeos *Daſaretii* ſunt & *Hybrianes* aliæque obſcuræ gentes : quas Scordifci infeſtaverunt, donec tandem *regionem eam cultoribus vacuam* redegerunt, feceruntque, ut *invia* eſſent *Silva* per aliquot dierum itineris ſpatium &c. Ac priſcis quidem temporibus, ſicuti monui, quanquam & aſpera eſſet, & montium plena, ut Tamaro, Polyano, & aliis compluribus : tamen hominum copia florebat, & Epirus univerſa, & *Illyricum* : *nunc pleraque cultoribus carent, & quæ habitantur, in vicis & ruderibus ſuperſunt.*

## SECTIO XLII.

### ANTE CHRISTUM NATUM, ET SECULO CHRISTIANO I.

#### De Gothis.

**Nus DLXIII.** Hos Jornandes de rebus Geticis ſeu Gothicis, mixtos cum Getis ſeu Dacis, inmo eodem facit. Dum is *cap. 3.* omnes populos Scanzix exiſtis rupibus quaſi caſtellis inhabitare dixiſſet, ſubjungit *cap. 4.* ex hac igitur *Scanzia Inſula*, quaſi officina gentium, aut certè velut vagina nationum, cum Rege ſuo, nomine Berig, Gothi quondam memorantur egreſſi : qui ut primùm è navibus exeuntes, terras attigère, illicò loco nomen dederunt, nam hodie illic, ut fertur, *Gothifcanzia* vocatur. Unde mox promoventes ad ſedes *Ulmerugorum*, qui tunc Oceani ripas inſidebant, caſtra metati ſunt, eòſque commiſſo prælio propriis ſedibus pepulerunt, eorùmque vicinos *Vandalos* jam tunc ſubjugantes, ſuis applicuère victoriis. Ibi verò magna populi numeroſitate creſcente, etiam penè quinto Rege regnante, poſt Berig, Filimer, Filogud, Arigis, conſilio ſedit, ut exinde cum familiis Gothorum promoveret exercitus ; qui aptiſſimas ſedes, locaque dum quæreret congrua, pervenit ad *Scythia terras*, quæ linguâ eorum *Ovim* vocabantur.

Narrat dein Jornandes : Gothos deviſta Spalorum gente ad extremam Scythia partem, quæ Pontico mari vicina eſt, properaſſe. *Cap. 5.* primam hanc Gothorum manſionem aſſerit fuiſſe in Scythia ſolo juxta *paludem Muroidem* ſub Rege Filimer ; ſecundam in Mœſia, Thracia, & Dacia, ſub Philoſopho Zamolxe ; Tertiam ſupra mare Ponticum ; Quartam iterum in Scythia. *Cap. 6.* Gothos in Ægyptum penetrâſſe, & ſub Rege ſuo Taunaſi Regem Ægyptiorum Veſoſim proſtigâſſe ; Aſiam penè omnem in reditu ex Ægypto ſubjugâſſe. *Cap. 7. & 8.* Amazones ad Scythicam ſeu Gothicam gentem refert. *Cap. 9.* Viros Amazonum Gothos, Regem eorum Telephum dicit. *Cap. 10.* Res geſtas Getarum ſub Thamiri Regina, ſexcentis triginta annis antehac, contra Cyrum Regem Perſarum Gothis attribuit, Philippum Alexandri Magni patrem cum Gothis amicitias contraxiſſe, & Medopam Gothilæ Regis Gothorum filiam in uxorem accepiſſe dicit. *Cap. 11.* Sic habet : dehinc regnante in Gothis Sitalco, *Boroïſta Diceneus* venit in Gothiam, quo tempore Romanorum *Sylla* potitus eſt principatu, quem Diceneus ſulcipientis Boroïſta, dedit ei penè regiam

giam potestatem : *cujus consilio Gothi Germanorum terras*, quas nunc Franci obtinent (Tauriscos veteres intelligere videtur Jornandes) *depopulati sunt*. Cæsar verò, qui sibi primus omnium Romanum vindicavit Imperium &c. Gothos tamen crebrò tentans nequivit subigere. Gajus Tiberius jam tertius regnat Romanis, Gothi tamen suo regno incolumes perseverant &c. *Decedente verò Diceneo* penè pari veneratione habuère *Comoscum*, quia nec impar erat solertiâ &c. *Cap. 12.* Et hoc rebus excedente humanis *Corillus* Rex Gothorum in regnum conscendit, & per XL. annos in Dacia suis gentibus imperavit. Daciam dico antiquam, quam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur &c. *Cap. 13.* longum post intervallum, *Domitiano* Imp. regnante, ejus avaritiam metuentes, foedus, quod dudum cum aliis principibus pepigerant Gothi, solventes, *ripam Danubii jam longè possessam ab Imperio Romano*, dejectis militibus cum eorum Ducibus vastaverunt, cui provinciæ tunc post Agrippam Poppæus præerat Sabinus. Gothis autem *Dorpanensis* principatum agebat &c. *Cap. 17.* Quomodo verò Getæ Gepidæque sint parentes si quæris, meminisse debes, me initio de Scanzia Insulæ gremio Gothos dixisse egressos cum Berich suo Rege, tribus tantum navibus vectos, ad ceterioris Oceani ripam; quarum trium una navis, ut assolet, tardius vecta, nomen genti fertur dedisse, nam lingua eorum pigra *Gepanta* (notæ ad Paulum Diac. de gest. Langob. cap. 1. num. 12. legunt Gepaita) dicitur.

*DLXIV.* *Nicolaus Petreius in Cimbrorum & Gothorum originibus* vult: hanc migrationem Gothorum, de qua Jornandes loquitur, non primam sed secundam circa annum mundi 3903. & ante Christum 47. neque ex sola Scanzia seu Scania, sed ex tota Dania, Suecia, Gothlandia, Gothia, & Jutia, atque in majori multitudine, quam Jornandes supponat, fuisse, primam verò pluribus seculis antè contigisse; porro Gothos hos primos per Russiam in Scythiam Europæam, quæ quarta eorum sedes fuerit, contendisse, quintam dein sedem in Mœsia, sextam in Dacia, septimam in Germania usque ad Saxones fixisse, inde autem expulsos, in Scythiam Europæam regressos, aliis populis permixtos, adscit: ex migratione secunda gentilibus suis, Getas, Gothos, Guthones, Dacos promiscuè vocatos, imperio Regis Bœrebistæ circa seculum Christi primum paruisse. Quidquid autem sit de commixtione duarum migrationum: si Gothi & Getæ unus idemque populus sunt, necessariò Gothi pluribus seculis ante Julium Cæsarem migrârunt; testatur enim *Strabo Geogr. lib. 7.* Alexandrum magnum (qui anno Urbis conditæ strictè computato 430. ergo 324. annis ante æram Christianam mortuus est) in Getas trajecisse, captâque eorum Urbe celeriter domum rediisse; Dromichættem porro, qui ætate Successorum Alexandri Magni Getarum Rex fuerit, Lysimacho à se capto libertatem & amicitiam obtulisse. Ergo Getarum Regnum jam tribus seculis ante Julium Cæsarem innotuerat; sub Bœrebista verò celebritas Regni ejus alteram migrationem Gothorum facilè allicere poterat, ad quam autem non, sed primam Rex Berig & reliqua narrata Jornandis pertinere videntur. Quæ de Domitiani tempore dicit, ex traditis *Sexti Aur. Victoris in Epitome de Tiberio*, limites Romanos in Mœsia, & inchoativè jam tempora Tiberii concernunt. Quos Gothos *Petreius* Saxoniam in sede septima confines facit, Gothones Taciti fors intelligit. Cæterum Jornandes Bœrebistam Regem confundit cum Diceneo Philosopho, quos Strabo meliùs separat.

## SECTIO XLIII.

### SECULUM I.

#### De Marcomannis & Quadis.

*Nus DLXV.* *Ex Strabone Geogr. lib. 7.* In hac Germania est etiam *Silva Hercinia*, & Suevorum gentes; quarum quædam in ipsa habitant  
*Pars IV.* D 2



tant silva, ut Colduli; in quibus est & Buiæmum Marobodui Regia: in quem locum is, cum alios plures transtulit, tum *Marcomannos Gentiles suos*. Is enim Româ reversus, ubi Juvenis fuit, & ab Augusto beneficiis affectus, è privato statu ad occupandam dominationem se contulit; ac præter Marcomannos subjecit sibi etiam Luios magnam gentem, Zumos, Butones, Mugilones, Sibinos, & de ipsis Suevis magnam nationem Semnones. Enimverò *Suevorum*, ut dixi, *alii in Silva habitabant, alii extrâ, Getis finitimi*.

NOTA. Editio Amstelædamensis de A. 1707. in notis restituit hunc locum corruptum sic: In eadem hac Germania est & Hercinius saltus, & Suevorum gentes: quarum quædam habitant intra saltum, in quo est & Bojæmum Marobodui Regia, in quem ille locum, cum alios complures transtulit, tum populares suos Marcomannos. Privatus enim hic dominationem invasit, postquam rediit Româ, ubi adolescens vixerat beneficiis ab Augusto adfectus. Domum igitur reversus regnavit: ac præter jam dictos, subjugavit sibi Lugios magnam gentem, & Lemovios, Guthones, Burgundiones, Sibinos, & ex Suevis magnam gentem Semnones. Enimverò Suevorum, ut antè dixi, gentes aliæ intra habitant, aliæ extra saltum, ut *Quadorum gens* contermina Getis.

Continuatio ex Strabone ibidem: Maxima quidem est Suevorum natio: nam & à Rheno ad Albim usque pertingit, & *trans Albim* habitant pars eorum, uti *Hermonduri*, & *Longobardi*: atque nunc quidem hi fugâ factâ omnino in ulteriorem regionem se conjecerunt &c. Silva *Hercinia* densior est, magnisque confita arboribus, locis naturâ munitis magnum includens circulum: *in medio ejus* (ergo in eo situ, ubi nunc est Praga) sita est Regio apta habitationi præclaræ, de qua diximus &c. Est & alia magna *silva Gabreta*, deinde Suevorum sedes, inde Hercinius saltus, quem & ipsum Suevi tenent &c.

DLXVI. Ex Vellejo Paterculo *Hist. Rom. lib. 2. cap. 108*. Nihil erat jam in Germania, quod vinci posset, præter gentem Marcomannorum, quæ *Maroboduo Duce, excita sedibus suis, atque in interiora refugiens*, incinctos Herciniæ silvæ campos incolebat. Nulla festinatio hujus viri mentionem transgredi debet. *Maroboduus* genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, *natione magis, quàm ratione barbarus*, non tumultuarium, neque fortuitum, neque mobilem, & ex voluntate parentum constantem inter suos occupavit principatum, sed certum Imperium, vimque Regiam complexus animo statuit, *avocatâ procul à Romanis gente sua* eò progredi, ubi cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupatis igitur, quos prædiximus, locis, finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus juris sui fecit. Corpus suum custoditum, imperium perpetuis exercitiis penè ad Romanæ disciplinæ formam redactum, brevè in eminens, & nostro quoque Imperio timendum perduxit fastigium: gerebátque se ità adversùs Romanos, ut neque bello nos lacefferet, & si lacefferetur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi declararet. Legati, quos mittebat ad Cæsares, interdum ut supplicem commendabant, interdum, ut pro pari, loquebantur. Gentibus hominibusque à nobis desciscentibus erat apud eum perfugium: totumque ex malè dissimulato agebat æmulum: *exercitumque quem LXX. millium peditum, quatuor equitum fecerat*, assiduis adversùs finitimos bellis exercendo, majori, quàm quod habebat, operi præparabat.

DLXVII.

**DLXVII.** Quod hîc dicit Vellejus Paterculus : gentem Marcomañorum Maroboduus Duce excitam sedibus suis in interiora Herciniæ Silvæ refugisse ; item Maroboduus animo statuisse , avocata procul à Romanis gente sua eò progredi, ubi cùm propter potentiora arma refugisset , sua faceret potentissima : nullo modo accipiendum , quasi Maroboduus gentem suam à Rheno in Herciniam Silvam contraxerit , & Bojos ipse primus expulerit ; sed explicandus Paterculus ex *Sexto Ruso in Breviario cap. 8.* ubi dicit : Marcomanni & Quadi de locis *Valeria* , quæ sunt inter Danubium & Dravum , *pulsi* sunt , & limes inter Romanos ac barbaros ab Augusto per Vindeliciam , per Noricum , Pannoniam , & Moesiã est constitutus. Itaque res sic se habere debuit : Marcomanni in statu adhuc populari , dum jam pulsus Bojis obtinuissent Bohemiam , pro more patrio sedes suas in Pannoniam , Dacica evastatione fermè desertam , ad Dravum usque extendebant , patientibus id Dacis , qui Pannoniam occupare non censebant , patientibus quoque Romanis , qui ante A. V. C. 738. nihil adhuc in Pannonia & Norico subjugaverant. Cum verò Augustus dicto anno 738. aliquos , A. 742. autem omnes populos indigenas Pannoniæ devicisset , noluit quoque Marcomannos & Quados in Pannonia superiore pati , sed , ut Danubius ubique limes foret imperii Romani , dictos Marcomannos vel armis , vel potiùs metu trans Danubium cedere coëgit. De metu solo magis præsumendum , quàm de armis illatis ; Maroboduus enim hæud ità pridem Romã redux , & ab Augusto beneficiis affectus , in principio invasi Regni sui arma Augusto opponere voluisse non censendus.

**DLXVIII.** Ex *Vellejo Paterculo cap. 109.* Erátque etiam eò timendus (Maroboduus) quòd cùm Germaniam ad lævam , & in fronte , Pannoniam ad dextram , à tergo sedium suarum haberet Noricos , tanquam in omnes semper venturus , ab omnibus timebatur. Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam : quippe cùm à *summis Alpium jugis , quæ finem Italia terminant* , initium ejus finium hæud multò plus CC. millibus passuum abesset. Hunc virum , & hanc regionem proximò annò diversis è partibus Tiberius Cæsar aggredi statuit. Sentio Saturnino mandatum , ut per Catos , excisis continentibus Herciniæ Silvis , legiones Bojohæmum ( id regioni , quam incolebat Maroboduus , nomen est ) duceret , ipse à Carnuntho , qui locus Norici Regni proximus ab hac parte erat , exercitum , qui in Illyrico merebat , ducere in Marcomannos orsus est. Rumpit , interdum moratur proposita hominum fortuna. Præparaverat jam A. Chr. hiberna Cæsar ad Danubium , admotóque exercitu non plùs V. dierum 6. iter à primis hostium , Saturninum admoveri placuerat. Penè æquali divisæ intervallo ab hoste , intra paucos dies in prædicto loco cum Cæsare juncturæ erant ; cùm universa Pannonia , insolens longæ pacis bonis , & adulta viribus Dalmatia , omnibus tractûs ejus gentibus in societatem adductis arma corripuit. *Cap. 110.* Tum necessaria gloriosis præposita , neque tutum visum , abdito in interiora exercitu vacuum tam vicino hosti relinquere Italiam.

Rebellio hæc Pannoniorum & Dalmatarum teste *Dione Cassio lib. 55.* exorta M. Æmilio Lepido , & L. Arruntio Coss. itaque anno æræ Christianæ vulgaris 6. Rebellibus his , ut Duces , præerant Dalmatis Bato Dysidiatus , Breucis verò , Pannonicæ genti , ( quæ secundùm Ptolemæum in meridionalioribus Pannoniæ inferioris , ergo in hodierna Slavonia , in confiniis veteris Dalmatiæ sedebat ) Bato quidam alius. Rebellio hæc respectu Pannoniæ ( teste *Vellejo* ) altero anno pacificatione sedata est , respectu Dalmatiæ verò secundùm *Dionem* M. Furio Camillo , & Sexto Nonio Quintiliano Coss. A. æræ Christi. 8. Chronologia hæc etiam ex *Vellejo* ipso confirmatur ; præmittit enim recensitioni belli Germanici : Tiberium Ælio Cato & Sentio Coss. V. Kal. Julii , itaque Anno æræ Christianæ quarto , ab Augusto in filium adoptatum , non diu autem in Urbe moratum , sed protinus ( id est illo ipso anno ) in Germaniam missum esse , ubi ante triennium immensum exarserit bellum. Recenset dein expeditionem repetitam sequentis anni , ergo quinti Christiani , usque ad hiberna , & tum subjungit descriptionem Marcomannici regni , & propositum Tiberii , Marcomannos quoque invadendi.

Sub Tiberio ab A. 14. usque 37.

A. Chr. **DLXIX.** *Ex Tacito Annal. lib. 2. ad gesta Tiberii Imperatoris sub*  
 17. *Consulatu C. Cælii & L. Pomponii. cap. 44.* Suevi discessu Romanorum ,  
 vacui externo metu , gentis adsuetudine , & tum æmulatione gloriæ ,  
 arma in se verterant , vis nationum , virtus Ducum in æquo : sed Maro-  
 boduum Regis nomen invisum apud populares : Arminium pro liber-  
 tate bellantem favor habebat. Igitur non modò Cherusci , sociique  
 eorum , vetus Arminii miles , sumpsere bellum , sed è Regno etiam Maro-  
 bodui Sueva gentes Semnones , ac Longobardi defecere ad eum &c. Non aliàs ma-  
 jore mole concursum , neque ambiguo magis eventu , fuis utrimque  
 dextris cornibus : sperabaturque rursùm pugna , ni Maroboduus castra  
 in colles subduxisset. Id signum perculsi fuit , & transfugis paulatim nu-  
 datus , in Marcomannos concessit : misitque Legatos ad Tiberium oratu-  
 ros auxilia. Responsum est , non jure eum adversùs Cheruscicos arma  
 Romana invocare , qui pugnantes in eundem hostem Romanos nulla ope  
 juvisset. Missus tamen Drusus , ut retulimus , pacis firmator.

19. **DLXX.** *Cap. 62.* Dum ea æstas ( M. Silano , & L. Norbano Coss. ) Ger-  
 manico plures per provincias transigitur , haud leve decus Drusus quæ-  
 sivit , illiciens Germanos ad Discordias , utque fracto jam Maroboduo ,  
 usque in exitium insisteretur. Erat inter Gotones nobilis Juvenis , nomi-  
 ne *Catualda* , profugus olim vi Marobodui , & tunc dubiis rebus ejus , ul-  
 tionem ausus. Is valida manu fines Marcomannorum ingreditur , cor-  
 ruptisque Primoribus ad societatem , irrumpit Regiam , castellumque jux-  
 ta situm ; Veteres illic Suevorum prædæ , & nostris è provinciis lixæ , &  
 negotiatores reperti , quos jus commercii , dein cupido augendi pecu-  
 niam , postremùm oblivio patriæ , suis quemque ab sedibus hostilem in  
 agrum transtulit. Maroboduo undique deserto , non aliud subsidium ,  
 quàm misericordia Cæsaris fuit. Transgressus Danubium , quàm Noricam  
 provinciam præfuit , scripsit Tiberio , non ut profugus , aut supplex , sed  
 ex memoria prioris fortunæ ; nam multis nationibus clarissimum quon-  
 dam Regem ad se vocantibus , Romanam amicitiam prætulisse. Re-  
 sponsum à Cæsare : tutam ei , honoratamque in Italia sedem fore , si ma-  
 neret : sin rebus ejus aliud conduceret , abiturum fide , quàm venisset.  
 Coeterùm apud Senatum differuit , non Philippum Atheniensibus , non  
 Pyrrhum , aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse. Ex-  
 tat oratio , quàm magnitudinem viri , violentiam subjectarum ei gentium ,  
 & quàm propinquus Italiæ hostis , suaque in destruendo eo consilia ex-  
 tulit. Et Maroboduus quidem Ravennæ habitus , si quando insolescerent  
 Suevi , quasi rediturus in Regnum ostentabatur : Sed non excessit Italiã  
 per duodeviginti annos , consenuitque , multùm imminuta claritate ob  
 nimiam vivendi cupidinem.

Catualda , seu Germanico idiomate *Gormald* erat secundùm Tacitum nobili inter  
 Procures Marcomannicos loco genitus , aut Maroboduo , ob studium refranandæ  
 ejus nimium quantum Regiæ dominationis , invisus ; obindèque ad Gotones Marco-  
 mannico Regno versùs Arctoum vicinos exul , occasionem vindictæ ex Chetrusco  
 contra Maroboduum bello arripit , solum natale armis ingreditur , Regemque è so-  
 lio pellit.

20. **DLXXI.** *Ex Tacito annal. lib. 2. cap. 63.* Idem Catualdæ casus , ne-  
 que aliud profugium ; pulsus haud multò post Hermundurorum opibus ,  
 & Vibilio Duce ; receptusque , forum Julium Narbonensis Galliæ colo-  
 niam

niam mittitur. *Barbari utrumque comitati, ne quietas provincias immixti turbarent, Danabium ultra, inter flumina Marum & Cusum, locantur, dato Rege Vannio gentis Quadorum.*

Fluvium *Marum* hîc communiter Authores interpretantur hodiernum fluvium, inter limites Moraviæ, Silesiæ, & Hungariæ decurrentem, nunc Moravam, & Germanicè *March* dictum, *Cusum* verò præcisè ex hoc loco Taciti faciunt fluvium Vagum, Germ. *Waagflus*, ut assignare possint locum refugii Marcomannis; ast maximè falluntur: terra inter hos fluvios erat ipsa Quadica, & si non fuisset, tamen ob vicinissimum situm pro refugio tuto servire nequibat; & demum Romani hîc loci trans Danubium nihil juris in disponendis & dandis terris sibi adhuc vindicaverant. Rectiùs & veriùs ergo sentiendum: per *Marum* fluvium intelligi hodiernum fluvium *Marosch* ad latus occidentale Daciæ veteris seu Transsylvaniæ. Consentit *Ottrokofus in orig. Hung. cap. 13. §. 23. & 24.* ubi *Marum* Taciti, *Marisum* Strabonis, & *Marim* Herodoti eundem fluvium *Marosch*, *Cusum* verò, vel corruptè locò *Tissum* *Theys*, vel locò *Crusum* *Köresch* indigitare dicit. Scribit quoque *Florus Hist. Rom. lib. 4. cap. 12. sub Augusto*: Si tunc Dacia non victa, *summota atque dilata* est: ut itaque huc in possessiones submotorum Dacorum Marcomanni exules poni, & autoritate Romana tuti esse poterint, non verò ad Moravam Quadorum. Porro hi Marcomanni exules non ineptè pro subsequis *Victovalis*, nomine assumpto novo, reputandi, de quibus infra in Seculo secundo & quarto.

*DLXXII. Ex Tacito lib. 2. ad finem.* Cæterùm *Arminius* abscedentibus Romanis, & pulso *Maroboduo*, regnum adfectans, libertatem popularium adversam habuit: petitusque armis, cum variâ fortunâ certaret, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubiè Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, sicut alii Reges, ducésque, sed florentissimum Imperium lacefferit: præliis ambiguus, bello non victus. Septem & triginta annos vitæ, duodecim potentiæ explevit: caniturque adhuc barbaras apud gentes; Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantùm mirantur: Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi.

*Ex Sexti Aur. Victoris Epitome in Tiberio.* Iste Cappadocas in provinciam, remoto Archelao Rege eorum, redegit; Getulorum latrocinia repressit. *Maroboduum* Suevorum Regem callidè circumvenit. Cum immani furore infontes & noxios, suos pariter, externósque puniret, resolutis militiæ artibus, Armenia per Parthos, Mœsia à Dacis, *Pannonia à Sarmatis*, Gallia à finitimis gentibus direptæ sunt.

Sub Cajo Caligula ab A. 37. usque 41.

*Ex Historia Miscella.* Bellum ipse contra Germanos suscepit, & ingressus Sueviam nihil strenuè fecit.

Sub Claudio, ab A. 41. usque 54.

A. Chr.  
50.

*DLXXIII. Ex Tacito anal. lib. 12. cap. 29. C. Antistio & Marco Suillio Consulibus.* Per idem tempus *Vannius* Suevis à *Drufo* Cæsare (scilicet olim post depulsum *Catualdam* sub *Tiberio* Imperatore) impositus pellicitur regno: primâ Imperii ætate clarus, acceptusque popularibus: mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio accolarum, simul domesticis discordiis circumventus. Auctores fuère *Jubillius* (vel *Vibillius* ut supra cum nominâret lib. 2. cap. 63.) *Hermundurorum* Rex, & *Vangio*, ac *Sido*, sorore *Vannii* geniti. Nec *Claudius*, quamquam sæpe oratus, arma certantibus Barbaris interposuit, tutum *Vannio* perfugium promittens, si pelleretur. Scripsitque *P. Attilio* *Histro*, qui *Pannoniæ* præsidebat, legio-

gionem, ipsaque è provincia lecta auxilia, pro ripa componeret, subsidio victis, & terrori adversus victores, nè fortunâ elati nostram quoque pacem turbarent. *Nam vis innumera, Lygii, aliâq; gentes adventabant, famâ ditis Regni, quod Vannius 30. per annos prædationibus, & vectigalibus auxerat.* Ipsi manus propria pedites, eques è *Sarmatis Jazygibus* erat, impar multitudini hostium, eoque castellis sese defensare, bellumque ducere statuerat. Sed Jazyges obsidionis impatientes, & proximos per campos vagi, necessitudinem pugnae attulere: quia Lygius, Hermundurisque illinc ingruebant. Igitur digressus castellis Vannius funditur prælio, quamquam rebus adversis laudatus, quod & pugnam manu capessit, & corpore adverso vulnera excepit. Cæterum ad classem in Danubio operientem perfugit. *Secuti mox clientes, & acceptis agris in Pannonia locati sunt.* Regnum Vangio & Sido inter se partiti sunt, egregia adversus nos fide: subjectis, suone an servitii ingenio, dum adipiscerentur dominationes, multa caritate, & majore odio, postquam adepti sunt.

### Sub Domitiano ab A. 82. usque 96.

- A. Chr. **DLXXIV.** *Ex Suetonio in Domitiano cap. 6.* Expeditiones partim  
 86. sponte suscepit, partim necessariò: sponte in Cattos: necessariò unam  
 89. in Sarmatas, Legione cum Legatò simul cæsâ: in Dacos duas; primam  
 87. Appio Sabino Consulari oppresso: secundam Cornelio Fusco Præfecto cohortium prætorianarum, cui belli summam commiserat. De Cattis, Dacisque post varia prælia duplicem triumphum egit. De Sarmatis lauream modò Capitolino Jovi retulit.

*Ex Dione Casso apud Xiphilinum in Domitiano.* Per id tempus maximum bellum fuit populo Romano cum *Dacis*, apud quos *Decebalus* regnum obtinebat &c. At Domitianus ducto in eos exercitu, quanquam ipse bellum nulla ex parte attigit &c. tamen missis Ducibus ad bellum gerendum, ac *magna parte militum turpiter amissa, ut victor Romam literas misit;* quamobrem ei tot & tanta Decreta facta sunt, ut in omni ferè Orbe terrarum, qui sub ditione ejus erat, statuæ aureæ atque argenteæ positæ sint, &c. post hæc dies festos egit, videlicet triumphales &c.

*Ex Tacito in vita Julii Agricole cap. 39.* ubi de victoria ejus contra Britannos, octavo anno administrationis obtenta, & per literas Domitiano significata, adeoque de initiante anno æræ Christianæ 87. agit: Hunc rerum cursum, quanquam nullâ verborum jactantiâ epistolis Agricolæ auctum, ut Domitiano moris erat, fronte lætus, pectore anxius excepit. Inerat conscientia, derisui fuisse nuper *falsum è Germania triumphum*, emptis per commercia, quorum habitus & crines in captivorum speciem formarentur; at nunc veram magnamque victoriam tot millibus hostium cæsis, ingenti fama celebrari. Id sibi maximè formidolosum, privati hominis nomen supra Principis attolli.

**DLXXV.** *Ex eodem Taciti libro cap. 41.* ubi de Agricola jam per aliquod tempus Romæ iterum existente, adeoque circa annum 89. agit: Et ea *insecuta* sunt Reipublicæ tempora, quæ sileri Agricolam (id est victorias & gesta ejus) non sinerent: tot exercitus in Mœsia (contra Sarmatas) Daciâque (contra Dacos) & Germania, Pannoniâque (contra Marcomannos) temeritate aut per ignaviam Ducum amissi: tot militares viri cum tot cohortibus expugnati & capti: nec jam de limite Imperii & ripa, sed de hibernis legionum & possessione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur,

tur, atque omnis annus funeribus & cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi Agricola: comparantibus cunctis vigorem, constantiam, & expertum bellis animum, cum inertia, & formidine eorum.

*Ex Dionis Hist. Rom. lib. 67.* Domitianus Quados & Marcomannos ul- A. Chr. 81.  
*cisci volens*, quod contra Dacos nulla sibi subsidia misissent, in Pannoniam venit, bellum eis illaturus: & alteros ipsorum Legatos, pacis componendæ causâ missos, interfecit. Idem Domitianus à *Marcomannis victus*, & *in fugam coniectus*, celeres ad Decebalum Dacorum Regem nuntios misit, & ad pacem ineundam eum invitavit, quam sæpius antè petenti non dederat.

*Ex eodem Dionis lib. 67.* Masyus Rex Semnonum, & Ganna virgo (ea post Veledam in Celtica vates oracula reddebat) Domitianum adierunt, & honorificè ab eo tractati, domum redierunt. *Lygii à Suevis quibusdam in Mysia bello vexati* legatos miserunt, qui à Domitiano auxilia peterent; eaque consecuti sunt, non tam numero valida, quàm dignitate. Nam centum eis duntaxat equites dati sunt. At Suevi ob hanc causam indignati, Jazygum populo suas ad partes traducto, se parabant, ut cum eis Istrum trajicerent.

**DLXXVI.** Triumphus ille falsus Domitiani de Cattis Germanis A. 86. 86.  
 actus fuisse videtur, cujus *Tacitus* meminit *loc. cit. cap. 39.* Anno Sexto Domitiani *chronicon Eusebii* annotat: Nasamones & Daci dimicantes contra Romanos victi, Expeditio hæc prima censenda Duce Appio Sabino, quo licet oppresso res tamen Romanorum superior in acie fuerit. Nasamones *Sirabo Geogr. lib. 7.* ponit in Lybia Africa. *Zonaras in Domitiano* refert: Nasamones occisis Quæstoribus Romanis, dein quoque devicto Flacco Numidiæ Prætorè, castra ejus cepisse, sed vino inebriatos à Flacco ad internecionem cæsos, & ne inbelli quidem ætati veniam datam esse; quâ victoriâ elatus Domitianus pro Deo se haberi iusserit.

Huic anno Annumeranda videtur clades Romanorum à Sarmatis ad confinia Mœsiæ accepta. 89.

Clades Romanorum sub Duce Cornelio Fusco à Dacis. 90.

Clades Romanorum à Marcomannis & Quadis. 91.

Anno undecimo Imperii Domitiani adnotat *Eusebii chronicon*: *Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.* Hic triumphus æquè falsus asserendus, ut anterior de Cattis; teste enim Dione Domitianus à Marcomannis & Quadis cæsus, obindèque necessitate adactus cum Dacis pacem pepigit, quam pacem pro victoria venditavit. Chronologia suprâ adscripta A. 89. 90. 91. innititur relatis Taciti; reditum enim Agricolæ ex Britannia *insecutus* dicit clades, quarum tres numerat in Mœsia, Dacia, Germania Pannoniâque; *omnem annum* à reditu Agricolæ cladibus insignem fuisse dicit; ergo ordine, quo ille recenset, nempe primo anno post reditum, æræ Christi. 89. clades Sarmatica, 2do Dacica, 3tio Germanica seu Marcomannica contigit; & hunc ordinem confirmat *Eusebii chronicon*, quod anno 92. Domitianum, falsè nempe, triumphantem refert, ut anno priore à Marcomannis cæsus dici debeat, quia hæc clades ansa pacis fuit, tum cum Dacis, tum cum Marcomannis ipsis, licet eam Domitianus triumpho traduxerit. Eodem *Tacito* teste *cit. lib. cap. 44.* mortuus est Agricola non sine suspicione veneni à Domitiano propinati, decimo Kal. Sept. Collega, Priscòque Coff. ergo A. 93. consequenter clades anteriores sunt. Cæterum Suevi, qui hinc in vicinia Jazygum & Mœsorum trans Danubium reperiuntur, sunt exules olim Marcomanni cum Maroboduo & Catualda Regibus. Lygios in Mœsiam migratione ex terris Vistulani venisse dubitandum non est.



## SECTIO XLIV.

### SECULUM II.

## De Marcomannis & Quadis.

Sub Trajano ab A. 98. usque 117.

A. Chr. 99. **N**us *DLXXVII*. Ex *Xiphilino in excerptis Dionis* : Trajanus autem, cum Romæ aliquamdiu commoratus esset, in Dacos cum exercitu proficiscitur : quòd secum ea, quæ ab illis gesta essent, reputaret : quòdque pecuniâ, quam ipsi quotannis capiebant, gravaretur : & quòd eorum copias indies augeri, efferrique animos animadverteret. Cognita ejus profectio, Decebalus pertimuit : quippe sciebat, antea non populum Romanum, sed Domitianum ab se superatum esse : tunc autem bellum sibi fore cum populo Romano, Trajanoque imperatore, qui justitiâ, fortitudine, bonitate longè antecelleret, &c. Postquam Trajanus exercitum duxit in Dacos, nec longè abfuit à Tapis ( loci nomen est ) ubi barbari Castra posuerant, fungus ingens ad eum allatus est, in quo scriptum erat latinis literis, *sociorum cum alios tum Burros Trajanum hortari, ut retro-verso itinere pacem coleret*. Sed Trajanus nihilominus confligit. Quo in prælio, quanquam magna cædes hostium facta est, tamen multos ex suis faucios vidit &c. Post contendit ad editiora loca montium : indeque aliis atque aliis occupatis collibus non sinè magno periculo, ad Regiam Dacorum pervenit : quos Lucius ex altero latere adortus, magnum numerum eorum concidit cepitque. Decebalus continuò primores eorum, qui pileos gestabant, ad Trajanum mittit, pacemque per eos ab ipso postulat, seque imperata facturum pollicetur. Is jubet arma machinasque & eorum artifices tradere, transfugas dedere, diruere propugnacula, *de regione, quam ex finitimis cepisset, decedere*, & amicos hostesque eosdem, quos populus Romanus haberet, existimare. Has condiciones Decebalus deductus ad Trajanum, invitus accepit, &c. Trajanus autem *triumpho ob victoriam acto*, acceptoque Dacici cognomine, in theatro gladiatores commisit, &c.

102. *DLXXVIII*. Ex *Eusebii chron.* Anno Imperii 4. Trajanus de Dacis & Scythis triumphat.

103. Anno Imperii 5. Trajanus victo Rege Decebalò Daciam fecit provinciam, Hyberos, Saurcomatas, Asraenos, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem accepit.

102. Ex *Xiphilino in excerptis Dionis*. Dum hæc geruntur, nuntiatur *Decebalum multa contra fœdus facere*, arma comparare, transfugas recipere, arces instaurare, finitimas nationes per legatos ad defectionem sollicitare, & iis qui antè adversati ei fuerant, clades inferre : *jámque nonnullam partem regionis Jazygum occupavisse*, quam cum illi postea repeterent, Trajanus eam non restituit. Ob has causas Decebalus hostis iterum à Senatu judicatur. Trajanus id bellum per se, non per alios Duces confecit &c. Interim Trajanus pontem lapideum in Danubio faciendum curavit &c. Igitur Trajanus *eo ponte facto, Danubium transiit* : dein secure bellum gessit magis quàm celeriter, ac Dacos vix tandem subegit. Multa in eo bello ipse



SECULUM II. DE MARCOMANNIS ET QUADIS. 35

ipse strenui Imperatoris ac viri fortis facinora edidit, multaque pericula milites ejus adierunt, seque viros fortes praestiterunt &c. *Decebalus*, postquam Regiam regionemque suam omnem captam esse cognovit, immineretque periculum, ne ipse quoque caperetur, manus sibi attulit. Ejus caput Romam perlatum est, & Dacia in potestatem venit populi Romani, in eamque Trajanus coloniam deduxit. A. Chr. 103.

Sub Adriano ab A. 117. usque 138.

*DLXXIX.* Ex *Eusebii chronico ad annum Imperii 3.* bellum contra Sauromatas gestum. 120.

Ex *Aelio Spartiano cap. 4.* Audito dein tumultu *Sarmatarum & Alanorum* praemissis exercitibus *Moesiam* petiit. Martium Turbonem, post Mauritaniae praefecturam, infulis ornatum, Pannoniae Daciaeque ad tempus praefecit. Cum Rege mox Alanorum, qui de imminutis stipendiis querebatur, cognito negotio pacem composuit.

Ex *Historia Miscella.* Semel tantum per Praesidem cum Sauromatis dimicavit & vicit.

NOTA. Sauromatae, de quibus hic agitur, sedes suas è regione Moesiae non immediatè ad Danubium, sed remotius versus Boristhenem habere debebant, cum jungantur cum Alanis, qui inter Boristhenem & Tanaim habitabant, & alio nomine quoque Tanaitae vocabantur. *vid. num. 657. a. 658. a. & 561.*

Sub Marco Aurelio Antonino ab A. 162. usque 180.

*DLXXX.* Sub hujus Imperio multa singularia historiam Marcomannorum, Quadorum, & Sarmatarum valde illustrantia acciderunt, quapropter operae pretium omnino erit, tum relata scriptorum veterum plenius afferre, tum quaedam de chronologia hujus temporis praemittere, utpote quae in se intricatior & obscurior est, & per interpretes invicem contrariantes majoribus dubiis adhuc involvitur. Potissimum chronologiae subsidium hic ex *Eusebii chronico* desumendum venit, sed hoc praenotato: secundum plerosque scriptores M. Antoninus regnavit annos 18. dies 10. Eusebius vero ei attribuit annos 19. Itaque Eusebius computat annum primum Imperii (qui recto ordine chronologiae non est, ut in ejus computu, annus aerae Christianae 164. sed 162.) incompletum pro completo, & itidem sic annum 180. tanquam decimum nonum & ultimum absolute numerat, licet in eo M. Antoninus 16. Martii, adeoque necdum decurso tertio mense decesserit.

*DLXXXI.* His praemonitis chronologia ex Eusebio sic eruitur: Anno Imperii primo nihil de bello adnotat Eusebius. 162.

A. Imperii 2do. Lucio Caesari Athenis sacrificanti ignis in caelo ab Oriente in Occidentem ferri visus. Ergo Lucius erat in itinere ad bellum Parthicum, & hujus quinquennium à mensibus aestivis anni 163. computandum. 163.

A. Imperii 3tio Vologesus Rex Parthorum vicinas sibi Romanas provincias depopulatus est. Ergo fervebat maxime bellum Parthicum. 164.

A. Imperii 4to Seleucia Syriae Urbs cum trecentis millibus hominum à Romanis capta. Ergo res Romanae superiores erant apud Parthos. 165.

A. Imperii 5. 6. 7. Hi anni conjunctim accipiendi in Eusebio, quia de bello haud dubie continuato nil nisi finem adjicit, dum ait: Lucius Caesar de Parthis cum fratre triumphavit; quod necessarium incidit in annum finientem 168. cum ex aliis scriptoribus constet, Lucium post quinquennium primo Romam ex Parthis rediisse. Confirmatur hoc ex *Julio Capitolino*, qui in *L. Vero Imp.* ait: Egit autem per quadriennium Verus hyemem Laodicæ, aetatem apud Daphnem, reliquam partem Antiochiæ &c. Romam inde ad triumphum invitus, quod Syriam quasi regnum suum relinqueret, rediit, & pariter cum fratre triumphavit &c. Prima hyems Laodicæ acta incidit in annum 164. 2da in 166. 167. 168.

166.

167.

168.

*Pars IV.*

E 2

A.

A. 165. 3tia in A. 166. 4ta in A. 167. Anno autem 168. pro parte saltem, Antiochiæ re-sedisse, & inde Romam ast non propteranter rediisse videtur.

A. Chr.  
169.  
usque  
173.

**DLXXXII.** A. Imperii 8. 9. 10. 11. 12. S. Hieronymus, qui Eusebii chronicon revidit, correxit, auxit, & in ordinem, sibi utilissimum visum, reduxit, confidens notis suis, per colorum diversitatem quælibet gesta cuilibet numero annorum sat apertè in ipso Manuscripto addicentibus, conjunctivè ad hos annos, quod Romanas res attinet, hæc commemorat: Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas, & Dacos dimicant. Lucius Imperator anno regni sui nono, sive, ut quidam putant, undecimo, inter Concordiam & Altinum apoplexi extinctus est, sedens cum fratre in vehiculo. Tanta per totum orbem pestilentia fuit, ut penè usque ad internitionem Romanus exercitus deletus fuerit.

Prima nota ex his de expeditionibus bellicis Romanis est generalis, ad omnes annos se extendens, quos gestis specialibus dispecere Hieronymus momenti non duxit. Secunda nota continet differentem opinionem de morte Lucii. Nonus annus Imperii (quem & chronicon Alexandrinum habet) videtur esse ex mente Eusebii, undecimus autem (qui à *Julio Capitolino, Victore, & Eusebio* asseritur) ex mente & accessione ipsius Hieronymi. Utraque opinio suo sensu subsistit: secundum omnia, quæ in aliis scriptoribus de profectioe amborum Imperatorum ex Italia in Illyricum, & inde rursus in Italiam proponuntur, perrexerunt anno finiente 171. Redierunt anno per aliquot menses jam inchoato 172. Imperium adepti erant in Martio A. 162. Si itaque annus hic 162. incompletus, & itidem annus ultimus Lucii 172. æquè incompletus in numerum veniant, certè annus undecimus agebatur; & hæc opinio etiam vera manet, si anni de momento in momentum computentur, à septima enim Martii A. 162. usque ad diem eandem A. 172. elapsi erant integri anni decem; si itaque mors Lucii post hanc diem contigit, jam rectè undecimus annus appellatur. Porro haud insolitum quid est scriptoribus, annos initiantes & finientes incompletos ex numero omittere, hoc si Eusebii auctor, unde ille opinionem hausit, senserit, novem anni completi mortem præcesserant. Pertinet igitur nota illa secunda ad annum 172. Nota tertia de pestilentia exorta, tempori ante mortem Lucii addicenda; clarum hoc est ex *Julio Capitolino in L. Verò*, qui dicit: L. Verus fuit ejus fati, ut in eas provincias, per quas rediit, Romam usque, luem secum deferre videretur. Et nata fertur pestilentia in Babylonia &c. L. Verus quoque profectio-nem in Illyricum obtentu pestilentiae, quæ pars exercitus interiisset, impedire conabatur. Cæterum excerpta aliorum scriptorum infra subsequencia de bellicis horum annorum expeditionibus id commonstrant: Romanos A. 169. & 170. in Italia de gentibus Barbaris victores, mox III. Idus Jan. A. 171. victos fuisse; grandi autem apparatu bellico coacti per hunc annum, & appropinquantibus jam Illyrico Imperatoribus, gentes barbaras se retraxisse; demum A. 172. brevè post abitum Imperatorum in Italiam, & mortem Lucii, motus gentium reinvaluisse, indèque bellum triennale primum cœpisse, quod A. 174. victoriâ celebri disruptum. A. 172. certè bellum gestum est contra Marcomannos, & cæteros Germanos, extincto jam Lucio; namque *Ælius Lampridius in Commodò* testatur: Commodum hunc, qui anno 166 jam Cæsar nominatus erat, Maximo & Orphyto Coss. (id est hoc anno 172.) appellatum esse Germanicum; ut itaque victoria de Germanis jam aliqua eodem hoc anno contra Germanos parta esse debuerit.

174.  
175.  
176.  
177.  
178.

**DLXXXIII.** A. Imperii 13. 14. 15. 16. 17. E regione horum annorum summarè ponitur ab Eusebio: Imperator Antoninus multis adversum se nascentibus bellis sæpe ipse intererat, sæpe duces nobilissimos destinabat. In quibus semel pertinaciter exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluvia divinitus missa est, cum è contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interficerent. Extant literæ Marci Aurelii gravissimi Imperatoris, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum fortè militum præcationibus impetrato, imbri discussam, contestatur. Antoninus Commodum filium suum consortem Regni facit.

A.

A. Imperii 18. & 19. Iterum conjunctivè adnotatur : Antoninus cum filio de hostibus triumphavit, quos *per triennium* apud Cornutum (id est, Carnuntum Urbem) habens stativa castra, vastaverat. Imperatores multis multa largiti sunt, & pecuniam, quæ fisco debebatur, provinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanæ Urbis foro incendi præceperunt, ac ne quid bonitati deesset, severiores quasque leges novis constitutionibus temperaverunt. Antoninus post victoriam adedò in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit. Commodus à Senatu Augustus appellatur. Smyrna Urbs Asiæ terræ motu ruit, ad cujus instaurationem decennialis tributorum immunitas data est. Antoninus in Pannonia morbo periit.

*Dione teste* contigit hæc mors XVII. kal. April. ergò 16. Martii. Ex relatis Eusebii patet : maximam bellorum posteriorum molem M. Antonino obtigisse ab Anno 13 Imperii, id est ab A. æræ Christianæ 174. Bella hæc durasse usque ad A. 179. quo triumphus actus. Huic anno bellum secundum triennale, ubi Carnunti stativa erant, præcessisse.

**DLXXXIV.** Reliqua non dispescuit Eusebius, nec meminit interruptionis per tumultus tyrannicos Avidii Cassii causatæ. Itaque sic in ordinem redigenda chronologia :

A. Imperii 13. gestum & Dei beneficio confectum fuit bellum Quadicum mensibus æstivis. Ob hoc bellum dictus est Marcus ab exercitu *septimum Imperator*. Eodem anno Marcus Carnunti remansit, & varias, easque graves ordinationes circa populos subactos fecit. 174.

A. Imperii 14. interruptus in his ordinationibus fuit per tumultus Avidii Cassii, contra quem in Italiam revertitur. Avidius Cassius jussu Senatûs Romani occiditur, inquit enim *Julius Capitolinus* : Marcus ipsum Cassium pro clementia occidi passus est, non occidi jussit. Tumultus itaque hi, sine magno belli apparatu & prælio, per necem authoris Cassii compressi sunt ; unde Marcus titulo Imperatoris noviter ex his actis honorari non poterat, nec Romanis mos erat, ex bellis civilibus titulum hunc capere. Interim gentes priore anno subactæ, occasione horum motuum civilium, & absentia Imperatoris, præcipuè verò ob gravitatem conditionum pacis eis impositarum rebellabant ; Quapropter M. Antoninus 175.

A. Imperii 15. circa tempus æstivum, Carnuntum properavit, & Marcomannos cum lociis vicit ; ob quem felicem successum *octavum Imperator* dictus est. Namque A. 174. ob victoriam contra Quados septimum Imperator dictus erat, & A. 175. bellum externum non gerebatur, sed civile, idque haud magni momenti contra Cassium, in quo citius is occisus est, quam Marcus exercitum contra eum educeret ; *ut infra num. 600.* Anno autem 176. noviter, ergò octavum Imperatorem dictum esse constat ex eo, quòd tum, nempe Pollione iterum & Aprò Coss. V. kal. Decemb. simul filius ejus Commodus Imperator appellatus sit, *teste Aelio Lampridio in Commodò.* Quod itaque, cum ad finem Novembris factum, signum præbet, haud multò antè, mensibus autumnalibus, victoriam contigisse. 176.

A. Imperii 16. vel 17. Marcus ob continuatos felices belli successus *nonum*, & demum 177.

A. Imperii 18. *decimum* Imperator salutatus est, ut ex infra excerptis ad finem belli ex *Dione* patebit. Anno eodem finiente 179. Marcus cum filio Commodò Romæ triumphavit. Triennium igitur continuum, quod Marcus Carnunti in bellum hoc ultimum, secundum *Eusebium* & alios, insumpsit, anno hoc finitum est, quod Eusebii relatis apprimè convenit, qui triumphum quidem in hunc annum 18 Imperii, seu 179. æræ Christianæ ponit, sed consecutiva ejusdem in annum 19. inortualem 178.

continuat, ità ut triumphus planè ad finem anni 179. celebratus esse debuerit, adeoque etiam finis belli Marcomannici mensibus æstivis 179. sicut principium iisdem mensibus anni 176. acciderit. Anno eo Imperii Marci ultimo seu 19. peractis plenariè sollemnibus triumphalibus Marcus, cum flagraret desiderio, terras Marcomannicas & alias in formam provinciarum Romanarum redigendi, Vindobonam in Pannoniam (Soc. Aur. Victor in Epir.) se contulit, ast ibidem 16. Martii morte prævenitur. 179.

**DLXXXV.** Cæterum adhuc hic notandum : Primò *Julius Capitolinus* dum

dicit : *deinde* ad conficiendum bellum conversus, *in administratione ejus belli obiit*, labentibus jam filii moribus ab instituto suo; triennio bellum *postea* cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit : & si anno uno superfuisset, provincias ex his fecisset : carpitur à quibusdam interpretibus, quasi *ly postea* morti subjectum absurditatem inversi temporis involveret. Ast à scriptore historico, qui de instituto suo, pingere Diocletiano effigiem boni & mali principis, non de ordine & chronologia rerum gestarum sollicitus erat, tanta exactitudo connexionum non exigenda. Res gestas, nec non virtutes, & vitia Marci Capitolinus primùm *breviter & congestè* (ut ipse dicit) enumerat, dein ea, quæ adhuc memorabilia videbantur, extra ordinem subjicit, unum idemque quandoque bis & ter aliis verbis repetens. Unde etiam *ly deinde & postea*, non ordinem denotat, sed idem valet, ac si diceret : hoc adhuc memorandum, & porro illud. Potiùs ex his relatis Capitolini ad rem ipsam colligi potest, bellum hoc triennale ultimum haud diu ante mortem Marci, itaque circa autumnum A. 179. finitum esse, cum dicat, eum *in administratione hujus belli obiisse*, & anno altero non superfuisset.

**DLXXXVI.** Secundò quoque ab interpretibus *Philostorgius* falsitatis immeritò arguitur, dum dicit, Marcum toto prioris belli tempore (ante annum scilicet 174.) *Sirmii egisse*, quod interpretes contra ipsum Marcum esse autumant, utpote qui Carnunti se fuisse ad senatum scripserit; combinanda enim sunt tempora: antequàm Marcus A. 172. & 173. Marcomannos, Quados, & alios ex occupata ab his Pannonia superiore repetitis vicibus profligasset & eiecisset, inconsultò certè stativa sua Carnunti in medio hostium posuisset; Itaque tunc secundùm *Philostorgium* omnino opportunitas exigebat, stativa Sirmii in inferiore Pannonia ab hostibus libera habere; Ast liberatà his victoriis etiam Pannonià superiore, & dum Marcus jam A. 174. in terras ipsas Quadorum transdanubianas penetrare statuerat, sicut & in Cotinos usque penetravit, tunc jam securè Carnuntum pro stativis inservire poterat. His chronologicis observationibus præmissis subjungenda nunc relata aliorum scriptorum veterum, rem ipsam luculenter quidem, sed neglectà plerùmque chronologià, describentium, suppletis & ad marginem appositis annis, secundùm ordinem chronologicum suprà ex *Eusebio* & aliis deductum.

**DLXXXVII.** Ex *Julio Capitolino* specialia tria loca præmittenda, dieit enim primò: Pannonias ergo Marcomannis, Sarmatis, Wandalis, simul etiam Quadis extinctis, servitio liberavit (Marcus Imp. scilicet) Secundò: Accepit in deditionem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis. Tertiò: Infinitos ex gentibus in Romano solo collocavit.

Ex primo loco inferendum: tempore belli primi, quod Marcus suscepit, Marcomannos, Sarmatas, Wandalos, & Quados in Pannonia, nempe superiore, quasi in proprio solo, habitasse, quos autem Marcus partim extinxit, partim ultra Danubium recedere coëgit. Sarmatæ, de quibus hic sermo, non sunt Sarmatæ Slavi, sed Sarmatæ Jazyges, natio alterius originis & linguæ. Sic ait *Dio*, qui coætaneus eorum temporum erat, *apud Xiphilinum in excerptis*: Ipse Marcus Barbaris, qui circum Istrum sunt, *Jazygibus* & Marcomannis, nunc his, nunc illis continenter, quamdiu vixit, bella intulit: quibus in bellis Pannonia fuit ei receptaculum. Ex secundo loco colligendum: Imperatoribus jam ab hoc tempore opportunum rei Rom. visum fuisse, Marcomannos ad deprimendam eorum potentiam ex sedibus suis pristinis magna ex parte amovere, & aliò, ubi nocere non possent, transferre. Ex tertio loco occasio se manifestat, quomodo Sarmatæ Slavi, ex sedibus pristinis ad Tanaim & Mæotidem, paulatim in ripas Danubii & fines Romani Imperii imigraverint, cum enim Romani gentes Danubio propinquiores in ipsum Romanum solum cisdanubianum reciperent, Sarmatæ Slavi in sedes illorum evacuatæ succedebant.

A. Chr. 168. **DLXXXVIII.** Ex *Julio Capitolino in M. Antonino*. Dum Parthicum bellum geritur, natum est Marcomannicum, quod diu eorum, qui aderant, arte suspensum est, ut finito jam Orientali bello Marcomannicum agi posset.

Ergo bellum Marcomannicum durante adhuc bello Parthico, & ejus occasione, (cum

SECULUM II. DE MARCOMANNIS ET QUADIS. 39

(cùm Marcomanni contra Romanos alio bello implicitos de successu irruptionis suæ minùs dubitarent) itaque circa A. 168. natum, sed à Romanis arte, usque in sequentem annum, protractum & suspensum. Continuat dein Julius Capitolinus : Et quum famis tempore (Marcus Antoninus) populo insinuasset de bello, *fratre post quinquennium reverso*, in senatu egit, ambos necessarios dicens bello Germanico Imperatores. Tantus autem timor belli Marcomannici A. Chr. fuit, ut undique sacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus imple- 171. verit, Romam omni genere lustraverit, *retardatusque à bellica profectioe sit* &c. Profecti tamen sunt paludati ambo Imperatores, Parthis (in aliis editionibus corrigitur : Victoralis ; fors autem in Manuscripto steterat, Quadis, utpote de quibus paulò post iterum meminit Capitolinus) & Marcomannis cuncta turbantibus, *aliis etiam gentibus, quæ pulsa à superioribus Barbaris fugerant*, nisi reciperentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio, quum Aquileiam usque venissent ; nam *plerique Reges & cum populis suis se retraxerunt*, & tumultus auctores interemerunt. *Quadi* autem, amisso Rege suo, non priùs se confirmaturos eum, qui erat creatus, dicebant, quàm id nostris placuisset Imperatoribus. Lucius tamen invitus profectus est, quum plerique ad Legatos Imperatorum mitterent, defectionis veniam postulantes. Et Lucius quidem, quòd amissus esset Præfectus Prætorio Furius Victorinus, atque pars exercitus interisset, redeundum esse censebat : Marcus autem fingere Barbaros existimans & fugam & cætera, quæ securitatem bellicam ostenderent, ob hoc, ne tanti apparatus mole premerentur, instandum esse dicebat. Denique *transcensis Alpibus longius processerunt*, composueruntque omnia, quæ ad munimen Italiæ, atque Illyrici pertinebant. Placuit autem, urgente Lucio, ut præmissis ad Senatum literis Lucius Romam rediret. Viâ quoque, posteaquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius, apoplexi arreptus perit.

*DLXXXIX. Ex Dione in Marco Antonino apud Xiphilinum.* Eodem circa tempore *Celta, qui trans Rhenum incolunt, venère usque in Italiam*, attulè- A. 169. que Romanis maxima ac gravissima incommoda : quibus Marcus occurrit, Pompejano atque Pertinace Legatis exercitus factis. Quo in bello 170. optimè se gessit Pertinax, qui postea Imperator factus est. Inter cadavera Barbarorum *corpora mulierum armata* reperta sunt. Confecto maximo prælio, partaque insigni victoria &c. Quum autem Marcomannis in aliquo prælio (III. Idus Jan. Anno 171. *Petavius P. I. lib. 5. cap. 12. ex Vopisco*) bene 171. successisset, ab iisque Vindex Marci Legatus interfectus esset, tres ei statuas posuit. Illis verò superatis Germanicus appellatus est. Germanos 172. enim eos, qui in superioribus locis habitant, appellamus.

Huc spectat, quod *Ammianus Marcellinus lib. 29. cap. 6.* circa A. 374. sub Valentiniano, digrediendo ad tempora Marci, refert : Quadorum natio motu est excita repentino, parum nunc formidanda, *sed immensum quantum antehac belatrix & potens*, ut indicant perpetrata, quoniam raptim proclivia, *obsessaque ab iisdem ac Marcomannis Aquileja, Opitergiùmque excisum*, & cruenta complura, perceleri acta procinctu : *vix resistente perruptis Alpibus Julii Principe serio*, quem antè docuimus, *Marco*.

*Ex Dione apud Xiphilinum.* Eo tempore tandem Romani *Jazygas* vi- 172. cære, primùm in terra, post etiam in flumine ; non quòd navale prælium 173. factum sit, sed quòd conglaciato Danubio fugientes consequuti, in eo perinde atque in continente pugnaverunt &c.

*DXC.*

- DXC. Ex Julio Capitolino. Marcomannos in ipso transitu Danubii delet, & prædam provincialibus reddidit. Gentes omnes ab Illyrici limite usque in Galliam conspiraverant, ut Marcomanni, Narisci, Hermunduri, & Quadi, Suevi, Sarmatæ, Latringes, & Buri: hi aliique, cum Victovalis, Sosibes, Sicobotes, Rhozolani, Bastarnæ, Alani, Peucini, Costoboci. Imminebat & Parthicum bellum & Brittanicum. Magno igitur labore etiam suo gentes asperrimas vicit, militibus sese invitantibus, ducentibus etiam exercitum Legatis & Præfectis Prætorio: accepitque in deditio-nem Marcomannos, plurimis in Italiam traductis &c. Et multi nobiles, bello*
- A. Chr. *Germanico sive Marcomannico, immo plurimarum gentium, interierunt: quibus*
174. *omnibus statuas in foro Ulpio collocavit &c. Fulmen de calo precibus suis contra hostium Machinamentum extorsit, suis pluviam impetratâ, quum siti laborarent. Voluit Marcomanniam provinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: & fecisset, nisi Avidius Cassius rebellasset sub eodem in Oriente, qui Imperatorem se appellavit (ut quidam dicunt) Faustina volente, quæ de mariti (Marci) valetudine desperaret. Alii dicunt, ementita morte Antonini, Cassium Imperatorem se appellasse, quum Divum Marcum appellasset &c.*
175. *Relicto ergo Sarmatico Marcomannicoque bello, contra Cassium profectus est.*
- DXCI. Ex Dione apud Xiphilinum: Igitur Marcus multis magnisque praliis factis, aditisque periculis, Marcomannos & Jazygas subegit. Post hæc prælium acre bellumque magnum, cum iis, qui Quadi appellantur, fuit: quo ex bello victoria præter spem, vel potius Dei beneficio, consequuta est, propterea quod Romani, quum essent in prælio, atque in maximum periculum venissent, mirabiliter sanè ac divinitus conservati sunt. Quum enim interclusi à Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atque interim Barbari differrent prælium, sperantes, eos calore & siti perituros, quos circum occupatis locis omnibus sic concluderant (erant enim multo plures) ut aquam habere nullo pacto possent: quumque Romani in tantas difficultates incurrissent, ut lassitudine, vulneribus, ardore solis, ac siti vexarentur, nec ob eas res pugnare possent aut aliò secedere, sed in acie stantes, atque in locis constitutis arderent, nubes derepentè ita coactæ sunt, ut maximus imber aquæ ceciderit, non sine Dei beneficio. Fama est, Arnuphim magum Ægyptium, qui unà cum Marco erat, Mercurium illum, qui est in aère, aliosque Dæmonas, quibusdam artibus magicis invocavisse, ac per eos pluviam extorsisse. Hæc quidem à Dione dicuntur (hic jam non Dio, sed Xiphilinus loquitur) sed is mihi mentiri videtur, volens, an invitus nescio, volentem magis arbitror: quum non ignoret, legionem militum, quæ fulminatrix appellatur proprio nomine (ejus enim mentionem facit in recensione cæterarum) ex nulla alia causa (neque enim alia circumfertur) quàm ex ea, quæ in eo bello accidit, id nomen accepisse, atque hæc tunc & Romanis salutis, & barbaris exitii fuit causa: non Arnuphis magus. Neque enim magorum consuetudine præstigiisque Marcum delectatum fuisse, ullis historiis est proditum.*
- DXCII. Quod igitur in hac re dico, tale est. Quum Marcus Legionem unam haberet ex militibus Melitenis (hi omnes Christum colunt) ad eum Præfectus Prætorianorum venit, nescientem in illo prælio, quid consilii caperet, timentemque toti exercitui, eique fertur dixisse: nihil esse, quod ii, qui Christiani nominantur, precibus impetrare non possint, esseque legionem unam in exercitu hominum hujus generis. Qua re cognita, Marcum ab iis petiisse, ut Deo suo supplicarent. Quod quum fecit.*

fecissent, Deum eos exaudisse subitò, percussissèque hostes fulmine, ac Romanos pluviam recreasse. His rebus Marcum vehementer obstupefactum, edicto Christianos honore affecisse, ipsamque legionem Fulminatricem appellasse: atque his de rebus epistola Marci extare dicitur. Græci quidem sciunt eam legionem *κεραυνοβόλον* appellari, ejusque rei testes sunt: causam verò cur ita appellata sit, non dicunt. Dion addit (ab hinc Xiphilius iterum loquitur verbis Dionis) Romanos quum primùm pluvia caderet, omnes suspexisse in cælum, eamque in ora recepisse: deinde scutis galeisque subjectis inde forbuisse largiter, equisque ad bibendum dedisse: quumque Barbari in ipsos impetum facerent, bibentes simul pugnasse, complurisque faucios sanguinem infusum in galeas, simul cum aqua absorbuisset. Hi propterea gravia damna accepissent urgentibus hostibus, quòd magna ex parte in bibendo erant occupati, nisi vehemens grando, complurisque fulmina in hostes cecidissent. Itaque licebat videre in eodem loco aquam ignemque simul de cælo cadere, & hi quidem humectabantur, ac bibebant, illi autem igni exurebantur, & interibant: nec Romanos ignis contingebat: sed sicubi fortè ad eos appropinquasset, statim extinguebatur: nec Barbaros juvabat pluvia, sed magis immixtas eis flammæ, velut oleum, excitabat, ita ut aquam requirerent pluviam perfusi, infligerentque sibi vulnera, quo ignem sanguine restinguerent. Pars confugiebat ad Romanos, quasi illis tantummodo aqua salutaris esset: sed eorum Marcus misertus est, eoque facto à militibus *septimium Imperator* appellatur, quòd etsi admittere non consueverat prius, quàm esset decretum à Senatu, tamen non repudiavit, quasi id divinitus acciperet: de quo etiam ad Senatum scripsit.

*DXCIII. Ex Marci Antonini Epistola ad Senatum Romanum.* De magnitudine propositi mei certiores vos feci, quales ad confinia Germaniæ ex discrimine inter circumfusa hostium castra me afflixerint defatigationes atque molestiæ, cincto me à septuaginta cohortibus novem milliarium spatio in *Cotino* &c. Evocavi, qui apud nos dicuntur, Christianos, ac per inquisitionem magnum eorum inveni numerum &c. In quintum enim jam diem aquam, quum ea haud præstò esset, non ceperamus. *Nam in medietate Germaniæ & in finibus hostium eramus.* Simul atque verò illi in terram sunt provoluti, atque Deum precati, quem ego ignorabam, confestim aqua de cælo est consecuta, in nos quidem illa frigidissima, in Romanorum verò hostes grando ignea. Sed & cum oratione ipsa illico præsentia DEI adfuit, tanquam insuperabilis & invicti. Inde igitur incipientes permittamus hisce, Christianos esse, ut ne simile telum adversus nos precibus impetrantes, voti compotes fiant. Hominem igitur hujusmodi, eò quòd Christianus sit, haud in jus vocandum statuo &c. Hæc verò etiam Senatus-Consulto confirmari volo &c.

*DXCIV. Ex lib. 71. Excerpt. Dionis ex Theodosio.* Marcus autem Antoninus in Pannonia mansit, ut barbarorum quoque legatis responsa daret. A. Chr. 174.  
Nam multi ad eum veniebant, societatem pollicentes, quorum dux erat *Battarius* annorum XII. puer; iique pecuniam accipiebant, quum *Tarbum* quemdam, *regulum sibi finitimam, Daciam ingressum*, & argentum postulantes, ac minantem bellum, nisi aliquam acciperet, coercuissent. Alii pacem petebant, ut *Quadi*, & obtinuerunt eam; quo videlicet à *Marcomannis avellerentur*, atque etiam propterea, quòd equos & boves multos  
Pars IV. F dede-



dederant, ac transfugas omnes & captivos, primùm ad tredecim milia, pòst etiam cæteros, se reddituros promitterent. Non tamen & merciorum cum cæteris, ac mercatum adeundorum potestas eis facta fuit, ne pariter, & *Marcomanni*, & *Jazyges*, quos nec recepturos se, nec per agrum suum, ut iter facerent, permissuros juraverant, eis se permiscerent, ac, tamquam & ipsi *Quadi*, res Romanas specularentur, & necessaria sibi compararent. Tum igitur hi veniebant ad Marcum, tum alii frequentes ipsius se fidei permissuri, partim secundùm nationes, partim secundùm provincias legatos mittebant: eorùmque alii ad militiam recepti fuerunt, aliò quòpiam missi, sicut & illi ex captivis ac transfugis, quotquot hoc impetrare poterant; alii terram & agras, partim in *Dacia*, partim in *Pannonia*, partim *Mysia* & *Germania*, & ipsa in *Italia* consecuti sunt: quorum aliqui *Ravennam* inhabitantes adeò novis studuère rebus, ut etiam civitatem illam occupare sint ausi: qua de causa non modò non ampliùs in *Italiam* barbarorum quemquam immisit, sed eos etiam, qui priùs illuc venerant, in alias colonias eduxit.

*DXCV.* *Astingi* verò, qui *Rhaum* *Rhaptumque* duces habebant, venère quidem & illi, ut *Daciam* incolerent, spe consequendi pecuniam & agros, sub conditione fœderis: at nihil horum adepti, uxores ac liberos suos apud *Clementem* depoluère, velut armis *Costubocorum* regionem occupaturi. Sed quum illos vicissent, *Daciam* quoque nihilominus infestabant. Itaque metuentes *Dancrigi*, ne timore illorum adductus *Clemens*, in agrum, quem incolebant ipsi, eos immitteret: nihil tale expectantes adorti sunt, & longè superiores eis facti; adeò quidem, ut *Astingi* nihil ampliùs hostile contra Romanos moliti sint, multisque Marcum precibus obtestati supplices, ut pecuniam & agrum ab eo acciperent, hac conditione rogaverint, si nationibus tunc bellum cum eo gerentibus cladem intulissent. Ac præstiterunt sanè nonnihil eorum, quæ pollicebantur. *Cotini* verò, quum similia Marco nuntiari iussissent, nacti *Tarrunium Paternum*, qui ei ab epistolis latinis erat, tanquam in *Marcomannos* expeditionem cum eo suscepturi, non tantùm id non fecère; sed etiam *Paterno* grave detrimentum intulerunt, ac deinceps ipsi quoque perierunt.

*DXCVI.* Miserunt & *Jazyges* ad Marcum Legatos, pacem postulatum; qui tamen nihil impetrarunt. Quippe quum *Marcus* infidum hoc hominum genus esse nosset, & à *Quadis* prætereà deceptus esset; omnino prodire ad bellum voluit. Nam *Quadi* non tantùm illis tunc opem in bello, ceu focii, tulerant; sed priùs etiam *Marcomannos*, quum bellum adhuc gereretur suam in regionem confugientes, (A. scil. 173. dum *Marcomanni* per conglaciatum *Danubium* ex pugna fugerent; ut supra num. 589.) ubi vim Romanam sustinere non potuerant diutiùs, susceperant: ac neque quidquam aliud eorum, quæ legibus pacis continebantur, præstabant; neque captivos omnes reddiderant, sed paucos tantùm, & illos quidem, quibus nec distrahendis, nec ad operas aliquas usus ullus esse poterat. Quodsi vegetæ quosdam ætatis restituerent, saltem propinquos eorum domi detinebant, ut & ipsi ad eos ultrò transfugerent. *Eje. No* quoque rege suo *Furtio*, *Ariogasum* ipsi auctoritate propria regem sibi constituerant: & Imperator eis propterea nec hunc, quasi legitimè factum, confirmare voluit; nec cum eis fœdera, licèt quinquaginta captivorum millia se reddituros pollicerentur, renovavit.

*DXCVII.*

*DXCVII.* Marcomannis denique, quum per Legatos ei significassent, omnia se imperata sibi, ægrè illa quidem, ac vix, sed præstitisse tamen; tum dimidiam finitima ipsis regionis & agri partem concessit, uti scilicet ad trigesimum & octavum usque stadium ab Istro sedes eorum ac domicilia distarent; tum loca quædam ac dies commerciorum adsignavit, (prius enim discrimen nullum habitum fuerat) factâ etiam obsides permutandi potestate. Adfici tandem & Jazyges ad incundas pacis leges venerunt, quum ipse Zanticus Antoninum suppliciter rogasset. Nam antea quidem Banadassum alterum regem suum, in vincula conjecerant, quod de pace Legatos ad ipsum misisset: tunc verò cum Zantico proceres omnes accesserunt, & iisdem conditionibus, quibus Quadi ac Marcomanni, pacti sunt: extrâ quàm, quòd partem eorum duplam ab Istro removeri velut in alias colonias volebat. Quippe mens Imperatoris hæc erat, ut penitus excinderentur. Nam quòd tunc etiam adhuc vires haberent, quòdque magnis Romanos detrimentis adficere possent, vel ex eo paruit, quòd centum millia captivorum restituerunt, ex quibus tamen complures etiam distracti fuerant, complures mortem obierant, complures denique aufugerant. Præterea statim ei nomine societatis octo equitum millia concedebant, ex quibus ad quinque millia quingentos in Britanniam misit. Quia verò Cassius & Syria novas res tentarant, coactus fuit Marcus Antoninus, ut etiam contra sententiam animi sui pacem cum Jazygibus componeret. Nam usque adeò perterritus fuit ad ejus motus nuntium, ut ne quidem Senatui condiciones perscripserit, quibus in gratiam cum eis rediisset, quem admodum alioqui facere consueverat.

A. Chr.  
175.

*DXCVIII.* Jazyges autem, missis iterum Legatis è pactis conventis quadam sibi remitti postulârunt; concessaque fuerunt eis nonnulla, ne protinus animis alienarentur. Neque tamen vel hi, vel Buri societatem cum Romanis prius inire voluerunt, quàm Marcus eis sanctè cavisset, perpetuò se bellum cum hostibus gessurum. Metuebant enim, ne Quadis Marco reconciliatis, ut prius quoque factum fuerat, finitimum ipsis bellum relinqueretur. Coeterum Marcus populos, qui cum ipso per Legatos agebant, non omnes iisdem conditionibus admittebat: sed prout quilibet eorum digni erant, uti vel Jus civitatis Romana, vel immunitatem, vel perpetuam temporalémve remissionem tribuit, vel annonas perennes consequerentur. Et quoniam Jazyges erant ii, quos utilissimos sibi experiebatur; multa de illis etiam, quæ ipsis imperata fuerant, vel omnia potius, remisit: exceptis iis pactis, quæ ad conventus eorum, & commercia spectarent; utque navibus propriis non uterentur, & ab insulis, qua in Istro sunt, abstinerent. Concessit etiam ipsis, ut per Daciam commerciorum causâ Roxolanos adirent, quoties id princeps horum eis permetteret.

*DXCIX.* Quadi verò & Marcomanni per Legatos Marco significârunt, viginti militum millia, qua in castellis degerent, nec securè pascendi, nec agros colendi, nec alterius rei faciendæ copiam sibi facere: sed tum transfugas suos, tum captivos ex suis complures suscipere; quum interim ipsi non admodum incommodè vitam agerent, quòd tum balinea, tum res necessarias omnes affatim haberent. Unde factum esset, ut Quadi, castellorum structuras minimè ferentes, ad Semnones tota cum gente sua mutatis sedibus migrare conati fuerint: Antoninus autem præcognito ipsorum instituto, itinera, quibus eis transeundum erat, obstruxit, & hoc modo

eos impedivit. Quippe sic non tam ditionem ipsorum acquirere, quam homines ulcisci velle videbatur.

- DC. Ex Dione apud Xiphilinum* : Quum autem Cassius res novas moliretur in Syria, Marcus vehementer perterritus Commodum filium (is jam ephebus erat) accersiri ex urbe jubet &c. Marcus cognita Cassii rebellionem per Verum, qui Cappadociam obtinebat, primò rem dissimulat, celatque : post ubi milites perlato rumore commoveri vehementer coeperunt, ac multa colloqui, eos convocari jubet, atque apud ipsos pauca in hanc sententiam exponit &c. Dum Marcus se ad bellum civile comparat, multæ ei victoriæ ex diversis Barbaris nationibus, ac mors ipsius
- A. Chr. 175. Cassii nuntiatur ; nam Cassio iter facienti Antonius Centurio occurrit, eumque de improvviso secundum cervicem vulneravit &c. Ità Cassius, qui hoc pacto tres menses & dies sex Imperium somniaverat, jugulatur, filiusque item ejus, qui tunc erat absens, interfectus est. Marcus autem quum eò venisset, nationes omnes, quæ rebellionem fecerant, tractavit perhumaniter &c. Marcus postquam Athenas venit, initiatusque fuit, magnos honores tribuit Atheniensibus &c. Postquam res Scythicæ præsentiam ejus iterum postulare visæ sunt, Crispinam celerius, quam vellet, ob hanc causam filio in matrimonium collocavit. Nam Quintilii, etsi uterque eorum valebat prudentiâ & fortitudine ac usu maximarum rerum, tamen id bellum conficere non potuerunt. Quamobrem ipsi Imperatores necessariò profecti sunt &c. Paterno magnas copias dat, eumque ad prælium committendum mittit. Restitère Barbari totam diem : tandem verò omnes à Romanis cæsi sunt. *Marcus decimum Imperator appellatus est* : qui si vixisset diutiùs, ea quæ in Scythia erant, omnia in suam potestatem redegit : sed is decessit è vita XVII. kal. Apr. non morbo, quo laborabat, sed (ut ego certò accepi) peremptus à medicis, qui Commodo gratificabantur &c.
- 176.
- 179.
- 180.

*Ex Julio Capitolino.* Deinde ad conficiendum bellum conversus in administratione ejus belli obiit, labentibus jam filii moribus ab instituto suo. Triennio bellum postea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit : & si anno uno superfuisset, provincias ex his fecisset.

*Ex Eutropio lib. 8. cap. 13.* Ingenti ergo labore & moderatione, cum apud Carnuntum jugi triennio perseverasset, bellum Marcomanicum confecit ; quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatæ, Suevi, atque omnis Barbaria commoverat : multa hominum millia interfecit : ac Pannoniis servitio liberatis, Romæ rursus cum Commodo Antonino, filio suo, quem jam Cæsarem fecerat, triumphavit.

### Notæ Geographicæ in tempora M. Antonini.

*DCI.* Dum Julius Capitolinus dicit : gentes omnes ab Illyrici limite usque Galliam conspirasse, idem est, ac si dixisset : exceptâ solâ Daciâ (utpote quæ adhuc tunc Romana provincia, à coloniis Romanis habitata erat) omnes alios populos transdanubianos, ab ostiis usque ad fontes Danubii, in quorum vicinia Rhenus & Gallia erat, in Romanos consurrexisse, & Noricum, Rhætiam, & præcipuè Italiani, partim Pannoniam, partim Daciam, aliásque inferiores provincias prædatos esse. Circa Danubii fontes sedes suas habebant Suevi, & pro parte Vandali, de quibus quidem Capitolinus non, sed Eutropius meminit. His finitimi erant Hermunduri, & Narisci, hodiernam Bohemiam ab occasu & meridie ambientes. In ipsa Bohemia & in parte transdanubiana hodiernæ Austriæ Marcomanni. In Moravia, superiore Silesia, & superiore itidem Hungaria usque ad Granuam fluvium (quem ipse *Marcus Antoninus in scri-*

*scriptis de se ipso ad se ipsum lib. I. in fine.* apud Quados esse testatur) Quadi, nec non Cotini, quorum Marcus & Dio Cassius meminit. In Hungaria hodierna inferiore transdanubiana inter Granuam, Tibiscum, & Danubium fluvios, Jazyges; & retro eos in parte superiore Tibisci, Buri: trans Tibiscum verò ad fluvium Marum seu Marosch Victovali, & ultra eos Lattringes. Ad fontes Tibisci, montes Carpaticos, fluvios Prut, Dniester, Daieper, in septentrionali latere Transsylvaniæ, nec non ad orientem circa ostia Danubii Sosibes, Sicobotes, Costoboci, Roxolani, Bastarnæ, Alani, & Peucini. Reflectendum hinc ad ea, quæ in Geographia Germaniæ antiquæ ex Tacito allata sunt *Num. 463. & 464.*

**DCII.** Ex his apparet: Systhema geographicum Taciti maxima ex parte durasse usque ad Marcum Antoninum. Ab Occidentis plaga Bohemiæ (quanquam non amplius à fontibus Albis) per Thuringiam, Franconiam &c. Hermunduri perseverabant, ad Danubium usque aliqua ex parte protensi. In tractu Norimbergensi, nec non Palatinatus superioris, dein Baviaræ Transdanubianæ Narisci. In tractu Transdanubiano Austriaco autem jam Marcomanni Nariscos represserant. Cùm enim inter conditiones deditiois Marcomannorū fuerit, ut à Danubio ad trigessimum octavum stadium, id est usque ad 4750. passus Romanos, seu magnum milliare Germanicum, loca dereliquerent, necesse est, Marcomannos tempore Marci ipsam usque ad Danubii ripam populos suos vel sibi subjectos diffusos habuisse. Terga Marcomannorum & Quadorum tempore Taciti clauserant Marsigni, Gothini, Osi, Buri. *Tacitus*, ut de Hermunduris & Nariscis ab occidente plaga Marcomannorum, ita hinc in plaga Orientali Marcomannorum & Quadorum, à septentrione versùs Danubium loqui censendus est; ut itaque primum locum septentrionaliorem occupaverint Marsigni, secundum Gothini, tertium Osi, quartum Buri. De Marsignis nulla amplius memoria in historia Marci Antonini, nec de Osi, sed soli commemorantur Cotini, qui certè Taciti Gothini: & Buri, qui ejusdem Buri sunt. Hi populi, secundum Tacitum, pauca campestrium, cæterum saltus & vertices montium insederunt. Unde inferendum: Cotinis non alium fermè situm, quàm ad Sarmaticos montes circa tractum Comitatus Gômoriensis, ubi ferrifodinæ abundant, Buris verò sub his, meridiem versùs, esse potuisse; ut itaque terga Quadorum clauserint Cotini à septentrione, Buri ab Oriente. Cotinorum situi rectè convenit, quod dicit Marcus Antoninus in epistola ad Senatum: se cinctum fuisse à septuaginta cohortibus novem milliarium spatio in *Cotino*, atque id fuisse in *medicullio Germaniæ*, & in *finibus hostium*, id est, Quadorum; nàmque medius tunc consistebat cum exercitu suo Marcus inter Quados, Buros, & Cotinos à meridie, & Oriente, inter Lygios, Vandalos, & Marcomannos à septentrione & Occidente, in finibus Quadorum autem, quia Cotini tributarii Quadorum ad montes Carpaticos limiti aliarum gentium insistebant. Hinc etiam locus facilè inter montes dabatur, qui in circuitu novem, adeoque in diametro trium millium passuum, id est trium quadrantium milliariis Geometrici aquâ carete poterat. Porro Cotinos, seu Taciti Gothinos, cùm linguâ Gallicâ usi fuerint, partem refugorum ex Bohemia Bojorum antiquorum, inde à Marcomannis sub Julio Cæsare pulso fuisse, haud absolum videtur.

**DCIII.** Buri, teste Tacito, Suevicâ linguâ Germanicâ utebantur, obindèque frustra eos *Aventinus* ad Boicam gentem, à Bœrebista Dacorum Rege evastatam refert. Hi Buri, tempore Trajani, Decebalo Dacorum Regi ut socii adhæserant, ut *num. 577.* dictum; ut itaque Daciæ approximare debuerint. Tempore compositæ *Tabula Peutingerianæ*, id est, circa Probi Imperium seculo jam labascente tertio, in eodem fermè situ permanebant, nisi quòd viciniore jam Danubio indigitati reperiantur.

*Victovali* procul dubio in eodem adhuc situ tempore Marci Antonini erant, quòd in seculo primo sub Tiberio Anno Christi 19. & 20. inter fluvios Marum & Cusum, seu inter fluvium Marosch & Tibiscum fuerant collocati, quâ exules Marcomannorum ex factione depulso Regum Marobodui & Catualdæ; in quo situ quoque adhuc in seculo quarto in bello Valentiniani contra limigantes Sarmatas deprehenduntur. Terra ripensis trans Danubium, quæ olim Daciæ magnæ pars ripensis, nec non ipsa Transsylvaniæ, olim Dacia specialis, tempore Marci Antonini erat adhuc provincia Romana Dacica, ut hinc nullus locus fuerit cum cæteris nationibus Barbaris, quas recenset Capitolinus, conspirandi contra Romanos; quin potius Marcus A. 174. (ut excerpta Dionis *num. 598.* testantur) Barbaris, cum quibus pacem fecerat, potestatem dedit, commercii causâ per Daciam Roxolanos adire, ita ut Dacia omnino in potestate Romanorum esse debuerit. *Astingos*, *Dancrigos*, & *Costubocos*, seu *Costobocos*, Daciæ ad septentrionem vicinos fuisse, Dio fat innuit, dum asserit, *Astingos*

ad Marcum Antoninum pacis, & terrarum in Dacia capiendarum causâ Carnuntum venisse, dein nihil adeptos Costoboccorum regionem occupâsse, à Dancrigis autem finitimis cæsos societatem armorum contra Marcomannos, & Quados spondidisse; igitur ab his non adeò elongati esse potuerunt. De reliquis populis Scythiæ ulterioris à Capitolino nominatis alibi latius differetur. *vid. cap. XIV. introductionis.*

**DCIV.** Succedat nunc politica consideratio, quas in angustias M. Antoninus Marcomannos, Quados, Jazyges, per pacis condiciones propositas & extortas redigere studuerit. Quadis, ut eos à Marcomannis avelleret, pacem præ aliis populis dedit, illósque de non recipiendis Marcomannis, atque de nec permittendo transitu, jurare fecit. Marcomannis dimidiam tantum finitimæ ipsis regionis, id est inter proprios montes Bohemiæ & Danubium, ubi nunc est Austriæ pars, concessit, ut elongarentur à Danubio, & irruptio in Romanum territorium præpediretur; transduxit quoque plurimos eorum in Italiam, ut testatur *Capitolinus*. In castellis circa Quados & Marcomannos, quod de terra transdanubiana intelligendum, viginti millia militum alebat, ita ut Quadi consilium migrandi ad Semnones Suevos capesserent, quod tamen Marcus interclusâ viâ interceptit. Jazyges planè extirpare conabatur, demum autem illos utilissimos sibi ratus fermè omnibus conditionibus impositis absolvit, exceptis iis, quæ ad conventus ipsorum & commercia spectabant, nec non, ut navibus propriis non uterentur, atque *ab Insulis Istri seu Danubii* abstinerent. Quadi præterea octo millia equitum Romanis dederunt, quorum maxima pars in Britanniam translata. Multi etiam ex his & aliis populis per colonias in Dacia, Pannonia, Mœsia, quin & *Germania* distributi; quod ultimum de Vandalis accipiendum videtur, ut infra in Commodio pluribus afferetur.

### Sub Commodio ab A. 180. usque 192.

**A. Chr. 181.** **DCV.** *Ex Eusebii chronico.* Anno Imperii primo Commodus de Germanis triumphavit.

Cùm Eusebius hunc triumphum in annum sequentem à morte Marci Antonini ponat, videtur Commodus quidem anno ipso emortuali patris, quo ob hanc mutationem motus extiterant, Germanos compescuisse, sed triumphum anno sequente initiante egisse. Quòd autem ipso anno emortuali patris expeditionem bellicam continuaverit, consequens erat ad monitum patris morientis, teste *Capitolino*, ut belli reliquias non contemneret, nè videretur Republicam prodere.

*Ex lib. 72. Excerptorum Dionis ex Theodosio.* Jam *Marcomanni* nec alimenta, nec virorum amplius copiam ob multitudinem illorum, qui peribant, & ob agrorum vastationem perpetuam habebant. Quamobrem duos duntaxat è primoribus, & duos ordinis inferioris, legatos ad Commodum pro pace miserunt. Is verò, cùm eos ad internecionem delere nullo negotio posset, homo fugiens laboris, & urbanas ad tranquillitates properans, quum aliis conditionibus, quibus & pater ejus pactus fuerat, tum his præterea pacem fecit: ut transfugas & captivos, quos ab illo tempore accepissent, Commodus restituerent, & frumentum quoddam certum quotannis penderent, quod eis postea remisit. Etiam ab ipsis arma quædam exegit, & *XIII. M. militum* à Quadis, pauciores à *Marcomannis*: pro quibus tamen permisit, ut singulis annis aliquos darent. Hoc etiam eis dedit in mandatis, ut neque sæpius neque pluribus in locis regionis suæ congregarentur, sed semel duntaxat mense quolibet, ac unum in locum, centurione quodam Romano presente. Præter hæc, ne vel *Jazygas*, vel *Buros*, vel *Vandilos* bello peterent. His ergo legibus eis pacem dedit, & omnia castella, quæ erant in regione ultra limites eis adempta, deseruit.

**DCVI.** Imbecillior hoc jam tempore fuit populo Quadorum populus Marcomanicus. In Marcomannos & Quados, tanquam ad defectionem proclives, severiora statuebant tum Marcus pater, tum Commodus filius, illósque quasi vallo quodam ex una parte Danubii circa Quados per Jazyges & Buros, socios Romanorum factos, ab altera verò parte circa Marcomannos per Vandalos, noviter ex remotioribus

SECULUM II. DE MARCOMANNIS ET QUADIS. 47

ribus terris accitos, & Danubii ripæ Germanicæ impositos incluserunt, districtim mandando, ne hi bello à Marcomannis vel Quadis peterentur. De *Vandalis* memorat *Dio lib. 55.* fluvium Albim profluere ex Vandalicis montibus. Vixit Dio circa id tempus, de quo hic agitur, dicit enim in *excerptis Dionis apud Xiphilinum in Commodo*: à Commodi tempore se ea scribere, quæ à *semetipso observata* sint. Unde inferendum: ea ætate populos, qui supra fontes Albis, & montes Sudetos Bohemiæ versùs Vistulam fluvium habitabant, pro Vandalis habitos fuisse. Et licet hos Tacitus pro suo ævo Suevis annumeret, idè tamen id fecisse censei potest, quòd Maroboduus Suevus eas gentes suo regno subjecerit & incorporaverit. Postquàm verò sub Vannio partes Suevorum deseruissent, Suevorum nomen simul deposuerunt, & Vandalos se, ut origine tenus, nuncupârunt. Sanè si Tacitus iudex solus nationum Germanicarum distinguendarum agnoscendus, unde multitudinem ingentem Vandalorum deducemus, qui seculo secundo & tertio in theatrum Orbis progressi, seculum quartum & quintum migrationibus & conquestionibus suis famosissimum effecere? Vandalorum & Suevorum etymologia non multùm à se distat; *Wandelen* & *Schweben* germanicè morem sedium sæpe mutandarum utrobique importat, & inde mirum non est, nomina hæc in promiscuum usum venisse.

*DCVII.* Accolæ igitur Vistulæ fluvii rectiùs pro Vandalis reputandi, & hos tanquam infensos Suevis Marcus Imp. sedibus suis excivit, & lateri Danubii tanquam præsidium contra ultiores Marcomannorum motus imposuit. In hoc situ quoque subsequis temporibus ad finem seculi tertii, ut *Tabula Peutingeriana* hoc tempore composita docet, inter Danubium & Marcomannos reperiuntur. Quòd autem *Eutropius lib. 8. cap. 13.* Vandalos inter gentes, cum quibus Marco Antonino bellum fuit, ponat, intelligendum de Vandalis illis, qui jam dudum Vannii imperio valedixerant, Hermunduris adhæserant, & sub Domitiano circa Mæsiam ad Danubium confederant. Combinando itaque excerpta *Dionis lib. 71.* ubi agri Barbaris in fidem receptis æquè in *Germania* dati dicuntur, cum ejusdem excerptis *lib. 72.* ubi bellum contra Vandalos Romanorum fœderatos inhibetur, Vandali ij esse censendi, qui ad ripam Danubii è latere meridionali Marcomanniæ propriæ seu Bohemiæ adeoque in Germania collocati sunt; aliam enim partem Germaniæ sibi nec Marcus Antoninus, nec Commodus vindicasse legitur.

## SECTIO XLV.

### SECVLI III.

#### PERIODUS PRIMA.

Sub Antonino Heliogabalo ab A. 218, usque 222.

*Nus DCVIII.* Ex *Ælio Lampridio in Heliogabalo.* Quum *Marcomannis* bellum inferre vellet, quos Antoninus pulcherrimè profligaverat, dictum est à quibusdam, per Chaldæos & magos Antoninum Marcum id egisse, ut Marcomanni Populo Romano semper devoti essent atque amici, idque factis carminibus & consecratione: quum quæreret quæ illa essent, vel ubi essent, suppressum est. Constabat enim illum ob hoc consecrationem quærere, ut eam dissiparet spe belli concitandi: & idcirco maximè, quòd audierat, responsum fuisse, ab Antonino bellum Marcomanicum finiendum, quum hic Varius, & Heliogabalus, & ludibrium publicum diceretur: nomen autem Antonini pollueret, in quod invaserat &c.

Sub Alexandro ab A. 222. usque 235.

*DCIX.* Ex *Herodiano in Alexandro.* Nuntii literæque ab Ilyricis procuratoribus adfuerunt, qui eum vehementer perturbarent, curamque animo majorem injicerent. Quippe significabant *Germanos Rhenum Danubiùmque transgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse*, oppugnaréque jam exer-

exercitus ripis insidentes, p̄rque urbes & vicos magnis copiis excurrere. Quapropter haud leviter Illyricas nationes conterminas, vicināsque Italiæ periclitari: opus esse igitur ipsius præsentia, totóque quantum secum exercitum haberet. Hæc & formidinem Alexandro, & Illyricis militibus mœstitiam attulerunt: quippe duplici se calamitate usos intelligebant, quod & ipsi malè accepti in acie adversus Persas fuerant, & suos domi cæsos à Germanis audiebant. Quare indignabantur atque Alexandro succensebant, tanquam res in Oriente priùs vel metu vel negligentia prodidisset, nunc autem rebus ad septentrionem vocantibus, metu cunctaretur. Erant autem Alexander jam atque amici illius etiam de ipsa Italia solliciti, neque enim par periculum à Persis atque à Germanis impendebat. Nam qui sub Orientem habitant, magno terrarum marisque intervallo discreti, Italiæ vix nomen audiunt. At Illyricæ gentes, angustæ videlicet, neque multum agri Romanis subjecti possidentes, solæ discrimen faciunt inter Italiam atque Germaniam. Edicit itaque profectiōnem ingratis, atque ægrè ferens, sed urgente tamen necessitate &c. Confectioque celeriter itinere, constitit ad Rheni ripas, atque ibi res ad bellum necessarias comparabat &c. Alexander autem *Mauros complures*, ac vim ingentem sagittariorum, quos secum *ex oriente adduxerat* partim *ex agro Osrhoënorum*, partim *è Parthia transfugas*, pecuniave illectos, adversus Germanos instruebat. Quippe hujuscemodi milites maximè Germanos infestant: quum & Mauri jacula longiùs intorqueant, sintque faciles ad incursum recursusque, utpote leves atque expediti, & sagittarii nuda Germanorum capita, prægrandiaque illa corpora facile eminus, veluti signum aliquod, contingant. Nonnunquam verò etiam collata acie res gerebatur, ex qua Germani p̄sæpe haud impares Romanis abibant. Quum in his *Alexander* versaretur, decrevit tamen *Oratores ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem Romanum, quorum foret opus, præbiturum, pecuniāsque daturum magnā copiam.* Sunt enim Germani pecuniæ imprimis avidi, nunquamque non auro pacem Romanis cauponantur. Quare Alexander pacem fæderaque potius ab illis emergari, quàm periclitari bello tendebat &c.

Sub Maximino ab A. 235. usque 237.

*DCX. Ex Julio Capitolino in duobus Maximinis.* Post hæc transit in Germaniam cum omni exercitu, & Mauris, & Osdroënis, & Parthis, & omnibus quos secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maximè orientalia secum trahebat auxilia, quòd nulli magis contra Germanos, quàm expediti sagittarii valent. *Mirandum autem belli apparatus Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidisse.* Ingressus igitur Germaniam Transrhenanam, per CCC. vel CCCC. millia barbarici soli vicos incendit, greges abegit, prædas sustulit, barbarorum plurimos interemit, militem divitem reduxit: cepit innumeros. Et nisi Germani per amnes & paludes & silvas confugissent, *omnem Germaniam in Romanam ditionem redegisset.* Ipse prætereà manu sua multa faciebat, quum etiam paludem ingressus circumventus esset à Germanis, nisi eum equo inhærentem sui liberassent. Habuit enim hoc barbaricæ temeritatis, ut putaret, imperatorem manu etiam sua semper uti debere. Denique quasi navale quoddam prælium in palude fecit, plurimòsque illic interemit. *Victâ igitur Germaniâ, literas Romam ad Senatum & ad populum misit, &c. Pacatâ Ger-*



Germaniâ *Syrmiûm* venit, *Sarmatis bellum inferre parans*, atque animo habens, concupiens usque ad oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem redigere : quod fecisset, si vixisset.

## SECTIO XLVI.

### SECULI III.

#### PERIODUS INTERMEDIA FATALIS ROMANO IMPERIO.

Sub Decio ab A. 249. usque 251.

**Nus DCXI.** Barbari (id est Gothi) trifariam divisi, quodam in loco pri- A. Chr.  
mam instructam aciem collocabant, quem locum palus quædam à 251.  
fronte muniebat. Ubi multos ex eis Decius interemisset, legio secunda supervenit, qua ipsa quoque in fugam acta, pauci quidam ex acie tertia propter paludem conspecti sunt. Ibi quum *Gallus* Decio significasset, ut eos per ipsam paludem invaderet, imprudenter progressus &c. & in luto defixus periit. *Zosimus.*

Decii Barbaros trans Danubium perfectantes Bruti fraude cecidère, exacto regni biennio. *Sex. Aur. Victor.* Decius cogente Senatu filium suum Decium Cæsarem fecit. Patribus rempublicam commendavit, & unâ cum filio ad liberandas Thracias profectus est. Nam Scythæ & navalibus & terrestribus copiis omnia infestabant. Victor primis congressibus, *hostes in angustias locorum, quæ in Dardaniis sunt*, compulit, & obsedit &c. Trebonianum Gallum Ducem limitis Mysiæ, ad obsidendos aditus, ne fugerent, &c. misit. Deciani difficillimè præliabantur, luto palustri afferente cladem &c. Decius Pater cum filio occubuere, senior fortè equo sedens &c. insiliit in voraginem paludis &c. Regnaverunt biennio nondum finito. *Pomponius Lælius.*

Barbaros hos fuisse Gothos, *Jornandes de rebus Geticis cap. 16. & 18.* refert : Gothos scilicet, distracta sibi, Philippo regnante, stipendia sua ferentes ægrè, de amicis factos esse inimicos. Ostrogotham tunc Regem Gothorum transiisse Danubium, Mœsiam & Thraciam vastavisse; post Ostrogothæ decessum verò Cnivam Regem Successorem in duas partes divisisse exercitum, nonnullos ad vastandam Mœsiam direxisse, ipsum verò cum LXX, millibus ad Eustesium, seu Novas, conscendisse, inde verò à Gallo duce remotum Nicopolim accessisse, Decio autem Imperatore ibi superveniente tandem in *Hæmonia partes*, quæ non longè aberant, recessisse, ibi conflictum, in quo ambo Decii perierunt, contigisse, quem latius *Jornandes* describit.

Sub Gallo & Volusiano ab A. 251. usque 253.

**DCXII.** Quum autem negligenter imperium Gallus administraret, 251.  
primùm quidem Scythæ nationibus sibi finitimis turbas dabant : deinde paulatim progressi, ad ipsum usque mare sita rapinis exhauriebant : adeò quidem, *ut nulla Romana ditionis gens ab eis non vastata manserit*, sed omnia pro- 252.  
pè dixerim oppida destituta moenibus, & iisdem munitorum magna pars capta fuerit. Nec minùs bello &c. *lues etiam pestilens* in oppidis atque vicis subsequuta, quidquid erat humani generis reliquum, absumpsit &c. Hoc rerum statu &c. rursus *Gothi*, & *Borani*, (id est Heruli) & *Vrugundi*, & *Carpi*, civitates in Europa diripiebant, &c. Persæ verò in Asiam pedem intulerunt, tum Mœsopotamiam excidio dantes, tum in Syriam progredientes ad ipsam usque Antiochiam &c. Ac Persis quidem in pro-  
*Pars IV.* G clivi

- clivi fuisset, totâ potiri Asiâ, si non ob immensam vim spoliatorum lætâ-  
bundi libenter ea servare, domumque deportare maluissent. *Scythæ* verò,  
quum quidquid occuparant in Europa, securi planè possiderent, & jam in Asiam  
quoque transgressi essent, omniâque ad Cappadociam & Pessinuntem &  
A. Chr. Ephesum usque diripuissent: *Æmilianus*, legionum Pannoniæ Dux &c.  
253. præter expectationem barbaros, in iis locis repertos aggressus est. Quum-  
que magnam partem eorum occidisset &c. præter omnem spem denique Im-  
perio Romano subjectos ipsorum furore liberasset: à militibus illis Imperator  
eligitur. *Zosimus*.
251. DCXIII. *Gallus cum Scythis fœdus percussit, non sinè Romani nominis ig-  
nominia. Tunc primùm, diuturno & libero potentatu, populus Romanus  
tributa pependit. Tunc primùm resp. jugum Scythicæ servitutis accepit, tan-  
tâque est imperandi aviditas, ut, qui præesse cupit & ad id fastigium le-  
gi, urbes & provincias sinè discrimine donet. Adrianus ab aliis occupatas re-  
stituit &c. Sed qui tributo pendendo obnoxiam fecerit urbem, præter  
Gallum fuit nemo. Tributum fuit drachmarum aurearum CC. &c. secùs  
252. evenit, quàm sperabat Imperator. Barbarus quum vincit, insolentior  
est &c. Depopulatur Dardaniam, Thraciam, Thessaliam, Macedoniâm-  
que & Hellada, & pars infestabat Asiam &c. Scytharum exemplo alii  
hostes surgunt, armâque capiunt &c. Scythæ magnâ onusti prædâ, in  
Dardanos, velut regni sedem, redeunt. Intereâ Gallus quum Romam ve-  
nisset, C. Vib. Volusianum filium, consortem imperii fecit. Scythæ rut-  
253. sus non contenti pretio, jam Italia minabantur &c. Itaque operâ Æmilia-  
ni ducis limitis Mysiæ rapacissimi hostes non sinè magna cæde in suas so-  
litudines redire coacti sunt. Ita Imperium Galli infansum atque infelix, re-  
rum gestarum monumentis obscurum, verùm clade generis humani me-  
moriam traditum est. Siquidem eo imperante perniciofa pestis undique vi-  
guit. Tabis initium fuit ab Æthiopia, fortè ex nimio solis ardore. Pe-  
stilitas primò consumptis ferè meridianis per Orientem divagata est, inde  
cæteras orbis partes invasit, ubique maximam partem incolentium exhau-  
sit, pleraque loca inhabitata reliquit. Ea labes vix intra decem annos finem  
invenit. Pomponius Latus.*

Sub Valeriano & Gallieno. ab A. 254. usque 269.

DCXIV. *Prænotanda chronologica ex Eusebii chronico*: Eusebius & itidem  
S. Hieronymus, chronici Eusebiani translator & corrector, Valeriano & Gallieno 15.  
annos solidos Imperii assignant, licèt reverà Valerianus aliquot mensibus ante lapsum  
anni consularis 253. cœperit, & Gallienus in Martio A. 269. finierit. Igitur primus  
annus Imperii Eusebio & Hieronymo est annus Consularis 254. non attentis paucis  
mensibus anni præcedentis 253. Annus ultimus verò illis est 268. iterum non atten-  
tis duobus mensibus anni adhuc delibati 269. Patet hic computus expressè ex re-  
latis ad annum 11. scilicet: Odenatus Decurio Palmirenus collecta agrestium  
manu ita Persas cecidit, ut ad Ctesiphontem castra poneret. Annus hic  
undecimus est annus Consularis 264. in suprâ notato principio; huic optimè corre-  
spondet relatio *Trebellii Pollionis*, qui dicit: Gallieno & Saturnino Coss. Odenatus  
Rex Palmirenorum obtinuit totius Orientis Imperium; hi ipsi enim Consu-  
les erant in anno 264. Hac normâ chronologiæ præmonitâ narratio Eusebiana & Hie-  
ronymiana sic in annos dispescitur.

- |      |               |  |
|------|---------------|--|
| 254. | A. Imperii 1. | } Nihil hîc de bellis, quæ tamen, ut ex aliis scriptoribus constat,<br>in diversis Orbis partibus fervebant. |
| 255. | A. Imperii 2. |  |
| 256. | A. Imperii 3. |  |
| 257. | A. Imperii 4. |  |
- Valerianus in Christianos persecutione commota statim  
à Sa-

SECULUM III. PERIODUS INTERMEDIA FATALIS R. I. 51

- à Sapore Persarum Rege capitur, ibique servitute miserabili confescit. A. Chr. 258.
- A. Imperii 5. Sapor Rex Persarum, Syriam, Ciliciam, & Cappadociam depopulatur. 258.
- A. Imperii 6. Valeriano in Persas ducto, Gallienus pacem nostris reddidit. 259.
- Ad annum 4. propriè nihil aliud pertinet, quàm Persecutio Christianorum hoc anno 257. reverà instaurata. *vid. Petavias in Rationar. temp. P. I. lib. 5. cap. 13.* Captivitas autem Valeriani hic idè adjungitur, ut appareat de vindicta divina persecutionem immediatè infecuta, suscitato nempe Rege Persarum in Valerianum anno sequente, & exinde anno altero subsecutà Valeriani captivitate. Anno itaque sexto Valerianus captus, quod indigitant verba: *Valeriano in Persas ducto*, aliàs minimè necessaria, sed simpliciter dicendum fuisset, hoc anno persecutionem à Gallieno suspensam.
- A. Imperii 7. Gallieno in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt. 260.
- A. Imperii 8. Alemanni vastatis Galliis, in Italiam transfere. 261.
- A. Imperii 9. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia depopulata per Gothos. 262.
- A. Imperii 10. Quadi & Sarmatae Pannonias occupaverunt. Germanis Hispanias obtinentibus Tarracon expugnata est. Parthi Mesopotamiam tenentes Syriam incurserunt. 263.
- A. Imperii 11. Odenati historia, ut supra. 264.
- A. Imperii 12. } Nihil de bellis, quæ tamen non cessarunt. 265.
- A. Imperii 13. } 266.
- A. Imperii 14. Gallia per Postumum, & Victorinum, & Tetricum receptæ. 267.
- A. Imperii 15. Gallienus Mediolani occiditur. Ast, ut supra notatum, hoc contigit anno initiante 269. His præmissis secundùm hanc chronologiam relationes ex aliis scriptoribus plenius adducendæ; interim verò pro præsentì opere ex Eusebio notandum: A. 263. à Quadis & Sarmatis Pannonias non invasas modò sed occupatas esse.
- DCXV. Gallienus, cum adolescens factus esset Augustus, Imperium primùm feliciter, mox commodè, ad ultimum (solus nempe) perniciosè gessit. Nam juvenis in Gallia & Illyrico multà strenuè fecit, occiso apud Mursam *Ingenao*, qui Purpuram sumpserat, & *Regilliano*. Diu placidus & quietus, mox in omnem lasciviam dissolutus, tenendæ Reipublicæ habenas probrosâ ignaviâ & desperatione relaxavit. Alamanni vastatis Galliis in Italiam iruperunt; Dacia, quæ à Trajano ultra Danubium fuerat adjecta, amissa est; Græcia, Macedonia, Pontus, Asia, vastata per Gothos, Pannonia à Sarmatis Quadisque populata est. Germani usque ad Hispanias penetraverunt, & civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt. Parthi Mesopotamiâ occupatâ Syriam sibi cœperunt vindicare. Tum jam desperatis rebus, & deletò penè Imperio Romano, Postumus in Gallia Purpuram sumpsit, &c. *Eutropius in Breviario lib. 9. cap. 8. & 9.* 261.
- DCXVI. Scythis autem suis ex sedibus egressis, & præter hos Marcomannis quoque per irruptiones finitima Romano Imperio loca depradantibus, ad extremum redacta periculum Thessalonica fuit: cujus obsidione vix magno labore soluta, fortiter hosti resistantibus iis, qui in urbe erant, universâ turbis Græcia torquebatur &c. Valerianus animadverso periculo, quod Imperio Romano cunctis ex partibus immineret, Gallienum filium Imperii consortem deligit: & quòd undique publicæ res infestarentur, ipse versùs Orientem movet, ut Persis resisteret: Europæos exercitus filio tradit, 254.

cohortatus eum , cum iis ut copiis semet irruentibus undique barbaris opponeret. *Zosimus.*

- A. Chr. **DCXVII.** Gallienus videns Germanicas gentes, cæteris infestiores esse, quæ *adcolas Rheni Celticæ nationes acrius vexarent*, hanc partem sibi propugnandam ab hostibus sumit : aliis qui per Italiam, Illyricum, Græciámque prædis agendis intenti essent, Duces cum eorum locorum exercitiibus bellum facere iussit &c. In angustum jam coactæ res ipsius erant , quum inito foedere cum quodam de gentis Germanicæ Principibus, ex aliqua parte minuisse periculum visus fuit. Nam cæteros ille Barbaros arcebat, quò minùs continenter Rhenum transirent , & irruentibus obstabat. Ac Rheni quidem accolarum hæc erat conditio. *Borani verò , & Gothi , & Carpi , & Vringundi ( nationum hæc nomina propter Istrum sedes habentium ) nullam Italia nec Illyrici partem à continuis vastationibus immünent relinquebant* &c. Borani in Asiam quoque transjicere conabantur : idque per incolas Bosphori sanè quàm facîle obtinuerunt &c. Cæterum Scythis obvia quæque deprædantibus , *qui maritima ponti loca incolebant* , ad mediterranea maximèque munita migrabant &c. *Zosimus.*
257. **DCXVIII.** Valerianus , intellectis iis , quæ in Bithyniâ gererentur, ex diffidentia nemini Ducum credere defensionem illius contra Barbaros audebat ; ac Felice misso, qui *Bizantium* tueretur, ipse ab Antiochiâ ad Cappadociam usque progrediebatur. Et transitu duntaxat attritis oppidis pedem referebat. Quumque pestis invasisset exercitus, eorúmque majorem partem absumpsisset, *Sapores Orientem adgressus*, exitio dabat omnia. *Valerianus* autem, qui propter mollitiem, vitamque remissiolem, de sublevandis ad extremum prolapsis rebus desperasset, quum datâ pecuniâ bello finem imponere vellet, missos hoc nomine legatos, rebus infectis, Sapores ab se dimisit, & ut Imperator ipse de iis, quæ sibi duceret necessaria, secum in colloquium veniret, postulabat. Ille nullâ prudentiâ postulatis assensus, & inconsultò cum paucis ad Saporem profectus, quasi de in-  
259. eunda pace cum eò colloquuturus, *ab hostibus subito comprehenditur*, & ad mancipii fortunam redactus, in eadem conditione apud Persas vivendi finem fecit, maximo dedecore nomini Romano apud posteros relicto. *Zosimus.*
- Capto Valeriano &c. nutante Republica , quum Odenatus jam Orientis cepisset Imperium , & Gallienus comperta patris captivitate gauderet, vagabantur exercitus, murmurabant duces, erat ingens omnibus mœror, quòd Imperator Romanus in Perside serviliter teneretur.
261. Gallieno igitur & Volusiano Coss. Macrianus & Balista in unum conveniunt, exercitûs reliquias convocant, & quum Romanum in Oriente nutaret imperium, quem facerent Imperatorem requirunt, Gallieno tam negligenter se agente, ut ejus ne mentio quidem apud exercitum fieret. Denique quum pluries ejus rei causâ convenissent, placuit, ut Macrianum cum filiis suis Imperatores dicerent. *Trebellius Pollio in Gallienis.*
262. **DCXIX.** Gallieno & Faustino Coss. inter tot bellicas clades etiam terræmotus fuit &c. nam & pestilentia tanta exstiterat &c. *Idem Pollio.*
262. Quum hic rerum per Orientem status esset, omnia, velut destituta principe, confusa pariter & indefensa jacebant, & *Scytha conjunctis animis ex qualibet gente nationeque sua in unum congressi* parte quadam copiarum suarum Illyricum agebant, ferebant, & civitates ejusdem vastabant, cum alia verò parte *Italiam ingressi ad ipsam usque Romam perrexerunt.* At Gallieno, transalpinis in locis hærente, Germanicisque bellis intento, Senatus urbem

urbem Romam in summum discrimen adductam videns, & milites, quotquot erant ad Urbem, instruxit, & arma valentioribus è plebe dedit, & hoc modo majorem barbarico coëgit exercitum, quem hostes veriti Romam illi quidem reliquere, sed universam propè dixerim pervagando afflixerunt Italiam. Itidem, quum per Illyricum res, ob Scytharum irruptionem, in extremo versarentur, & totum Romanis subjectum sic quassaretur Imperium, ut ab interitu non procul abesset, tanta pestis in civitatibus exorta, quanta nunquam priùs ullo tempore exstiterat, calamitates à Barbaris illatas leviores reddidit: lue verò correptis hoc attulit commodi, beatos uti se dicerent, & captas urbes ad solitudinem planè redactas. *Zosimus.*

DCXX. Fusco & Basso Coss. &c. *Ingenius*, qui Pannonias tunc A. Chr. regebat, à Mœsiacis legionibus Imperator est dictus, cæteris Pannoniarum volentibus &c. Sed Gallienus &c. *Ingenium* conflictu habito vicit 258. &c. *Regillianus* denique in Illyrico Ducatum gerens Imperator est factus, 259. auctoribus Imperii Mœsiis, qui cum *Ingenio* fuerant antè superati, in quorum parentes graviter Gallienus sævierat. Hic tamen &c. interemptus est. *Trebellius Pollio in Tyrannâ.*

His (contra *Ingenium* & *Regillianum* Tyrannos) prosperè ac supra vota cedentibus, more hominum, secundis solutior, *rem Romanam* (*Gallienus*) quasi naufragio dedit, cum *Salonico* filio, cui honorem Cæsaris contulerat; adeò uti Thraciam *Gothi* liberè progressi, Macedonas, Achæosque, & Asiæ finitima occuparent, Mesopotamiam *Parthi*: Orienti latrones, seu mulier dominaretur: *Alemannorum* vis tunc æquè Italiam: *Francorum* gentes direptâ Galliâ Hispaniam possiderent; vastato ac penè direpto *Tarraconensium* oppido, noctisque in tempore navigiis, pars usque in Africam permearet: & amissa trans *Istrum*, qua *Trajanus* quæsierat. Ita quasi ventis undique sævientibus, parvis maxima, ima summis orbe toto miscbantur. Simulque Romam pestilentia grassabatur, quæ sæpè curis gravioribus, atque animi desperatione oritur. Inter hæc ipse (*Gallienus*) popinas ganeasque obiens, lenonum ac vinariorum amicitias hærebat, expositus *Saloninæ* conjugis, atque amore flagitioso filia *Attali Germanorum Regis Pipæ* nomine. Quâ causâ etiam civiles motus longè atrociores orti. *Sextus Aurelius Victor.* 261. 263.

DCXXI. Gallienus quidem in locum *Cornelii* filii sui *Salonianum* filium alterum subrogavit, amoris diverso pellicum deditus, *Saloninæ* conjugis, & *Concubina*, quam, per pacationem concessa parte *Superioris Pannonia*, à patre *Marcomannorum Rege* matrimonii specie susceperat, *Pipam* nomine. *Sextus Aurelius Victor in Epit.* 263.

DCXXII. Sæviente fortuna, quum hinc terræ motus, inde hiatus soli, ex diversis partibus pestilentia, orbem Romanum vastaret; capto *Valeriano*, Gallis parte maxima obsessis, quum bellum *Odenatus* inferret, quum *Aureolus* perurgeret Illyricum, quum *Æmilianus* Ægyptum occupasset: *Gothi* & *Clodius* occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, *Thessalonicam* obsederunt, neque usquam quies mediocriter salutem ostentare visa est. Quæ omnia contemptu *Gallieni* fiebant, hominis luxuriosissimi, & si esset securus, ad omne dedecus paratissimi, &c. *Gallieno* & *Saturnino* Coss. *Odenatus* Rex *Palmirenorum* obtinuit totius *Orientis Imperium* &c. *Triginta* prope Tyrannos (*Gallienus*) passus est, 264.

Romanum dehonestantes Imperium, ita ut etiam mulieres eo meliùs imperarent, &c. *Trebell. Pollio in Gallieno Imp.*

Tam variæ item opiniones sunt de Salonini nomine, ut qui se veriùs putant dicere, à matre sua Salonina appellatum esse dicant, quam is (Gallienus Imp.) perditè dilexerit, *Piparam nomine, barbaram Regis filiam &c. Trebellius Pollio in Salonino Gallieno.* Qui dein Historiam de Triginta Tyrannis subjungit.

**DCXXIII. NOTA:** Francorum irruptionem in Gallias *Eckhardus de reb. Franciæ Orient. lib. 2.* ponit ad annum 255. & Francorum socios, Cheruscorum reliquias, Cattos, Attuarios, Sicambros, Chamavos, Bructeros fuisse, & omnes hos in nomen Francicum transiisse asserit, quod & verum videtur; ast ex Gallis in Italiam secundùm Eusebium primùm A. 261. transierunt.

**A. Chr. 269.** Novissimè Gallienus adversùs *Aureolum* profectus est; quem cùm apud pontem, qui ex ejus nomine Aureolus appellatur, obtentum, detrusùmque (id est fugatum) Mediolanum obsedit, ejusdem Aureoli commento à suis interiit. *Sex. Aur. Victor in Epit.* Aureolus hic à suis post extinctus est; *Sex. Aur. Victor in Claudio II.*

Hunc eundem Aureolum Claudius, interfecto jam Gallieno, conflictu habito, apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic, ut Tyrannum, sepulchro humiliore donavit. *Trebellius Pollio in Tyranno Aureolo.*

Claudius, ut primùm factus est Imperator, Aureolum, qui gravior Reip. fuerat, quòd multùm Gallieno placebat, conflictu habito à Reip. gubernaculis depulit, tyrannùmque missis ad populum edictis, datis etiam ad Senatum orationibus, judicavit &c. Denique judicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vitæ ac moribus suis habuit. *Trebellius Pollio in Claudio.*

## SECVLI III.

### PERIODUS TERTIA, REINVALESCENTIS ROMANI IMPERII POST MORTEM GALLIENI.

Sub Claudio II. ab A. 269. usque 270.

**269.** **Nus DCXXIV.** *Scytharum diversi populi, Peucini, Trutungi, Austrogothi, Virtingui, Sigipedes, Celtæ etiam, (Celtæ hi intelligendi secundùm Strabonem de reliquiis Celticorum circa Thracias sedentium Bojorum, Scordischorum, & Taurischorum. Vid. num. 470.) & Heruli, (Heruli intelligendi de iis, qui propè Mæotim in litoribus Ponti habitabant. Vid. num. 479.) præda cupiditate, in Romanum solum & Remp. venerunt, atque illic pleraque vastârunt, dum aliis occupatus est Claudius &c. Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tunc fuere &c. Hos igitur Claudius ingenitâ illâ virtute superavit; hos brevi tempore attrivit; de his vix aliquos ad patrium solum redire permisit &c. Pugnatum est enim apud Mæcios, & multa prælia fuerunt apud Martianopolim, multi naufragio perierunt, plerique capti Reges, captæ diversarum gentium nobiles fœminæ, impletæ barbaris servis, senibusque cultoribus Romanæ provinciæ, factus miles barbarus & colonus ex Gotho; nec ulla fuit regio, quæ Gothum servum triumphali quodam servitio non haberet. Quid boum barbarorum nostri videre majores? quid ovium? quid equarum, quas fama nobilitat, Celticarum? Hoc totum ad Claudii gloriam pertinet. Claudius & securitate*

te Remp. & opulentiae nimietate donavit. Pugnatum praeterea est apud Byzantios, ipsis, qui superfuerant, Byzantiis fortiter facientibus. Pugnatum apud Thessalonicenses, quos Claudio absente obsederant Barbari. Pugnatum in diversis regionibus, & ubique auspiciis Claudianis victi sunt Gothi, prorsus ut jam tum Constantio Caesari nepoti futuro videretur Claudius securam parare Rempublicam &c. Aegyptii omnes se Rom. Imperatori dederunt, in absentis Claudii verba jurantes. Atticiano (Antiochiano) & Orphito Coss. Auspicia Claudiana favor divinus adjuvit. Nam quum se in *Hemimontem* multitudo Barbararum gentium, quae superfuerant, contulisset, illic ita fame ac pestilentia laborarunt, ut jam Claudius dedignaretur & vincere. Denique finitum est asperissimum bellum, terrorisque Romani nominis sunt depulsi &c. Finito sane bello Gothico, gravissimus morbus increbuit, tunc quum etiam Claudius affectus morbo mortales reliquit &c. *Trebellius Pollio.*

A. Chr.  
270.

Quotquot, ex pugna Claudii & Scytharum ad Naifum pugnata, superstites erant Barbari curribus se munientes in Macedoniam contendebant sed quod ob inopiam com meatu fame premerentur, tam ipsi quam illorum jumenta peribant. Progredientibus autem eis Romanorum equestres occurrere copia, caesisque pluribus, reliquos ad Haemum se convertere coegerunt &c. Quotquot autem incolumes evasere, vel legionibus Romanis adscripti sunt, vel terram colendam nacti, totos agriculturae se dederunt &c. *Zosimus.*

DCXXV. Claudius extincto a suis Aureolo, receptis legionibus adversus aciem Alemannorum haud procul a lacu Benaco dimicans, tantam multitudinem fudit, ut aegre pars dimidia superfuerit. *Sex. Aur. Victor.*

Equites sane omnes ante Imperium sub Claudio Aurelianus gubernavit, quum offensam Magistri eorum incurrissent, quod temere, Claudio non jubente, pugnassent. Item Aurelianus, contra Suevos & Sarmatas iisdem temporibus vehementissimè dimicavit, ac florentissimam victoriam retulit. *Flavius Vopiscus in Aureliano.*

Consules sub quibus confectum est bellum Gothicum, & pestilentia subsequuta, qua & ipse Claudius consumptus est, nominantur Atticianus & Orphitus; hic error typi subest in Atticiano, nam Consules anni 270. appellabantur, Flavius Antiochianus & Furius Orphitus, ut leges Codicis Justiniani docent; itaque firmatur chronologia, quae de Claudio dicuntur, contigisse biennio Imperii sui, anno scilicet 269. & 270.

Sub Aureliano ab Anno 271. usque 275.

DCXXVI. Aurelianus confirmato Imperio, quum Romam movisset, Aquileiam contendit, & inde Pannonicas ad nationes accessit, quas incursionem Scytharum propemodum experturas cognoverat. Quumque misisset ad eos exploratores, qui nuntiarent, ut annonas & jumenta, & quidquid aliud hostibus usui futurum esset, in oppida conveherent, hac ratione famem, quae hostes urgebat, adaugere cogitabat; Posteaquam Barbari flumen transjecissent, & in Pannonia praelio ancipiti dimicatum esset, nox interveniens victoriam utrisque dubiam reddidit. Eadem nocte Barbari, transjecto flumine simul ac illuxisset, de pace legatis missis agebant. Imperator, intellecto, Alamannos cum remotioribus & finitimis sibi nationibus Italiam incursionibus vexare decrevisse, non abs re de Roma, vicinisque urbi locis magis sollicitus, satis magno Pannoniae relicto praesidio, versus Italiam perrexit, & in extremis ad Istrum partibus conferto praelio, multa Barbarorum milia delevit. *Zosimus.*

271.

DCXXVII.



- A. Chr.      *DCXXVII. Accepta est sanè clades sub Aureliano à Marcomannis per errorem.* Nam dum is à fronte non curat occurrere, subito hostes erupere. Dúmque illos à dorso persequi parat, *omnia circa Mediolanum graviter evastata sunt.* Postea tamen ipsi quoque Marcomanni superati sunt.
271. In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta vastabant, ingentes Romæ seditiones motæ sunt, paventibus cunctis, nè eadem, quæ sub Gallieno fuerant, provenirent. Quare etiam *libri Sibyllini*, noti beneficiis publicis, *inspecti sunt*, inventúmque, ut in certis locis sacrificia fierent, quæ Barbari transire non possent. Facta denique sunt ea, quæ præcepta erant, in diverso ceremoniarum genere, atque ita Barbari restiterunt, *quos omnes Aurelianus carptim vagantes occidit &c.* Quum autem
272. Aurelianus vellet omnibus simul facta exercitûs constipatione concurrere, *tanta apud Placentiam clades accepta est, ut Romanum penè solveretur Imperium.* Et causa quidem hujus periculi perfidia & calliditas barbarici fuit motûs; nam quum congregi aperto Marte non possent, in silvas se densissimas contulerunt, atque ita nostros vespera incumbente turbârunt.
271. Denique nisi divina ope post inspectionem librorum, sacrificiorúmque curas, monstris quibusdam, speciebusque divinis impliciti essent barbari, Romana victoria non fuisset. *Finito pralio Marcomannico*, Aurelianus, ut erat naturâ ferocior, plenus irarum, *Romam petit vindictæ cupidus &c. Flavius Vopiscus.*

Zosimi relatio de victoria contra Alamannos pertinet omnino ad primum annum Imperii Aureliani, quoniam initio incursionum in Italiam contigit. Vopisci relata econtrâ ex anno primo & secundo commixta sunt; ille enim, ut ipse monet, non omnia præclara facta Aureliani *innectere*, sed pauca ad intelligendos mores *libere* voluit, adeoque chronologiæ rationem non habet. Chronologiæ huic autem sufficienter consulitur, quòd dicat Vopiscus: literas Aureliani ad Senatum de inspiciendis libris Sibyllinis recitatas esse *tertio Idus Januarias*. Atqui hic dies non primum annum, quo circa hoc tempus vix per mensem imperare cœperat, respicere potest, quoniam clades præcedere inspectionem librorum debuit, ergo secundum annum respicit, & eo demum anno Aurelianus Marcomannos carptim vagantes interemit, & vicit.

*DCXXVIII. Quum vastatum Illyricum, ac Mœsiam deperditam videret, provinciam trans Danubium Daciam à Trajano constitutam, sublato exercitu & provincialibus, reliquit*, desperans, eam posse retineri, abductosque ex ea populos in Mœsiam collocavit, appellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Mœsias dividit &c. *Flavius Vopiscus.*

Provinciam Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermisit, vastato omni Illyrico, & Mœsia, desperans eam posse retineri, abductosque Romanos ex urbibus & agris Daciæ in media Mœsia collocavit: & est in dextera Danubio in mare fluenti, cum antea fuerit in læva. *Eutropius.*

Aurelianus *Romanam urbem triennio ab invasoribus receperat &c.* In Italia tribus præliis victor fuit, apud Placentiam juxta amnem Metaurum, ac sanum Fortunæ, postremò Ticinensibus in campis. *Sextus Aur. Victor.*

Respirare certè post infelicitatem Valeriani, post Gallieni mala, imperante Claudio cœperat nostra Respublica, at eadem reddita fuerat Aureliano, toto penitus Orbe vincente. Ille nobis Gallias dedit: ille Italiam liberavit: ille Vindelicis jugum barbaricæ servitutis amovit: *illo vivente Illyricum restitutum est*: redditæ Romanis legibus Thraciæ: ille (proh pudor) Orientem scemineo pressum jugo in nostra jura restituit: ille Persas insultantes adhuc Valeriani nece fudit, fugavit, oppressit &c. *Flavius Vopiscus.*

Flavius

Flavius Vopiscus de gentibus, quæ Italiam infestârunt, nominat tantum Marcomannos, econtrâ Zosimus Alamannos, qui tamen addit, his Alamannis *remotiores & finitimas sibi nationes* associatas fuisse, ut dubio carere videatur, per remotiores intelligi *Marcomannos*, per finitimos verò *Suevos*, ita ut junctis viribus Italiam invaserint, & initio victores, dein autem victi exstiterint.

**DCXXIX.** Ab hoc tempore rara mentio Marcomannorum in cœvis scriptoribus occurrit, quod signum est, populum illum inter se distractum, partim quidem Quadis adhuc cohæsisse, potiori ex parte verò antiquis popularibus suis Suevis & Alemannis se conjunxisse, atque socios invasionum in Italiam & præcipuè Galliam, licentioris vitæ studio, præbuisse, unde nomen eorum abolitum; quod & in aliis germanicis gentibus factum, nam posthac Germaniæ populi Danubio & Rheno propiores in quinque fermè nomina generalia coaluerunt, in Quados scilicet, Suevos, Alamannos, Francos, & Saxones, utpote clarioribus gestis notos, neglectis particularibus pristinis compellationibus.

Sub Tacito A. 276.

**DCXXX.** Tacito Romanum Imperium consequuto, *Scythæ trans-* A. Chr. *jecta palude Mæotide*, per Pontum ad Ciliciam usque sita incursionibus ve- 276. xârunt, quos adgressus Tacitus, partim ipse debellatos ad interneccionem delevit, partim Floriano designato Prætorii Præfecto debellandos tradidit, & in Europam contendit, ubi lapsus in insidias ex hujusmodi causa necatur &c. *Zosimus.*

Et quoniam à *Mæotide multi Barbari eruperant*, hos eosdem Tacitus consilio atque viribus, ut eò redirent, compulit. Ipsi autem *Mæotidæ* ità congregabantur, quasi accitu Aureliani ad bellum Persicum convenissent, auxilium daturi nostris, si necessitas postularet. *Flavius Vopiscus in Tacito.*

Hic jam primitus in scenam seu ad Danubium prodeunt Sarmatæ seu *Mæotidæ* illi, qui *Slavi*, & *Slavini*, nec non *Venedi* vocabantur, & unde propaginem suam Bohemi, Poloni, aliisque Slavi propriè trahunt. Hi *Mæotidæ* sîdem omnino censendi, qui Tabulæ, Peutingerianæ dictæ, vel sub Probo, vel sub initiis Diocletiani conditæ, *Venedi Sarmatæ* audiunt, & sub Alpibus veteris Daciæ interioris, seu Transylvaniæ hodiernæ, itaque in parte Walachiæ, à Tabula collocantur. Non recesserunt igitur hi *Mæotidæ* Slavi in pristinas sedes suas ad *Mæotidem*, sed in partibus *Scytharum* seu *Getarum*, id est *Gothorum*, derelictis substituerunt, brevî autem post ad limites Romanos, seu ad Danubium, ubi nunc est *Bannatus Temesvariensis*, admissi, & *Sarmatæ Limigantes* appellati sunt.

Sub Probo ab A. 277. usque 282.

Ambobus (Probo Imp. scilicet, & Floriano Anti-Cæsare) ad bellum instructis, Tarsum Florianus veniens, ibidem Castra locanda statuit, victoriâ contra *Scythas* in Bosporo semiperfectâ relictâ, qua re factum est, ut *jam circumfessis ad sua redeundi copiam* concederet &c. *Zosimus.*

**DCXXXI.** Anno Imperii primo Probus Gallias à Barbaris iterum 277. occupatas ingenti virtute restituit. *Eusebius in chron.*

His ita (contra Saturninum rebellem) gestis, ut diximus, victoriis etiam Probus adversus Barbaros potitus est, duobus bellis confectis, quorum alteri ipsemet interfuit, alteri ducem quemdam præfecit. Et quoniam civitatibus Germanicis, quæ à vicinis Rheno Barbaris infestabantur, necessariò subveniendum erat: Rhenum versùs ipsemet cum copiis movit &c. Acres etiam pugnas commisit, primùm contra *Logiones*, nationem Germanicam, quibus devictis, quum *Semnonem* eorum Ducem cum filio vivum in potestatem redegisset, supplices factos in fidem recepit, & captivis

ptivis omnique præda recuperata, quam habebant, certis eos conditionibus dimisit, ipso quoque cum filio Semnone reddito. Alterum contra *Francos* prælium pugnavit : quibus operâ Ducum strenuè victis, ipse cum *Burgundorum Vandilorumque* copiis dimicavit. Quumque vires suas inferiores videret, partem quandam ab hostibus evellere cogitabat, & cum ea prælio decernere. Qua in re consilio principis fortuna non defuit ; quum enim exercitus utramque *fluminis ripam* occupâssent, *Barbaros in adversa ripa castra metatos* ad pugnam Romani provocabant. Hac illi re perciti, quotquot sanè poterant, transjiciebant, signisque collatis *Barbari partim cadebantur, partim vivi Romanorum in potestatem veniebant*. Reliqui quum pacem ea lege petiissent, ut prædam cum captivis, quos habebant, redderent, impetrato quod postulârunt, non omnia restituerunt. Quam ob rem indignatus Imperator, discedentes adortus, merito supplicio multavit, ipsis trucidatis, & Igillo Duce capto. *Quotquot autem vivos in potestatem redigere poterat, in Britanniam misit*, qui sedes ea in insula nacti, quoties deinde seditionem aliquis moliretur, utiles Imperatori fuerunt. *His bellis ita propter Rhenum ab eo gestis operæ pretium fuerit, ne illa quidem silentio præteriri, quæ id temporis Isauri patrârunt &c.* *Zosimus.*

A. Chr. 277. *DCXXXII.* Probus, quum bello Sarmatico, jam tribunus, transmissio Danubio, multa fortiter fecisset, publicè in concione donatus est hastis puris quatuor, coronis &c. Quo quidem tempore Valerium Flaccum, adolescentem nobilem, parentem Valeriani, è Quadorum liberavit manu, unde illi Valerianus coronam civicam detulit &c. Probus (jam factus Imperator) cum ingenti exercitu *Gallias* petit, quæ omnes, occiso Posthumo, *turbata* fuerant: interfecto Aureliano, à *Germanis possessæ*. Tanta autem illic prælia feliciter gessit, ut à Barbaris sexaginta, per Gallias, nobilissimas reciperet civitates &c. Et quum jam in nostra ripa, imò per omnes Gallias securi vagarentur, *castris propè quadringentis millibus*, qui Romanum occupaverant solum, reliquias *ultra Nicrum fluvium & Albam* removit, tantum his prædæ barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant, contra *Urbes Romanas & castra in solo barbarico posuit*, atque illic milites collocavit. Agros & horrea, & domos, & annonam transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet, quos in excubiis collocavit: nec cessatum est unquam pugnari, quum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur, jam ad singulos aureos singula, quamdiu *Reguli novem ex diversis gentibus venirent*, atque ad pedes Probi jacerent: quibus ille primùm obsides imperavit, qui statim dati sunt: deinde frumentum, postremò etiam vaccas atque oves. Dicitur jussisse his acriùs, ut gladiis non uterentur, Romanam expectaturi defensionem, si essent ab aliquibus vindicandi, sed visum est, id non posse fieri, nisi limes Romanus extendetur, & fieret Germania tota provincia. Maximè tamen, ipsis Regibus consentientibus, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non redderunt. Accepit præterèa sedecim millia tyronum, quos omnes per diversas provincias sparsit, ita ut numeris vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos interfereret, dicens, sentiendum esse, non videndum, quum auxiliaribus barbaris Romanus juvatur &c. Posthæc Illyricum petiit, & priusquam veniret, *Rhetias sic pacatas reliquit*, ut illic ne suspicionem quidem ullius terroris relinqueret. *Flavius Vopiscus in Probo.*

*DCXXXIII.*

**DCXXXIII.** *In Illyrico Sarmatas, cæterasque gentes ita contudit, A. Chr. ut propè sinè bello cuncta reciperet, quæ illi diripuerant. Tetendit deinde iter per Thracias, atque omnes Geticos populos famâ rerum territos, & antiqui nominis potentiâ pressos, aut in deditiõnem, aut in amicitiam recepit. His gestis Orientem petiit &c. Facta igitur pace cum Persis, ad Thracias rediit, & centum millia Bastarnarum in solo Romano constituit, qui omnes fidem servaverunt. Flavius Vopiscus in Probo.* 279. 280.

*Basternas gentem Scythicam, quæ illi se subjecit, in Thracia sedibus concessis reliquit. Hi Romanorum moribus atque legibus constanter usi sunt. Itidem quum Franci ad Imperatorem accessissent, & ab eo sedes obtinuissent, pars eorum quædam defectionem molita, magnamque navium copiam nacta, totam Græciam conturbavit. In Siciliam quoque delata, & urbem Syracusanam adorta, magnam in ea cædem edidit. Tandem cum & in Africam adpulisset, ac rejecta fuisset, adductis Carthagine copiis; nihilominus domum redire, nullum passa detrimentum potuit. Zosimus.*

Sed quum & ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset, id est, ex Gepidis, Gautunnis, & Vandilis, illi omnes fidem fregerunt, & occupato bellis tyrannicis Probo, per totum penè orbem, pedibus, & navigando, vagati sunt, nec parum molestiæ Romanæ gloriæ intulerunt; quos quidem ille diversis vicibus, variisque victoriis oppressit, paucis cum gloria domum redeuntibus, quod Probi evasissent manus; hæc Probus cum Barbaris gessit. *Flavius Vopiscus in Probo.*

**DCXXXIV.** Sed habuit etiam non leves tyrannicos motus; nam & Saturninum, qui Orientis Imperium arripuerat, variis præliorum generibus, & nota virtute superavit. Quo victo tanta in Oriente quies fuit, ut (quemadmodum vulgò loquebantur) mures rebelles nullus audiret. Deinde quum Proculus & Bonosus apud Agrippinam in Gallia Imperium arripuissent, omnesque sibi Britannias, Hispanias, & Braccatæ Galliæ provincias vindicarent, Barbaris semet juvantibus, vicit &c. Unum sanè sciendum est, quod Germani omnes quum ad auxilium essent rogati à Proculo, Probo potiùs perservire maluerunt, quàm cum Bonoso & Proculo esse. *Flavius Vopiscus in Probo.*

Proculus (Tyrannus) non nihilum tamen Gallis profuit. Nam Almannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sinè gloriæ splendore contrivit: nunquam aliter, quàm latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum usque ad ultimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis, quibus familiare est, ridendo fidem frangere, vicit & interemit. *Flavius Vopiscus in Proculo Tyranno.*

Sub Caro A. 282. 283.

**DCXXXV.** Bonum principem Carum fuisse cum multa indicant, tum illud etiam, quod statim, adeptus Imperium, Sarmatas adeò morte Probi feroces, ut invasuros se non solum Illyricum, sed Thracias quoque, Italiàmque minarentur, ita inter bella patiendò contudit, ut paucissimis diebus Pannonias securitate donaverit, occisis Sarmatarum sedecim millibus, captis diversi sexûs viginti millibus. *Flavius Vopiscus.* 282.

Dum Carus bellum adversus Sarmatas gerit, nuntiato Persarum tumultu, ad Orientem profectus est. *Hist. Miscella.* 283.

Sub Diocletiano & Maximiano ab A. 284. usque 304.

- DCXXXVI.** Valerius Diocletianus, ubi comperit, Carini disces-  
 fu Helianum, Amandumque per Galliam excita manu agrestium ac la-  
 tronum, quos *Bagaudas* incolæ vocant, populatis latè agris, plerasque  
 A. Chr. urbium tentare, *Maximianum* statim, fidum amicitia, quamquam semia-  
 285. grestem, militiæ tamen atque ingenio bonum, Imperatorem jubet. Huic  
 postea cultu numinis, *Herculii cognomentum* accessit, uti Valerio *Jovii*, un-  
 de etiam *militaribus auxiliis longè in exercitu præstantibus nomen impositum*. Sed  
 Herculus in Galliam profectus, fuis hostibus aut acceptis, quietia om-  
 nia brevè patraverat. Quo bello *Corausius*, Menapiæ civis, factis prom-  
 ptioribus enituit: eoque eum, simul quia gubernandi (quo officio  
 adolescentiam mercede exercuerat) gnarus habebatur, parandæ classi  
 286. ac propulsandis Germanis maria infestantibus præfecere. Hoc elatior  
 cum parum multos opprimeret, neque prædæ omnia in ærarium refer-  
 287. ret, Herculii metu, à quo se cædi iustum compererat, Britanniam hau-  
 sto Imperio laceessivit. Eodem tempore Orientem Persæ, Africam Julia-  
 288. nus, ac nationes Quinquegentanæ graviter quatiebant. Adhuc apud  
 289. Ægypti Alexandriam, Achilleus nomine, dominationis insignia induerat.  
 290. His de causis Julium Constantium, Galerium Maximianum, cui cogno-  
 291. men Armentario erat, creatos Cæsares, in affinitatem vocat &c. *Sex. Aur. Victor.*
- DCXXXVII.** Tusco & Anulino Coss. Carporum gens universa in  
 295. Romania se tradidit, *Idatius in Fastis*.  
 Interea *casti Marcomanni, Carporumque natio translata omnis* in nostrum  
 solum, cujus ferè pars jam tum ab Aureliano erat &c. *Sex. Aur. Victor.*
- DCXXXVIII.** A. Imperii 13. juxta Lingonas à Constantio Cæ-  
 297. sare 60. millia Alemannorum cæsa. *Eusebius in chron.*  
*Constantius multa præclara gerens in Galliis*, semel, quum esset apud Lin-  
 gonas populos, eodem die varietatem fortunæ expertus est. *Alemanni*  
 magno impetu irrumpunt, Constantium in fugam verterunt; is ad pro-  
 pinquam urbem fessus se contulit, cujus portæ hostili metu oclusæ fue-  
 rant: & nisi demisso fune per muros sublatus fuisset, eum hostes capti-  
 vum abduxissent. In urbe hortatus est robur suorum, qui eò antè con-  
 fugerant, ne talem ignominiam paterentur. Post concionatus est civi-  
 bus, ut arma caperent, & dedecori abolendo auxilium præstarent. Ita  
 apertis portis erumpunt, hostes fugant, & propè *LX. millia cadunt*. Eâ  
 victoriâ liberatæ Galliæ, attritæ Germaniæ suas vires amisere, quas re-  
 parare nisi non sunt Alemanni &c. Diocletianus, rebus toto Oriente  
 compositis, Europam repetiit: ubi jam Scythæ, Sarmatæ, Alani, &  
 Basternæ jugum subiverant unà cum Carpis, Cattis, & Quadis. *Pompo-  
 nius Latius.*
- 302.** A. Imperii 18. Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa  
 Romæ triumphârunt, antecedentibus currum eorum Narsei conjugæ, fo-  
 roribus, liberis, & omni præda, qua Parthos spoliaverat. *Eusebius in chro-  
 nico.*



SE-

## SECTIO XLVII.

## SECULUM IV.

## De Debitato bellis civilibus Romano Imperio sub Constantino Magno, &amp; ejus filio Constantio Secundo.

**N**<sup>us</sup> *DCXXXIX.* Constantino II. & Licinio II. Coss. quod est Maxentio IV. solo, victus & occisus Maxentius Romæ ad pontem Mulvium. *Idatius in Fastis.*

Maxentius ipso natali Imperii sui die V. Kal. Nov. seu 28. Oct. à Constantino vincitur, & Tiberi flumine haustus perit. *Nova Editio Cod. Theod. Tom. I. in chron.*

In bello civili inter Constantinum & Maxentium, Constantino copiæ erant ex redactis in potestatem Barbaris, & Germanis, & aliis Celticis nationibus, itémque de Britannia coactis militibus, ad nonaginta millia peditum, & octo millia equitum, quibuscum ex Alpibus in Italiam Romam usque movebat, ibique castra metabatur. Cum Maxentio verò Romanorum & Itolorum octoginta millia se ad belli societatem junxerant, itémque Tusci, quotquot universam oram maritimam incolebant. Præbebant & Carthaginienses exercitum quadraginta millium, & præter hos Siculi, adeò quidem, ut totus exercitus centum & septuaginta peditum, & decem atque octo millibus equitum constaret. Acri conferto prælio, Romani quidem ipsi, & Itali focii, segniores ad obeunda pericula se præbebant, quòd acerba tyrannide se liberari optarent: reliquorum verò militum *innumerabilis quedam multitudo occidit*, tum ab equitibus proculcata, tum à peditibus interempta; enim verò quamdiù resistebat equitatus, aliqua Maxentio spes esse reliqua videbatur: sed equitibus jam succumbentibus, fugâ cum reliquis arreptâ, per pontem fluminis ad Urbem contendebat. Tignis autem minimè sustinentibus eam vim oneris, adeoque ruptis, *cum cætera multitudine* Maxentius etiam fluminis impetu abripiebatur. *Zosimus in Constantino.*

Eodem tempore in Illyrico prælium factum inter Licinium & Maximinum Augustos: ab initio quidem superari visus erat Licinius, sed confestim, redintegratâ pugna Maximinum in fugam vertit; qui per Orientem in Ægyptum discedens, spe cogendarum copiarum, quantæ gerendo bello sufficerent, Tarsi diem vitæ supremum obiit. *Zosimus.*

*DCXL* Volusiano II. & Anniano Coss. bellum Cibalense fuit die VIII. Idus Octob. *Idatius in Fastis.*

Prælium primum ad Cibalim quovis alio penè acrius à prima luce cæptum ad vesperum usque duravit. Licinius cum exercitu in fugam versus, Sirmium cursu prætergressus, ac ponte fluminis soluto, in Thraciam, militem ibi collecturus, pergit; Constantinus Cibalim & Sirmium occupat, pontem Sai, (Savi) jungit, & Licinii vestigiis inhæret; cùmque transiisset, in Thraciam pervenit ad eam planitiem, in qua Licinium castra metatum reperit. Pluribus & *innumerabilibus* quidem *utrimque castris* pari Marte pugnatum est. Signo dato à se invicem dirempti sunt exercitus.

citus. Postridie pactis induciis, visum est inter ambos esse debere societatem, & fœdus mutuum, ita quidem, ut Constantinus imperaret Illyriis & nationibus cæteris, quotquot ulterius essent porrectæ; Licinius Thraciam, & Orientem, & ultiores provincias haberet. Sacramentis ultrò citròque præstitis pro arctiore fide filii Constantini Crispus ex Concubina Minervina, & Constantinus ante non multos dies in Arelatensi oppido in lucem editus, nec non Licinianus Licinii filius Cæsares designati.

A. Chr. *Zosimus.*

324.

*DCXLI.* Crispo III. & Constantino III. Coss. Bellum Hadrianopolitanum die V. Nonas Julias, & bellum Chalcedonense XIV. Kal. Octob.

325.

Paulino & Juliano Coss. occisus Licinius. *Idatius in Fastis.*

NOTA. *Editio nova Cod. Theod. in chronologia,* bellum hoc postremum Licinii refert ad A. 323. *Zosimus* gentilis hæc latè, sed ex odio Christianitatis culpam novorum motuum in Constantini fractam fidem erga Licinium rejiciens, *cap. 5.* describit; specialia autem sunt sequentia: statim post bellum Sarmaticum, & confectum portum Thessalonicum Constantinus naves, quæ singulæ triginta remis agerentur, ducentas instruxerat, & onerarias plures quàm bis mille. Peditum quoque centum & viginti, navalium & equestrium copiarum ad decem millia coegerat. Licinius ab Ægyptiis octoginta, à Phœnicibus totidem, ab Ionibus & Doriensibus Asiaticis sexaginta, à Cypriis triginta, Caribus viginti, Bithyniis triginta, Africanis quinquaginta (itaque summatim 350.) triremes, Peditum autem centum & quinquaginta propè millia: equitum quindecim millia, quos Phrygia, Cappadociæque præbuerat, habebat. Constantinus terrestri cum exercitu Thessalonicâ progressus, propter ripam fluminis *Hebri*, qui ad *levam Adrianopolim* alluit, castra faciebat. Licinius suos instruxit à monte qui oppido imminet, ad ducenta usque Stadia, ubi *Tonus Fluvius Hebro* conjungitur. Constantinus inopinatò Hebrum transjicit. Ingens hominum cædes accidit, nam ad *triginta & quatuor hominum millia ceciderunt.* Sub occatum solis castra Constantinus capit. Licinius autem suis, quotquot sanè poterat, relictis, per Thraciam properabat, ut ad classem perveniret. Liciniani milites, quos Licinius fugiens reliquerat, Constantino in fidem se tradiderunt. Eo Byzantium fugâ delato, Constantinus Byzantium obsidet, classem, quæ è *Piræeo* solverat, & in Macedonia stationem habebat, ad ostium Hellepontis adesse jubet. Fit conflictus navalis variis diebus & locis damno Licinianorum, tam per hostes, quam per tempestatem. Constantinus obsidionem Byzantii etiam per classem urget. Licinius relicto Byzantio Chalcedonem Bithyniæ se recipit. Constantinus copias suas illuc transvehit, & Licinius oppido egressus hostibus occurrit. Acri pugna in locis Chalcedoni & fano interjectis inita, longè Constantini pars superior erat, quæ hostes ingenti cum impetu adorta, *sancam cadem edidit, ut de centum & triginta millium numero vix triginta millia evaderent.* Byzantium Constantino se dedit. Licinius victus Nicomediam cum equitibus reliquis, & paucis peditum millibus contendit.

325. Quum autem Constantinus etiam Nicomediæ Licinium obsideret, rebus ille desperatis, egressus urbe, supplex Constantino factus, Thessalonicam ablegatur, velut istic securè victurus: neque multò post ei laqueo vita adimitur. *Zosimus in Constantino.*

*DCXLII.* Constantinus non jam bellum ullum ampliùs gerebat, adeò quidem, ut *Thaisalis* (hodiernæ Transilvaniæ è latere Orientali accolis) natione Scythica cum equitibus quingentis irruentibus, non modò nullas copias adversùs eos in aciem eduxerit, sed etiam parte majori exercitùs amissa, quum hostes ad ipsum vallum usque populatos omnia conspexisset, arreptâ cupidè fugâ sibi consuluerit. *Zosimus.*

Fecit & aliud quiddam Constantinus, quòd *in ditionem populi Romani liberum barbaris aditum præbuit.* Nam quum *Imperium Romanum extremis in limitibus ubique, Diocletiani providentiâ, oppidis & castellis atque Burgis munitum esset, omnèsque copia militares in iis domicilium haberent:* fieri non poterat, ut Barbari transirent, ubique copiis hostium repellendorum causâ, occurrentibus. Hanc *presidiorum munitioem Constantinus abolens, majorem militum par-*



partem, de limitibus submotam, *in oppidis praesidii nullius egentibus collocavit*, à Barbaris vexatos praesidio nudavit, tranquillas & quietas urbes militum peste gravavit, quâ jam complures ad solitudinem redactæ sunt, milites ipsos theatris & voluptatibus addictos emolivit: denique, simpliciter ut dicam, *rerum hæcenus pereuntium internecioni principium & femina præbuit. Zosimus.*

A. Chr.

**DCXLIII.** Post Conf. Sergii & Nigriniani, bellum Magnentii fuit 351.  
Morsa die IV. Kal. Oct. *Idatius in Fastis.*

Constantio VI. & Constantio (Gallo) II. Coss. Magnentius se interfecit in Galliis apud Lugdunum die III. Idus Aug. *Idatius in Fastis.* 353.

Magnentius Tyrannus è Gallia Italiâque Noricum, dein Pannoniam profectus, à Constantio in Pannonia, Mursensi prælio ad Dravum fluvium, profligatus est sub Autumni exitum. Julianus orat. 1. & orat. 3. Socrates lib. 2. cap. 27. Sozomenus lib. 4. cap. 6. Victor Schotti cap. 42. Chron. Alexandr. Severus Sulpitius lib. 2. cap. 38. IV. Cal. Oct. Consularia Idaciana. Sirmii inde hoc tempore Constantius constitit, testis Socrates lib. 2. cap. 23. 24. 25. 27. ubi & anno proximo constitisse eum testes sunt aliquot ejus constitutiones. Magnentius Tyrannus à Constantio in Pannonia profligatus, è Pannonia in Italiam Urbemque Romam sese contulerat, verum & ab ipso Constantio perrupta Aquileia (ut testatur Julianus Orat. 1. & Orat. 3.) & à Ducibus Constantii imminentibus Urbe Italiâque fugere coactus est; & quidem, ut ex auctore notitiæ Præfectorum Urbi colligo, mense Septembri. Magnentius Tyrannus superioris anni fine ex Italia in Galliam profugus, postquam triennium & 6. menses imperâset, &c. apud Cottias Alpes devictus &c. tandem Lugduni sese interfecit. *Edit. Cod. Theod. Tom. I. in chronol.* 352.

Manus in planitie, quæ ante Mursam est sita (copiæ Constantii Imp. & Magnentii Tyranni) contulerunt: quumque prælium ejusmodi committeretur, quale propemodum prius hoc bello factum non erat, utrinque plurimi cadunt. Constantius autem conspicatus, quod civile bellum hoc esset, ex animi se voto ne victoriâ quidem potiri posse, *tantopere deminutis Romanis exercitibus*, qui post talem ac tantam stragem urgentibus undique Barbaris non amplius resistere possent: cogitare cœpit, certis conditionibus pacis bellum dirimendum esse. Quæ dum ille cum animo suo putaret, exercitibus adhuc inter se præliantibus, majorem ad furorem elati Magnentianarum partium milites, ne quidem ubi nox pugnantes oppressisset, finem dimicandi faciebant &c. *ingens strages*, & hominum, & equorum, & reliquorum jumentorum est edita. Magnentius omni spe destitutus &c. *Zosimus cap. 15. 16.* 351.

Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursiam dimicans, vicit. *In quo bello, penè nunquam amplius, Romana consumpta sunt vires, totiusque Imperii fortunæ pessumdatae Sex. Aur. Victor in Constantio.*

Ingentes Romani Imperii vires ea dimicatione consumptæ sunt, ad quælibet bella externa idoneæ, quæ multum triumphorum potuissent securitatisque conferre. *Eutropius.*

SE-

## SECTIO XLVIII.

### SECULUM IV.

### De Alemannis.

**N***us DCXLIV.* Hi sunt populi, qui vel maximè ad historiam originum Slavicarum pertinent, in hoc nomen enim præter alios Germanos & Suevos Marcomanni quoque concesserunt, & Bohemicam silvam sensim derelinqentes, Romanisque terris sese infundentes locum occupationi Slavorum fecerunt; unde Alemannorum horum historia plenius pertractanda & excerptenda venit. Ante Christum natum nihil planè sciebatur de Alemannis, sed populi Romano Imperio ad Danubium vicini generali nomine *Sævi* vocabantur, quorum institutum *rege Julio Cæsare* erat, quotannis partem pubis suæ armorum capacis bellatum in fines exteros mittere, ita tamen, ut finito anno in proprias sedes ij, qui emissi erant, reverterentur, & alii iterum vices belligerantium susciperent. Inde quoque nomen ipsorum natum à Germanico vocabulo *Swerwen*, seu *Schwaben*, vagari, peragrarè terras alienas. Mos hic, quotannis bellatum ire, & dein ad lares proprios reverti, sub ipso Julio Cæsare respectu Bojohemiæ exceptionem passus est, namque Suevi non tantùm in Bojos bellatum iverant, sed & eos Herciniis saltibus planè exturbârant, & popularibus suis, Marcomannis deinde dictis, sedem stabilem fortunarum suarum fixerant. Prævaluit mos ille subsecutis temporibus, & eò usque crevit, ut ii, qui ex Suevis exteras terras animo jam retinendi occupaverant, præter nomen gentilitium generale Suevorum aliud sibi superadderent speciale *Alemannorum*, idque præcipuè invaluit Seculo tertio. Authores noviorum temporum plerique Alemannos dictos putant, quasi *Allerley Mann*, plurium gentium viros, vel *Alle Mann*, omnes viros, scilicet fortes & bellatores. Ast prævalet opinio *Adriani Scriekii in Europa rediviva, monitorum secundorum lib. 5. num. 27.* ubi sic dicit: Intereà Germani *Convena* recentiori adhuc nomine dicti fuerunt *Alemanni*; sed meliùs aspiratur, ut vidi in antiquo manuscripto fragmento Ammiani Marcellini lib. 18. 21. 25. *Halamanni*. Stephano vocantur populi Germaniæ finitimi. *Halemannen* propriè sunt *conquirentes viri*; conquisitio enim est bellicosorum hominum *finis* &c. Scriekius itaque Etymologiam Alemannorum deducit à Celtico verbo *Haalen*, conquirere, quod & optimè convenit tempori, quo nomen hoc invaluit, dum nempe Germanorum magna pars semper magis & magis Romanis terris in Rhetiis & Galliis instaret, easque pro parte conquireret, & occuparet. *Germanorum* nomen idem *Scriekius num. 25.* deducit à Celtico *Geermann*, *Convena*, *Conventuum viri*, id est viri, qui conventum & associationem inibant, sese extraneo dominatui, Romanorum nempe, opponendi.

A. Chr. 354. *DCXLV. Ex Ammiano Marcellino lib. 14. cap. 10.* Hæc dum Oriens diu perferret, cœli referato tepore, *Constantius* Consulatu suo septies, & Cæsaris ter, egressus Arelate Valentiam petit, in *Gundomadum & Vadomarium fratres Alamannorum Reges* arma moturus, *quorum crebris excursibus vastabantur confines limitibus terra Gallorum.* Dùmque ibi diu moratur, com meatus opperiens, quorum translationem ex Aquitania verni imbres solito crebriores prohibebant, auctique torrentes, Herculanus advenit Protector domesticus &c. Deinde cibo abundè perlato, castra die prædicto sunt mota. Emensis itaque difficultatibus multis, & nive obrutis callibus pluribus, *ubi prope Rauracum ventum est*, ad supercilia fluminis Rheni resistente multitudine Alamanna, pontem suspendere navium compage Romani vi nimia vetabantur, ritu grandinis undique convolantibus telis: & cum id impossibile videretur, Imperator cogitationibus magnis attonitus, quid capesseret, ambigebat. Ecce autem ex improvviso index quidam regionum gnarus advenit, & mercede accepta vadofum locum no-

te

de monstravit, unde superari potuit flumen : & potuisset aliorum intentis hostibus, exercitus inde transgressus, nullo id opinante, cuncta vastare, ni pauci ex eadem gente, quibus erat honoratioris militiæ cura commissa, populares suos hæc per nuncios docuissent occultos, ut quidam existimabant. Infamiabat autem hæc suspicio Latinum Domesticorum Comitem, & Agilonem Tribunum stabuli, atque Scudilonem scutariorum rectorem, qui tunc, ut dextris suis gestantes Remp. colebantur. At Barbari suscepto pro instantium rerum ratione consilio, dirimentibus fortè auspiciis, vel congregi prohibente auctoritate sacrorum, molito vigore, quo fidentiùs resistebant, optimates misère delictorum veniam petituros & pacem. Tentis igitur Regis utriusque legatis, & negotio tectiùs diu pensato, cum pacem oportere tribui, quæ justis conditionibus petebatur, eamque ex re tum fore sententiarum via concinens approbasset, advocato in concionem exercitu Imperator pro tempore pauca dicturus, tribunali adstans, circumdatus potestatum cœtu cesarum, ad hunc differuit modum &c. Mox dicta finierat, multitudo omnis, ad quæ Imperator voluit promptior, laudato consilio, consensit in pacem, ea ratione maximè percita, quod nôrat expeditionibus crebris fortunam ejus in malis tantum civilibus vigilasse, cum autem bella moverentur externa, accidisse plerumque luctuosa. Isto post hæc fœdere, gentium ritu, perfectaque solemnitate, Imperator Mediolanum ad hiberna discessit.

Secundum hanc sitis descriptionem Alamanni, de quibus hic agit Ammianus, contra Rauracos, seu Basileam, trans Rhenum, more Romano loquendo, in hodierna Suevia sedes suas habebant.

DCXLVI. Ex Ammiano Marcelino lib. 15. cap. 4. Re hoc modo A. Chr. 354.  
 finita paulò post & *Lentinsibus* Alamannicis pagis indictum est bellum, collimitia sæpe Romana latius irrumpentibus : ad quem prociuctum Imperator egressus, in Rhetias *camposque* venit *Caninos* : ( id est, hodiernorum Canorum, seu Graubündner ) & digestis diu consiliis, id visum est honestum & utile, ut eò cum militis parte *Arbetio* Magister equitum, cum validiore exercitûs manu, *relegens margines lacus Brigantia pergeret, protinus Barbaris congressurus* : cujus loci figuram breviter, quantum ratio patitur, designabo. Inter montium celsorum anfractus immani pulsu *Rhenus* exoriens *per præruptos scopulos* extenditur, nullis aquis externis adoptatis, ut . . . . per cataractas inclinatione præcipiti funditur Nilus. Et navigari ab ortu poterat primigenio copiis exuberans propriis, ni ruenti curreret similis potiùs quàm fluenti. Jamque absolutus altaque divortia riparum adradens, lacum invadit rotundum & vastum, quem *Brigantiam* accola Rætus appellat, perque quadringenta & sexaginta stadia longum, parique penè spatio latè diffusum, horrore silvarum squalentium inaccessum, ( nisi quæ *vetus illa Romana virtus & sobria iter composuit latum* ) Barbaris, & naturâ locorum & cœli inclementiâ refragante. &c. Arbetio, qui adventus Barbarorum nuntiarent, non expectans dum adessent, licet sciret aspera orsa bellorum, in occultas delatus insidias, stetit immobilis malo repentino percussus. Interea visi è latebris hostes exiliunt, & sine parcimonia, quidquid offendi poterat, telorum genere multiplici configebant : nec enim resistere nostrorum quisquam potuit, nec aliud vitæ subsidium, nisi discessu sperare veloci. Quocirca vulneribus declinandis intenti, incomposito agmine milites huc

*Pars IV.* I &

& illuc dispalantes terga ferienda dederunt. Plerique tamen per angustas semitas sparsi, periculôque præsidio tenebrosæ noctis extracti, revoluta jam luce redintegratis viribus agmini quisque proprio sese consociavit. In quo casu ita tristi & inopino abundans numerus armatorum, & Tribuni desiderati sunt decem. Ob quæ Alamanni sublatis animis ferociùs incedentes, quotidie propè munimenta Romana, adimente matutina nebula lucem, strictis mucronibus discurrebant, frendendo minas tumidas intentantes. Egressique repente scutarii, cùm objectu turmarum hostilium percussis steterent, omnes suos conspiratis mentibus ciebant ad pugnam. Verùm cùm plerosque recentis ærumnæ documenta terrerent, & intuta fore residua credens hæretet Arbetio: tres simul exsiluere Tribuni, Arinthæus agens vicem *Armaturarum Rectoris*, & Seniauchus, qui equestrem turmam Comitum tuebatur, & Bappo ducens promotos cum commissis sibi à Principe. Urgebat causa communis velut propria vim cunctis arcentibus veterum exemplo: instarque fluminis hostibus superfusi *non iusto pralio, sed discursibus prædatoriis*, universos in fugam coëgere foedissimam: qui dispersi laxatis ordinibus, dùmque elabi properant impediti, corpora nudantes intecta, gladiatorum hastarumque densis ictibus truncabantur. Multique cum equis interfecti, jacentes etiam tum eorum dorsis videbantur intexi: quo viso omnes è castris effusi, qui prodire in prælium cum sociis ambigebant, cavendi immemores proterebant barbaram plebem, nisi quos fuga exemerat morti, calcantes cadaverum strues, & perfusi sanie peremptorum: hocque exitu prælio terminato, *Imperator Mediolanum ad hiberna ovans revertit & latus.*

*Ex notis editionis Gronovii.* Tractus Lentiensis videtur esse locus, quem hodie Germani *das Linkgau* vocant. Per campos Caninos sunt, qui tractum illum designari putant, quem hodie *Churvalben* appellant. Et campos Caninos rectè dici posse *der Grauen Beld boden*. Unde & Rætos ipsos à cano colore Grifones, & à confœderatione mutua *Graubündler* etiam nunc vocari scimus.

Cùm Constantius ipse in Alemannos per hodiernorum Grifonum terras iverit, Arbetio autem alia ex parte iussus fuerit *relegendo margines lacus Brigantia* pergere, & *prosinus* Barbaris congredi, sequitur, Lentienses Alamannos circa hunc lacum Brigantium, in parte Rhætiæ secundæ seu Vindeliciæ sedisse.

*DCXLVII. Libro 15. cap. 8. Ammianus* de direptione Galliarum hæc habet: Constantium verò exagitabant adsidui nuntii, *deploratas jam Gallias* indicantes, nullo renitente *ad internecionem Barbaris vastantibus universa*: æstuansque diu, qua vi propulsaret ærumnas, ipse in Italia residens, ut cupiebat &c. Julianum patruelem &c. in societatem Imperii adsciscere cogitabat &c. (quod & secutum, die octavo iduum Novemb. cùm Arbetionem Consulem annus haberet & Lollianum, ut ait Ammianus.)

A. Chr.  
355.

356.

*Ammianus* dein *lib. 16. cap. 1.* refert: Julianum Cæsarem in collegium Faistorum à Consule octies Augusto adscitum. *Cap. 2.* dum ageret negotiosam hyemem apud Vienne, comperisse Augustoduni civitatis muros barbarorum impetu repentino insessos. VIII. Kal. Julias Augustodunum, post per multa discrimina Tricassas venisse, & *per Decem-pagos* Alamannam adgredi gentem statuisse. Dum audiret: Argentoratam, Brocomagum, Tabernas (in Alsatia) Salisonem, Nemetas, Vangionas, & Mogontiacum civitates barbaros possidentes, territoria earum habitare, primam omnium Brocomagum occupasse, dein cum adventante Germanorum manu pugnasse, & in fugam coniecisse. *Cap. 3.* Nullo post hæc repugnante ad recuperandam ivisse Agrippinam, ante ejus adventum in Gallias excisam. Agrippinam ingressum non antè motum exinde, quàm, Francorum Regibus furore mitescente perterritis, pacem firmaret, Reipublicæ interim profuturam, & Urbem reciperet munitissimam. Quibus vincendi primitiis

mitiis lætum, per Treveros hyematurum apud Senonas abscessisse. *Cap. 4.* Senonis obfessum fuisse Julianum à Barbaris per triginta dies sed frustra.

NOTA. Cùm dicatur, Constantium statuisse, *per decem pagos* Alamannam agredi gentem, confirmatur situs Alamannorum circa lacum Brigantinum; Grisonum enim pars, fœdus decem communitatum etiam hodie nuncupata, Comitatu Brigantino vicina est.

*DCXLVIII. a.* Ex *Ammiano Marcellino lib. 16. cap. 11.* At Cæsar A. Chr. exacta apud Senonas hyeme turbulenta, Augusto novies, séque iterum 357. Coss. Germanicis undique circumfremetibus minis, secundis ominibus motus, *Remos properavit*, alacrior magisque lætus, quòd exercitum regebat Severus, nec discors, nec arrogans, sed longa militiæ frugalitate compertus, & eum rectà præeuntem secuturus, ut ductorem morigerus miles. Parte alia *Barbatio* post Silvani interitum promotus ad peditum Magisterium, ex Italia jussu Principis cum XXV. millibus armatorum *Rauracos venit*. Cogitatum est enim, sollicitèque præstructum, ut *savientes ultra solitum Alamanni*, vagantèsque fusiùs, multitudine geminata nostrorum *forcipis specie trusi* in angustias cæderentur. Dum hæc tamen ritè disposita celerantur, *Lati barbari* ad tempesta furta solertes, inter utriusque exercitùs castra occultè transgressi, *invasère Lugdunum* incautam: eamque populatam nisu valido concremâssent, ni clausis aditibus percussis, quidquid extra oppidum potuit inveniri, vastâssent. Qua clade cognita, agili studio Cæsar missis cuneis tribus equitum expeditorum & fortium, tria observavit itinera, sciens per ea erupturos procul dubio grassatores: nec conatus irritus fuit. Cunctis enim, qui per eos tramites exiêre, truncatis, receptaque omni prædâ intactâ, hi soli innoxii absolvi sunt, qui per vallum Barbationis transiêre securi: ideò labi permissi, quòd Bainobaudes Tribunus, & Valentinianus postea Imperator, cum equestribus turmis, quas regebant, ad exsequendum id ordinati, à Cella Tribuno scutariorum, qui Barbationi sociatus venerat ad procinctum, iter observare sunt vetiti, unde redituros didicêre Germanos &c.

*DCXLVIII. b.* *Lati* non est nomen adjectivum, sed proprium certæ nationis Barbarorum; ita enim Julianus scribit ad Constantium teste *Ammiano Marcell. lib. 20. cap. 8.* equos præbebo curules Hispanos, & miscendos gentilibus atque scutariis *adolecentes Letos quosdam, cis Rhenum editam Barbarorum progeniem &c.*

*Ex Ammiano Marcell. lib. 16. cap. 11.* Iisdem diebus exercituum adventu perterriti barbari, *qui domicilia fixère cis Rhenum*, partim difficiles vias, & suapte natura clivosas concædibus clausère solerter, arboribus immensi roboris cæsis: alii occupatis insulis, sparsis crebrò per flumen Rhenum, ululantes lugubre conviciis & Romanos incessabant & Cæsarem: qui graviore motu animi percitus, ad corripiendos aliquos, septem à Barbatione petierat naves, ex his quas, velut transiturus amnem, ad compaginandos paraverat pontes: qui ne quid per eum impetraretur, omnes incendit. Doctus denique exploratorum delatione recens captorum æstate jam torrida fluvium vado posse transiri, hortatus auxiliares velites cum Bainobaude Cornutorum Tribuno misit, facinus memorabile, si juvisset fors, patratos, qui nunc incedendo per breviam, aliquoties scutis in modum alveorum suppositis nando ad insulam venêre propinquam: egressique promiscuè virile & muliebre secus finè ætatis ullo discrimine, trucidabant ut pecudes: nactique vacuas lintres, per eas licèt vacillantes eveci, hujusmodi loca plurima perruperunt: &

ubi cædendi fatietas cæpit, opimitate prædarum onusti, cujus partem vi fluminis amiserunt, rediére omnes incolumes. Hócque comperto residui Germani, ut infido præsidio insularum relicto, ad ulteriora necessitudines & fruges opésque barbaricas contulerunt. Conversus hinc Julianus ad reparandas Tres Tabernas (Zabern in Alfatia, ut in notis Gronov.) munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione subversum hostili (quo ædificato constabat, ad intima Galliarum, ut consueverant, adire Germanos arceri) & opus spe celerius consumavit, & vitum defensoribus ibi locandis ex barbaricis messibus, non sinè discriminis metu collectum militis manu condidit in usus anni totius. Nec sanè hoc solo contentus, sibi quoque viginti dierum alimenta parata collegit, &c. Dum castrorum opera maturè consurgunt, militisque pars stationes præterdit agrarias, aliàs frumenta insidiarum metu colligit cautè: multitudo barbarica rumorem nimia velocitate præversa, Barbationem cum exercitu quem regebat (ut prædictum est) Gallico vallo discretum, impetu repentino aggressa, sequensque fugientes adusque Rauracos, & ultra quoad potuit, rapta sarcinarum & jumentorum cum calonibus parte maxima, redit ad suos. Et ille tanquam expeditione eventu prospero terminata, milite disperso per stationes hibernas, ad comitatum Imperatoris revertit, crimen compositurus in Cæsarem, ut solebat.

*DCXLIX. a. Cap. 12.* Quo dispalato fœdo terrore, *Alamannorum* Reges Chnodomarius & Vestralpus, Urius quin etiam, & Ursicinus, cum Serapione, & Suomario, & Hortario, in unum robore virium suarum omni collecto, *confedere prope Urbem Argentoratam*, extrema metuentem Cæsarem arbitrati retrocessisse, cum ille tum etiam perficiendi munimenti studio stringeretur. Erexit autem confidentiam caput altiùs adtollentium scutarius perfuga, qui commissi criminis metuens pœnam transgressus ad eos, post ducis fugati discessum armatorum tredecim millia tantum remansisse cum Juliano, docebat (is enim numerus eum sequebatur) barbara feritate certaminum rabiem undique concitante. Cujus asseveratione eadem subinde replicantis ad majora stimulati fiduciâ, missis legatis satis pro imperio Cæsari mandaverunt, ut terris abscederet virtute sibi quæsitis & ferro: qui ignarus pavendi, nec irâ nec dolore perculsus, sed fastus barbaricos ridens, detentis legatis adusque perfectum opus castrorum, in eodem gradu constantiæ stetit immobilis. Agitabat autem miscebátque omnia sinè modo, ubique sese diffunditans & princeps audendi periculosa *Rex Chnodomarius*, ardua subrigens supercilia, ut sæpe secundis rebus elatus. Nam & Decentium Cæsarem superavit æquo Marte congressus, & civitates erutas multas vastavit & opulentas, licentiùsque diu *nullo refragante Gallias persultavit*. Ad cuius roborandam fiduciam recens quoque fuga Ducis accessit, numero præstantis, & viribus &c.

*DCXLIX. b.* Addiderat autem nostris fiduciam consideratio gemina recordantibus: *quod anno nuper emenso*, Romanis per Transrhenana spatia fusiùs volitantibus, nec vilis est quisquam laris sui defensor, nec obvius stetit, sed, concæde arborum densa undique semitis clausis, sidere urente brumali, ægrè vixère barbari longiùs amandati: quòdque Imperatore terras eorum ingresso, nec resistere ausi, nec apparere, pacem impetraverunt suppliciter obsecrantes. Sed nullus mutatam rationem temporis advertibat, quòd tunc tripertito exitio premebantur: Imperatore urgente per

per Rhétias, Cæsare proximo nusquam elabi permittente finitimis quos hostes fecere discordiæ modò non occipitia conculcantibus hinc indéque cinctorum. Postea verò pace data, discesserat Impèrator, & sedatâ jurgiorum materiâ vicinæ gentes jam concordabant, & turpissimus ducis Romani digressus ferociam naturâ conceptam auxit in majus. Alio itidem modo res est aggravata Romana ex negotio tali. Regii duo fratres vinculo pacis adstricti, quam anno præterito impetraverant à Constantio, nec tumultuare nec comoveri sunt ausi. Sed paulò postea uno ex his Gundomado, qui potior erat fideique firmioris, per insidias interempto, omnis ejus populus cum nostris hostibus conspiravit; & confestim Vadamarii plebs, ut assererat, agminibus bella cientium barbarorum sese conjunxit &c. His auditis, cum nullæ laxarentur induciæ, promotus exercitus prope collem advenit molliter editum, opertum segetibus jam maturis, à superciliis Rheni haud longo intervallo distantem: è cujus summitate speculatores hostium tres equites exciti; subito nuntiaturi Romanum exercitum adventare, festinârunt ad suos &c.

*DCXLIX. c.* Ducabant autem populos omnes pugnaces & sævos Chnodomarius & Serapio, potestate excelsiores ante alios Reges. Et *Chnodomarius* quidem nefarius belli totius incentor, cujus vertici flâmmeus torulus aptabatur, anteibat cornu sinistrum audax & fidens ingenti robore lacertorum, ubi ardor prælii sperabatur immanis, equo spumante sublimior, erectus in jaculum formidandæ vastitatis, armorumque nitore conspicuus, antea strenuus & miles, & utilis præter cæteros ductor. Latus verò dextrum *Serapio* agebat, etiam tum adultæ lanuginis juvenis, efficaciam præcurrens ætatem, Mederichi fratris Chnodomarii filius, hominis quoad vixerat perfidissimi: ideo sic appellatus, quòd pater ejus diu obsidatus pignore tentus in Galliis doctusque Græca quædam arcanâ hunc filium suum *Agenarichum*, genitili vocabulo dictitatum, ad Serapionis transtulit nomen. Hos sequebantur potestate proximi Reges numero quinque, Regalesque decem, & Optimatum series magna, armorumque millia triginta & quinque ex variis nationibus partim mercede, partim pacto vicissitudinis reddendæ quæsita. Jamque torvum concrepantibus tubis &c. Dato igitur Ahenatorum accentu solenniter signo ad pugnandum, utrinque magnis concursus est viribus &c. Ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCXL. & III. Rectores verò IV. Bainobaudes Cornutorum Tribunus, adæquè Laipso, & Innocentius Cataphractarios ducens, & vacans quidam Tribunus, cujus non suppetit nomen. *Ex Alamannis verò sex millia corporum inventa sunt in campo constrata, & inestimabiles mortuorum acervi per undas fluminis ferebantur.*

*DCXLIX. d. Ex Ammiano Marcellino lib. 17. cap. 1.* Moxque ad locum prædictum est ventum, flumine pontibus constratis transmissis, occupavere terras hostiles &c. Et quoniam aëris urente sævitia cum discriminibus ultimis laborabatur incassum (æquinoctio quippe autumnali exacto, per eos tractus superfusæ nives opplevèrè montes simul & campos) opus arreptum est memorabile. Et dum nullus obsisteret, munimentum, quod in Alamannorum solo conditum Trajanus suo nomine voluit appellari, dudum violentiùs oppugnatum, tumultuario studio reparatum est: locatisque ibi pro tempore defensoribus, ex barbarorum visceribus alimenta congesta sunt. Quæ illi maturata ad suam perniciem contemplantés, metùque rei peractæ volucriter congregati, precibus &

A. Chr.  
357.



humilitate suprema petiére missis oratoribus pacem : quam Cæsar omni consiliorum via firmata, causatus verisimilia plurima, per decem mensium tribuit intervallum : id nimirum solerti colligens mente, quòd castra, suprâ quàm optari potuit, occupata sinè obstaculo, tormentis muralibus & apparatu deberent valido communiri. Hac fiducia tres immanissimi Reges venerunt, tandem aliquando jam trepidi, ex his qui misère victis apud Argentoratum auxilia, jurantes conceptis ritu patrio verbis, nihil inquietum acturos, sed foedera ad præstitutum usque diem, quia id nostris placuerat, cum munimento servaturos intacto, frugésque portaturos humeris, si defuisse sibi docuerint defensores : quod utrumque metu perfidiam frænante fecerunt. *Cap. 5. Datiano & Cereali Coss. cum universa per Gallias studio cautiore disponderentur, formidóque prætorum barbaricos hebetaret excursus : Rex Persarum &c.*

A. Chr.  
358.

*DCL. Cap. 6. Inter quæ ita ambigua Juthungi Alamannorum pars, Italicis conterminans tractibus, obliti pacis & foederum, quæ adepti sunt obsecrando, Rætias turbulentè vastabant, adeò ut etiam oppidorum tentarent obsidia præter solitum. Ad quos repellendos cum valida manu missus Barbatio, in locum Silvani peditum promotus Magister, ignavus sed verbis effusior, alacritate militum vehementer erecta, prostravit acerrimè multos, ita ut exigua portio, quæ periculi metu se dedit in fugam, ægrè dilapsa res suas non sinè lacrymis reviferet & lamentis. Huic pugnæ Nevitta, postea Consul, equestris præpositus turmæ, & adfuisse & fortiter fecisse firmatur.*

*Juthungorum nomen secundum notas editionis Gronovianæ, variè corruptum in libris antiquis legitur, námque Thiuntugi, Thiutungi, Juthiuntugi, Vithiuntugi, Vithungi compellantur. Rectius autem ab Ambrosio Ep. 27. & Idatio in Chronico Juthungi appellantur. Suidas & Dexippus habent nomen Ιουθύνιοι. Tabula Peutingeriana Jurugi, quos Quadis permixtos facit. Addunt notæ editionis Gronovianæ: certè ad Danubium sedes habuisse docet verus Auctor apud Suidam. Hinc colligendum, Jutugos, quos Tabula è regione Norici ripensis trans Danubium inter Quados collocat, eosdem fuisse, qui nunc Juthungi Ammiano Marcellino dicuntur, & transito Danubio Italiæ & Rætiæ propriæ seu primæ se ingessere, unde Ammianus eos Italiæ conterminantes tractibus afferit.*

*Cap. 8. Recenset Ammianus expeditionem in Francos Salios & Chamavos, pace ad postremum composita. Item Cap. 10. deditonem spontaneam Suomarî Regis Alamannorum, & alterius Regis Hortarii coactam deditonem præscriptis pacis conditionibus.*

*DCLI. a. Ex Ammiano Marcellino lib. 18. cap. 1. Hæc per orbis varias partes uno eodémque anno sunt gesta. At in Galliis cum in meliore statu res essent, & Eusebium atque Hypatium fratres sublimarent vocabula Consulium, Julianus contextis successibus clarus, apud hiberna, sequestratis interim sollicitudinibus bellicis, haud minore cura provinciarum fortunis multa conducentia disponebat &c. Cap. 2. Egressurus autem ad procinctum urgentem, cum Alamannorum pagos aliquos esse reputaret hostiles, & aufuros immania, ni ipsi quoque ad cæterorum sternerentur exempla : hærebat anxius, qua vi, qua celeritate, cum primùm ratio copiam tribuisset, rumore præcurso terras eorum invaderet repentinus. Sedítque tandem multa & varia cogitanti, id tentare, quod utile probavit eventus. Hariobaudem vacantem Tribunum fidei fortitudinisque notæ, nullo conscio, legationis specie ad Hortarium miserat Regem jam pacatum, ut exinde facilè ad collimitia progressus eorum, in quos erant arma protinus commovenda, scitari possit, quid molirentur, sermonis barbarici perquam gnarus. Quo fidenter ad hæc patrandi digressio,*

gresso, ipse anni tempore opportuno, ad expeditionem undique milite convocato profectus, id inter potissima maturè duxit implendum, ut ante præliorum fervorem civitates multò antè excisas introiret, receptasque communiret: horrea quin etiam exstrueret pro incensis, ubi condi posset annona à Britannis sueta transferri. Et utrumque perfectum & spe omnium citiùs. Nam & horrea veloci opere surrexerunt, alimenterumque *in iisdem* satias condita, & *civitates occupatae sunt septem*: castra Herculis, Quadriburgium, Tricesimæ, Novesium, Bonna, Antunnacum, & Bingio: ubi læto quodam eventu etiam Florentius præfectus apparuit subito, partem militum ducens, & commeatum perferens copiam sufficientem usibus longis. Post hæc impetrata, restabat adigente necessitatum Articulo, receptarum urbium mœnia reparari, in nullo etiam tum interturbante: idque claris indiciis apparet, ea tempestate utilitati publicæ, metu barbaros obedisse, rectoris amore Romanos. Reges ex pacto superioris anni ædificiis habilia multa suis misère carpentis: & auxiliarii milites, semper munia spernentes hujusmodi, ad obsequendi sedulitatem Juliani blanditiis deflexi, quinquagenarias longioresque materias vexere cervicibus ingravatè, & fabricandi ministeriis opem maximam contulerunt. Quæ dum diligenti maturantur effectu, Hariobaude exploratis omnibus rediit, docuitque comperta.

*DCLI. b.* Post cujus adventum incitatis viribus omnes venere *Mogontiacum*: ubi Florentio & Lupicino, Severi successore, destinatè certantibus per pontem illic constitutum transiri debere, renitebatur firmissimè Cæsar, asserens pacatorum terras non debere calcari, ne, ut sæpe contigit, per incivilitatem militis occurrentia vastantis, abruptè fœdera frangerentur. Alamanni tamen omnes, quos petebat exercitus, confine periculum cogitantes, *Suomarium Regem amicum* nobis ex pacatione præterita monuerunt minaciter, ut à transitu Romanos arceret. *Ejus enim pagi Rheni ripis ulterioribus adharebant.* Quo testante resistere solum non posse: in unum coacta barbarica multitudo venit prope Mogontiacum, prohibitura viribus magnis exercitum, ne transmitteret flumen. Gemina itaque ratione visum est habile, quod suaserat Cæsar, ne pacatorum terræ corrumperentur, néve, renitente pugnacissima plebe, pons cum multorum discrimine jungeretur, iri in locum ad compaginandum pontem aptissimum. Quod hostes solertissimè contemplati, per contrarias ripas leniter incedentes, ubi nostros figere tentoria procul cernebant, ipsi quoque noctes agebant exsomnes, custodientes pervigili studio, ne transitus tentaretur. Verùm cum nostri locum adventarent provisum, vallo fossaque quievère circumdati: & adscito Lupicino in consilium, Cæsar certis imperavit Tribunis, ut trecentenos pararent cum sudibus milites expeditos, quid agi, quove iri deberet, penitus ignorantes. Et collecti nocte provecta, impositique omnes, quos lusoriæ naves quadraginta, quæ tunc aderant solæ, ceperunt, *decurrere jubentur per flumen* adedò taciti, ut etiam remi suspenderentur, ne barbaros sonitus excitaret undarum, atque mentis agilitate & corporum, dum hostes nostrorum ignes observant, adversas perumpere limitis ripas. Dum hæc celerantur, Hortarius Rex nobis antea fœderatus, non novaturus quædam, sed amicus finitimis quoque suis, Reges omnes, & Regales, & Regulos ad convivium corrogatos retinuit, epulis adusque vigiliam tertiam gentili more extentis, quos discedentes inde, casu nostri ex improvise adorti, nec

cor.

corripere ullo genere potuerunt, tenebrarum equorumque adjumento, quò dubius impetus trusit abreptos; lixas verò vel servos, qui eos pedibus sequebantur, nisi quos exemit discrimine temporis obscuritas, occiderunt. Cognito denique Romanorum transitu (qui tunc perque expeditiones præteritas ibi levamen sumere laborum opinabantur, ubi hostem contingeret inveniri) perculsi Reges eorumque populi, qui pontem, ne strueretur, studio servabant intento, metu exhorrescentes diffusè vertuntur in pedes, & indomito furore sedato necessitudines opesque suas transferre longiùs festinabant: statimque difficultate omni depulsa, ponte constrato, sollicitarum gentium opinione præventa, visus in barbarico miles, *per Hortarii regna transibat intacta.*

*DCLII.* Ubi verò terras infestorum etiam tum tetigit Regum, urens omnia rapiensque per medium rebellium solum grassabatur intrepidus. Postque sepimenta fragilium penatium inflammata, & obtruncatam hominum multitudinem, visosque cadentes multos, aliosque supplicantes, *cùm ventum fuisset ad regionem, cui Capellatii vel Palas nomen est, ubi terminales lapides Alamannorum & Burgundionum confinia distinguebant, castra sunt posita: ea propter, ut Magrianus & Hariobandus germani fratres & Reges susciperentur impavidi; qui propinquare sibi perniciem sentientes, venerant pacem anxiiis animis precaturi.* Post quos statim Rex quoque *Vadomarius venit, cujus erat domicilium contra Rauracos: scriptisque Constantii Principis, quibus commendatus est arctiùs, allegatis, leniter susceptus est, ut decebat, olim ab Augusto in clientelam rei Romanæ susceptus.* Et Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admissus & signa, stupebat armorum viriumque varium decus, visa tunc primitus, proque suis orabat. *Vadomarius verò nostris coalitus, utpote vicinus limiti, mirabatur quidem apparatus ambitiosi procinctus, sed vidisse se talia sæpe ab adolescentia meminerat prima.* Libratis denique diu consiliis, concordii assensione cunctorum, Macriano quidem & Hariobaudo pax est attributa; Vadomario verò, qui suam locaturus securitatem intuto, & legationis nomine precator venerat pro *Urio, & Ursicino, & Vestralpo Regibus,* pacem itidem obsecrans, interim responderi non poterat, ne, ut sunt fluxioris fidei barbari, post abitum recreati nostrorum, parum acquiescerent per alios impetratis. Sed cùm ipsi quoque missis Legatis post messes incensas & habitacula, captosque plures & interfectos, ita supplicarent, tanquam ipsi hæc deliquissent in nostros: pacem conditionum similitudine meruerunt. Inter quas id festinatum est maximè, ut captivos restituerent omnes, quos rapuerant excursibus crebris.

A. Chr.  
360.

361.

*DCLIII.* *Ammianus lib. 20.* incipit novum annum sub Consulatu Constantii decies, tertiæque Juliani, ubi hiemem agebat apud Parisios Cæsar. *Cap. 10.* Ultimam expeditionem Juliani pro hoc anno memorat in *Francos Attuarios,* & inde per Besanctionem hiberna Viennæ petita. *Dein lib. 21, cap. 3.* refert: propinquante jam vere Julianum didicisse, Alamannos à Pago Vadomarii exorfos vastare confines Rætiis tractus. Missus contra eos Comes Libino cum Celtis & Petulantibus prope oppidum Sanctionem (*Seckingen, in dextra Ripa Rheni ex adverso Rauraci agri, ut in not. Gronov.*) ab Alamannis occiditur, ejusque exercitus in fugam conjicitur. *Cap. 4.* *Vadomarius* Rex dolo à Romanis cis Rhenum capitur, & ad Hispanias mittitur. Julianus Alamannos transmissa clam nocte Rheno incautos invadit, quosdam occidit, reliquis se deditibus pacem dat.

364.

*DCLIV. a.* *Ex Ammiano Marcell. lib. 26. cap. 4.* Hoc tempore (iniantis Imperii Valentiniiani & Valentis) per universum orbem Romanum bellicum

licum canentibus buccinis excitæ gentes sævissimæ limites sibi proximos perfultabant. *Gallias Ratiásque simul Alamanni populabantur &c. Cap. 5.* Post-hæc, cum ambo fratres Sirmium introissent, diviso Palatio, ut potiori decuerat, Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit A. Chr. &c. Agentes igitur in memoratis Urbibus Principes, sumpserunt primitus trabeas consulares: omnisque hic annus dispendiis gravibus rem 365. Romanam afflixit. *Alamanni enim perrupere Germania limites, hac ex causa solito infestius moti. Cum Legatis eorum missis ad Comitatum certa & præstituta ex more munera præberi deberent, minora & vilia sunt attributa: quæ illi suscepta, furenter agentes, ut indignissima projecere. Tractatique asperius ab Ursacio tunc Magistro Officiorum, iracundo quodam & lævo, regressi, factumque exaggerantes, ut contumeliosè despectas gentes immaniïllimas concitârunt.*

*Ex Ammiano Marcellino lib. 27. cap. 1.* Alamanni post ærumnosas jacturas & vulnera, quæ congressi sæpe Juliano Cæsari pertulerunt, viribus tandem resumptis, licet imparibus pristinis ob causam expositam supra, *Gallicanos limites formidati jam perfultabant*, statimque post Calendas Januariarum &c. cuneatim egressa multitudo licentiùs vagabatur. Horum portioni primæ Charietto, tunc per utramque Germaniam Comes, occursurus cum milite egreditur ad bella incunda promptissimo, adscito in societatem laboris Severiano, itidem Comite &c.

Describitur pugna, in qua Romani victi, & ambo Duces interfecti sunt, Cap. 2. Ammianus præmittit: Dagalaiphum, qui destinatus erat Dux contra Alamannos, cum Gratiano adhuc tum privato suscepisse consulatum, atque locò illius Jovinum Magistrum equitum contra Alamannos missum esse, qui cum iisdem ter congressus, & victor fuerit. Ubi notanda compellatio castrorum inimicorum Romanis solita: *Signo repente per lituos dato latrocinialia castra perrupit.* Item prælia hæc contigisse prope Scarponnam, & Catelaunos in ipsis Galliis. Cap. 5. Ammianus jam transit ad annum sequentem, in quo quoque Gratianus Augustus compellatur. Cap. 10. Dicit Ammianus: Alamannus Regalis, Rando nomine, diu præstruens quod cogitabat, Mogontiacum præfidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum irrepsit &c. 366. 367. 368.

*DCLIV. b. Ex Ammiano Marcell. lib. 28. cap. 5.* Per hanc occasionem impendio tempestivam, Alamannos gentis antedictæ metu dispersos aggressus per Ratiás Theodosius, eâ tempestate Magister Equitum, pluribus cæsis, quoscunque cepit, ad Italiam jussu Principis misit, ubi fertilibus pagis acceptis jam tributarii circumcolunt Padum. 370.

*Ex Ammiano Marcell. lib. 30. cap. 3.* Secuto posthæc anno, Gratiano, adscito in trabæ societatem Æquitio, Consule, Valentiniano post vastatos aliquos Alamanniæ pagos munimentum ædificanti prope Basiliam, quod appellant accolæ Robur, offertur Præfecti relatio Probi, doctentis Illyrici clades &c. 374.

NOTA: Valentinianus misso Paterniano Notario, veram discens Probi relationem, abeunte licet jam autumno, statim in Barbaros expeditionem molitur, sed suavis aulicorum, & metu præcipuè *Macriani Regis Alamannorum* nondum pacati, differt ad usque principium veris sequentis. Accitur igitur Rex Macrianus Mogontiacum, proclivis ipse quoque ad excipiendum fœdus, amicitiaque, mediâ Sacramenti fide, firmatur. Dein pergit Ammianus: Hisque perfectis discessit turbarum Rex artifex delentus, futurus nobis deinceps socius: & dedit postea ad usque vitæ tempus extremum, constantis in concordiam animi facinorum documentum pulchrorum. *Periit autem in Francia postea: quam dum internecivè vastanda*

*perrumpit* avidiùs, oppetiit Mellobaudis bellicosi Regis infidiis circumventus. Post fœdus tamen solemnè ritu impletum, Treveros Valentinianus ad hiberna discessit.

A. Chr. 378. *DCLV.* Quæ exinde *Ammianus lib. 31. cap. 10.* de Alamannis adhuc refert, sunt substantialiter sequentia: *Lentienfis Alamannicus populus, tractibus Reriarum confinis,* mense Februario, per Rhenum gelu pervium in Galliam irrumpere tentat, sed retrocedere cogitur. Dum autem Lentienfes pleramque partem exercitûs Gratiani in Illyricum contra Gothos Valenti suppetias laturo prægressam, & Gratianum mox secuturum perciperent, exarsere flagrantius, majoraque conceptantes, pagorum omnium incolis in unum collectis, cum quadraginta armatorum millibus confidentius irruperunt. Gratianus revocatis cohortibus, quas præmiserat in Pannonias, convocatisque aliis, quas in Galliis retinuerat, Nannienum Ducem, cum Mallobaude Domesticorum Comite, Regéque Francorum contra Alamannos mittit. Confligitur apud Argentariam; Romanus exercitus in fugam vertitur, sed superveniente Gratiano prælium redintegratur. Alamanni cæduntur, ita ut ex prædicto numero non plus quam quinque millia, ut æstimabatur, evaderent, interfecto quoque Rege Priario. Hac læti successus fiducia Gratianus erectus, jamque ad partes tendens Eoas, lævioris flexo itinere latenter Rheno transito, universam delere statuit malefidam & turbarum avidam gentem. Hoc cognito, Lentienfes ærumnis populi sui ad internecionem penè delicti, & repentino Principis adventu defixi, quid capesserent ambigentes, impetu celeri obsessos petiverunt inviis cautibus colles. Romani montes scandunt; committitur acre certamen vergente in meridiem die, quod & tenebræ occupavere nocturnæ. Circumvallari placuit milite Barbaros inediâ fatigatos, quia locorum iniquitate defendebantur. Germani periti regionum petierunt alios montes, his, quos antè infederant, altiores. Conversus illuc cum exercitu Imperator, eadem qua antea fortitudine semitas ducentes ad ardua quæritabant. Quem Lentienfes intentum jugulis suis omni perseverandi studio contemplantes, post deditioem, quam impetravere supplici prece, oblata (ut præceptum est) juventute valida Romanis tirociniis permiscenda, ad genitales terras innoxii ire permitti sunt. Dispositis igitur quæ pro temporum captu per Gallias res rationesque poscebant, Gratianus exinde digressus per Castra, quibus *felix arboris* nomen est, per *Lauriacum* ad opitulandum oppressæ parti porrectis itineribus ire tendebat.

## SECTIO XLIX.

### SECULUM IV.

#### De Hunnis & Gothis.

367. *Nus DCLVI. a.* Ex *Ammiano Marcellino lib. 27. cap. 4.* Dum aguntur antedicta per Gallias & Italiam, novi per Thracias exciti sunt prociñctus. *Valens* enim, ut consulto placuerat fratri, cujus regebatur arbitrio, *arma concussit in Gothos*, ratione justa permotus, quod auxilia misere Procopio civilia bella cœptanti. *Cap. 5.* Procopio superato in Phrygia, internarumque dissensionum materiâ consopitâ, Victor Magister equitum ad Gothos est missus, cogniturus aperte, quam ob causam *gens amica Romanis*, fœderibusque ingenuæ pacis obstricta, armorum dederat adimicula bellum principibus legitimis inferenti &c. Valens parvi ducens excusationem vanissimam, in eos signa commovit, motus adventantis jam præscios: & pubescente vere quæsito in unum exercitu, prope *Daphnem* (nomen munimenti est) castra metatus; pontéque contabulato supra navium foros flumen transgressus est Histrum, resistentibus nullis. Jamque sublatus fiducia, cum ultrò citroque discurrens nullum inveniret, quem superare posset vel terrere: omnes enim formidine perciti

citi militis cum apparatu ambitioso propinquantis, *montes petivère Serro- rum arduos*, & inaccessos nisi perquam gnaris. Ne igitur æstate omni consumpta sinè ullo remearet effectu, Arinthæo Magistro peditum misso cum prædatoriis globis, familiarum rapuit partem, quæ antequàm ad dirupta venirent & flexuosa, capi potuerunt, per plana camporum errantes &c.

A. Chr.  
368.

*DCLVI. b.* Anno secuto ingredi terras hostiles pari alacritate conatus, fusiùs Danubii gurgitibus vagatis impeditus, mansit immobilis, *prope Carporum vicum* stativis castris ad usque autumnum locatis emensum &c. Simili pertinacia tertio quoque anno per Novidunum navibus ad transmittendum amnem connexis, perrupto Barbarico continuatis itineribus, *longiùs agentes Greuthungos* bellicosam gentem adgressus est: postque leviora certamina *Athanaricum ea tempestate judicem potentissimum*, ausum resistere cum manu quam sibi crediderit abundare, extremorum metu coëgit in fugam: ipseque cum omnibus suis *Marcianopolim* redivit, ad hyemem agendam, ut in illis tractibus habilem. Aderant post diversos triennii casus finiendi belli materiæ tempestivæ &c. Placuit navibus remigio directis in medium flumen, quæ vehebant cum armigeris Principem (Valentem) gentisque Judicem (Athanaricum) inde cum suis, fœderari, ut statutum est, pacem.

369.

*DCLVI. c.* NOTA: *Daphnes* erat munimentum è regione Mœsiæ secundæ & castelli Trismariscæ à Constantino Magno trans Danubium in Barbarico exstructum, ut in *Notis Gronovii* hic. Dum itaque Ammianus dicit, Valentem prope Daphnem castris positus Danubium ponte contabulato transisse, intelligendum hoc, quòd cis Danubium, non procul tamen à Daphne adversæ ripæ insidente, castra metatus fuerit. *Carpi* à Galerio victi, deditione facta, omnes in Romanum solum translati sunt, Tusco & Anulino Coss. (A. 295.) ut ait Victor, & Idatius, & Mamertinus in Panegyri. Constantio Cæli. ita nota in *editione Gronovii*. Tusco & Anulino Coss. Carporum gens universa in Romania se tradidit. *Idatius in Fastis*. Erant itaque Carpi tempore Valentis in Mœsia secunda Thraciæ provincia cis Danubium, cui provincie Ammianus Marcellinus hoc lib. 27. cap. 4. Civitates attribuit: Marcianopolim, Dorostorum, Nicopolim, & Odyssum. Unde patet, quo situ tunc fuerint Gothi trans Danubium, in Valachia scilicet trans Alutam. *Novidunum* seu Noviodunum Castrum fuit in Scythia, ut docet *notitia Imperii Rom.* Porro hoc tertio anno expeditionis Gothicæ, Valentiniano nobil. puero & Victore Coss. Valentem Novioduni resedisse testantur *Leges Cod. Theod.* datæ Novioduno V. Non. Jul. l. 1. de vestibus Oloveris, III. Non. Jul. l. 2. de filii debitoribus. *Greuthungi*, erant vicini Tanaitis seu Alanis ultra fluvium Danastrum seu Dniester, ut mox in *Ammiano* lib. 31.

369.

*DCLVII. a.* Ex Ammiano Marcellino lib. 31. cap. 3. Igitur Hunni pervasis Alanorum regionibus, quos *Greuthungis confines Tanaitas* consuetudo nominavit, interfectisque multis & spoliatis, reliquos sibi concordandi fide pacta junxerunt: eisque adjunctis, confidentiùs *Ermenrichi* latè patentes, & uberes pagos repentino impetu perruperunt bellicosissimi Regis, & per multa variâque fortiter facta vicinis nationibus formidati. Qui vi subitæ procellæ perculsus, *quàmvis manere fundatus & stabilis diu conatus est*, impendentium tamen diritatem augente vulgatiùs fama, magnorum discriminum metu, voluntaria morte sedavit. *Cujus post obitum Rex Vithimiris* creatus restitit aliquantisper, Alanis Hunnis aliis fretus, quos mercede sociaverat partibus suis. Verùm post multas, quas pertulit clades, animam effudit, in prælio vi superatus armorum. *Cujus parvi filii Viderichi* nomine curam susceptam *Alatheus* tuebatur & *Saphrax*, duces exerciti & firmitate pectorum noti: qui cum tempore arto præventi abjecissent fiduciam repu-

Pars IV.

K 2

gnandi,

gnandi, cautiùs discedentes *ad amnem Danastram pervenerunt inter Histrum & Borysthenem* per camporum ampla spatia diffluentem.

*DCLVII. b.* Hæc ita præter spem accidisse doctus *Athanicus Theringorum Judex*, (in quem, ut antè relatum est, ob auxilia missa Procopio dudum Valens commoverat signa) stare gradu fixo tentabat, surrecturus in vires, si ipse quoque lacefferetur, ut cæteri. *Castris denique propè Danastri margines ac Greuthungorum vallem* longiùs opportunè metatis, Munderichum ducem postea limitis per Arabiam, cum Lagarimano & Optimatibus aliis ad usque vicesimum lapidem misit, hostium speculatos adventum, ipse aciem nullo turbante interim struens. Verùm longè aliter, quàm rebatur, evenit, *Hunni* enim (ut sunt in conjectura sagaces) multitudinem esse longiùs aliquam suspicati, prætermisiss quos viderant, in quietem tamquam nullo obstante compositis, rumpente noctis tenebras luna, vado fluminis penetrato, id quod erat potissimum elegerunt: & veriti ne præcursorius index procul agentes absterreat, *Athanicum ipsum icu petivèere veloci*. Eùmque stupentem ad impetum primum, amissis quibusdam suorum coegerunt *ad effugia properare montium præruptorum*. Qua rei novitate majorèque venturi pavore constrictus, à superciliis *Gerasi* (Pruth) fluminis *ad usque Danubium Taifalorum terras præstringens* (hinc colligendum: Taifalos ad latus Transylvaniæ habitasse) muros altiùs erigebat: hac lorica, diligentia celeri, consummata in tuto locandam securitatem suam exultans & salutem. Dùmque efficax opera suscitatur, *Hunni* passibus eum citis urgebant: & jam oppresserant adventantes, ni gravati prædarum onere destitissent.

*DCLVII. c.* Fama tamen latè serpente per Gothorum reliquas gentes, quòd inusitatum antehàc hominum genus modò ruens, ut turbo, montibus celsis, ex abdito sinu coortum, apposita quæque convellit & corrumpit: populi pars major, quæ Athanicum attenuatâ necessariorum penuriâ deseruerat, *queritabat domicilium remotum ab omni notitia barbarum*: diùque deliberans quas eligeret sedes, cogitavit *Thracia receptaculum* gemina ratione sibi convenientius, quòd & cespitis est feracissimi, & amplitudine fluentorum Histri distinguitur à Barbaris parentibus jam peregrini fulminibus martis: hoc quoque idem residui velut mente cogitavèere communi. *Cap. 4.* itaque *duce Alarivo ripas occupavèere Danubii*, missisque Oratoribus ad Valentem, suscipi se humili prece poscebant, & quietè victuros se pollicentes, & daturos, si res flagitasset, auxilia. Dum aguntur hæc in externis, novos majorèque solitis casus versare gentes arctoas, rumores terribiles diffuderunt: per omne *quidquid ad Pontum à Marcomannis prætenditur & Quadis*, multitudinem barbaram abditarum nationum vi subita sedibus pulsam, *circa flumen Histrum vagari* cum caritatibus suis, disseminantes. Quæ res aspernanter à nostris inter initia ipsa accepta est, hanc ob causam, quòd illis tractibus non nisi peracta aut sopita audiri procul agentibus consueverant bella. Verùm *pubescente jam fide gestorum, cui robur adventus gentilium addiderat legatorum*, precibus & obtestatione petentium citra flumen suscipi plebem extorrem: *negotium lætitia fuit potius quàm timori*, eruditis adulatoribus in majus fortunam Principis extollentibus, quòd ex ultimis terris tot tirocinia trahens ei nec opinanti offerret, ut collatis in unum suis & alienigenis viribus invictum haberet exercitum, & pro militari supplemento, quod provinciaticum annum

A. Chr.  
373.



num pendebatur, thesauris accederet auri cumulus magnus. Hæcque spe mittuntur diverſi, qui cum vehiculis plebem transferant truculentam &c. Proinde permiſſu Imperatoris tranſeundi Danubium copiam colendique adepti Thracia partes, tranſfretabantur &c. Nam poſtquam innumeræ gentium multitudines (Hunnorum) per provincias circumfuſæ, pandentésque ſe in ſpatia ampla camporum, regiones omnes & cuncta opplevère montium juga, fides quoque vetuſtatis recenti documento firmata eſt. Et primus cum Alavivo ſuſcipitur Fritigernus, quibus & alimenta pro tempore & ſubigendos agros tribui ſtatuerat Imperator.

*DCLVIII. a. Jornandes de reb. Get. cap. 24.* de Hunnis & Gothis circa hæc tempora hanc complectitur ſententiam: *Hunnorum gens*, referente Priſco hiſtorico, in *Mœotide palude ulteriorem ripam inſedit*, venatione tantum, nec alio labore experta, niſi quòd, poſtquam creviſſet in populos, vicinas gentes conturbaverit. Mœotidem eam, eouſque imperviam creditam, venatores Hunni indice cerva perviam cernentes, populo ſuaſores fiunt, eandem transmigrandi, & Scythicas ibidem terras occupandi. Tranſmiſſa igitur Mœotide *Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncasſos, & Boiſcos*, ripæ iſtius Scythiæ inſidentes, quaſi quidam turbo gentium rapiunt, *Alanos* frequenti certamine fatigantes ſubjugant, dein Gothos ſedibus pellunt.

*Ammianus Marcellinus lib. 31. cap. 2.* ſedes Alanorum ſic deſcribit: tranſito (ex parte Aſiæ nempe) Tanai in immenſum extentas Scythiæ ſolitudines Alanj inhabitant, ex montium appellatione cognominati, (alibi dicitur, Alanos montibus, non montes Alanis nomen indidiſſe) paulatimque nationes conterminas, crebritate victoriarum attritas, ad gentilitatem ſui vocabuli traxerunt, ut *Perſæ*. Inter hos *Neuri* mediterranea incolunt loca, vicini verticibus celiſis, quos præruptos geluque torpentes Aquilones adſtringunt. Poſt quos *Vidini* ſunt & *Geloni* perquam feri &c. *Gelonis Agathyriſi* collimitant, &c. Parte alia (nempe Aſiæ) prope Amazonum ſedes *Alani* ſunt orienti acclives, diſfuſi per populos ac gentes amplas, *Aſiaticos* vergentes in tractus: quas dilatari aduſque Gangem accepi &c. Porro Alanos, qui Greuthungis (id eſt *Oſtrogothis*) confines erant, conſuetudine Tanaitas nominari ait ibidem *Ammianus*. Hi ergo inter Tanaim & Borithenem, Greuthungi verò inter Borithenem & Danaſtrum habitabant. Alanos *Ammianus*, ex dictis, diſtinguit in Europæos & Aſiaticos; Europæis accenſet *Neuros*, & *Gelonos*. Utroſque hos *Sidonius* (ut infra num. 755.) inter ſocios Attilæ in expeditione Gallica numerat; ergo illi erant ex Alanis, quos ſibi Hunni fide pacta junxerant.

*DCLVIII. b. Jornandis continuatio cap. 24.* Ermanaricus Rex quondam omnium Gothorum, tunc autem tantum *Oſtrogothorum*, inſiſto vulnere per Sarum quemdam & Ammiam, ægram vitam ducens, & *incurſiones Hunnorum, ſub Balamire Rege, non ferens*, anno 110. vitæ deſunctus eſt; quod conformiter *Ammiano* intelligendum morte voluntaria. De *Vithimire* ſucceſſore, & *Videricho* præſcindit *Jornandes*, & cap. 25. ad *Vefegothas* procedit, eòſque à *Valente* Imperatore cis Danubium in Dacia Ripenſi, Mœſia, & Thraciis receptos, Duces verò eorum. cap. 26. *Fritigernum*, & cap. 28. *Athanaricum*, nec non cap. 26. & 27. *Alatheum* & *Safracem* refert. Porro *Jornandes* cap. 28. ulterius ſic refert: *Oſtrogothæ* Ermanarici Regis ſui deceſſione à *Vefegothis* diviſi, Hunnorum ſubditi ditioni, in eadem patria remorati ſunt: *Winithario* tamen Amalo principatûs ſui inſignia retinente, qui avi Athaulfi virtutem imitatus, quamvis Ermanarici felicitate inferior, tamen moleſtè ferens Hunnorum Imperio ſubjacere, paululum ſe ſubtrahebat ab illis, ſuamque dum nititur oſtentare virtutem, in *Antarum ſines* movit procinctum, eòſque dum aggreſſitur, prima congreſſione ſuperatur: deinde fortiter egit, regemque eorum, *Booz* nomine, cum filiis ſuis, & LXX. primatibus in exemplo terroris cruci affixit, ut dedititiis metum cadavera pendentium gemina-

rent. Sed cùm tali libertate *vix anni spatio imperâset*, non est passus Balamber Rex Hunnorum, sed adscito ad se Sigismundo Hunnimundi Magni filio, qui juramenti sui & fidei memor, cum ampla parte Gothorum, Hunnorum Imperio subiacebat, renovatôque cum eo fœdere, super Winitharium duxit exercitum, diûque certantibus, primo & secundo certamine Winitharius vincit. Tertio verò prælio, subreptionis auxilio, ad fluvium nomine Erac, dum uterque ad se venissent, Balamber sagittâ missâ caput Winitharii faucians, interemit: *neptemque ejus Waladamarcam sibi in conjugio copulans, jam omnem in pace Gothorum populum subactum possedit*: ita tamen, ut genti Gothorum semper unus proprius Regulus, quamvis Hunnorum consilio, imperaret. Et mox defuncto Winithario, rexit eos Hunnimundus, filius quondam Regis potentissimi Ermanarici &c. qui posthæc contra Suevorum gentem feliciter dimicavit, eoque defuncto successit Thorismund. &c. Hunc contra Gepidas pugnâsse, eoque mortuo per XL. annos Ostrogothas sinè Rege, usque ad Walamir novum Regem, fuisse dicit.

A. Chr.  
373.

*DCLVIII. c.* Ad chronologiam nunc progrediendo: Gothos A. 373. transisse Danubium, & in Thraciis collocatos esse, evincunt ea, quæ in *Edit. Cod. Theod. Tom. I. in chronol. ad A. 403. ex Claudiano & Prudentio* afferuntur: prælium nempe ad Potentiam in Italia inter Romanos & Gothos, trigesimo anno à transitu Danubii, contigisse; prælium id ex *Frospéro & Cassiodoro* sub consulatu Arcadii V. & Honorii V. id est A. 402. gestum est; ut ergo hic sit trigessimus annus, computatio fieri debet ab A. 373. tanquam primo transitûs. Confirmatur hæc chronologia ex *Ammiano lib. 31. cap. 5. ad inis. & cap. 6. ad inis.* ubi de tempore annum 376. præcedente, & dein de ipso A. 376. agens ait: Thervingos jam dudum transire permisos, Item: Gothorum Optimates cum populis suis longe antè susceptos, quod rectè A. 373. applicatur.

373.

Ex tempore hoc certo transitûs Gothorum, tempus item certum fit *adventûs Hunnorum in terras Danubio proximas*; nempe utrumque uno eodémque anno 373. accidit. Clarè id annotat *Ammianus supra cap. 4.* In subductis, dicit enim: Gothos ripas occupâsse Danubii, & eodem tempore rumore perlato de abditis nationibus, id est Hunnis & Alanis, à Ponto usque ad Quados circa flumen Istrum vagantibus; fidem dein huic rumori per legatos Gothorum additam, & ab his gentibus abditis, seu ex longinquo venientibus, regiones omnes & cuncta montium juga occupata, ac propterea Gothos eò libentiùs in solum Romanum susceptos esse, quòd auxilium inde contra illas gentes speraretur. Porro stabilito utroque eo tempore transitûs Gothorum, & adventûs Hunnorum in annum 373. sequitur, *egressum Hunnorum ex sedibus pristinis trans Mæotidem* saltem uno vel altero anno præcessisse, namque unico anno Hunnos Paludem Mæotidem superâsse, gentes in ripis Mæoticis, dein ad Tanaim fluvium Alanos, ad Boristhenem Ostrogothos, ad Danastrum & abinde per Moldaviam & Walachiam Vesegothos victricibus armis subjecisse, & in Daciam seu Transsylvaniam, atque alias regiones transdanubianas se effudisse, vix credibile est, & aliud suadent relata Ammiani: quòd Ermanaricus Ostrogothorum Rex manere fundatus & stabilis diu conatus sit: quòd successor ejus Vitthemiris aliquantisper restiterit, & post multas clades demum occubuerit: quòd Athanaricus Rex Vesegothorum castra ad Danastrum, in finibus terræ suæ Hunnis obvians, locaverit, iis perruptis autem ad Dacicis montes confugerit, his terga defendendo contra Hunnos in planis Moldaviæ campis muro se cinxerit: quòd major pars populi intra murum Athanarico adhærens, ob penuriam necessariorum, ad Romanos refugium sumpsit, & legatis Constantinopolim missis & reversis, itaque effluente iterum non modico tempore, tandem suscepta sit.

Hunnorum Ducem Balamirum *Jornandes* Regem nominat. Econtra *Ammianus lib. 31.* Hunnorum mores describens inter alia refert: aguntur autem nulla severitate Regali, sed tumultuario Primatum ductu contenti, perumpunt, quidquid inciderit; quin & *Chronicon Hungaricum Thuroczy*, & reliqui scriptores Hungarici in egressu Hunnorum non unum Regem, sed sex Duces, scilicet Belam (qui *Jornandis* Balamir videtur) filium Cholæ de genere Zemen, atque Keme, & Kadicha fratres ejusdem, dein Attilam, Kewe, & Buda, filios Bendeguk de genere Kadar,

dar, laudant, ita ut saltem primis temporibus Hunni regimen Primatum, non Regum, coluisse censendi sint.

A. Chr.  
374.

*DCLIX. Ex Ammiano Marcell. lib. 31. cap. 4.* Per id tempus &c. quasi lævo quodam numine deligente, in unum quasiti potestatibus præsuere castrensibus homines maculosi: quibus Lupicinus antistabat, & Maximus, alter per Thracias Comes, Dux alter exitiosus, ambo æmulæ temeritatis. Quorum insidiatrix aviditas materia malorum omnium fuit. Nam (ut alia omittamus, quæ memorati, vel certè finentibus iisdem alii, perditis rationibus in commeantes peregrinos adhuc innoxios deliquerunt) illud dicitur, quod nec apud sui periculi Iudices absolvere poterat ulla venia, triste & inauditum. Cùm traducti Barbari victus inopiâ vexarentur, turpe commercium Duces invisissimi cogitârunt: & quantos undique infatiabilitas colligere potuit canes, pro singulis dederunt mancipiis, inter quæ (& filii) ducti sunt optimatum.

*Ex Jornande cap. 26.* Evenit his (ut adsolet gentibus necdum bene loco fundatis) penuria famis. Cœpère autem Primates eorum, & Duces, qui Regum vice illis præerant, id est Fritigernus, Alatheus, & Safrax, exercitus inopiam condolere, negotiationemque à Lupicino, Maximoque, Romanorum Ducibus expetere. Verùm, quid non auri sacra fames compellit acquiescere? cœperunt Duces, avaritia compellente, non solam ovium boûmque carnes, verùm etiam canum, & immundorum animalium morticina eis pro magno contradere: adeò ut quodlibet mancipium uno pane, aut decem libris carnis mercarentur. Sed jam mancipiis & supellectili deficientibus, filios eorum avarus mercator victos necessitate exposcit.

*Ex Ammiano Marcell. cap. 4.* Per hos dies intereà etiam Vishericus Greuthungorum Rex cum Alatheo & Saphrace, quorum arbitrio regebatur, itémque Farnobio, propinquans Histri marginibus, ut simili fusciperetur humanitate, obsecravit Imperatorem legatis properè missis. Quibus, ut communi rei conducere videbatur, repudiatis, & quid capefferent anxii: Athanaricus parva pertimescens abscessit, memor Valentem dudum, cùm fæderaretur concordia, despexisse, affirmantem se religione devinctum, ne calcaret solum aliquando Romanum, hâcque causatione Principem firmare pacem in medio flumine coëgisse: quam simultatem veritus, ut adhuc durantem, Caucalandensem locum altitudine silvarum inaccessum & montium cum suis omnibus declinavit, Sarmatis inde extrusis.

*DCLXI. Cap. 5.* At verò Thervingi jam dudum transire permitti, prope ripas etiam tum vagabantur, duplici impedimento adstricti, quòd, Ducum dissimulatione perniciofa, nec victui congruis sunt adjuti, & renebantur consilio nefandis nudandi commercii: quo intellecto, ad perfidiam instantium malorum subsidium vertendi mussabant: & Lupicinus ne jam deficerent pertimescens, eos admotis militibus adigebat ociùs proficisci. Id tempus opportunum nacti Greuthungi, cùm alibi militibus occupatis navigia ultrò citròque discurrere solita transgressum eorum prohibentia quiescere prospexissent, ratibus transière malè contextis, castrâque à Fritigerno locavère longissimè. At ille genuinâ prævidendi sollertiâ venturos muniens casus, ut & imperiis obediret, & Regibus validis jungeretur, incedens segniùs, Marcianopolim tardè pervenit itineribus lentis. Ubi aliud accessit atrocius, quod arsuras in commune exitium faces furiales accendit. Alavivo & Fritigerno ad convivium corrogatis, Lupicinus ab oppidi mœnibus barbaram plebem opposito milite procul arcebat introire ad comparanda vi-

375.

ctui

quæ necessaria, ut ditioni nostræ obnoxiam, & concordem, per preces assidue postulanti: ortisque majoribus jurgiis inter habitatores & vetitos, adusque necessitatem pugnandi est ventum &c. (narrat Ammianus, Lupicinum de tumultu Gothorum latenter edoctum jussisse, custodes Ducum Gothorum ante Prætorium præstolantes interfici: Fritigernum fingendo præsentiam suam tumultui sedando necessariam, è convivio ad populum suum unà cum sociis exiisse, ad arma prosiliisse, & provinciæ illius viciniam diripuisse; his ausibus Lupicinum cum tumultuariè coacto exercitu occurrisse, nono ab urbe milliario conflixisse, sed devictum esse. Pergit dein *Ammianus*: furoréque urgente cruento, & Tribuni & pleraque pars armatorum periére signis ereptis, præter Ducem infautum, qui ad id solùm inventus, ut confligentibus aliis proriperet ipse semet in fugam, urbem cursu concito petiit, post quæ hostes armis induti Romanis, nullo vetante per varia grassabantur &c. *Jornandes cap. 26.* addit: illa namque dies Gothorum famem, Romanorumque securitatem ademit: *aperuntque Gothi*, jam non ut advenæ & peregrini, sed ut cives & domini, possessoribus imperare, *totasque partes septentrionales usque ad Danubium suo jure tenere.*

**A. Chr.**  
**376.** *DCLXII. Ex Ammiano Marcellino lib. 31. cap. 6.* Hoc gestorum textu circumlato nuntiis densis, *Sueridus & Colias, Gothorum* (Greothingorum, Fritigerno non adhærentium) *Optimates*; cum populis suis longè antè suscepti, & *curare apud Hadrianopolim hiberna dispositi*, salutem suam ducentes antiquissimam omnium, otiosis animis accidentia cuncta contuebantur. Verùm Imperatoris literis repenti perlatis, quibus *transire jussi sunt in Hellespontum*, viaticum, cibum, biduique dilationem tribui sibi sine timore posscebant. Quod Civitatis magistratus ferens indignè (succensebat enim iisdem ob rem suam in suburbanis vastatam) imam plebem omnem cum fabricensibus, quorum illic est ampla multitudo, productam in eorum armavit exitium; jussisque bellicum canere buccinis, ni abirent, ociùs, ut statutum est, pericula omnibus minabatur extrema. Quo malo præter spem Gothi percussi &c. laceratique ad ultimum detestatione atque convitiis, & tentati missilium jactibus raris, ad defectionem erupère confessam: & cæsis plurimis, quos impetus deceperat petulantior, aversisque residuis, & telorum varietate confixis, habitu jam Romano cadaveribus spoliatis armati, *viso propius Fritigerno junxerunt semet*, ut morigeri focii, urbemque clausam obsidionalibus ærumnis urgebant. In qua difficultate diutiùs positi passim & promiscuè ruebant, eminensque aliquorum audacia peribat inulta: multique sagittis & rotatis per fundas lapidibus interibant. Tunc Fritigernus, frustra cum tot cladibus conluctari homines ignaros obsidendi contemplans, relicta ibi manu sufficiente, abire negotio imperfecto suavit, pacem sibi esse cum parietibus memorans, suadensque, ut populandas opimas regiones & uberes, absque discrimine ullo, vacuas præfidiis, etiam tum adorirentur. Laudato Regis consilio, quem cogitatorum nõrant fore socium efficacem, *per Thraciarum latus omne dispersi* cautè gradiebantur &c. Nec quidquam nisi inaccessum & devium, præeuntibus iisdem, mansit intactum &c.

**377.** *DCLXIII. Cap. 7.* Hæc ex Thraciis magno mœrore accepta, *Valentem* Principem in solitudines varias distraxerunt. Et confestim Viçtore Magistro equitum missa ad Persas, ut super Armeniæ statu pro capitu rerum componeret impendentium: ipse Antiochiâ protinus egressurus, ut Constantinopolim interim peteret, *Profuturum* præmisit & *Trajanum*, ambo Rectores anhelantes quidem altiùs, sed imbelles. Qui cum ad lo-

ca venissent, ubi particulatim *pérque furta magis & latrocinia multitudo minui deberet hostilis*, ad id quod erat perniciosum intempestivè conversi, legiones ab Armenia ductas opposuère vesanum adhuc spirantibus Barbaris, opere quidem martio sæpe rectè compertas, sed impares plebi immensæ, quæ celsorum juga montium occupârat & campos. Hi numeri nondum experti, quid cum desperatione rabies valeret indomita, *truso hoste ultra Æmi montis abscessos scopulos, faucibus insedère præruptis*, uti Barbaros locis inclusos, nusquam reperientes exitum, diuturna consumeret fames, & opperirentur ipsi Frigeridum Ducem, cum Pannonicis & Transalpinis auxiliis adventantem, quem petitu Valentis Gratianus ire disposuit in procinctum, laturum suppetias iis, qui ad ultimum vexabantur exitium. Post quem *Richomeres*, Domesticorum tunc Comes, *imperatu ejusdem Gratiani motus è Gallis*, properavit ad Thracias ductans cohortes aliquas &c. Verùm articulorum dolore Frigerido præpedito &c. universos regens ex communi sententia Richomeres Profuturo sociatus & Trajano, tendentibus prope oppidum Salices, unde haud longo spatio separatum vulgus inæstimabile Barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustrorum, tanquam intramuranis cohibitum spatiis, otio fruebatur & ubertate prædarum &c. Candente itaque protinus die, signo ad arma capienda ex utraque parte per lituos dato &c. pertinaci concertatione nondum lassatæ, æquo Marte partes semet altrinsecus afflictabant: nec de rigore genuino quisquam remittebat, dum vires animorum alacritas excitaret. Diremit tamen interneciva certamina cedens vespero dies &c. *Post quæ repetiuit Gallias Richomeres*, ob majorem præliorum fremitum, qui expectabatur, inde adminicula perducturus. *Hæc Gratiano quater & Merobande Consulibus* agebantur anno in autumnum vergente &c.

A. Chr.  
377.

Farnobius cum manu *Gothorum*, & *Taifalorum* in societatem assumptorum, transit eodem anno, autumnum vergente in hyemem (*Ammian. lib. 31. cap. 9. & 10.*) Danubium, & grassatur in Thracia, sed à Frigerido Duce Romano vincitur, & eo cum multis suis occiso *reliquis populis*, prece supplici, vivus servatur, & *circa Mutinam, Regium, & Parmam* rura culturus, in *Italiam* collocatur.

*DCLXIV.* Relata ulteriora *Ammiani Marcellini* in lib. 31. substantialiter hæc sunt.

*Cap. 11.* Valens tandem exiit Antiochiâ, Constantinopolim, dein ad Melanthiada, & Nicen veniens, relatione speculatorum didicit, refertos opimâ Barbaros prædâ à Rhodopeis tractibus prope Hadrianopolim revertisse, in quos mittitur cum trecentenis militibus per singulos numeros lectis Sebastianus. Hic Gothorum vastatorios cuneos prope flumen Hebrum subito visos, obscura nocte aggressus adeò prostravit, ut præter paucos, quos morte velocitas exemerat pedum, interirent reliqui omnes.

378:

Qua causâ percitus Fritigernus Gothus, revocatis omnibus prope Cabylen oppidum citò discessit. Gratianus docto literis patruo, quâ industriâ superaverit Alamanos, pedestri itinere præmissis impedimentis & sarcinis, ipse cum expeditiore militum manu permeato Danubio delatus Bononiam, Sirmium introivit: & quadri-duum ibi moratus, per idem flumen ad Martis castra descendit.

*Cap. 12.* præmisso Richomere Comite domesticorum cum literis Valentem patruum rogat, ut præstoletur paulisper adventum Gratiani.

Vicit funesta Valentis destinatio, & adulabilis quorundam sententia regionum: qui ne penè jam partæ victoriæ (ut opinabantur) consors fieret Gratianus, properari cursu celeri suadebant. Quinto iduum Augustarum signa præproperè commoventur, impedimentis & sarcinis prope Hadrianopoleos muros cum legionum tutela congrua conlocatis. Thesauri enim & principalis fortunæ insignia cætera ambitu mœnium tenebantur.

*Cap. 13.* describitur prælium funestum pro Romanis, in quo ipse Valens sauciatus,

*Pars IV.*

L

tus,

tus, & fugiens in casam quandam vilem, eâ per Gothos ignaros Valentis accensâ flammis periit. De exercitu dicit *Ammianus* constare, vix tertiam evasisse partem.

Cap. 15. Gothi Hadrianopolim oppugnant magno nisu, retrocedere autem demum coacti.

- A. Chr. 378. *DCLXV. Ex Ammiano Marcellino lib. 31. cap. 16. At Gothi, Hunnis Alanisque permixti* nimum bellicosus & fortibus, rerumque asperarum difficultatibus induratis, quos miris premiorum illecebris sibi sociarat solertia *Fritigerni*, fixis juxta *Perinthum* castris, ipsam quidem urbem, cladium memores pristinarum, nec adire nec tentare sunt ausi, agros verò fertiles, latè distentos & longè, ad extremum vastavere penuriæ, cultoribus cæsis aut captis. Unde *Constantinopolim*, copiarum cumulis inhiantes amplissimis, formas quadratorum agminum insidiarum metu servantes, ire ocius festinabant, multa in exitium Urbis inclytæ molituri. Quos inferentes sese immodicè, obicésque portarum penè pulsantes, hoc casu cœleste repulit numen. *Saracenorum cuneus* &c. recens illuc accersitus, congressurus Barbarorum globo repente conspecto, à civitate fidenter erupit: diùque extento certamine pertinaci, æquis partes discessere momentis. Sed Orientalis turma novo neque antè viso superavit eventu &c. Barbari disjectis bellorum officinis, quas parabant, post accepta majora funera quàm illata, exinde digressi sunt effusorè per arctoas provincias: quas peragravere licenter, ad usque radices *Alpium Juliarum*, quas *Venetas* appellabat antiquitas.

*Marcellinus Comes* infra num. 750. ad A. 427. refert, Pannonias receptas esse, quæ per 50. annos ab Hunnis retentæ fuerint. Computat ergo *Marcellinus* ab hoc anno 378. quo Hunni cum Gothis licenter vagabantur usque ad Alpes Julias, itaque Pannoniæ pro jam perditis habebantur. Et licet anno sequente Romani Hunnos & Gothos ex Thracia & Dacia exturbaverint, nihil tale tamen de Pannoniis memoratur.

379. *DCLXVI. Ex Idatii Fastis.* Aufonio & Olybrio Coss. multa bella Romani cum Gothis commiserunt. Deinde victoriæ nuntiatae sunt adversus Gothos, Alanos, atque Hunnos die XV. Calendas Decembris.

*Ex Marcellini Comitibus chronico.* Aufonio & Olybrio Coss. Theodosius Alanos, Hunnos, Gothos, gentes Scythicas magnis multisque præliis vicit.

*Ex Prospero Aquit.* Aufonio & Olybrio Coss. Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus præliis Gothos superat, & è Thracia pellit.

*Ex Miscella Historia.* Porro *Gratianus* cum animadvertisset, Thraciam Daciâque tanquam genitales terras possidentibus Gothis, Taisalisque atque Hunnis & Alanis, extremum omni Romano Imperio periculum instare, relicta Italiâ in Pannoniam venit. Ea tempestate *Theodosius* &c. in Hispania morabatur, ubi & ortus fuerat & nutritus, &c. Eum Imperator ab Hispania ascivit, & faventibus cunctis, apud *Syrmium* Purpurâ induit, ætatis annum tertium trigessimumque agentem, Orientisque & Thraciæ simul Imperio præfecit. Itaque *Theodosius* afflictam Remp. irâ Dei, credidit misericordiâ Dei reparandam. Omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis majoribus, *Alexandro* quoque illi Magno, sicut *Pompejus Cornelius*que testati sunt, evitatas, ex tunc extincto Romano exercitu, Romanis armis, equis instructissimas, hoc est, Alanos, Hunnos, Gothos incunctanter aggressus est. Barbari verò impetum non ferentes, suas acies reliquerunt, & illi quidem fugiebant, hi verò sequebantur, immensaque ca-

*des tunc facta est Barbarorum.* Pauci verò, qui evaserant, latenter Istrum fluvium transierunt.

*DCLXVII. Ex Prospero Aquit.* Gratiano V. & Theodosio Coss. A. Chr. procurante Gratiano, eò quòd Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum 380. Gothis.

*Ex Jornande cap. 27.* Theodosio Principe penè tunc usque ad desperationem ægrotante, datur iterum Gothis audacia, divisóque exercitu, *Fridigerus ad Thessaliam prædandam*, Epiros, & Achaiam digressus est; *Alatheus verò & Safrach cum residuis copiis Pannoniam petierunt.* Quod cum Gratianus Imperator, qui tunc Româ in Gallias ob incursionem *Vandalorum* recesserat, comperisset: quia Theodosio fatali desperatione succumbente, Gothi magis sævirent, mox ad eos collecto venit exercitu; nec tamen fretus in armis, sed gratiâ eos, muneribusque victurus, pacemque & victualia illis concedens, cum ipsis inito foedere, fecit amicos. Ubi verò post hæc Theodosius convaluit Imperator, reperitque Gratianum cum Gothis & Romanis pepigisse foedus, quod ipse optaverat, admodum grato animo ferens, & ipse in hac pace consensit.

*Ex Idatii Fastis.* Syagrio & Eucherio Coss. ingressus est Athanaricus 381. Rex Gothorum Constantinopolim die III. Idus Jan. Eodem mense diem functus idem Athanaricus VIII. Calendas febr.

Antonio & Syagrio Coss. universa gens Gothorum cum Rege suo 382. in Romaniam se tradiderunt die V. Nonas Oct.

Honorio Nobilissimo & Evodio Coss. victi atque expugnati, & in 386. Romania captivi adducti gens Greothingorum à nostris Theodosio & Arcadio; deinde cum victoria & triumpho ingressi sunt Constantinopolim IV. Idus Octobres.

*DCLXVIII. Ex Ammiano Marcellino lib. 31. cap. 16.* His diebus efficacia Julii Magistri militiæ trans Taurum enituit salutaris & velox. Comperita enim fatorum sorte, per Thracias Gothos antea susceptos, dispersosque per varias civitates & castra, datis tectioribus literis ad eorum rectores Romanos omnes, (quod his temporibus rarò contingit) universos tanquam vexillo erecto uno eodemque die mandavit occidi, expectatione promissi stipendii securos ad suburbana productos. Quo consilio prudenti sine strepitu vel mora completo, *Orientalis provincia* discriminibus ereptæ sunt magnis. 394.

*Ex notis editionis Cod. Theod. Tom. I. in chronol. ad A. 391.* Milites Barbari Romanis legionibus permixti, qui inde ab A. 383. à Theodosio defecerant, & Macedoniam Thessaliâque deinceps infestârunt, Theodosio bello adversus Maximum illigato, revertente nunc eo, paludibus noctu digressi grassationes suas hoc tempore peragebant, itinerâque infestabant, teste *Zosimo lib. 4. cap. 48.* quare his resistendi, eosque interficendi potestatem provincialibus edicto suo Theodosius fecit L. 2. ad L. Corn. de Sicariis.

Cædes illa repentina Gothorum, quam *Ammianus* pro epilogo suæ historiæ annectit, ad annum 378. in quo historiam finit, non potest referri, quoniam Gothi, quæ tunc hostes, stipendia non capiebant, sed ab anno primò 381. quo se dediderunt Romano Imperio; unde additamentum id de nece Gothorum, non ut connexum tempori eidem cum præcedentibus relatis, sed ut consecutivum durante adhuc vitâ Ammiani reputandum, & vel ad A. 391. occasione citatæ legis 2. de Sicariis, vel, cum lex hæc publica cum secreto mandato, de quo loquitur Ammianus, non conveniat, potiùs ad A. 400. referendum; postquam enim (ut *num. 748. infra*) Gainas,



natione Gothus, apud Romanos autem honore & officio Comitibus fungens, barbaros suos, id est Gothos, occultè ad invadendam Rempublicam A. 399. concitasset, & ipse A. 400. apertè tyrannidem occepisset, ast unà cum suis periisset, occultum mandatum à Julio Magistro militiæ exiisse videtur, ut & Gothi, trans Taurum montem incolentes, de fide æquè suspecti, indicto die omnes trucidarentur.

## SECTIO L.

### SECULUM IV.

#### De Sarmatis & Quadis.

- A. Chr. **N<sup>us</sup> DCLXIX.** *Ex Idatio in Fastis.* Diocletiano VII. & Maximiano VI.  
 299. Coss. victi Marcomanni.  
 319. *Ex nova Edit. Cod. Theod. Tom. I. in chronol. ad A. 319.* Constantinus Magnus hoc anno (Constantino A. V. & Licinio Cæs. Coss.) & tribus proximis &c. semper in Pannonia Sirmii, aut Sabariæ, vel in Dacia Serdicæ aut Naïssò fermè constitit: nisi siquando proximam Pannoniæ Aquileiam divertere libuit. Cum Sarmatis quippe hoc anno, tribusque proximis Constantino M. res fuit, apud Camponam, Margum, Bononiam; quos & devicit. Testes Porphyrius Panegyrico Carm. 19. 22. 23. Auctor vitæ Constantini lib. 4. cap. 5. 6. Zosimus lib. 2. Sozomenus lib. 1. cap. 8.
320. Constantinus his quoque Coss. (Constantino A. VI. & Constantino Cæs.) vel in Dacia Serdicæ, vel in Pannonia Sirmii, vel in Mysia, civitate Velanorum, fermè constitit, Sarmatico bello illigatus.
321. Constantinus hoc adhuc anno (Crispo II. & Constantino II. Coss.) Sarmatico bello illigatus, modò Sirmii in Pannonia egit, mox Serdicæ in Dacia, exin rursùm Sirmii, mox Viminacii, quæ prope Margum (ubi prælia cum Sarmatis memorat Porphyrius Carm. 22.) indèque Aquileiæ, tandem rursus Sirmii.
322. Constantinus M. his Coss. (Probianò & Juliano) Sarmatico bello adhuc illigatus, in Pannonia Sirmii, mox & Sabariæ constitit, ut ex constitutionibus ibi datis hoc anno apparet &c. De Sarmatis Constantini M. victoriam huic anno & tempori adscribo, quâ Sarmatæ in sua regione devicti, *occiso Rege eorum Rausimodo.* Vide Zosimum lib. 2. cap. 21. & Porphyrium Carm. 23. Huc pertinent & ludi Sarmatici, qui sex deinceps diebus agitati, extremo mense Novembri, & initio Decembris, ut discere est ex Kalendario Hervagiano.
332. **DCLXX.** Gothi, Sarmatis implorantibus, his Coss. (Pacatiano & Hilariano) victi ab exercitu Romano, per Constantinum Cæsarem in terris Sarmatarum, mense Aprili, die XII. Kal. Maji. Hieronymus chronico anno Constantini 26. Consularia Idaciana, & Anonymus Sirmondi. Eo certè ipso mense Aprili Constantinus M. Marcianopoli egit, ut docet l. 4. de sponsalibus, quæ Urbs fuit Mysiæ secundæ, in vicinia Gothorum & Sarmatarum &c. Constantinopolim ex Mysia, bello Gothico defunctus Constantinus reversus.
334. Sarmatarum servis contra dominos rebellantibus, qui Limigantes, postea Arcaragentes dicti (de quibus Limigantibus servis vid. & Am. Marcellinum lib. 17. cap. 13. & 19. cap. 11.) Constantinus M. pullos Dominos his Coss. Optato & Paulino, excepit, & ampliùs 300. millia

millia hominum mixtæ ætatis & sexûs, per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiámque divisit, teste Anonymo Sirmondi, Hieronymo, Idatio, & Auctore vitæ Constantini lib. 4. cap. 6. Hinc igitur hoc tempore Constantinus M. in Mysia Singiduni constitit, mox & Naissi in Dacia, quod docet subscriptio l. 2. de Advoc. Fisci, l. 3. de fide testium. Hactenus dicta Editio Cod. Theod.

A. Chr.  
332.

*Ex S. Hieronymi chronico, ad annos Constantini Imperii 26. 27.* Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.

*Ex eodem ad annum 28.* Sarmatæ Limigantes, dominos suos, qui nunc Arcaragantes vocantur, facta manu in Romanum solum expulerunt. 334.

*Ex Excerptis in vitam Constantini Magni Authore ignoto, Editione Jacobi Gronovii ad Ammianum Marcellinum in calce additis.* Deinde adversum Gothos bellum suscepit, & implorantibus Sarmatis auxilium tulit. Ita per 332.

Constantinum Cæsarem centum prope millia fame & frigore extincta sunt. Tunc & obsides accepit, inter quos & Ariarici Regis filium. Sic cum his pace firmata, *in Sarmatas versus est, qui dubia fidei probantur.* Sed servi Sarmatarum adversum omnes Dominos rebellârunt : quos pulsos 334.

Constantinus libenter accepit, & *amplius trecenta millia hominum* mixtæ ætatis & sexûs per Thraciam, Scythiam, Macedoniam, Italiámque divisit.

*Ex Idatii Fastis.* Pacatiano & Hilariano Coss. victi Gothi ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die XII. Kal. Maji. Optato & Paulino Coss. Sarmatæ servi universa gens dominos suos in Romaniam expulerunt. 332.  
334.

*Ex notis Valesianis Jacobi Gronovii in editione Ammiani Marcellini lib. 17. cap. 12. in verb. vicerunt dominos.* Sarmatæ cùm à Scythis bello appeterentur, servis suis arma dederant : qui cùm victoriam de Scythis retulissent, adversus Dominos arma vertentes, eos suis sedibus deturbârunt. Pulsi Domini ad Constantinum Aug. confugere, qui validiores quidem militaribus numeris inseruit, *aliis agros assignavit, ut narrat Eusebius in lib. 4. de vita Const. cap. 6.* Et *amplius trecenta millia hominum* mixtæ ætatis & sexûs, per Thraciam, Macedoniam, Italiámque divisit, ut est in excerptis de gestis Constantini, quæ cum Marcellini nostri historiis edidimus. Contigit ea res Optato & Paulino Coss. anno Domini 334. teste Idatio in Fastis, & Hieronymo in Chronico. Sarmatæ igitur à servis pulsî, partim ad Romanos, partim ad Victohalos confugerunt.

*Ex Eutropii Breviario lib. 10. cap. 7.* Quod idem habet *Historia Miscella.* Constantinus etiam Gothos, post civile bellum, variè profligavit, pace his ad postremum data ; ingentemque apud barbaras gentes memoriam gratiæ collocavit.

*Ex Zosimo cap. 9.* Fecit & aliud quiddam Constantinus, quod in ditionem populi Romani liberum Barbaris aditum præbuit.

*DCLXXI. Ex Ammiano Marcellino lib. 17. cap. 12.* ubi loquitur de anno, quo Datianus & Cerealis Consules fuerunt, ut ex cap. 5. apparet. Augusto (Constantio) inter hæc quiescenti per hyemem apud Sirmium, indicabant nuntii graves & crebri, *permistos Sarmatas & Quados*, vicinitate & similitudine morum armaturæque concordēs, Pannonias Mœsiarumque alteram cuneis incurfare dispersis. *Quibus ad latrocinia magis, quam aperto habilibus Marti, hasta sunt longiores, & Lorica ex cornibus rasis & levigatis, plumarum specie linteis indumentis innexæ, equorumque plurimi ex usu castrati, ne aut foeminarum visu exagitati raptentur, aut in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore vectores.* Et per spatia discurrunt. 358.

amplissima sequentes alios, vel ipsi terga vertentes, insidendo velocibus equis & morigeris, trahentesque singulos, interdum & binos, uti permutatio vires foveat jumentorum, vigorque otio integretur alterno. Æquinoctio itaque temporis verni confecto, Imperator coacta militum valida manu, ductu lætioris fortunæ profectus, cum ad locum aptissimum pervenisset, flumen Istrum exundantem pruinarum jam resoluta congerie, super navium foros ponte contexto transgressus, populandis Barbarorum incubuit terris: qui itinere festinato præventi, catervasque bellatoris exercitûs jugulis suis imminere cernentes, quem nondum per anni tempus colligi posse rebantur, nec spirare ausi, nec stare, sed vitantes exitium insperatum, semet omnes effuderunt in fugam. Stratisque plurimis, quorum gressus vinxerat timor, hi quos exemit celeritas morti, inter latebrosas convalles montium occultati, videbant patriam ferro pereuntem: quam vindicassent profectò, si vigore, quo discesserant, restitissent. *Gerebantur hac in ea parte Sarmatia, quæ secundam prospectat Pannoniam: parique fortitudine circa Valeriam opes barbaricas, urendo rapiendoque occurrentia, militaris turbo vastabat &c.*

*DCLXXII.* Aderant autem illico Sarmatis periculorum *Quadi* particeps, qui noxarum sæpe loci fuerant indiscreti: sed ne eos quidem prompta juvit audacia, in discrimina ruentes aperta. Cæsis enim compluribus, pars, quæ potuit superesse, per notos colles evasit: quo eventu vires & animos incitante, junctis densius cuneis ad Quadorum Regna properabat exercitus, qui ex præterito casu impendentia formidantes, rogaturi suppliciter pacem, fidentes ad principis venere conspectum, erga hæc & similia lenioris: dictoque die statuendis conditionibus, *Zizais* quoque etiam tum Regalis, haud parvi corporis juvenis, ordines Sarmatarum more certaminis instruxit ad preces &c. Duxerat potior cum cæteris Sarmatis etiam *Rumonem & Zinafrum & Fragiledum* subregulos, plurimosque Optimates, cum impetrandi spe similia petituros. Qui licet elati gaudio salutis indultæ, conditionum sarcinâ compensare inimicè facta pollicebantur, seque cum facultatibus, & liberis, & conjugibus, terrarumque suarum ambitu, Romanæ potentiæ libenter offerrent: prævaluit tamen æquitati juncta benignitas: *jussisque obtinere sedes imparidi*, nostros reddidere captivos. Duxeruntque obsides postulatos, & obedire præceptis deinde promptissimè sponderunt.

*DCLXXIII.* Hortante hoc exemplo clementiæ, advolârunt Regales cum suis omnibus *Araharius & Usaser*, inter Optimates excellentes, agminum gentilium Duces, quorum alter *Transjugitanorum*, Quadorumque parti, alter quibusdam Sarmatis præerat locorum confiniis & feritate junctissimis: quorum plebem veritus Imperator, ne ferire fœdera simulans in arma repentè confurgeret, discreto consortio, pro Sarmatis obsecrantes jussit paulisper abscedere, dum *Araharii & Quadorum negotium* spectaretur. Qui cum eorum ritu oblatis, stantes curvatis corporibus, facinora gravia purgare non possent, ultimæ sortis infortunia metuentes, dederunt obsides imperatos, *nunquam antea pignora fœderis exhibere compulsi.*

*DCLXXIV.* His ex æquo bonoque compositis *Usaser* in preces admittitur, *Arahario* pertinaciter obstrepente, firmantèque, pacem, quam ipse meruit, ei quoque debere proficere, ut participi, licet inferiori, & obtemperare suis Imperiis consueti. Verùm quæstione discussa, alie-

na

na potestate eripi Sarmatæ jussi, ut semper Romanorum clientes, offerre obsides, quietis vincula conservandæ, gratanter amplexi sunt.

*DCLXXV.* Ingerebat autem se posthæc *maximus numerus* catervarum confluentium nationum & Regum, suspendi à jugulis suis gladios obscrantium, postquam Araharium impunè compererant, abscessisse: & pari modo ipsi quoque adepti pacem quam poscebant, accitos ex intimis Regni Procerum filios, obsidatûs forte opinione celerius obtulerunt; itidémque captivos, ut placuerat, nostros, quos haud minori gemitu perdidere quàm suos.

*DCLXXVI.* Quibus ordinatis translata est in *Sarmatas* cura, miseratione dignos potiùs, quàm simultate, quibus incredibile quantum prosperitatis hæc attulit causa, ut verum illud existimetur, quod opinantur quidam, fatum vinci Principis potestate, vel fieri. *Potentes olim* (scilicet ad initium seculi quarti) *ac nobiles erant hujus indigena Regni*, sed *conjuratio clandestina servos* armavit in facinus. Atque ut Barbaris esse omne jus in viribus adsuevit, *vicerunt dominos ferociâ pares*, sed numero præeminentes. Qui confundente metu consilia, ad *Vitrohalos* discretos longius (A. 334.) confugerunt, obsequi defensoribus, ut in malis optabile, quàm servire suis mancipiis arbitrati. Quæ deplorantes (Domini) post impetratam veniam recepti in fidem, poscebant præsidia liberati: eosque iniquitate rei permotus, inspectante omni exercitu, convocatos allocutus verbis mollioribus Imperator, *nulli nisi sibi Ducibusque Romanis parere* præcepit; atque ut restitutio libertatis haberet dignitatis augmentum, *Zizain Regem iisdem præfecit* conspicuæ fortunæ, tum *insignibus aptum* profectò, ut res docuit, & *fidelem*: nec discedere quisquam post hæc gloriosè gesta permissus est, antequàm, ut placuerat, remearent nostri captivi.

*DCLXXVII.* His in Barbarico gestis, *Bregetionem castra commota sunt*: ut etiam ibi belli Quadorum reliquias, circa illos agitantium tractus, lacrymæ vel sanguis exstingueret. Quorum *Regalis Vitrodorus*, Viduarii filius Regis, & *Agilimundus sub-Regulus*, aliique *Optimates & Judices*, *variis populis præsdentes*, viso exercitu in gremio Regni solique genitalis, sub gressibus jacuere militum, & adepti veniam jussa fecerunt: sobolémque suam obsidatûs pignore, ut obsequuturi conditionibus impositis, tradiderunt: eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere se permanuros in fide.

*DCLXXVIII. Cap. 13.* His, ut narratum est, secundo finitis eventu, ad *limigantes Sarmatas servos* ociùs signa transferri utilitas publica flagitabat, quos erat admodùm nefas impunè multa & nefaria perpetrâsse. Nam velut obliti priorum, tunc *erumpentibus liberis*, ipsi (servi) quoque tempus aptissimum nacti, limitem perrupere Romanum, ad hanc solam fraudem *Dominis suis*, hostibusque concordem. Deliberatum est tamen id quoque leniùs vindicari, quàm criminum magnitudo poscebat, hætenus ultione porrecta, ut *ad longinqua translati* amitterent copiam nostra vexandi: quos pericula formidare monebat scelerum conscientia diutiùs commissorum. Ideoque in se pugnæ molem suspicati vertendam dolos parabant, & ferrum, & preces. Verùm aspectu primo exercitûs tanquam fulminis ictu percussi, ultimæque cogitantes, vitam precati, *tributum annuum*, delectumque validæ juventutis, & servitium spondebant: abnuere parati, si juberentur aliorsum migrare, ut gestibus indicabant

bant & vultibus, locorum confisi præsidio, ubi lares, post exactos Dominos, fixere securi. *Has enim terras Parthiscus irruens obliquatis meatibus, Istro miscetur*; sed dum solus licentiùs fluit, spatia longa & lata sensim præterlabens, & ea coarctans prope exitum in angustias, *accolas ab impetu Romanorum alveo Danubii defendit, à barbaricis verò excursibus suo tutos præstat obstaculo*: ubi pleraque humidioris soli naturâ & incrementis fluminum redundantia, *stagnosa & referta salicibus*, ideóque invia, nisi perquam gnaris; & *super his insularem anfractum, aditu Parthisci penè contiguum*, amnis potior ambiens terræ consortio separavit. Hortante igitur Principe, cum genuino fastu *ad citeriorem venere fluminis ripam*, ut exitus docuit, non iusta facturi, sed nè viderentur militis præsentiam formidasse. Stabantque contumaciter, ideóque propinquasse monstrantes, ut jubenda repudiarent. (narratur ab hinc conflictus.)

NOTA. Limigantes, de quibus hic sermo, secundum hanc descriptionem indubiè quasi in Bannatùs hodierni parte Tibisco proximior habitabant; illi enim à Romanis, respectu Pannoniæ secundæ & Mœsiæ superioris, Danubio, à Barbaris aliis nempe Jazygibus, Buris, Quadis &c. Tibisco tuti erant, & supra se, inter superiorem Danubium è regione influentis Dravi, & inter Tibiscum, insularem quodammodo anfractum, qui Acimincum Romanis dicebatur, habebant. Limigantes ad citeriorem venisse fluminis ripam, intelligendum est, venisse in illum angulum terræ prope Acimincum.

**DCLXXIX.** *Continuatio ex Ammiano.* In femihoræ curriculo discrimine præliorum emenso, tot procubuere subito Barbari, ut pugnam fuisse sola victoria declararet. Vix dum populis hostilibus stratis, gregatim peremptorum necessitudines ducebantur humilibus extracti è *tuguriis* ætatis sexusque promiscui: & fastu vitæ prioris abolito ad infirmitatem obsequiorum venere servilium: & exiguo temporis intervallo decurso, cæforum aggeres & captivorum agmina cernebantur. Incitante itaque fervore certaminum, fructuque vincendi, consurrectum est in perniciem eorum, qui deseruere prælia, vel in tuguriis latitantes occultabantur. Hos, cum ad loca venisset avidus barbarici sanguinis miles, disiectis culmis levibus obruncabat: nec quemquam *casa vel trabibus compacta firmissimis* periculo mortis extraxit. Denique cum inflammarentur omnia, nullusque latere jam posset, cunctis vitæ præsidiis circumcisis, aut obstinatè igni peribat absumptus, aut incendium vitans, egressusque, uno supplicio declinato, ferro sternebatur hostili. Fugientes tamen aliqui tela, incendiòrumque magnitudinem, *amnis vicini se commiserè gurgitibus*, peritiâ nandi ripas posteriores occupare posse sperantes, quorum plerique submersi necati sunt, alii jaculis perière confixi &c. Navigia iussa sunt colligi ad indagandos, quos à nostrorum acie ulterior discreverat ripa &c. *Impositi lintribus per abdita ducti velites expediti occuparunt latibula Sarmatarum*, quos repentinus fefellit aspectus, gentiles lembos & nota remigia conspicantes. Ubi verò procul micantibus telis, quod verebantur, propinquare senserunt, *ad suffugia locorum palustrium se contulerunt*. Eosque secutus infestius miles, cæsis plurimis, ibi victoriam reperit, ubi nec cautè posse consistere, nec audere aliquid credebatur.

Romani ergo, postquam Limigantes servos intra insularem anfractum Danubii & Tibisci fuderant, eos, in proprias terras fugitivos, ultra Tibiscum prosequuntur, & omnia flammæ & ferro subdunt. Limigantes nec hic tuti amnem vicinum, id est Marum, seu Marisum, vel aliis Marisum, hodie Marosch, transnatant, sed & ibi à Romanis insequentibus cæduntur.

**DCLXXX.**

**DCLXXX.** *Continuatio ex Ammiano.* Post absumptos penè diffusos-  
que *Amicenses*, petiti sunt sinè mora *Picenses*; ita ex regionibus appellati con-  
terminis; quos tutiores fecere sociorum ærumnæ, rumorum assiduitate  
compertæ. Ad quos opprimendos, erat enim arduum sequi per diversa  
conspersos, imprudentia viarum arcente, *Taisalorum auxilium*, & *liberorum*  
adequè *Sarmatarum* assumptum est. Cùmque auxiliorum agmina locorum  
ratio separaret, *tractus contiguos Mœsiæ sibi miles elegit*, *Taisali proxima suis*  
*sedibus* obtinebant, *liberi terras occupaverant è regione sibi oppositas*. Limi-  
gantes territi recentibus subactorum exemplis & prostratorum, diu hæsi-  
tabant ambiguis mentibus, utrùm oppeterent, an rogarent, cùm utrius-  
que rei suppeterent documenta non levia? Vicit tamen ad ultimum,  
coetu seniorum urgente, dedendi se consilium, variæque palmæ victoria-  
rum accessit eorum quoque supplicatio, qui armis libertatem invaserant,  
& reliqui eorum cum precibus, *ut superatos & imbelles dominos aspernati, for-  
tioribus visis inclinavère cervices*. Accepta itaque publica fide, & *deserto mon-  
tium propugnaculo* ad castra Romana convolavit eorum pars major &c.  
*Parere imperiis, & sedes alias suscipere sunt assensu tranquillæ & fidas*, ut nec  
bellis vexari, nec mutari seditionibus possint. *Iisdemque ex sententia*, ut  
credebatur, *acceptis quiescère paulisper*, post feritate nativa in exitiale scelus  
erecti, ut congruo docebitur textu. Hoc rerum prospero currente suc-  
cessu, tutela Illyrico competens, gemina est ratione firmata. Cujus ne-  
gotii duplicem magnitudinem Imperator aggressus, utramque perfecit:  
*exules populos*, licet mobilitate suspectos, acturos tamen paulò verecun-  
dius, tandem reductos *in avitis sedibus collocavit*, iisdemque ad gratiæ cu-  
mulum, non ignobilem quempiam *Regem*, sed quem ipsi antea sibi præfecere  
*Regalem* (*Zizain* nempe, qui Primatis munere antea genti præerat) imposuit,  
bonis animi corporisque præstantem. Tali textu rectè factorum Con-  
stantius jam metuente sublimior, militarique consensu secundo, Sarmati-  
cus appellatus ex vocabulo subactorum.

Ex Geographica descriptione Ammiani itidem colligendum est: Picensium  
Limigantium regionem fuisse in parte cis-Alutensi *Walachiæ*. Hic situs convenit,  
ut Romani ex parte *Mœsiæ superioris* seu Danubii, *Taiphali* ex latere Orientali *Trans-  
sylvaniæ*, & Limigantes domini ex parte tertarum trans-*Mæroschianarum* in parte oc-  
cidentalii *Transsylvaniæ* versus *Tibiscum*, in dictos *Picenses* irrumpere, eosque intra  
montana se & *Amicenses* separantia coarctare, atque ad pacem petendam compelle-  
re potuerint.

**DCLXXXI.** *Ex Ammiano Marcellino lib. 19. cap. 11.* Inter hæc ita A. Chr. 359.  
ambigua, Constantium, Sirmii etiam tum hyberna quiete curantem, per-  
movebant nuntii metuendi & graves, indicantes id, quod tunc magno-  
pere formidabat: *Limigantes Sarmatas*, quos expulisse paternis avitisque sedi-  
*bus Dominos suos* antè monstravimus, paulatim *posthabitis locis* (quæ eis anno  
*præterito utiliter sunt destinata*, ne, ut sunt versabiles, aliquid molirentur ini-  
micum) *regiones confines limitibus occupassè*, vagarique licentiùs, genuino mo-  
re, ni pellerentur, omnia turbaturos. Quæ superbiùs incitanda prope-  
diem Imperator dilato negotio credens, coacta undique multitudine mi-  
litis ad bella promptissimi, necdum adulto vere ad procinctum egressus  
est &c. Profectus cum instrumentis ambitiosis *Imperator*, *Valeriam* venit,  
partem quondam *Pannoniæ*, sed ad honorem *Valeriæ*, *Diocletiani filiæ*,  
& institutam & ita cognominatam, sub pellibusque exercitu diffusò, *per*  
*Histri fluminis margines*, *barbaros observabat*, antè adventum suum amicitias  
velamento *Pannonias* furtim vastandas invadere hyemis durissimo cogi-  
tan-

tantes, cùm necdum solitæ vernis caloribus nives annem undique pervium faciunt, nostrique pruinis subdivales moras difficilè tolerabant.

Ex his relatis Ammiani inferendum : Limigantibus servis priore anno datas esse sedes in ripa superioris Tibisci, inter Jazyges, montes Carpatos, & partem septentrionaliorem Transylvaniae ; sed brevi post eosdem servos paulatim ripis Danubii circa Valeriam sese insinuasse. Imperator cum exercitu suo in ripa cis-Danubiana observabat Limigantes trans Danubium vagantes.

*DCLXXXII. Continuatio ex Ammiano: Confestim itaque missis ad Limigantes duobus Tribunis cum interpretibus singulis, explorabat modestiùs percunctando, quam ob rem relictis laribus, post pacem & foedera petentibus attributa, ita palarentur varii, limitésque contra interdicta pulsarent? Qui vana quædam causantes & irrita, pavore adigente mentiri, Principem exorabant in veniam, obsecrantes, ut similitate abolita, transmissio flumine (Tibisci) ad eum venire permitterentur, docturi, quæ sustinerent incommoda : paratque intra spatia Orbis Romani, si id placuerit, terras suscipere longè discretas, ut diuturno otio involuti, & quietem colentes tanquam salutarem Deam, tributarium onera subirent & nomen. His post reditum Tribunorum compertis, Imperator exultans, ut negotio, quod rebatur inexplicabile, sine ullo pulvere consummando, cunctos admisit, aviditate plus habendi incensus : quam adulatorum cohors augebat, id sine modo strepentium, quod externis sopitis, & ubique pace composita, proletarios lucrabitur plures, & tyrocinia poterit cogere validissima. Aurum quippe gratanter provinciales corporibus dabunt, quæ spes rem Romanam aliquoties adgravavit.*

Hinc apparet mos Romanorum, Barbaros ita sibi conciliandi, ut vel in confiniis Imperii Rom. persistentes, vel pro diversitate in ipsum Romanum solum translatis, corporibus suis contra hostes Romanos fervirent, & e contra rebus necessariis & certis annuis stipendiis à populo Romano juvantur.

*DCLXXXIII. Continuatio ex Ammiano: Proinde vallo apud Acimincum locato, celsoque aggere in speciem tribunalis erecto, naves vehentes quosdam legionarios expeditos, alveum fluminis (Tibisci) proximum ripis observare sunt iussa, cum Innocentio quodam agrimensore hujus auctore consilii : ut si Barbaros tumultuare sensissent, aliorum intentos post terga pervaderent improvisi.*

Quæ Limigantes licet properari sentirent, nihil tamen præter preces fingentes stabant incurvi ; longè alia, quam quæ gestu præferabant & verbis, altis mentibus perpensantes. Visoque Imperatore ex alto suggestu jam sermonem parante lenissimum, meditanteque alloqui velut morigeros jam futuros : quidam ex illis furore percitus, truci, calcio suo in tribunal contorto, *Marha, Marha*, quod est apud eos signum bellicum, exclamavit, eumque secuta incondita multitudo, vexillo elato repente barbarico, ululans ferum in ipsum principem ferebatur &c. (fit confictus ; funduntur Sarmatæ, & quidem omnes, quotquot pugna se immiscuerant) Post quæ tam sæva, digestis pro securitate limitum, quæ rationes monebant urgentes, Constantius Sirmium redit, ferens de hoste fallaci vindictam : & maturatis, quæ necessitates temporis poscebant instantes, egressus exinde Constantinopolim petit.

Hic eruitur origo aggeris, qui in hodiernum adhuc diem in angulo inter Danubium & Tibiscum prope Petrovaradinum in rudibus visitur, & à Constantio erectus est pro receptaculo eorum legionariorum, quibus cura committebatur, alveum Tibisci custodire, nè per eum barbaricæ naves in Danubium ad prædas agendas procurrerent. Huc ergo Constantius, tempore, de quo hic agitur, naves armatas posuit,



suit, ipse verò ibi loci non, sed in altiore ripa Danubii circa Valeriam pugnae cum Slavis involvebatur.

**DCLXXXIV.** *Ex Ammiano Marcellino lib. 26. cap. 4.* Hoc tempore (initiantis regiminis Valentiniani) velut per universum Orbem Romanum bellicum canentibus buccinis, excitæ gentes sævissimæ limites sibi proximos perfultabant. Gallias, Rætiâsque simul, Alamanni populabantur; *Sarmata Pannonias & Quadi*; Picti, Saxonésque, & Scotti, & Atacotti Britannos ærumnis vexavère continuis; Austoriani, Mauricæque aliæ gentes, Africam solito acrius incurtabant; Thracias & diripiebant prædatorii globi Gothorum; Persarum Rex manus Armeniis injectabat &c.

*Ex D. Hieronymi continuatione Chronici Eusebiani.* Anno Imperii Valentiniani & Valentis 9. *Equitius* Comes Illyrici *iniquissimis tributorum exactionibus* antè provincias, quas regebat, tanquam à Barbaris vastarentur, erasit. Anno 10. *Burgundionum* LXXX. ferme millia, quot nunquam antea, *ad Rhenum* descenderunt. Anno 11. quia superiore anno *Sarmata Pannonias vastaverunt*, iidem Consules permansère.

Ex hoc loco patet, D. Hieronymum annos Imperii Valentiniani computare, non ab anno incompleto 364. ut strictè deberet esse, sed ab A. 365. cum dicat anno undecimo eosdem Consules fuisse ac anno decimo, quod incidit in annum 375. quo continuârunt Consules Gratianus & Equitius.

**DCLXXXV.** *Ex Ammiano Marcellino lib. 29. cap. 6.* Dum hoc pulvere per Mauritaniam Dux antedictus anhelat & Africam, *Quadorum natio motu est excita repentino*, parum nunc formidanda, sed immensum quantum antehac bellatrix & potens, ut indicant perpetrata, quoniam raptim proclivia, *obsesâque ab iisdem ac Marcomannis Aquileia, Opitergiûmque excisum*, & cruenta complura perceleri acta procinctu: vix resistente perruptis Alpibus Juliis *principe serio*, quem antè docuimus, *Marco*. Et erat, ut barbaris, ratio iusta querelarum. *Valentinianus* enim studio muniendorum limitum glorioso quidem sed nimio ab ipso Principatûs initio flagrans, *trans flumen Histrum in ipsis Quadorum terris*, quasi Romano juri jam vindicatis, *adificari prædiaria Castra mandavit*: quod accolæ ferentes indignè suisque cautiores, legatione tenus interim & susurris arcebant. Sed *Maximinus* in omne avidus nefas, & genuinos mitigare nequiens flatus, quibus præfecturæ accesserat tumor, increpabat *Æquitium* per Illyricum eo tempore Magistrum armorum, ut pervicacem & desidem, necdum opere quod maturari dispositum est consummato: addebâtque, ut consules in commune, quòd si *parvo suo Marcelliano deferretur potestas per Valeriam Ducis*, munimentum absque ulla causatione confurgeret. Utrumque mox est impetratum. Qui promotus profectusque cum venisset ad loca, intempestivè turgens ut filius, nullis adfatibus delinitis iis, quos nunquam tentatæ cupiditatis figmenta regionum suarum faciebant extorres, opus paulò antè inchoatum adgreditur, admisâ copiâ rogandi suspensum. Denique *Gabinium Regem*, nequid novaretur, modestè poscentem, ut adsensurus, humanitate simulata, cum aliis ad convivium conrogavit: quem digredientem *post epulas*, hospitalis officii sanctitate nefariè violata, *trucidari securum effecit*.

**DCLXXXVI.** Cujus rei tam atrocis disseminatus rumor illico per diversa, & *Quados & gentes circumscitas* efferavit: Regisque flentes interitum, in unum coactæ misère *vastatorias manus*: quæ *Danubium transgressa*, cum nihil expectaretur hostile, *occupatam circa messem agrestem adorta sunt plebem*: majoréque parte truncata, quidquid superfuit, domum cum mul-

tudine varii pecoris abduxerunt. Evenisset profectò tunc inexpiabile sce-  
lus numerandum inter probrosas rei Romanæ jacturas ( paulò enim ab-  
fuit, quin filia caperetur Constantii, cibum sumens in publica villa, quam  
appellant Pistrensem, cùm duceretur Gratiano nuptura ) ni favore pro-  
pitii numinis præsens Messalla provinciæ Rector, eam judiciali carpento  
impositam ad Sirmium vicesimo sexto lapide disparatum cursu reduxisset  
effuso. Hoc casu prospero regia virgine periculo miserandæ servitutis  
exempta, cujus nisi potuisset impetrari redemptio captæ, magnas inuf-  
fisset Reipublicæ clades, *latius se cum Sarmatis Quadi pendentes*, ad raptus &  
latrocinia gentes aptissimæ, prædas hominum virilis & muliebris sexûs  
agebant & pecorum, villarum cineribus exustarum, cæsorúmque inco-  
lentium exultantes ærumnis, quos nec opinantes sinè ulla parcimonia  
deleverunt. Per omnia itaque propinqua malorum similium dispersa for-  
midine, *Præfectus Prætorio agens tunc apud Sirmium Probus*, nullis bellorum  
terroribus assuetus, rerum novarum lugubri visu præstrictus, oculosque  
vix attollens, hærebat diu quid capefferet ambigens : & cùm paratis ve-  
locibus equis noctem proximam destinasset in fugam, monitus tutiore  
consilio mansit immobilis. Didicerat enim omnes secuturos confestim,  
qui mœnibus claudebantur, tegendos latebris opportunis : quod si con-  
tigisset, impropugnata civitas venisset in manus hostiles. Proinde pa-  
rumper lenito pavore, ad arripienda, quæ urgebant, acri animo adsur-  
gens, reterisit obrutas ruderibus fossas, murorúmque maximam partem  
paci diuturnitate contemptam & subversam, adusque celsarum turrium  
minas expediit, studio ædificandi coalitus : hac ratione opere velociter  
absoluto, quòd impensas ædificandi causâ theatri dudum congestas, suf-  
ficientes ad id, quod efficere maturabat, invenit. Atque huic spectato  
consilio salutare addidit aliud : & sagittariorum cohortem è statione pro-  
xima adfuturam obsidio, si venisset, accivit.

*DCLXXXVII. His velut obicibus barbari ab oppugnanda urbe depulsi,*  
arum ad has calliditates dimicandi solertes, sarcinisque impediti præ-  
darum, *ad Æquiti vertuntur indaginem*. Et cùm ad *Valeria* spacia longè  
remota secessisse captorum didicissent indiciis, illuc properato petierant  
gradu frendentes, hácque ex causa jugulo ejus intenti, quòd per ipsum  
circumventum Regem existimabant insontem. Quibus concito cursu  
ruentibus infestius, *obviam legiones motæ sunt duæ, Pannonica & Mæsiaca*, va-  
lida præliis manus : quæ si conspirasset, abierat procul dubio victrix.  
Sed dum discretim grassatores adoriri festinant, ortis inter se discordiis  
impediti de honore certabant & dignitate. Quo intellecto *Sarmata* sa-  
gacissimi, non expectato certandi signo sollempni, *Mæsiacam primam inces-  
sunt* : dùmque milites arma tardiùs per tumultum expediunt, *interfectis  
plurimis, aucti fiducia, aciem perripere Pannonicam* : disjectaque agminis mo-  
le, geminatis ictibus *omnem penè delefferent, ni periculo mortis aliquos citum ex-  
traxisset effugium*.

*DCLXXXVIII. Inter hæc fortunæ dispendia tristioris Dux Mœ-  
siæ Theodosius junior*, prima etiam tum lanugine juvenis, Princeps postea  
perspectissimus, *Sarmatas liberos* ad discretionem fervorum rebellium ap-  
pellatos, *conlimitia nostra ex alio latere invadentes*, aliquoties expulit & ad-  
flixit, congressibus densis adtritros : adeoque obsistentes fortissimè turbas  
confluentes oppressit, ut cæsorum plurium alites justè sanguine satiaret &  
feras. Unde residui tumore jam deflagante metuentes, ne idem Dux

vir-

virtutis, ut apparuit, expeditæ, in primo finium aditu incursantes cuneos sterneret aut fugaret, vel insidias per silvarum locaret occulta, post multos perrumpendi conatus subinde tentatos incassum, *abjectâ pugnandi fiduciâ concessionem petivèrè præteritorum & veniam*: victique ad tempus *indulgentia fœderibus pacis* nihil egère contrarium, eo maximè timore perculsi, quòd ad tutelam Illyrici Gallicani militis validum accesserat robur. Dum hæc tot ac talia per turbines agitantur assiduos, *Claudio regente Urbem æternam*, Tiberis &c. effusione imbrium exuberans nimiâ, & supra amnis speciem panfus, omnia penè contextit &c.

*DCLXXXIX. Ex Ammiano Marcell. lib. 30. cap. 3.* Secuto posthæc anno, Gratiano adscito in Trabeæ societatem Æquitio Consule, Valentiniano post vastatos aliquos Alamanniæ pagos munimentum ædificanti prope Basiliam, quod appellant accolæ Robur, *offertur Præfecti relatione Probi, docentis Illyrici clades*. Quibus ille, ut cunctatorém decuerat Ducem, examinatiùs lectis, attonitus cogitationibus anxiis, Paterniano Notario misso negotium scrupulosa quæsitivè indagine: móxque veris per eum nuntiis gestorum acceptis, evolare protinùs festinabat, ausos temerare limitem Barbaros primo fragore, ut mente conceperat, oppressurus armorum. Quia igitur *abeunte autumno* multa impediabant & aspera, adnitebantur omnes per Regiam optimates, ut ad usque principium veris oratum eum pertinerent & exoratum &c.

A. Chr.  
374.

Acquievit huic consilio Valentinianus, & postquam Moguntiacum hoc anno adhuc adiisset, ibidémque pacem cum Rege Alamannorum Macriano firmasset, Treveros ad hiberna discessit. Quæstio hic oboritur, quo anno motus supra *ex Ammiani lib. 29.* recensiti in Illyrico contigerint? Liber 30mus in verbis, *secuto post hæc anno*, videretur annum indicare præcedentem 373. At hoc non obstante annus assignandus est idem 374. pro libro 29no sicut pro trigésimo, quantum hæc acta concernit; & connexio Ammiani: *secuto posthæc anno*, tantum interserta Orientis acta respicit. Annum huic 374. sat certificat ipse *Ammianus*, dum *lib. 29.* turbines in Illyrico contigisse *Claudio regente Urbem æternam*, & *lib. 30.* ad Valentinianum Basilicæ munimenti causâ commorantem *Probi Præfecti Prætorio relationem* de clade Illyrici pervenisse refert. *Claudius* docente *L. 22. Cod. Theodos. quorum appellationes*, Præfectus Urbi fuit, Gratiano III. & Æquitio Coss. itaque A. 374. datum legis est XII. Kal. Jun. Probus Præfectus Prætorio (ut *Ammianus lib. 29. cap. 6.* expressè asserit) inter turbines Illyrici *agebat apud Sirmium*, in ipso Illyrico; quæ igitur supina tardatio relationis foret, si de actis barbaricis *circa messem* anni 373. (ut in contraria opinione supponi deberet) Valentinianus primùm in *autumno* sequentis anni certior redditus fuisset? Dein omnem scrupulum eximit *relatio Ammiani in lib. 30. cap. 5.* mox sequens, ubi dicit Probum noviter Præfecturam nactum esse, ergò A. 374. quòd & docent leges *Cod. Theod. datæ VII. Kal. Febr. L. 18. de oper. publ. VII. Id. Febr. L. 1. ad Leg. Corn. de Sicariis*, & *Cod. Just. IV. Non. Mart. L. 2. de infant. expos.*

*DCXC. Ex Ammiano Marcell. lib. 30. cap. 5.* Pubescente jam vere Valentinianus à Trevisis motus per notâ itinerâ gradu celeri contendebat: eique, regiones adventanti quas petebat, *legatio Sarmatarum offertur* pedibusque ejus prostrata, orabat pacifica prece, ut propitius veniret & lenis, *nullius diri facinoris participes populares suos inventurus aut conscios*. Quibus sæpe eadem iterantibus, hæcenus perpensa deliberatione respondit: hæc in locis, ubi dicuntur admissa, quærenda verissimis documentis & vindicanda. Cùmque exinde *Carnuntum Illyriorum oppidum introisset*, desertum quidem nunc & squallens, sed ductori exercitûs perquam opportunum, ubi fors copiam dedisset aut ratio, è statione proxima reprimere barbaricos adpetitus. Et quanquam terrori cunctis erat, dum sperabatur, ut ageret vehemens, mox iudices damnari iussurus, quorum

375.

perfidia vel secessione Pannoniarum nudatum est latus : cum illuc venisset, ita intepuit, ut neque in Gabinii Regis inquireret necem, neque iniusta Reipublicae vulnera, quo sinente vel agente seignius evenissent, curatius vestigaret. Eo videlicet more, quo erat severus in gregariis corrigendis, remissior erga majores fortunas vel verbis asperioribus incessendas.

*DCXCI.* Solum tamen incitato petebat odio *Probum*, nunquam ex quo eum viderat, minari desinens vel mitescens. Cujus rei causae nec obscurae fuerunt, nec leves. Hic *Præfecturam Prætorio tunc* (id est, anno præcedente 374.) *primitus nactus*, eamque multis, atque utinam probabilibus modis in longum proferre gestiens (non ut profapie suae claritudo monebat) plus adulationi quam verecundiae dedit. Contemplatus enim propositum Principis, quaerendae undique pecuniae vias absque justorum injustorumque discretionem scrutantis, errantem non reducebat ad aequitatis tramitem, ut saepe moderatores fecere tranquilli, sed ipse quoque flexibilem sequebatur atque transversum. Unde graves obedientium casus: exitialia provisorum nomina titulorum, juxta opulentas & tenues enervatas succidere fortunas, argumentis aliis, post validioribus aliis, usu laedendi reperiente longævo. Denique *tributorum onera, vestigaliumque augmenta multiplicata, optimatum quosdam ultimorum metu exagitatos mutare compulerunt sedes.* Efflagitantium ministrorum amaritudine quidam expressi, cum non suppeteret quod daretur, erant *perpetui carcerum inquilini*; è quibus aliquos, cum vitae jam tæderet & lucis, suspendiorum exorta remedia consumpserunt. Hæc ita illecebrosius atque *inhumanius agi* loquebatur quidem pertinax rumor; *Valentinianus* verò, tanquam auribus cerâ illitis, ignorabat, indifferenter quidem lucrandi, vel & ex rebus minimis, avidus, idque tantum cogitans, quod offerebatur; *parsurus tamen fortasse Pannoniis, si hac, ante ingemiscenda compendia, comperisset*: quæ nimium serò tali didicit casu ad provincialium residuorum exemplum.

*DCXCII.* Etenim *Epirota* acturos sibi gratias à Præfecto mittere compulsi legatos, Iphidem quemdam Philosophum, spectatum robore pectoris hominem, adegere non sponte propria pergere ad id munus implendum. Qui, cum Imperatorem vidisset, agnitus, adventusque sui causam interrogatus, græcè respondit, atque ut Philosophus veritatis professor quaerente curatius Principe, si hi, qui misere, ex animo bene sentiunt de Præfecto: gementes inquit & inviti. Quo ille verbo tanquam telo percussus, actus ejus ut sagax bestia rimabatur, genuino percunctando sermone, quo noscitabat, ubinam ille esset (verbi gratiâ) honore ante suos cellens & nomine? vel ille dives? aut illius ordinis primus? cumque disceret, perisse aliquem laqueo, abisse alium trans mare, conscivisse sibi alium mortem, aut plumbo vitâ ereptâ extinctum, in immensum excanduit. Urente irarum nutrimenta tunc officiorum Magistro Leone (prò nefas) ipso quoque Præfecturam, ut è celsiore scopulo caderet, affectante; quam si adeptus rexisset, præ his, quæ erat aufurus, administratio Probi ferebatur in cælum.

*DCXCIII.* Agens itaque apud Carnuntum Imperator per continnos tres menses astivos arma parabat & alimenta, si qua fors secundasset, *persuasurus opportunè Quados tumultus atrocis auctores.* In quo oppido Faustinus filius sororis *Viventii Præfecti Prætorio*, notarius militaris, Probo spectante negotium, carnificis manu peremptus est: post tormenta vocatus in crimen,

men, quòd asinum occidisse dicebatur ad usum artium secretarum, ùt afferebant quidam, urgentes & cavillorum alio quoque in eum pernitiosè composito, quòd petente per jocum quodam Nigrino, ut eum notarium faceret, exclamavit ille hominem ridens: fac me Imperatorem, si id voveris impetrare, hócque ludibrio iniquè interpretato, & Faustinus ipse; & Nigrinus, & alii sunt interfecti. Præmissò igitur Merobaude cum militari peditum manu quam regebat, ad vastandos cremandósque barbaricos pagos, Comite adjuncto Sevastigiano, *Valentinianus Acincum prope castra commovit*: navigiisque ad repentinum casum conjunctis, & contabulato celeri studio ponte, *per partem aliam transiit in Quados* speculantes quidem ex disruptis montibus ejus adventum, quò plerique ancipites incertique accidentium cum suis caritatibus secesserunt: sed stupore defixos, cum in regionibus suis, contrà quàm opinabantur, Augusta cernerent signa. Progressus ergo coacto gradu, in quantum res tulit, jugulatáque ætate promiscua, quam etiam tum palantem subitus occupavit excursus, & tectis combustis, rediit cum incolumibus cunctis, quos duxerat secum: *itidémque apud Acincum moratus autumno præcipiti*, per tractus congelari frigoribus aduetos *commoda quarebat hiberna*: nulláque fedes idonea reperiri præter *Sabariam* poterat, quamvis eo invalidam tempore assiduísque malis afflictam. Unde hoc, etiam si magni intererat, paullisper sequestrato, impigrè motus, *peragrata fluminis ripa*, castrisque præsidio competenti munitis atque castellis, *Bregitionem pervenit*: ibique diu compositum ad quietem Principis fatum fortem denuntiabat ei supremam prodigiis ingrentibus multis &c.

*DCXCIV. Cap. 6.* Post hæc *Quadorum venere legati, pacem cum prætorum obliteratione suppliciter obsecrantes*: quam ut adipisci sinè obstaculo possent, & tirocinium & quædam utilia rei Romanæ pollicebantur. Quos quoniam suscipi placuit, & redire, *induciis* quæ poscebantur *indultis* (quippe eos vexari diutiùs nec ciborum inopia, nec alienum tempus anni patiebantur) in consistorium Æquitio vadente sunt intromissi. Cúmque membris incurvatis starent metu debiles & præstricti docere jussi quæ ferebant, usitatas illas causationum species jurandi fidem addendo firmabant: *nihil ex communi mente Procerum gentis delictum adseverantes in nostros*, sed per extimos quosdam latrones amniquè confines evenisse, quæ inciviliter gesta sunt: etiam id quoque addendo, ùt sufficiens ad facta purganda firmantes, quòd *munimentum exstrui captum* nec justè nec opportunè, ad ferociam animos aggresses accendit. Ad hæc Imperator ira vehementi perculsus, & inter exordia respondendi tumidior, *increpabat oburgatorio sono nationem omnem, ùt beneficiorum immemorem, & ingrati.* Paulatimque lenitus, & ad molliora propensior, tanquam ictus è cælo, vitalique via vocéque simul obstricta, suffectus igneo lumine cernebatur: erumpente subito sanguine, letali sudore perfusus, ne laberetur spectantibus & vilibus, concursu ministrorum vitæ secretioris ad conclave ductus est intimum &c.

*DCXCV. Cap. 8. & 9.* describit Ammianus virtutes & vitia Valentiniani, inter quæ sunt sequentia:

Judices nunquam consultò malignos elegit: sed si *semel promotos agere didicit immaniter*, *Lycurgos invenisse se prædicabat* & Cassios, columina justitiæ prisca: *scribensque hortabatur assiduè, ut noxas vel leves acerbissè vindicarent* &c. In provinciales admodum parcus, tributorum ubique molliens

liens sarcinas &c. in hoc tantum deerrans, quod cum gregariorum etiam levia puniret errata, *potiorum Ducum flagitia progredi sinebat in majus*, ad querelas in eos motas aliquoties obsurdenscens: unde Britannici strepitus, & Africanæ clades, & *Vastitas emerfit Illyrici*.

## SECTIO LI.

### Generalia Quædam Slavicas origines illustrantia.

1<sup>mo</sup> Ad vocabulum: Barbarus.

**Nus DCXCVI.** Ad initium Seculi decimi septimi, anno nempe 1614. *Johannes Mathias à Sudetis*, Professor Pragensis, Thesin de Origine Bohemorum & Slavorum hanc publicè proposuerat: *Bojemorum nationem non ex Slavis, ut Aeneas Sylvio, & Joanni Daubravio videtur: sed ex Russia seu Roxolania originem trahere verius esse defendemus*. Concitaverat autem inde in se reliquos omnes ferme Universitatis Pragensis collegas, qui originem Bohemorum ex Slavis Croatis defendentes, illam verò ex Roxolanis, quæ Barbaris & Scythis, respicientes, Sudetium, qui thesin suam in *subsecivis A. 1615.* typo vulgatis firmare conabatur, convitiis æquè ac argumentis proscindebant; inter quæ *Nicolai Troili, Facult. Phil. Decani, in sermone de Bojemia pia contra Roxolanos*, dièterium sequens erat: *Maneat Roxolanus, qui Czechus, aut Bohemus esse non vult. Maneat Scytha & Barbarus, qui suos veteres pro Barbaris agnoscit. Nam etsi utitur voce Barbari Sylvius, quod videlicet Bohemia in solo Barbarico trans Danubium sira sit; tamen paulò post dicit gentem promissi tenacem, quæ plane natura Barbarorum repugnat. Idem Troilus in Anni - Roxolania sua A. 1616. edita, in Sudetium eundem hîsce invehitur: oportet itaque ipse sis Scytha, Barbarus, Roxolanus, qui & Bohemorum & Germanorum originem à Scythis deducis.*

**DCXCVII.** Sententiam autem suam de vera origine Bohemorum *Troilus in dicto sermone contra Roxolanos* in hæc verba depromit. Post hos Bojos, loca hæc tenuisse constat, Suevos, Marcomannos, Hermunduros, donec bellis superati & victi, partim à Romanis, partim etiam ab aliis, Czechus & Lechus cum multitudine Henetorum in Bohemiam venissent, eamque colonis implevissent, quos Deus, terraque in hunc usque fovent diem. Atque illi, qui antea Vindi, Venedi, Slavi, & Slavini appellabantur, jam hodie Czechus seu Bohemi à suo primo Duce vocantur & appellantur; & si historicis credendum, uti credendum maximè, bellorum illa tempestate, vel nullæ omninò, vel admodum raræ in hac regione fuere civitates. Czechus enim, si Sylvio credimus, indigenas, lacte & venatu, Nomadum more, vitam sustinentes, agriculturam & ædificandi artem primus docuit. Sub quo præter Curimam à Lecho in Poloniam abituro conditam, & duos pagos Kleneczium & Charvateczium, in memoriam gentis, & filii sui Kleni, nihil conditum est.

**DCXCVIII.** Sanè Troilus, cujus sententia de origine Bohemorum à tota Universitate Pragensi approbatur, & omni vetustatis documentò fulta est, in crisi vocum *Barbarus, Scytha*, immeritò Sudetio succensuit; qui enim apud veteres Græcos, & horum more quoque, apud Romanos, nec Barbarus nec Scytha audire voluisset, vel in Græcia, vel in Romano Imperio, vel nullibi terrarum existere debuisset. Tralatitium est apud Scriptorum veteres, à Græcis pariter ac à Romanis omnes populos externos Barbarorum, omnes ad septentrionem vergentes Scytharum nomine insignitos esse. Quam in rem cum infinita loca adduci possent, sufficit tamen *Sirabonis* testimonium, qui *Geogr. lib. 1. ad finem* habet. *In fine commentarii autem improbens eorum sententiam, qui universum genus humanum in duas dividant partes, videlicet in Græcos & Barbaros: & qui Alexandro suaserunt, ut Græcos*  
pro

pro amicis, barbaros pro hostibus haberet, inquit: rectius virtute & malitiâ eos dividi: nam & multos Græcorum esse malos, & de Barbaris laude dignos, ut Indos, ut Arianos, itémque Romanos, & Carthaginenses, quorum in magna sunt admiratione Respublicæ. Item *Geogr. lib. 8.* de Græciæ autem, & Græcis ac Panhellenibus, sive universis Græcis, res habet controversiam; nam Thucydides dicit, Homerum Barbaros nullibi nominasse, quia tunc *Græci quoque nondum uno omnes vocabulo notarentur, quod Barbaris opponeretur* &c. Libet autem, præter Strabonem, unum adhuc scriptorem Græcum noviore ex Seculo quarto, nempe *Eusebium Cæsariensem, in præfatione chronici sui*, & alterum scriptorem Romanum, *Vellejum Paterculum Hist. Rom. lib. 2. cap. 108.* audire: Eusebius prænotat, se omnem annorum congeriem in decades decidisse, has ex *singularum Gentium historiis* congregatas sibi invicem fecisse esse contrarias, ut facilis præbeatur inventio, *cujus Græci ætate vel Barbari* hoc vel illud acciderit. Locus hic pleniùs excerptus est in Sectione decima chronologica *num. 199*; ergo itidem Eusebius extra Græciam omnes pro Barbaris habuit. *Paterculus* de Maroboduo Rege Marcomannorum testatur: *eum natione magis, quam ratione Barbarum fuisse. vid. num. 566.*

**DCXCIX.** Natio igitur quæcunque *extera* compellatione Barbarorum venit, & illi omnes scriptoribus Græcis, qui non Græci, Romanis, qui non Romani essent, Barbari vocati sunt; primùm sine contemptu, solo extraneitatis titulo, cum Barbaris etiam mores justos, immo viros sapientes, & Philosophos, Græcorum quondam Doctores esse non negaverint; dein cum contemptu, dum Græci, & eorum exemplo Romani, jam domi suæ nata omnibus aliis anteferrent, & mores quoscunque etiam justissimos, & quarumcunque nationum fastidirent, eosque incomptos, & inciviles reputarent, qui fastui & dominatui Græcorum & Romanorum non subicerentur. Sic *Florus de Gest. Rom. lib. 4. cap. 12.* de nationibus ab Augusto partim devictis, partim repressis agens, sapiens omnino consilium Sarmatarum pro Barbaria ex fastu Romano traducit, dum inquit: *Sarmatæ patentibus campis inequistant; & hos per eundem Leniculum prohibere Danubio satis fuit. Nihil præter nives, raræque silvas habent. Tanta Barbaria est, ut pacem non intelligant, &c.* Per hæc relata *Florus* Sarmatas partim laudat, partim carpit; laudat, scilicet implicite; dum enim ibidem populos omnes intra Danubium habitantes. *Noricos, Illyrios, Pannonios, Dalmatas, Mysios, Thraces*, bello victos & subjugatos, *Dacos* verò ultra Danubium sitos à Danubii littore (in Transylvaniam hodiernam) æquè bello submotos esse præmississet, Sarmatas non pariter bello petitos, sed satis fuisse Danubio prohibere, id est ne transeuntes Danubium Romano solo infesti sint, commemorat, adeoque pacificos eos antè extitisse indicat; carpit verò, quòd pacem non intelligant, id est, quòd peculiariter per pactiōnem Romanis se obstringere noluerint, idque vocat Barbariam, cum gloriosum cuique nationi existimaret cum populo Romano pacisci, quòd Sarmatæ non intellexerint.

**DCC.** Taxatio hæc *Flori* adhuc aliquid aliud in recessu habet. Pax apud Romanos cum Barbaris sic fieri solebat: Barbari spondebant amicitiam populo Romano de non invadendis provinciis Romanis, tum de habendis iisdem inimicis cum populo Romano, itaque quòd corporibus suis, & operis contra hostes adjumento velint esse; e contra populus Romanus Barbaris his antionas, aliásque res, quibus indigebant, nec non donativa certa pecuniaria annuè distribuebat, hocque pacto eos sibi addictos, atque contra remotiores Barbaros pro muro quasi Imperii Romani faciebat. Hoc pacis emolumentum Sarmatas vel ignorasse vel sprevisse Barbariam vocat *Florus*. Ast sapienter potiùs & non barbarè devitârunt Sarmatæ pactum, ne per hoc vel cuicunque Romanorum bello, ut socii vel amici implicarentur, & fors tandem à vicinis obruerentur, vel Romanis ipsis, prætextu haud præstiti ex pacto auxilii, occasionem libertati antiquæ jugum imittendi præberent. *Barbarus* itaque *Origenenus* idem & nihil aliud est quam *alienigena*, quo nomine Græci, ut alias omnes nationes, ita & ipsos Romanos, antequàm hi Græca instituta adsciscerent adeoque græcarentur, imò demum Græciæ dominarentur, exin verò Romani iterum omnes nationes sibi non subjectas, licet per celebres, & civilibus omnino moribus, sed à Romano uiv differentibus institutas, compellârunt, ut Sarmatis pariter ac omnibus aliis populis idem nomen obtigerit. Hanc in rem unicum testimonium *Agathie de gestis Justiniani lib. 1. in princ.* allegare lubet, dicit is: **Massiliam quoque urbem Franci tenent Jo-**

*Pars IV.*

N

num



num coloniam. Hanc enim olim Phocenses ex Asia à Medis pulsì incoluerunt, Dario Histaspis filio apud Persas regnante ; & nunc *ex Græcâ, est Barbarica* &c. Videtur verò etiam hodie non admodum pristina incolarum dignitate inferior. Sunt enim Franci non campestres, ut ferè plerique Barbarorum, sed & *politiâ, ut plurimum, utuntur Romanâ, ut legibus iisdem* ; eandem etiam contractum & nuptiarum rationem, & divini Numinis cultum tenent. Christiani enim omnes sunt, rectissimèque de Deo sentiunt. Habent & magistratus in Urbibus & sacerdotes ; festa etiam perinde atque nos celebrant, & *pro Barbarâ natione, valde mihi videntur civiles & urbani, nihilòque à nobis differre, quàm solummodò barbarico vestitu, & lingua proprietate* &c. En Agathias Francos politiâ, & legibus Romanis uti dicit, & tamen adhuc Barbaros vocat, utique, quoniam Romano Imperio se subtraxerant.

*DCCI. Adrianus Scriekius* in curiosissimis suis elucubrationibus, quas sub titulo *Europa rediviva* de originibus antiquissimæ linguæ Teutonicæ, seu Celticæ, seu Japhetigenum, ex fontibus & radicibus primæ & omnium matris linguæ Hebraicæ, edidit, in *originum indice tertio*, vocem & radicem Hebraicam *Bar & Var*, idem quod *procul, extra*, significare, indèque Barbaros *procul-procul-diffitos* dictos esse docet ; unde mirum nemini nec injuriosum videri debet, ex voce hæc in Græcam linguam assumptam natam compellationem alienigenæ, càmque Sarmatis, ut cæteris nationibus, impositam esse, quidquid contemptus eidem paulatim ex fastu Græco & Romano in acceptione ipsa vulgari accesserit, civilium enim consuetudinum tantum differentiam, non rationis ingenitæ defectum denotat ; quin potius modestiores Scriptores Græci Græcos ipsos à Barbaris provenire, & dum jam se Græcos nominarent, ad Barbaros, ut leges & doctrinam eorum perciperent, transisse fatentur. Videantur hæc fusius per Authores antiquos probata in *dici Scriekii lib. 4. monitorum secundorum à num. 1. usque 16.*

### 2<sup>do</sup> Ad vocabulum : Scythæ.

*DCCII. Veteres Græcorum scriptores*, universas gentes septentrionales Scytharum, & Celto-Scytharum nomine affecerunt. Iis autem antiquiores ita diviserunt eas, ut qui supra Euxinum, Istrum, & Adriam incolerent, eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Arimaspos appellarent : qui trans mare Hircanum, Sacas & Massagetas. Ita inquit *Strabo Geogr. lib. II.* Scythas & Celtas pro synonymis habet laudatus *Scriekius* *max dicto loco.* Item *monitorum secundorum lib. 3. num. 25. 26.* ubi nomen Scytharum à radice Hebraica simul & Celtica *Schyt*, Celtarum verò à radice *Kald*, ita ut illi ab actu sagittandi, *jaculantes arcu*, hi à regione frigidiorè, *frigentes* vocati sint, deducit, atque nomen utrumque Europæis omnibus commune fuisse docet. Nulli igitur nationi injuria quoque hoc ex nomine inuritur, quin potius ea, quæ *lib. 4. Scriekius* de sapientibus Scytharum tanquam primis Græcorum Doctoribus, & de Græcis ipsis origine sua Scythiis allegat, populi veteris celebritatem indicant.

### 3<sup>to</sup> Ad vocabulum : Sarmatæ.

*DCCIII. Homerus* ( qui annis circiter 168. post Trojæ excidium, mille verò ante Christum, Judæis Salomone regnante, in lucem exiit, *Petav. Rationar. temp. P. I. lib. 1. cap. 12.* ) in scriptis suis neque Scythas, neque Sauromatas five Sarmatas nominavit, ut refert *Strabo Geogr. lib. 12.* sed per notas descripsit : *Nomades lacte vescentes, opibus carentes, & iustissimos homines, & claros Equimulgos* ; addit autem *Strabo* : *si tamen tum ita* ( scilicet Scythæ, Sarmatæ ) *appellabantur à Græcis* ; ex hoc loco *Strabonis* igitur colligendum, appellationem Scytharum. & Sarmatarum juniorem esse Homeri ætate. Scythæ & Sarmatæ non tantum olim in Europa sed & in Asia erant. *Strabo lib. II.* primam partem Asiæ intra Tanain, Paludem Mæotidem, mare Caspium, & Oceanum septentrionalem describens, ait : primam partem incolunt, septentrionem versùs & Oceanum, Scythæ quidam vagi ( Nomades Græci appellant ) & in plau-

plaustris degentes vitam : *citra hos Sarmata*, ipsi quoque *Scythæ*, Aorsi, & Siraci, usque ad Caucasios montes ad meridiem pertinentes &c. Cùm ad dextram intrò navigatur, *Europæi continui Scythæ & Sarmata*, qui inter Tanaidem sunt & hoc mare (id est Caspium) incertis plerique vagantes sedibus, de quibus differuimus. Ad lævam sunt *Scythæ Nomades* versùs Orientem, qui usque ad mare Orientale & Indiam porriguntur &c.

Strabo ergo tam *Scytharum* quàm *Sarmatarum* nomen pro communi habuit, quod uni eidemque genti applicari posset. In hoc sensu etiam perstiterunt quidam alii scriptores, tum *Straboni* cœvi, tum multò posteriores. *V.G. Pomponius Mela* omnes terras inter *Vistulam* & *Danubium* versùs septentrionem jacentes *lib. 3. cap. 8.* generali *Sarmatiæ* nomine, econtrà *Jornandes de reb. Get. cap. 3.* easdem generali *Scythiæ* nomine comprehendit. *Tacitus* de *Scythis* obiter tantùm mentionem facit *Annal. lib. 2. cap. 60. & 65. & lib. 6. cap. 36. & 41.* & quidem in situ semper circa fines *Europæ* & *Asiæ* retrò *Thracas*. In eodem situ *Sarmatas Roxolanos* memorat *Hist. lib. 1. cap. 79.* *Dacos* ponit vicinos *Germanis Suevis*, & *Romanæ provinciæ Mœsiæ* *de mor. Germ. cap. 1. & Hist. lib. 3. cap. 46. lib. 4. cap. 54.* itaque in situ, *Strabonis* & *Ptolomæi* descriptioni conformi. *Sarmatas* in genere etiam vicinos facit *Germanis Suevis* & *Dacis* *de mor. Germ. cap. 1. & 46.* *Sarmatas* in specie autem, qui *Suevis* socii contra *Romanos* fuerint, in eodem situ *Jazyges* nominat *Annal. lib. 12. cap. 29.* Optimè autem inter *Scythas* & *Sarmatas* distinguit *Florus de gest. Rom. lib. 4. cap. 12.* qui de *Dacis*, verè *Scythis* dicit : *Daci montibus inhaerent*; econtrà de *Sarmatis* : *Sarmatae patentibus campis inequitant.* Hic igitur character *Scythas* à *Sarmatis*, saltè in *Europa*, distinguit, & indicium quoque facit, unde nomen *Sarmatarum* ortum suum trahat.

**DCCIV.** *Jornandes*, dum migrationem *Gothorum* in terras *Scythiæ* commemorat, has terras ex antiqua traditione populi *Gothici* *Ovim* vocatas fuisse dicit. Ex *Adriani Scriekii* elucubrationibus in *Europa rediviva* radices *Celticæ* in hoc vocabulo sic eruuntur : *Ov-im*, seu *ob-im* importat superioritatem in *ob*, interioritatem in *im*, ergo *ob-im* denotat interiorem superioritatem terræ, quod *Daciæ* propriæ antiquæ in montanis *Transylvanicis* & *Alpibus Bastarnicis*, atque ipsi *Daciæ* à *Jornande* descriptæ, quæ *de reb. Get. cap. 3. ad coronæ Speciem Alpibus emunita* ei vocatur, rectissimè convenit; illa igitur erat terra *Scythica*, in quam *Gothi* immigrabant, sed unde iterum expòst usque ad *Pontum Euxinum* recesserunt. Porro ad vocem *Sarmata* ex eodem *Scriekio*, quanquam is nec hujus nec *ovim* nominis derivationem assumat, hoc suppeditatur. *Sar*, *s'ar*, radix *Hebraicè* & *Japheticè*, genitivum frequenter facit terræ, sæpe domini, idque distinguendum est secundùm rem; sed cùm dominium significat, *Japheticè* aspiratur, *s'har*, plerumque tamen miscentur, quasi propria terrenorum. Ita *Scriekius originum indice tertio in radice Sar.* *Medi*, vel *Medi*, *Mede*, vel *Midde*, sunt medii, vel qui in medio; hinc ortum nomen *Medorum*, idem *Scriekius monitorum secundorum lib. 3. num. 17.* Inde deducendum videtur, *Sarmatas* *Celticè* dictos fuisse, *s'ar-medden*, terræ medios, qui nempe inter *Scythas* *Europæos* & *Asiaticos* terram incolebant; & hoc iterum apprimè convenit situi *Sarmatarum*, prout ab omnibus antiquis scriptoribus traditur.

Ex hac derivatione autem non sequitur, omnes *Sarmatas*, qui medio situ inter *Scythas* erant, unius nationis aut linguæ fuisse; sed plures differentes nationes hunc situm tenere, & nomen *Sarmatarum* participare poterant. Sic *Strabo Geogr. lib. 7.* post descriptam totam *Getarum*, id est propriè *Scytharum*, in *Europa* regionem usque ad *Tyrigetam* in ripa *Tyræ* seu *Niester* Fluvii subjungit: post hos *Jazyges* *Sarmatæ*, & qui *Basilii*, id est *Regii* dicuntur & *Urgi*, quorum plerique *Nomades* sunt, quidam etiam agriculturæ operam navant &c. *Sarmatæ* hi *Jazyges* non *Slavicæ*, sed alterius nationis, & linguæ, ut alibi de hoc fusiùs agitur, erant, & tamen *Sarmatæ* ob situm medium inter *Scythas* proprios audiebant. Concludendum itaque: vocem *Sarmata* non esse *Slavicæ*, cui nec in minimo congruit, sed *Celticæ* originis & radice, atque generaliore esse, quàm ut *Slavos* solos comprehendat. *Græci* autem, dum locò *Sarmatarum* plerumque nomen *Sauromatarum* usurpant, ex sua penu etymologiam, quasi à *σαυρός* & *ῥωμα*, id est ab acribus, velut *viperinis oculis*, corruptè magis quàm verè, subministrare voluerunt.

4<sup>to</sup> Ad vocabulum : Venedus.

**DCCV.** Tres nationes à veteribus Celtis vocatæ sunt *Beneden*, *Veneden*, nempe 1<sup>o</sup> Belgæ quidam ad Oceanum in antiquis Galliis; 2<sup>do</sup> Incolæ ad mare Adriaticum in Italia; 3<sup>to</sup> populi quidam in Scythia seu Sarmatia Europæa. Hanc in rem *Strabo Geogr. lib. 4.* refert: post dictas gentes Belgæ sunt ad Oceanum pertinentes. De his Veneti (græcè ponit etiam *ὀύβεροι*) navali pugna cum Cæsare congressi sunt, parati ejus Britannicam navigationem impedire &c. Hos ego Venetos existimo Venetiarum in Adriatico sinu esse auctores, quando reliqui etiam ferè omnes Galli, qui in Italia sunt, ex transalpinis eò immigraverunt regionibus, ut Boji, & Senones; cum Paphlagonibus, quia illi quoque Heneti sive Veneti appellantur, alii id adscribant. Neque ego id pro certo tamen adfirmo, cum in hujusmodi rebus probabili conjectura par sit esse contentum.

*Scrickius monitorum secandorum lib. 4. num. 41.* de Venetis Adriaticis sic opinatur: è Celtis quidem sunt origine, sed à *situ infero* dicuntur; habitant enim in inferioritatibus, itaque Celtis *Beneten*, *Beneden*, *Veneden*, dicuntur, idque est inferi, vel inferiores, vel qui in inferioritatibus &c. De Venetis Scythiæ seu Sarmatiæ Europææ dubiosè refert *Tacitus de mor. Germ. cap. 46.* Hic Sueviæ finis. Peucinorum, Venedorumque, & Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adscribam dubito &c. Venedi multum ex moribus traxerunt; nam quidquid inter Peucinos, Fennosque silvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. *Hi tamen inter Germanos potiùs referuntur*, quia & domos figunt, & scuta gestant, & pedum usu ac pernicitate gaudent, quæ omnia diversa Sarmatis sunt, in plastro equoque viventibus &c. An in hoc loco Taciti, per *ly bi*, Peucini & Fenni tantum, an simul Venedi intelligantur, adeoque & Venedi Germanicæ potiùs originis à Tacito habiti fuerint? dubium manet; ast, quidquid de Taciti opinione sit, probabilius videtur, Venedos illos, tempore Taciti, & Ptolemæi, sinus Venedici seu maris septentrionalis accolas, origine Germanos, & à possessione inferiorum locorum ad mare, sicut reliquos ad mare Gallicum, nec non Adriaticum quondam sedentes, nomine hoc Celtico appellatos fuisse. Nomen ergo Venedorum, cum propriè ex radicibus antiquissimæ linguæ Celticæ proveniat, nullamque radicem in Slavica lingua habeat, populis Slavicis, qui ex remotis ad Volgam fluvium sedibus, seculo tertio ad inferiora Danubii & Ponti descenderunt, à Germanis, ad similitudinem antiquiorum Venedorum, inditum esse censendum est.

**DCCVI.** Non desunt tamen, qui alteram à Strabone allatam opinionem amplectentes, Venedos Slavos propriè *Henetos* vocari, ejusdemque propaginis cum Henetis Adriaticis, adeoque originetenus Paphlagonibus esse, & vetustissimis quondam temporibus, ex Paphlagonia Asiæ, in Sarmatiam Europæam, ut alii eorum populares ad Adriam, commigrasse malunt. Adjuvantur hi quodammodo à similitudine nominum Eneti, & Slavi. *Jornandes de reb. Ges. cap. 29.* habet: *Urbs* Ravennas inter paludes & pelagus, interque Padi fluenta uni tantum patet accessui; cujus dudum, ut tradunt majores, possessores *Eneti*, id est, *laudabiles* dicebantur. Item *Paulus Diac. de gest. Langobard. lib. 2. cap. 14.* de Venetis Adriaticis agens dicit: *Eneti* enim, licet apud Latinos una litera addatur, græcè *laudabiles* dicuntur. *Nota editionis Muratorii* ibidem addunt: *laudabilis* sive *pradicabilis*, *ἀειστός*, à voce primitiva *ἀίωσ*, qua laudem significat. Eneti itaque græcum, & itidem Slavni Bohemicum seu Slavicum vocabulum laudabiles indigitat, ut origo quoque eadem nationis utriusque videri posset. Ast huic opinioni refragatur, quod refert *Strabo Geogr. lib. 12.* Cappadociam Paphlagoniæ vicinam utroque uti sermonis genere, vocabulisque Paphlagonicis abundare: *quod genus sunt* (inquit) *Bagas, Biasas, Æniates, Ratotes, Zar, Lokes, Tiberus, Gasys, Ologasys, Manes &c.*

Ex

Ex his vocabulis nullam radicem Slavicam elicere licet, obindéque Paphlagonés à Slavica lingua omnino alieni erant, unde & stemma Slavis præbere nequibant. Concludendum igitur, nomen Venedorum distinctivum Slavis, à populis vicinis Celticis inditum fuisse.

5<sup>to</sup> Ad vocabulum : Anta.

**DCCVII.** *Jornandes de reb. Get. cap. 3.* dicit, Vinidarum præcipua nomina esse, Slavini (corruptè ille ponit Sclavini) & Antes; Antes autem hos ad Ponticum mare curvari, & à Danaastro extendi usque ad Danubium. *Procopius de bell. Goth. lib. 3. cap. 14.* eos vocat Antas, similiter & alii scriptores. Antarum ergo situs erat seculo quinto, cujus historiam pertexit *Jornandes*, à Danaastri jam majoris ripis circa mare Ponticum; usque ad Danubii etiam majoris ripas, adeoque ubique ad aquas respectivè fluviales & maritimas; Slavinis verò assignat *Jornandes* superiores ripas Danubii & Danaastri seu Niester, & præterea, quæ ad latus sinistrum Daciæ in Aquilonem vergunt, & ab ortu fluminis Vistulæ immensis spatiis veniunt. Situs hic Antarum ad aquas demonstrat quasi originem Celticam nominis hujus, nulli Slavicæ radici approximantis; secundum *Strickii* enim sæpe laudati radices Hebraicas simul & Celticas ex præpositione Celtica *an*, id est ad, articulo *the* vel *th'* cum elisione *e*, & nomine *aa* vel *a* simpliciter, quæ radix aquam denotat, deducitur *an-th'-a*, ad aquas habitans Antha vel Anta seu Venedus, & distinguitur à Slavinis, qui non ubique ad aquas, sed & in mediterraneis habitabant. Nec hoc igitur vocabulum Anta est Slavicæ originis.

6<sup>to</sup> Ad vocabulum : Slavini.

**DCCVIII.** Hoc demum propriæ domesticæ est originis à primitivo *Slava*, quod est gloria & laus. Inde venit adjectivum *Slavni*, celebres, laudabiles: verbum *Slavisi*, celebrare, prædicare: participium *Slaveni*, celebrati, deprædicati. Hoc nomen igitur ipsa gens sibi met assumpsit, & sicuti vicina ipsis in Europa gens Gothorum à *God*, bonum, se nominavit *Goden*, bonos, sic illa elegit *Slavni* celebres, laudabiles, ut se tales præstarent in bello contra inimicos, in pactis erga amicos, & in moribus inter se, quæ qualitates quoque, ut suo loco dicitur, à Scriptoribus æquis genti ei attributæ leguntur. Poterant quoque Slavi in hoc eligendo nomine respicere ad populos Asiæ trans mare Ponticum Paphlagonés, qui se Enetos græcè dicebant, ita ut Slavi ab hoc exemplo simile nomen sed proprii sermonis fusciperent.

**DCCIX.** Nomen adjectivum *Slavny* in singulari, & *Slavni* in plurali, latum habet usum in lingua Slavica; quidquid enim augustum, inclytum, clarum, gloriosum, honorabile, laudabile dicere volunt, vocabulo hoc insigniunt; v. g. *Slavni Kralove*, Augusti Reges: *Slavny Narod*, inclyta gens: *Slavny Kralovstvoj*, inclytum Regnum: *Slavni Przedkove*, clari majores: *Slavny Wsiezstvoj*, gloriosa victoria: *Slavny Magistrat*, honorabilis magistratus: *Slavni Lide*, laudabiles & celebres homines. Porro ex primitivo *Slava* innumerabilia promanant composita, nomina præcipuè virorum in Slaw, & fæminarum in Slawa; v. g. *Waczslaw*, major gloria: *Przibislav*, accrescens gloria: *Wratislav*, restituens gloriam: *Zdislav*, murus gloriæ: *Miroslav*, pacis decus: *Bogislav*, belli decus: *Wlastislav*, patriæ decus &c. Hoc ipsum autem tam inclytum nomen non levem subire debuit sui immutationem apud exterarum gentium linguæ Slavicæ ignaras; Romani, quibus pronuntiatio vocabuli *Slavni* literalis pura ad palatum non erat, primæ syllabæ *Slav-* litteram *c* intermiscabant, secundam *ni* per interjectum *i* dividebant, adeoque trisyllabum *Sclavini* efformando, nomen id quasi radicibus suis evellebant. Sub Carolingicis Imperatoribus latissimè jam diffusi erant Slavi per plurimas provincias, nempe per Bohemiam, Moraviam, Silesiam, Poloniam, Carantanum, Croatiam &c. qui Slavi orientales: nec non versùs mare Balthicum & septentrionale per partem Saxoniam, Marchiam Brandenburgicam, Ducatum Mecklenburgicum, Pomeraniam &c. qui Slavi Boreales dicebantur; medii autem inter illos in Misnia erant Slavi Sorabi, origine Dalmatæ.

**DCCX.** *Eckhardus de reb. Franc. Orient. lib. 23. cap. 7.* ait: Videtur etiam Carolomannus S. Burchardo (qui A. 741. Episcopus Wirceburgensis factus. *ibid. cap. 2*) concessisse, ut in loca deserta & silvestria Slavos reciperet, qui novalia instituerent & excolerent. Hos verò Slavos sub censu certo ille recepit, liberòsque & accolos ecclesiarum declaravit, unde illi in diploma-

tibus, ut videbimus inferius, parochi sive parochis obnoxii, Bargildi sive parochorum censuales & accolæ, vocantur &c.

Idem *Eckhardus lib. 25. ad finem* dicit: Priusquam ad successorem Bernwelfi (Episcopi Wirceburgensis A. 800. mortui) transeamus, monendum hic est, in silvestribus locis Radantiam inter & Moenum à S. Burchardi tempore, ut supra indicavimus, *Slavos Winidos, ex Sorabis puto, & Behemannis sive Bohemis*, sedes fixisse & terram excoluisse. Hi Moinwinidi & Radanzwinidi vulgò dicebantur, & Comites super se habebant censûs exactores. Diœcesis Wirceburgensis in eos extendebatur, ad fines enim Bohemiæ usque procedebat &c. *Lib. 26. cap. 12.* Imperator eidem (Episcopo Wirceburgensi Liuthero) hoc circiter tempore (A. 801.) ecclesias Slavorum Winidorum inter Radantiam & Moenum fluvios habitantium quatuordecim solenniter commisit &c. *Lib. 28. cap. 258.* Rettenpacherus annalium Cremifanensium libro I. diploma Ludovici & Lotharii (de A. 828.) affert, quo &c. monachis loci donârunt quoddam territorium in pago Grunzuuiti, juxta montem Sumerbech, quod hætenus *Servi vel Slavi ejusdem monasterii* ad censum tenebant Comiti solvendum &c.

**DCCXI.** Ex his relatis apparet, quàm inversè planè & immeritò celebre Slavorum nomen detortum à sua propria significatione fuerit, cum monasteria & ecclesiæ, quæ Slavos pro excolendis terris ad se receperant, pro synonymis quasi habere inciperent, Slavi (aut corruptè Sclavi) nostri, & servi nostri. Ast 1<sup>mo</sup> novum id, & respectu aliarum quoque nationum insolitum quid non erat: refert enim jam seculi primi scriptor *Strabo Geogr. lib. 7.* de Dacia agens: est & alia regionis distributio, quæ ab antiquo perduravit, ut alii Daci, alii Getæ appellentur &c. Dacos puto antiquitùs Davos appellatos: unde etiam apud Atticos in usu fuerint servorum nomina Getæ ac Davi &c. Nam servis Attici nomina imponebant, aut gentis, unde fuerant allati, ut Lydum, Syrum, aut ea, quæ apud istas gentes essent usitatissima, ut Manen, vel Midam, qui ex Phrygia, Tibium, qui è Paphlagonia &c. 2<sup>do</sup> detorsio significationis occasione quorundam tantùm Slavorum, in terras alias commigrantium, ibidemque conditionem servilem suscipientium cœpta, gentem illam, quæ in sedibus suis manserat, nihil afficiebat; minimè verò 3<sup>to</sup> gentem Bohemicam Slavicam, utpote quæ illis temporibus seculi octavi, dum promiscuus usus vocabulorum servi & Sclavi oriretur, liberrima adhuc existeret, & anno demum 805. in seculo nono sub solam tributis pensationem cessit; ita ut malè opinetur Eckhardus, Slavos inter Moenum & Radantiam S. Burchardi tempore ex permisso Carolomanni receptos partim ex Bohemia fuisse; nihil enim huic Carolomanno seniori juris erat in Slavos Bohemos, quorsum adhuc nec pedem intulerat; bene autem de *Sorabis Thuringiæ vicinis* disponere poterat, cum jam ante Carolomannum Thuringia à Regibus Francicis subacta esset. Post Carolingicos Imperatores sub Saxonibus & aliis, non tantùm Sorabi Slavi, sed & omnes Boreales excisi fermè, & in alias provincias quasi deportati, & sub jugum servile missi sunt; unde hi Slavi in Servorum compellationem venerunt; quod nihil ignominiosi Slavis Bohemis inurit, qui potiùs sub Ducibus, Regibus, Magistratibus, judiciis, & legibus suis viventes ab Imperatoribus favore aucti, & jure civitatis Germanicæ spontè honorati sunt.

### 7<sup>mo</sup> Ad vocabulum: Croata.

**DCCXII.** Hujus vocabuli derivatio hic idè inquirenda, quoniam tam Slavi Bohemi, quàm Poloni, ex perpetua & conformi utriusque gentis traditione, ultimas sedes suas, antequàm in Bohemiam commigrarent, & inde se pars ipsorum versùs hodiernam Poloniam separaret, in Croatia habuerunt. Historia ipsa, quòd nempe multitudo ex Sarmatis Limigantibus à Constantino Magno A. 334. ad fines Italiæ in Carnis & ad Carnos collocata fuerit, & inde pars eorum A. 374. in Bohemiam sub Ducibus & fratribus Czecho & Lecho migraverit, alibi deducetur, hic autem

tem tantum de Etymologia nominis Croata agitur. Nomen hoc transformatum est in latinismum & germanismum; secundum veram derivationem Slavicam autem apud Bohemos proprie *Charvas* scribitur & pronuntiatur, apud Croatas *Horvat* scribitur, & *Chorvat* pronuntiatur. *Char* est residuum ex nomine populi, qui ante Slavos has terras incolebat, & Romanis *Carni* dicebatur, prouti quoque idem illud *Cbar* in nominibus, quæ circa Caroli Magni ætatem præcipue vigeant, nempe *Charensani*, *Chariones*, *Charini*, reperitur. *Was* seu *Wary* est adjectivum Slavicæ formationis, & eandem significationem generat, ac terminatio *ofus* in formatione adjectivorum latina; v. g. *Bylinowaty*, herbosus: *Blatowaty*, lutosus: *Hlinowaty*, argillosus: *Puskowaty*, arenosus: *Kamenowaty*, lapidosus: *Horowaty*, montosus: &c. Ab hoc ultimo vocabulo, *Horowaty*, non provenit nomen, etiam Croaticum hodiernum *Horvat*; si enim ab *Hora* Bohemicæ dialectus descenderet, quasi *Horwat* idem esset, ac montana incolens, Croatia ipsi sese *Gorowaty* scribere deberent, cum montem *Gora* dicant. Slavi igitur, de quibus hic est quæstio, se dixerunt *Charowaty*, eò quod partim in, partim ad terras veterum, tum emigratione, tum calamitatibus aliis ferme extirpatorum Carnorum collocarentur. Dilatum deinde hoc nomen fuit in ultteriores quoque terras Germanicas, seculo sexto (ut infra num. 857. & seqq. latius dicetur) à Charvatis Slavis occupatas, atque in populos Charvatarum imperio associatos Germanicos, & totus hic conjunctus populus, ut Slavicè *Charwati*, ita germanicè *Charnier*, & latinè *Charentani* & *Carantani*, dici cœpit, quæ vocabula præcipue ævo Caroli M. in usu vigeant.

### 8<sup>vo</sup> Ad vocabulum: Nomades.

**DCCXIII.** Ex *Strabone Geogr. lib. 7.* Huc facit & testimonium, quod ab eo (Posidonio nempe) adducitur: *Mysis* Homerum adungere *Hippemolgos*, multores equorum nimirum, *Galactophagos*, id est vescens lacte, & *Abios*, qui sunt in vehiculis habitantes *Scythæ* & *Sarmatæ* &c. Hos universos Homerum compendio sic extulisse: multores claros respexit equorum (Jupiter) *Lactivoros*, *Abiosque*, hominum gens justior illis nulla alia est &c. An verò tum temporis ii, qui ultra *Mysos*, *Thracas*, *Getasque* incolebant, *Equimulgi* non erant & *Lactivori* & *Abii* qui etiam hodie in curribus degunt, & à vagando *Nomades* dicuntur, è pecore, lacteque & caseo, maximè equino victitant, neque reponendi proventus suos, aut cauponandi nullam norunt artem, tantum mercibus merces permutare? qui ergo *Homerus* *Scythas* ignoravit, qui *Equimulgos* & *Lactivoros* quosdam nominat? &c. Quid verò miraculi est, si quia apud nos commercia, & fraudes in iis frequentes sunt, claros justissimosque illos *Homerus* vocavit, qui minimam vitæ partem contractibus & pecuniæ tractandæ impendunt, sed gladio poculoque demptis, reliqua omnia communia inter sese habent, inque primis uxores & liberos, *Platonis* instituto convenienter? Porro *Æschylus* quoque haud obscure *Homero* adstipulatur, sic de *Scythis* pronuntians: *Gens justa & equis pascendis dediti Scythæ*: quæ sanè opinio etiamnum apud *Græcos* hæret &c. Sunt enim quidam de vagis seu *Nomadibus* *Scythis*, qui equorum lacte vescuntur, justitiâ omnibus hominibus superiores: quorum & *Poëtæ* meminerunt; *Homerus* enim *Jovem* ait respexisse ad *Lactivoros*, *Abiosque*: his non est justior ulla gens hominum. Et *Hesiodus* in poemate, quod circuitum terræ inscripsit, ait: *Phineum* ab *Harpis* abductum in terram eorum, quibus pro domibus currus sunt, vivere lacte ferunt. Subjicit deinde causam, quod cum exili utantur victu, neque sint quæstui dediti, sed invicem vitam degant justam, omnia habentes communia, uxoresque adeò, & liberos, ac familias: tum adversus externos invicti sunt atque inexpugnabiles, quod nihil habeant cujus causâ servitutem sustinere vellent, citatque *Chærilum*, qui in transitu ratis,

tis, quâ Darius mare junxit, hæc posuerit: Opiliones Scythicâ Sacæ origine, Asiam incolebant tum feracem tritici, à gente justa hominum hinc illinc vagantium missi in coloniam &c. Verùm id volui significare, communi quadam & priscorum & posteriorum famâ creditum fuisse, Nomadum eos, qui maximè ab aliis hominibus essent remoti, lacte vesci, opibus carere, & esse justissimos, neque id fuisse ab Homero confictum.

*DCCXIV. Ex eodem lib. 7. Strabonis*, ubi de Germanis Suevis loquens subjungit: commune omnium est qui istis in locis degunt, facilis & expedita soli mutatio, ob tenuitatem victûs, & quòd neque colunt agros, neque fructus recondunt: sed in casis habitant structurâ in unum diem constantibus; cibus ei à pecore plurimus, ut & Nomadibus: quorum etiam imitatione rebus suis in currus impositis facilè cum pecore suo abeunt, quòd visum fuerit.

*Ex Julio Casare de bello Gall. lib. 6. cap. 22.* ubi de Germanorum moribus agens ait: Agriculturæ non student: majorque pars victûs eorum lacte, & caseo, & carne consistit: neque quisquam agri modum certum aut fines proprios habet; sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus, cognationibusque hominum, qui unâ coierunt, quantum eis & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno post aliò transire cogunt. Ejus rei multas adferunt causas; ne assidua consuetudine capti, studium belligerandi agriculturâ commutent; ne latos fines parare studeant, potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratiùs, ad frigora atque æstus vitandos, ædificent; nequa oriatur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones dissensionisque nascuntur; ut animi æquitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis æquari posse videat.

*DCCXV. Ex Tacito de mor. Germ. cap. 16.* Nullas Germanorum populis Urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem connexis & cohærentibus ædificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive incitiâ ædificandi. Ne cæmentorum quidem apud illos aut tegularum usus. Materiâ ad omnia utuntur informi, & citra speciem aut delectationem.

*Ex Pomponio Melo lib. 3.* Sarmatiâ intus, quàm ad mare latior, ab his quæ sequitur Vistulâ amne discreta, quâ retrò abit, usque ad Istrum flumen immittit. Gens habitu armisque Parthicæ proxima, verùm ut cæli asperioris ita ingenii; non se urbibus tenet, & ne statis quidem sedibus; ut incitavère pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens semper castra habitat, *bellatrix, libera, indomita* &c.

*Ex Ammiano Marcellino lib. 31. cap. 2.* Hunnorum gens monumentis veteribus leviter notâ, ultra Paludes Mœoticas glaciale oceanum accolens &c. Ædificiis nullis unquam tecti: sed hæc velut ab usu communi discreta sepulcra declinant; nec enim apud eos vel arundine fastigatum reperiri tugurium potest, sed vagi, montes peragrantes & silvas, *pruinâs, famem, sitimque perferre ab incunabulis assuescunt.* Peregrè tecta nisi adigente maxima necessitate non subeunt, nec enim apud eos securum existimant esse sub tectis &c. Nemo apud eos arat, nec stivam aliquando contingit. Omnes enim sine sedibus fixis, absque lare vel lege aut ritu



ritu stabili, dispalantur, semper fugientibus similes, cum carpentis in quibus habitant &c.

**DCCXVI.** His præintellectis æquo animo & absque ullo rubore ferri, quin & virtuti potius atque laudi imputari possunt, quæcunque Scriptores veteres de moribus Sarmatarum in genere, & Venedorum Slavinorum in specie, vitæ nomadicæ appropinquantibus, referunt. Vg. quod dicit *Jornandes de reb. Get. cap. 3.* Hi Sclavini paludes silvasque pro civitatibus habent. *Procopius Cæsariensis de bell. Goth. lib. 3. cap. 14.* Et verò hi populi Sclaveni inquam & Antæ &c. in tuguriis habitant vilibus & rarè sparsis, atque habitationis locum subinde mutant &c. vitam, æquè ut Massagetæ, victu arido incultoque tolerant &c. Non animo vituperandi hæc promit Procopius, sed potius de ordinatione Reipublicæ, agnitione & cultu Numinum, & genio non fraudulento nationis affatim testatur, ut infra latiùs excerptur.

Sanè *Tacitus de mor. Germ.* simpliciorem vivendi modum inter Germanicas nationes nullum affert, nisi in *sine libri de Fennis.* Fennis (inquit) mira feritas, fœda paupertas, non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pelles, cubile humus. Sola in sagittis spēs, quas inopiâ ferri offibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac fœminas alit; passim enim comitantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque suffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur; huc redeunt juvenes, hoc senum receptaculum. Id beatius arbitrantur, quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metûque versare. Securi adversus homines, securi adversus Deos, *rem difficillimam assecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus sit.* Ita Tacitus; qui miratur simplicem conditionem Fennorum, & simul extollit, eò quòd iis, adversus homines cælique injurias ob paupertatem secutis, nec Deos fatigare votis opus sit. Non mirum ergo videri debet, quòd *Christianus*, primus inter Bohemos Historiographus, in *vita S. Wenceslai & S. Ludmille* ex zelo Christianitatis conqueratur in hæc verba: At verò homines Bohemi, ipso sub Arcturo positi, cultibus Idololatriæ dediti, velut equus infrænis sine lege, sine ullo Principe, vel rectore, vel urbe, uti bruta animalia, *sparsim vagantes terram solam incolebant &c.*

**DCCXVII.** Quod de Scythis, Sarmatis, & Germanis hucusque dictum, idem de *Britannis* asserit *Dio apud Xiphilinum in Severo*, his verbis: cæterum Britannorum duo sunt præsertim genera, Caledonii & Mæatæ: nam cæterorum nomina ad hos ferè referuntur. Incolunt Mæatæ juxta eum murum, qui insulam in duas partes dividit: Caledonii post illos sunt. Possident utrique montes asperissimos, & sine aqua; itemque campos desertos, plenosque paludibus: quòdque *mænia non habent nec urbes, agros nullos colunt: de præda, & venatione, fructibusque arborum vivunt;* nam pisces, quorum ibi maxima est & innumerabilis copia, non gustant. *Degunt in tentoriis nudis & sine calceis:* utuntur communibus uxoribus; liberosque omnes alunt. Apud hos populus magnâ ex parte principatum tenet: *latrocinantur libentissimè:* militant de curribus: equos habent parvos & celeres: pedites currunt celerrimè: dum stant, firmissimi sunt &c. Cùm igitur genus vitæ nomadicum toti Germaniæ, Britanniæ, ac Sarmatiæ communè fuerit, nulli ex his nationi id, quod virtutis potius & temperantiæ argumenta præbet, dedecorosum videri poterat.

#### 9<sup>nd</sup> Ad vocabulum: Latrocinatio.

**DCCXVIII.** Quemadmodum secundum supra dicta Græcus & dein Romanus fastus omnes alias nationes exteras Græcis vel Romanis non parentes, & ipsorum moribus non conformatas, Barbaros nuncupabat, ita etiam bellicas expeditiones

nes harum gentium, non tantum quæ ad dominatum alienum à se dimovendum contra Romanos fierent, sed & quas gentes eæ inter se ad ulciscendas injurias mutuas committerent, belli nomine ut plurimum haud dignabatur, sed latrocinia, latrocinationes, prædationes vocitabat. Et hæc est una acceptio vocis huius: altera, & quæ non sugillat, est, dum latrocinatio idem Romanis significat, quoniam non aperto Marte in acie & ex condicito configere, aut modò hic modò illic per insidias & stratagemata in hostem incautum irrumpere, & particularibus velitationibus eum defatigare. Tertia species, quæ apud Romanos Latrociniorum nomine veniebat, erat mos ille antiquitus inter gentes ferme omnes receptus, & communi consensu pro licito immo glorioso habitus: in orbe universo, quem pro indiviso reputabant, vel sedes pristinas, quæ quæque gens evaluatorat, armis extendere, vel relictis prioribus novas quærere. Inde omnes migrationes ortæ; inde & non rarò Romani ipsi titulum dominationis suæ dilatarandæ emutuabant levibus cæteroquin tantum prætextibus quæsitis, ut trajectus Cæsaris in Britanniam pro exemplo esse potest. Quod igitur Romani approbabant in se, reprobabant in aliis; quanquam Cæsar ipse aliis gentibus hac in parte æquè ac sibi plusculum indulgens, morem eum pro excusato habeat; ait ille enim *de bell. Gall. lib. 4. cap. 1.*

**DCCXIX.** Suevorum gens est longè maxima & bellicosissima Germanorum omnium; ij centum Pagos (id est conventus seu provincias subdivisas) habere dicuntur, ex quibus quotannis *singula millia armatorum bellandi causâ suis ex finibus educunt*, reliqui domi manent &c. *Lib. 6. cap. 23.* Civitatibus (loquitur hic Cæsar non de Suevis modò, sed de tota Germania, & Civitas hoc loco apud eum est provincia tota alicujus populi) maxima laus est, quàm latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere, *hoc proprium virtutis existimant expulsos agris finitimos cedere*, neque quemquam prope se audere consistere &c. *Latrocinia nullam habent infamiam, qua extra fines jusque civitatis sunt*, atque ea juventutis exercendæ ac desidiæ minuendæ causâ fieri prædicant; atque ubi quis ex Principibus in concilio se dixit ducem fore, ut, qui sequi velint, profiteantur; consurgunt ij, qui & causam & hominem probant, suumque auxilium pollicentur, atque ab multitudine collaudantur: qui ex ijs secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque rerum ijs postea fides abrogatur. *Hospites violare fas non putant: qui quaque de causa ad eos venerunt, ab injuria prohibent, sanctosque habent: ijs omnium domus patent, victusque communicantur &c.* Cæsar itaque gentis ejus (quam civilitatis & religionis erga hospites laudat) institutum, extra fines suos bellandi, non reprobat, nihilominus id latrociniorum nomine habet. *Tacitus in lib. de mor. Germ. Marcomannorum factum de Bojis expulsis virtutem nominat, dicit enim sedem Marcomannorum, pulsos olim Bojis, virtute partam; dum itaque in annal. lib. 12. cap. 29. ad annum C. Antistio & M. Suillio Coss. id est, æræ Christianæ 50. de Regno Marcomannorum & Quadorum memorat, illud à Vannio Rege tunc profugo triginta per annos prædationibus & vectigaliibus auctum esse; prædationes improprie accipit, & Romanis se accomodat, qui suas acquisitiones quascunque, ex decreto quasi à Diis universali imperio, pro legitimis, aliarum autem gentium pro prædatoriis habebant.*

**DCCXX.** Sequuntur nunc alia loca scriptorum de latrocinatione ex excerptis historicis:

*Ex Flavio Vopisco in Proculo Tyranno: ad An. 280. in 2do sensu: Proculus nonnihilum tamen Galliis profuit; nam Alemannos, qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sinè gloriæ splendore contrivit, nunquam aliter, quàm latrocinandi pugnans modo.*

*Ex Ammiano Marcellino lib. 16. cap. 9, Persæ in Oriente per furta & latrocinia potius, quàm ut solebant antea per concursatorias pugnas, hominum prædas agitabant & pecorum.*

*Ex*

*Ex Ammiano lib. 17. cap. 12. ad A. 358.* permistos Sarmatas & Quados ad latrocinia magis quàm aperto habiles Marti.

*Ex eodem Ammiano lib. 29. cap. 6. ad A. 374.* Latiùs se cum Sarmatis Quadi pudentes ad raptus & latrocinia gentes aptissima.

*Ex eod. Ammiano lib. 15. cap. 5. ad A. 354.* Instárque fluminis hostibus (Alemannis Lentiensibus) superfusi (Romani) non justo praelio, sed discursionibus predatoriis universos in fugam coegere foedissimam.

*Ex eodem Ammiano lib. 27. cap. 2. de Alamannis ad annum 366.* Signo repente per lituos dato latrocinialia castra perrupit. Loquitur ibi Ammianus de Jovino Magistro equitum.

*Ex eod. lib. 27. cap. 10. ad A. 368.* Alamannus Regalis Rando nomine, diu praestruens quod cogitabat, Mogontiacum praesidiis vacuum cum expeditis ad latrocinandum irrepit.

*Ex eod. Ammiano lib. 31. cap. 7. de Gothis ad A. 377.* Valens Praefuturum praemisit & Trajanum, qui cum ad loca venissent, *abi particulatim perque furta magis & latrocinia multitudo minui deberet hostilis*, ad id quod erat perniciosum intempestive conversi legiones ab Armenia ductas opposuere.

### 10<sup>mo</sup> De moribus Slavorum.

*DCCXXI. a. Ex Procopio Caesariensi lib. 3. cap. 14.* Et verò hi populi, Sclaveni inquam, & Antæ, non uni parent viro; sed ab antiquo in populari imperio vitam agunt: ac propterea utilitates & damna apud ipsos in commune vocari solent. Aliarum etiam rerum ferè omnium ratio ab utrisque barbaris servatur eadem, fuitque olim constituta. Unum enim Deum, fulguris effectorem, dominum hujus universitatis solum agnoscunt, eique boves & cujusque generis hostias immolant. Fatum minime norunt, nedum illi in mortales aliquam vim attribuant: at cum sibi vel morbo correptis, vel praelium ineuntibus jam mortem admotam vident, Deo vovent, si evaserint, continuo victimam pro salvo capite mactaturos: elapsi periculo, quod promissere, sacrificant, eaque hostia vitam sibi redemptam credunt. Praeterea flavios colunt, & Nymphas, & alia quaedam numina: quibus omnibus operantur & inter sacrificia conjecturas faciunt divinationum. In tuguriis habitant vilibus & rare sparsis, atque habitationis locum subinde mutant. Cum pugnam invadunt, multi pedibus tendunt in hostem, scutula spiculaque gestantes manibus. Loricam non induunt: quidam nec subuculam habent nec pallium: sed cum femoralibus tantum, ad virilia usque aptis, hosti se offerunt ad certamen. Una est utrisque lingua admodum barbarà, nec forma corporis inter se differunt. Sunt enim proceri omnes ac robustissimi. Colorem nec summe candidum habet cutis, nec flavum coma: neque is plane in nigrum deficit, at subrufus est, & quidem omnibus. Vitam aequè ut Massagetæ victu arido incultoque tolerant, totti, sicut illi, sordibus & illuvie semper obsiti. Ingenium ipsis nec malignum nec fraudulentum: & cum simplicitate mores Hunnicos in multis retinent. Nomen etiam quondam Sclavenis Antisque unum erat: utrosque enim appellavit Sporos antiquitas, ob id, opinor, quia σποράδην, hoc est sparsim & rare positis tabernaculis regionem obtinent: quo fit ut magnum occupent spatium. Et verò ulterioris ripae Istri partem maximam habent. Haecenus de gente illa.

11<sup>mo</sup> De migratione Slavorum.

**DCCXXI. b.** Secundùm alibi dicta & adhuc dicenda Slavi, qui ex terris Volgæ fluvii ad terras Danubio proximas venerunt, olim in duo genera subdividebantur, in Antas nempe, & Slavinos. *Antæ* seculo tertio finiente sedes obtinebant infra Alutam fluvium, circa Mœsiam inferiorem, & Scythiam, ad Danubium, & Pontum Euxinum. Seculo sexto medio, dum jam ab initio ejusdem seculi in has terras novus populus Slavicus, sub nomine Bulgarorum, à Volga flumine immigrasset, magna pars Antarum Danubium populariter transivit, & diviso tripartitò exercitu in Dalmatia mediterranea, id est in hodierna Bosnia, & partim Servia, nec non in Slavonia, inter Savum & Dravum, à Siscia usque ad Sirmium, sedes ceperunt, quas & subsequens temporibus in Dalmatiam maritimam & partem Croatiae extenderunt, atque hodiernum quoque retinent. Aliam partem Serviae dein, ac Regionem, quæ hodie Bulgaria dicitur, uti & alias terras cis-Danubianas Pontum versùs Bulgari occuparunt. *Slavini*, Sarmatæ quoque Limigantes ab infessis limitibus Romani Imperii dicti, seculo tertio finiente possidebant terras inter fluvios Marosch, Tibiscum, Danubium, & Alutam. Anno 334. Liberi seu Domini, à servis suis terra hac expulsi, partim ad Victovalos in latus Transylvaniae supra fluvium Marosch confugerunt, aet A. 358. à Constantio Imperatore loco suo & dominio restituti sunt: partim à Constantino Magno sedes circa Italiae fines in hodierna Croatia & Carnioliâ ad Savum & Dravum superiorem acceperunt. Ex his sedibus novis post 40. annos, nempe A. 374. Croatici Principes Czechus, & Lechus, cum populo suo, in Bohemiam emigrarunt, ibique sedes stabiles Czechus fixit, Lechus autem inde expost cum populo sibi adhærente in Poloniam se transtulit. Slavini, qui in sedibus pristinis Temesiensibus, & Walachicis remanserant, inde duplici tempore postmodum partim scilicet A. 454. (dum Hunni post mortem Attilæ Pannoniâ expellerentur, *vid. num. 759.*) in Croatiam hodiernam, & ad Dravi ripas, dein altero seculo in Hungariam hodiernam superiorem plenè emigrarunt. Causa ultimæ migrationis hæc fuit: Slavini illis Temesiensibus vicini erant in Transylvania ab Attilæ temporibus Gepidæ, in Pannonia verò ab A. 526. Langobardi; dum autem hi populi seculo sexto medio bella inter se miscerent, atque insuper Antæ, quanquam ejusdem cum Slavini stirpis, in hos circa annum 534. (absque dubio, quòd in sedibus suis Antæ à novis advenis Bulgaris turbarentur, *vid. num. 801. 802.*) irrumperent, itaque patria ibidem loci tuta amplius non videretur, econtra terræ à Langobardis derelictæ, inter Danubium, Moravam, & Granavam occupandæ, præsertim populo quondam Quadis amico, paterent: Slavini consilium illuc immigrandi, tutioresque sedes figendi cepere, unde & regnum novum Slavo-Moravicum exsurrexit. Populorum igitur Slavinarum veri posterii hodie adhuc supersunt: 1<sup>mo</sup> in Croatia hodierna atque vicinis partibus circa Savum & Dravum superiorem. 2<sup>do</sup> in Bohemia. 3<sup>io</sup> in Polonia. 4<sup>to</sup> in Hungaria superiore & parte Moraviæ.

12<sup>mo</sup> De Lingua Slavorum.

**DCCXXI. c.** Non ingratum, reor, nec ad dignoscendas meliùs Slavicæ Origines supervacaneum erit, laborem hic aliquem, grammaticalem licet, immiscere, & quæ adhuc hodie in lingua Bohemorum, Croatarum ad Savum & Dravum, atque Slavorum in Hungaria superiore, sit affinitas, adeoque olim viguerit conformitas, per schemata quædam, carptim saltem, deducere. Prænotandum autem: 1<sup>mo</sup> lingua Croatica hic ex dialecto civitatis principalis Zagrabiensis (Agram) desumitur, atque illa hodie quoque ibidem ad Dravum & Savum ita obtinet, ut nullus pagus linguâ aliâ mixtus sit, quanquam in civitatibus aliæ linguæ homines partem constituent. 2<sup>do</sup> in Hungaria superiore Comitatus (itidem de vicis & oppidis tenuioribus intelligendo) fermè purè Slavici sunt: Trentschiniensis, Arvensis, Thurocziensis, Liprovienensis, Zolienensis, Barsiensis &c. Comitatus idiomate Hungarico mixti: Posoniensis, Nitriensis &c. 3<sup>io</sup> Croatiae literam *H*, in fine dictionis semper, in initio verò potissimum, ut *Ch* latinum & *Chi* elementum græcum, in medio autem promiscuè ut *H*. & *Ch*. latinum: *ch* ut *Tsch* germanicum & *č* bohemicum: *g* ut *Kappa* lene: *sz* ut latinum & germ. *S*. forte: *Z* ut *S*. lene seu boh. *z*: *S* ut *sch* seu boh. *š* pronuntiant. Gallicum lene *sch* seu jota ante *e* & *i*, Bohemis *š*/ Croatiae modò per *f* modò per *z* scribunt, & usu tantum pronuntiatio *sch* fortis & lenis distinguitur. *V*. æquivalet Germanico & Bohemico *W*. 4<sup>to</sup> Slavorum Hungaricorum characteres ad modum

modum Bohemicum scribam, ut conformitas vel differentia linguæ magis appareat. 5<sup>to</sup> Abbreviationes infrâ à me ponendæ *Bo.* Bohemicam, *Sl.* Slavicam Hungariæ superioris, *Cr.* Croaticam methodum, *La.* Latinam significationem denotabunt.

*Schema declinationis masculinorum.*

Articulus.

|           |           |               |          |          |          |                |          |
|-----------|-----------|---------------|----------|----------|----------|----------------|----------|
| Bohemicè. | Slavicè.  | Croaticè.     | Latinè.  | Bohem.   | Slavicè. | Croaticè.      | Latinè.  |
| Ten.      | ten.      | te, ov.       | hic.     | ti / ty. | ty.      | ti, ovi.       | hi.      |
| tobo.     | tobo.     | toga, ovoga.  | hujus.   | těch.    | tech.    | tih, ovih.     | horum.   |
| tomu.     | tomu.     | tomu, ovomu.  | huic.    | těm.     | rym.     | tim, ovim.     | his.     |
| tobo/ten. | tobo/ten. | toga, ovoga.  | hunc.    | ty.      | ty.      | ti, ovi.       | hos.     |
| s tim.    | s tim.    | z tim, ovem.  | cum hoc. | s těmi.  | s rymi.  | z timi, ovimi. | cum his. |
| w tom.    | w tom.    | vu tom, ovom. | in hoc.  | w těch.  | w tech.  | vu teh, oveh.  | in his.  |

Declinatio communis animatorum.

|          |          |          |           |            |            |           |            |
|----------|----------|----------|-----------|------------|------------|-----------|------------|
| Wol.     | wol.     | vol.     | bos.      | woly.      | woli.      | voli.     | boves.     |
| wola.    | wola.    | vola.    | bovis.    | woluw.     | woluw.     | volov.    | boum.      |
| wolu.    | wolu.    | volu.    | bovi.     | wolum.     | wolom.     | volom.    | bobus.     |
| wola.    | wola.    | vola.    | bovem.    | woly.      | woly.      | voli.     | boves.     |
| s wolem. | s wolem. | z volom. | cum bove. | s wolmi.   | s wolmi.   | z volmi.  | cum bobus. |
| we wolu. | we wolu. | vu volu. | in bove.  | we wolech. | we wolech. | vu voleh. | in bobus.  |

Declinatio communis inanimatorum.

|         |           |           |           |           |             |            |              |
|---------|-----------|-----------|-----------|-----------|-------------|------------|--------------|
| čin.    | stucek.   | chin.     | actus.    | činy.     | stucky.     | chini.     | actus.       |
| činu.   | stucku.   | china.    | actūs.    | činuw.    | stuckuw.    | chinov.    | actuum.      |
| činu.   | stucku.   | chinu.    | actui.    | činum.    | stuckom.    | chinom.    | actibus.     |
| čin.    | stucek.   | china.    | actum.    | činy.     | stucky.     | chine.     | actus.       |
| činem.  | stuckem.  | chinom.   | cum actu. | činmi.    | stuckami.   | chinmi.    | cum actibus. |
| w činu. | w stucku. | vu chinu. | in actu.  | w činech. | w stuckach. | vu chineh. | in actibus.  |

Declinatio specialis animatorum.

|         |          |          |           |         |         |          |              |
|---------|----------|----------|-----------|---------|---------|----------|--------------|
| Arál.   | Arál.    | Kraly.   | Rex.      | Arálj.  | Arálj.  | Kralyi.  | Reges.       |
| Arále.  | Arála.   | Kralya.  | Regis.    | Aráluw. | Aráluw. | Kralyev. | Regum.       |
| Aráli.  | Arálowi. | Kralyu.  | Regi.     | Arálum. | Arálo.  | Kralyem. | Regibus.     |
| Arále.  | Arále.   | Kralya.  | Regem.    | Arále.  | Arály.  | Kralye.  | Reges.       |
| Arálem. | Arálem.  | Kralyem. | cum Rege. | Arálmj. | Arálmi. | Kralymi. | cum Regibus. |

při Aráli. při Aráli. při Kralu. in Rege. při Ará. při Ará. při Kralyeh. in Regibus.  
ljch. loch. bus.

NOTA : 1. <sup>to</sup> Casus sunt septem apud Bohemos : nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus, instrumentalis, præpositionalis. Vocativus hic omititur, & in animatis apud Bohemos communiter terminatur in e, Croatia autem eum habent similem nominativo. Instrumentalis casus etiam absolute, sine præpositione cum, formatur v. g. slowem / verbô; & hinc vocatur instrumentalis. In plurali, præter terminationem in mi / etiam formatur in y & ma / v. g. s woly / s wolma. Præpositionalis nunquam sine præpositione ponitur, unde & nomen suum habet. Ablativum Slavi per genitivum cum præpos. od / a, ab : & si absolute ponatur, per instrumentalem formant.

2. <sup>do</sup> Inanimata Croatiae pariter declinant, ut animata, excepto accusativo plurali. Apud Slavos Hungaricos in usu esse desit čin / & locò ejus adhibent stucek / quod æquè actum apud Bohemos significat ; declinant autem Slavi id vocabulum pariter ut Bohemi, & accusativus singularis par est nominativo, non genitivo ut in animatis.

3.<sup>tiò</sup> Croatæ ypsilon in Kral additum non perfecto sed medio sono (conjunctim cum l. sicut Galli in syllaba ail) pronuntiant, ita ut y potiùs liquefactionem litteræ l denoter. Croatæ & Slavi Hungarici genitivum Kral formant in a, ut omnia animata masculina, quod & olim apud Bohemos obtinebat.

### Schema declinationis fœmininorum.

#### Articulus.

| Bohem. Slav. | Croaticè.           | Latinè.  | Bohem. Slavicè. | Croaticè. | Latinè.        |
|--------------|---------------------|----------|-----------------|-----------|----------------|
| Ta.          | ta, ova.            | hæc.     | ty.             | ty.       | te, ove.       |
| te.          | te, ove.            | hujus.   | těch.           | tech.     | tih, ovih.     |
| te.          | te, ove.            | huic.    | těm.            | tým.      | tim, ovim.     |
| tu.          | tu, ovu.            | hanc.    | ty.             | ty.       | te, ove.       |
| s tau.       | s tau. z tum, ovum. | cum hæc. | s těmi.         | s temi.   | z temi, ovemi. |
| w te.        | w te. vu te, ove.   | in hac.  | w těch.         | w tech.   | vu tih, ovih.  |

#### Declinatio communis.

|                  |                  |                    |                    |                   |                   |                   |                    |
|------------------|------------------|--------------------|--------------------|-------------------|-------------------|-------------------|--------------------|
| hora.            | hora.            | gora.              | mons.              | hory.             | hory.             | gore.             | montes.            |
| hory.            | hory.            | gore.              | montis.            | hor.              | hor.              | gor.              | montium.           |
| hoře.            | hory.            | gori.              | monti.             | horám.            | horám.            | goram.            | montibus.          |
| horu.            | horu.            | goru.              | montem.            | hory.             | hory.             | gore.             | montes.            |
| před ho-<br>rau. | pred ho-<br>rau. | pred go-<br>rum.   | ante mon-<br>tem.  | před hora-<br>mi. | pred hora-<br>mi. | pred go-<br>rami. | ante mon-<br>tes.  |
| při hoře.        | pri hore.        | pri gori,<br>gore. | penes mon-<br>tem. | při horač.<br>mi. | pri horač.<br>mi. | pri gorah.        | penes mon-<br>tes. |

#### Declinatio Bohemica specialis prima.

**hus/anser** : **husi/anseris** : **husi/anseri** : **hus/anserem**, **s husi/cum ansere** : **w husi/in ansere**. **husi/anseris** : **husi/anserum** : **husim/busem/anseribus** : **husi/anseris** : **s husmi/cum anserebus** : **w husich/w busech/in anserebus**.

#### Declinatio Bohemica specialis secunda.

**Dusse/ anima** : **dusse/animæ** : **dussi/animæ** : **dussi/animam** : **s dussi/cum anima** : **w dussi/in anima**. **dusse/animæ** : **dussi/animarum** : **dusim/dussem/animabus** : **dusse/animas** : **s dussimi/cum animabus** : **w dussich/w dussich/in animabus**.

NOTA : 1.<sup>o</sup> Nomina in a habent vocativum apud Bohemos & Slavos in o, apud Croatas similem nominativo.

2.<sup>o</sup> Croatæ & Slavi Hungarici non utuntur declinatione Bohemica utraque speciali, sed omnia fermè fœminina in nominativo in a formant, & declinationi comuni subjiciunt. Sic Slavi Hungarici in positis exemplis dicunt **husa/anser**, **dusa/anima**, & declinant ut **hora**; Croatæ loco primi nominis substituunt diminutivum **Guzka**; retinent **dusa**, & declinant pariter ut **gora**.

3.<sup>o</sup> Bohemi, ut referunt Grammatici antiqui, olim eundem morem tenebant, formandi pleraque fœminina in a; excipiebantur tamen inde nomina, a finale non admittentia, v. g. quæ in **ost** formantur, **osta** enim alia & diversæ significationis terminatio est, v. g. **Městianosta** / supremus inter Cives. In **ost** igitur finita nomina semper specialiter, ut supra **hus** / declinabantur.

4.<sup>o</sup> Conformes quoque in nominibus in **ost** sunt Croatæ, & Slavi: præter instrumentalem, apud Croatas in **um** (v. g. **z-radostium**, cum lætitia) exeuntem: & dativum, nec non præpositionalem pluralem, apud Slavos in **áč** & **ám** (v. g. **rado-  
stíam / radoštiáč**) desinentem, adeoque & in his casibus formæ communis declinationis adhærentem. Slavi vocabulum lætitia in nominativo singulari, non **radoš** / ut Bohemi, sed **radoš** / cum accentuato & liquefacto **ř** / dicunt, & propterea in obliquis v. g. **radoštiám** / i post t addunt & exprimunt.

Sche-

*Schema declinationis neutrorum.*

Articulus.

|        |          |               |          |          |          |               |          |
|--------|----------|---------------|----------|----------|----------|---------------|----------|
| Bohem. | Slavicè. | Croaticè.     | Latinè.  | Bohem.   | Slavicè. | Croaticè.     | Latinè.  |
| To.    | to.      | to, ovo.      | hoc.     | ta / ty. | ta / ry. | ta, ova.      | hac.     |
| toho.  | toho.    | toga, ovoga.  | hujus.   | těch.    | rech.    | tih, oveh.    | horum.   |
| tomu.  | tomu.    | tomu, ovomu.  | huic.    | těm.     | rym.     | tim, ovem.    | his.     |
| to.    | to.      | to, ovo.      | hoc.     | ta / ty. | ta / ry. | ta, ova.      | hac.     |
| s tim. | s tim.   | z tim, ovim.  | cum hoc. | s těmi.  | rymi.    | timi, ovimi.  | cum his. |
| w tom. | w tom.   | vu tom, ovom. | in hoc.  | w těch.  | w rech.  | vu tih, oveh. | in his.  |

Declinatio communis.

|          |          |            |           |                        |            |             |            |
|----------|----------|------------|-----------|------------------------|------------|-------------|------------|
| Słowo.   | słowo.   | szłowo.    | verbum.   | słowa.                 | słowa.     | szłowa.     | verba.     |
| słowa.   | słowa.   | szłowa.    | verbi.    | słow.                  | słow.      | szłow.      | verborum.  |
| słowu.   | słowu.   | szłowu.    | verbo.    | słowom.                | słowám.    | szłowam.    | verbis.    |
| słowo.   | słowo.   | szłowo.    | verbum.   | słowa.                 | słowa.     | szłowa.     | verba.     |
| słowem.  | słowem.  | szłowem.   | verbo.    | słowmi.                | słowmi.    | szłowmi.    | verbis.    |
| w słowu. | w słowu. | vu szłowu. | in verbo. | w słowich / w słowách. | w słowách. | vu szłowah. | in verbis. |
|          |          |            |           | ech / ách.             |            |             |            |

Declinatio specialis.

|          |          |              |           |            |            |               |           |
|----------|----------|--------------|-----------|------------|------------|---------------|-----------|
| Srdce.   | srđce.   | szerdce.     | cor.      | srđce.     | srđca.     | szerdca.      | corda.    |
| srđce.   | srđca.   | szerdca.     | cordis.   | srđcũw.    | srđcãw.    | szerdczoh.    | cordium.  |
| srđci.   | srđci.   | szerdczu.    | cordi.    | srđcum.    | srđcãm.    | szerdczam.    | cordibus. |
| srđce.   | srđce.   | szerdce.     | cor.      | srđce.     | srđca.     | szerdca.      | corda.    |
| srđcem.  | srđcem.  | szerdczem.   | corde.    | srđcemi.   | srđcãmĩ.   | szerdczemi.   | cordibus. |
| w srđci. | w srđci. | vu szerdczu. | in corde. | w srđcech. | w srđcech. | vu szerdczah. | in cordi- |
|          |          |              |           | ách / och. | eh.        |               | bis.      |

NOTA : vocativus in qualibet dialecto est similis nominativo. Cæterum vocabuli Szłowo usum in plurali Croatiae non habent, unde apud ipsos est anomalum, & in plurali ejus loco utuntur vocabulo rech, quod in plurali habet rechi. Bohemi verò integrum servarunt słowo / integrum řeč ; słowo / verbum est, słowa / verba plura abstractivè à constructione plurium verborum seu partis orationis. řeč, sermo est, & řeči / in plurali fermones, itaque verba plura constructa, & partem orationis, vel etiam totam quandam orationem denotat.

*Schema declinationis adjectivorum.*

Declinatio communis.

|                  |           |             |          |            |            |             |           |
|------------------|-----------|-------------|----------|------------|------------|-------------|-----------|
| čistý.           | čistý.    | chizt.      | purus.   | čisti / y  | čisti.     | chizti.     | puri.     |
| čistého.         | čistého.  | chiztoga.   | puri.    | čistých.   | čistých.   | chiztih.    | purorum.  |
| čistému.         | čistému.  | chiztomu.   | puro.    | čistým.    | čistým.    | chiztim.    | puris.    |
| čistého / čistý. | čistého.  | chiztoga.   | purum.   | čistý.     | čistý.     | chizte.     | purus.    |
| čistým.          | čistým.   | chiztim.    | cum pu-  | čistými.   | čistými.   | chiztmi.    | cum pu-   |
|                  |           |             | ro.      |            |            |             | ris.      |
| w čistým.        | w čistým. | vu chiztim. | in puro. | w čistých. | w čistých. | vu chiztih. | in puris. |

NOTA : Fœmininum declinant sic Bohemi : čistá / čistě / čistě / čistau / čistau / čistě / čistě / čistých &c. ut in masculino plurali. Hungaro-Slavi similiter, excepto acc. čistú. Croatiae verò : chiztra, chizte, chiztu, chiztum, chizte : pluraliter, chizte, chiztih &c. ut in masculino.

Neu-



Neutrum apud Bohemos & Slavos habet : in nom. & acc. sing. *čisto* / vel *čisté* / vel *čisty*. in nom. & acc. plur. *čista* / vel *čisté* / vel *čisty*. reliqui casus masculino conveniunt. Apud Croatas neutrum habet in nom. & acc. sing. *chizto*. in nom. & acc. plur. *chizta*. reliqui casus æquè masculino conveniunt.

## Declinationes quædam singulares.

| Bohemicè.  | Slavicè. | Croaticè. | Latinè.     | Bohemicè.          | Slavicè. | Croat.   | Latinè.     |
|------------|----------|-----------|-------------|--------------------|----------|----------|-------------|
| Dwa.       | dwa.     | dva.      | duo.        | tr̃i.              | tri.     | tri.     | tres.       |
| dwauch.    | dwuch.   | dveh.     | duorum.     | tr̃jch/vel.tr̃ech. | trjch.   | trih.    | trium.      |
| dwaum.     | dwom.    | dvem.     | duobus.     | tr̃im / tr̃em.     | trim.    | trih.    | tribus.     |
| dwa.       | dwa.     | dva.      | duos.       | tr̃i.              | tri.     | tri.     | tres.       |
| dwauma.    | dwuma.   | dvemi.    | cum duobus. | tr̃imi / tr̃emi.   | trimi.   | trimi.   | cum tribus. |
| we dwauch. | w dwuch. | vu dveh.  | in duobus.  | w tr̃jch/tr̃ech.   | w trjch. | vu trih. | in tribus.  |

|             |             |             |           |             |             |             |              |
|-------------|-------------|-------------|-----------|-------------|-------------|-------------|--------------|
| Wssect̃.    | wssect̃.    | vsz.        | omnis.    | wssect̃ni.  | wssect̃i.   | vszi.       | omnes.       |
| wssebo.     | wssect̃yho. | vszega.     | omnis.    | wssect̃.    | wssect̃y.   | vszeh.      | omnium.      |
| wss̃em̃u.   | wssect̃ymu. | vsz̃em̃u.   | omni.     | wss̃em̃.    | wssect̃ym.  | vsz̃em̃.    | omnibus.     |
| wssebo.     | wssect̃yho. | vszega.     | omnem.    | wssect̃ny.  | wssect̃y.   | vsze.       | omnes.       |
| wss̃im̃.    | wssect̃ym.  | vszim̃.     | cum omni. | wss̃em̃i.   | wssect̃y.   | vsz̃em̃i.   | cum omnibus. |
| we wss̃em̃. | we wss̃em̃. | vu vsz̃em̃. | in omni.  | we wssect̃. | we wss̃em̃. | vu vsz̃em̃. | in omnibus.  |
|             | tem̃.       |             |           | tych.       |             |             |              |

NOTA : Slavi contracto *wss̃im̃* / *we wss̃em̃* &c. utuntur, si absolutè ponantur sine substantivis.

## Schema declinationis pronominum.

|       |       |               |          |        |        |                        |          |
|-------|-------|---------------|----------|--------|--------|------------------------|----------|
| Who?  | Who?  | gdo?          | quis?    | co?    | co?    | kay?                   | quid?    |
| Who?  | Who?  | koga, kojega? | cujus?   | čeho?  | čeho?  | chye, vel, chie-cujus? |          |
|       |       |               |          |        |        | ga?                    |          |
| komu? | komu? | komu?         | cui?     | čemu?  | čemu?  | chemu?                 | cui?     |
| Who?  | Who?  | koga?         | quem?    | co?    | co?    | kay?                   | quid?    |
| stym? | stym? | z-kim?        | cum quo? | čim?   | čim?   | zchim?                 | cum quo? |
| wkom? | wkom? | vu kom?       | in quo?  | w čem? | w čem? | vu chem?               | in quo?  |

|               |           |           |        |            |            |           |        |
|---------------|-----------|-----------|--------|------------|------------|-----------|--------|
| Ga.           | ga.       | ia.       | ego.   | ty.        | ty.        | ti.       | tu.    |
| inne.         | mñe.     | meñe.    | mei.   | tebe.      | tebe.      | tebe.     | tui.   |
| mñe/vel, mi/ | mñe.     | meni, mi. | mih̃i. | tob̃e/ ti. | t̃ebe.     | tebi, ti. | tibi.  |
| mñe/ m̃e.    | mñe.     | mehe, me. | me.    | tebe/ t̃e. | tebe/ t̃e. | tebe, te. | te.    |
| se-mñau.     | se-mñau. | z-menum.  | meum.  | s tebau.   | s t̃ebau.  | z-tobum.  | tecum. |
| we mñe.      | we mñe.  | vu meni.  | in me. | w tob̃e.   | w t̃ebe.   | vu tebi.  | in te. |

## Pronomen ille cum verbo.

|      |     |            |         |       |       |       |          |
|------|-----|------------|---------|-------|-------|-------|----------|
| Nom. | on. | on.        | ille.   | oni.  | oni.  | oni.  | illi.    |
| Gen. | ho. | ga, onoga. | illius. | gich. | gich. | onih. | illorum. |
| Dat. | mu. | mu, onomu. | illi.   | gim.  | gim.  | onim. | illis.   |
| Acc. | ho. | ga, onoga. | illum.  | ge.   | ge.   | one.  | illos.   |

Prono-

Pronomen *ille* cum præpositione.

|               |           |           |           |                  |          |          |           |                   |
|---------------|-----------|-----------|-----------|------------------|----------|----------|-----------|-------------------|
|               | Bohemice. | Slavice.  | Croaticè. | Latinè.          | Bohem.   | Slavice. | Croaticè. | Latinè.           |
| <i>Gen.</i>   | od něho.  | od něho.  | od nyega. | <i>ab illo.</i>  | od nich. | od nich. | od nyeh.  | <i>ab illis.</i>  |
| <i>Dat.</i>   | Ěněmu.    | Ěněmu.    | k nyemu.  | <i>ad illum.</i> | Ěnim.    | Ěnim.    | k nyim.   | <i>ad illos.</i>  |
| <i>Acc.</i>   | pro něho. | pre něho. | za nyega. | <i>pro illo.</i> | pro ně.  | pre ně.  | za nye.   | <i>pro illis.</i> |
| <i>Instr.</i> | s nim.    | s nim.    | z nyim.   | <i>cum illo.</i> | s nimi.  | s nimi.  | z nyimi.  | <i>cum illis.</i> |
| <i>Prep.</i>  | w něm.    | w něm.    | vü nyem.  | <i>in illo.</i>  | w nich.  | w nich.  | vu nyeh   | <i>in illis.</i>  |

NOTA: 1.<sup>o</sup> Croatæ, ut in schemate positum, contractivam declinationem pronominis, ille cum verbo, habent in genitivo, dativo, & accusativo singulari; non item in plurali, jih, jim, je, quæ extra usum abière. 2.<sup>o</sup> Præter declinationem simplicem pronominis, ille cum verbo, ut supra, Bohemi etiam habent declinationem specialem, si demonstrativè loqui velint, sic: in gen. & acc. sing. *geho* / in dat. sing. *gemu* / in gen. plur. *gegich*. his verò carent Croatæ. 3.<sup>o</sup> Bohemi utuntur pronomine *geho* in sing. & *gegich* in plur. per omnes casus, ut latini, ejus, & eorum, æquè per omnes casus. Croatæ carent hoc indeclinabili, & declinant: in sing. *nyegov*, *nyegovega* &c. in plur. *nyegovi*, *nyegovih* &c. 4.<sup>o</sup> Glagolitica dialectus (de qua infra) omnia hæc habet, ut Bohemica.

Pronomina possessiva.

*In masculinis.*

|             |           |           |                 |           |           |          |                  |
|-------------|-----------|-----------|-----------------|-----------|-----------|----------|------------------|
| <i>Mug.</i> | muog/mog. | moi.      | <i>meus.</i>    | mögi.     | mogi.     | moji.    | <i>mei.</i>      |
| mogeho.     | mogiho.   | mojega.   | <i>mei.</i>     | mogich.   | mogich.   | moih.    | <i>meorum.</i>   |
| mogemu.     | mogemu.   | mojemu.   | <i>meo.</i>     | mogim.    | mogim.    | mojim.   | <i>meis.</i>     |
| mogeho.     | mogeho.   | mojega.   | <i>meum.</i>    | moge.     | moge.     | moi.     | <i>meos.</i>     |
| s mogim.    | s mogim.  | z-moim.   | <i>cum meo.</i> | s mogem.  | s mogem.  | z-moje-  | <i>cum meis.</i> |
|             |           |           |                 |           |           | mi.      | <i>is.</i>       |
| w mogem.    | w mogem.  | vu moiem. | <i>in meo.</i>  | w mogich. | w mogich. | vu moih. | <i>in meis.</i>  |

|              |          |             |                 |           |           |          |                  |
|--------------|----------|-------------|-----------------|-----------|-----------|----------|------------------|
| <i>Moge.</i> | moga.    | moia.       | <i>mea.</i>     | möge.     | moge.     | moie.    | <i>mea.</i>      |
| mogeh.       | mogeg.   | moie.       | <i>mea.</i>     | mogich.   | mogich.   | moih.    | <i>meorum.</i>   |
| mogim.       | mogi.    | moie, moji. | <i>mea.</i>     | mogim.    | mogim.    | mojim.   | <i>meis.</i>     |
| mogi.        | mogu.    | moiu.       | <i>meum.</i>    | moge.     | moge.     | moie.    | <i>mea.</i>      |
| s mogim.     | s mogau. | z-moim.     | <i>cum mea.</i> | s mogem.  | s mogem.  | z-moje-  | <i>cum meis.</i> |
|              |          |             |                 |           |           | mi.      |                  |
| w mögi.      | w mögi.  | vu moji.    | <i>in mea.</i>  | w mögich. | w mögich. | vu moih. | <i>in meis.</i>  |

|              |          |           |                 |           |           |          |                  |
|--------------|----------|-----------|-----------------|-----------|-----------|----------|------------------|
| <i>Moge.</i> | moge.    | moje.     | <i>meum.</i>    | möge.     | moge.     | moia.    | <i>mea.</i>      |
| mogeh.       | mogeh.   | mojega.   | <i>mei.</i>     | mogich.   | mogich.   | moih.    | <i>meorum.</i>   |
| mogemu.      | mogemu.  | mojemu.   | <i>meo.</i>     | mogim.    | mogim.    | mojim.   | <i>meis.</i>     |
| moge.        | moge.    | moie.     | <i>meum.</i>    | moge.     | moge.     | moie.    | <i>mea.</i>      |
| s mogim.     | s mogim. | z-moim.   | <i>cum meo.</i> | s mögem.  | s mögem.  | z-moje-  | <i>cum meis.</i> |
|              |          |           |                 |           |           | mi.      |                  |
| w mögem.     | w mögem. | vu moiem. | <i>in meo.</i>  | w mögich. | w mögich. | vu moih. | <i>in meis.</i>  |

NOTA: Bohemi etiam contractè declinant: *mý* / *meus*: *meho* / vel *mýho* / *mei*: *mému* vel *mýmu* / *meo*: &c.

DCCXXI. b. Schemata conjugationum.

Verbum sum.

|                 |                 |               |             |       |       |               |               |
|-----------------|-----------------|---------------|-------------|-------|-------|---------------|---------------|
| <i>Gsem.</i>    | gsem.           | jeszem, szem. | <i>sum.</i> | gsme. | gsme. | jeszmo, szmo. | <i>sumus.</i> |
| gsy.            | gsy.            | jeszi, sziz.  | <i>es.</i>  | gsfe. | gsfe. | jeszte, szte. | <i>estis.</i> |
| gest / vel, ge. | gest.           | jeszt, jez.   | <i>est.</i> | gsau. | gsu.  | jeszu, szu.   | <i>sunt.</i>  |
|                 | <i>Pars IV.</i> |               |             |       |       |               | <i>Byl</i>    |

|           |                    |             |                     |         |          |           |                |
|-----------|--------------------|-------------|---------------------|---------|----------|-----------|----------------|
| Bohemicè. | Slavicè.           | Croaticè.   | Lat.                | Bohem.  | Slavicè. | Croaticè. | Latinè.        |
| Byl gsem. | byl vel. bol gsem. | bil jezsem. | <i>fui. &amp;c.</i> |         |          |           |                |
| büdu.     | budem.             | budem.      | <i>ero.</i>         | budeme. | budeme.  | budemo.   | <i>erimus.</i> |
| budesš.   | budesš.            | budes.      | <i>eris.</i>        | budete. | budete.  | budete.   | <i>eritis.</i> |
| bude.     | bude.              | bude.       | <i>erit.</i>        | budau.  | budu.    | budu.     | <i>erunt.</i>  |

|               |                              |               |              |                     |                |         |                |
|---------------|------------------------------|---------------|--------------|---------------------|----------------|---------|----------------|
|               |                              |               |              | bud' me.            | budme.         | budemo. | <i>simus.</i>  |
| Bud'.         | budš.                        | bud, budi.    | <i>esto.</i> | bud' te.            | budte.         | budte.  | <i>estote.</i> |
| bud' on.      |                              |               |              | at' gšau oni.]      |                |         |                |
| at' on ge.    | } nech on bude. nai bude on. | } <i>sit.</i> | } nech' gšau | } nech oni nai budu | } <i>sint.</i> |         |                |
| nech' ge on.] |                              |               |              |                     |                | oni.    | gšu.           |

## Verbum habeo.

|       |       |            |               |        |       |              |                 |
|-------|-------|------------|---------------|--------|-------|--------------|-----------------|
| Mám.  | mám.  | imam, mam. | <i>habeo.</i> | mámé.  | mámé. | imamo, mamó. | <i>habemus.</i> |
| mášš. | mášš. | imas, mas. | <i>habes.</i> | máte.  | máte. | imate, mate. | <i>habetis.</i> |
| má.   | má.   | ima, ma.   | <i>habet.</i> | mággj. | magu. | imaju, maiu. | <i>habent.</i>  |

Měl gsem. mal gsem. imal jezsem. *habui.* miti budu. maci bu. imal bu- *habebodem. dem.*

|              |             |          |                |           |                   |                 |                  |
|--------------|-------------|----------|----------------|-----------|-------------------|-----------------|------------------|
|              |             |          |                | měgme.    | magme.            | imaimo.         | <i>habeamus.</i> |
| měg.         | mai.        | imai.    | <i>habe.</i>   | měgte.    | maite.            | imaite.         | <i>habete.</i>   |
| nech' on ma. | nech on má. | nai ima. | <i>habeat.</i> | nech' oni | nech oni nai ima- | <i>habeant.</i> |                  |
|              |             |          |                | mággj.    | magu.             | ju.             |                  |

## Verbum do.

|        |        |        |              |           |           |             |              |
|--------|--------|--------|--------------|-----------|-----------|-------------|--------------|
| Dávám. | dávám. | dajem. | <i>do.</i>   | dal gsem. | dal gsem. | dal jezsem. | <i>dedi.</i> |
| dám.   | dám.   | dam.   | <i>dabo.</i> |           |           |             |              |

NOTA: dávám apud Slavos est verbum perfectum, quod sine auxiliari futurum indicat.

## Verbum dono.

|           |           |          |               |           |           |           |                 |
|-----------|-----------|----------|---------------|-----------|-----------|-----------|-----------------|
| Darugi.   | darugem.  | darujem. | <i>do.</i>    | darugeme. | darugeme. | darugemo. | <i>donamus.</i> |
| darugešš. | darugešš. | darujes. | <i>donas.</i> | darugete. | darugete. | darujete. | <i>donatis.</i> |
| daruge.   | daruge.   | daruje.  | <i>donat.</i> | darugau.  | darugu.   | daruju.   | <i>donant.</i>  |

|                |                 |                 |                |
|----------------|-----------------|-----------------|----------------|
| Darowal gsem.  | darowal gsem.   | daroval jezsem. | <i>donavi.</i> |
| darowati budu. | darowati budem. | daroval budem.  | <i>donabo.</i> |
| darowati.      | darowati.       | darovati.       | <i>donare.</i> |

## Verbum interrogo.

|                |                 |               |                            |
|----------------|-----------------|---------------|----------------------------|
| Ptám se.       | opitugem.       | pitam.        | <i>interrogo &amp;c.</i>   |
| ptal gsem se.  | opital gsem.    | pital jezsem. | <i>interrogavi &amp;c.</i> |
| ptati se budu. | opitowat budem. | pital budem.  | <i>interrogabo &amp;c.</i> |

NOTA: Hungaro-Slavicè pitam sy / est latinè, peto mihi &c.

## Verbum scio.

|             |             |              |                 |         |         |          |                |
|-------------|-------------|--------------|-----------------|---------|---------|----------|----------------|
| Wjm.        | wjm.        | znam.        | <i>scio.</i>    | wjme.   | wjme.   | znajemo. | <i>scimus.</i> |
| wjšš.       | wjšš.       | znas.        | <i>scis.</i>    | wjte.   | wjte.   | znajete. | <i>scitis.</i> |
| wj.         | wj.         | zna.         | <i>scit.</i>    | wědj.   | wědj.   | znaju.   | <i>sciunt.</i> |
| wěděł gsem. | wěděł gsem. | znal jezsem. | <i>scivi.</i>   | wěděti. | wěděti. | znati.   | <i>scire.</i>  |
| zwěděti.    | zwěděti.    | zvedieti.    | <i>rescire.</i> |         |         |          |                |

NOTA: Apud Croatas igitur verbum simplex vedieti ex usu abiit, compositum verò zvedieti servatum est. Znati, quo Croatiae utuntur, Bohemis propriè est noscere.

Ver-

Verbum possum.

|            |             |           |         |           |          |           |           |
|------------|-------------|-----------|---------|-----------|----------|-----------|-----------|
| Bohemicè.  | Slavicè.    | Croaticè. | Latinè. | Bohemicè. | Slavicè. | Croaticè. | Latinè.   |
| mobu/mũ    | mozem/mu,   | morem.    | possum. | mũžeme.   | možeme.  | moremo.   | possum⁹.  |
| žu.        | ožem.       |           |         |           |          |           |           |
| mũžes.     | možes.      | mores.    | potes.  | mũžete.   | možete.  | morete.   | potestis. |
| mũže.      | može.       | more.     | potest. | mobau/mũ  | možu mu  | moreju    | possunt.  |
| mobl gsem. | mobel gsem. | mogel je- | potui.  | žau.      | ožu.     | mogu.     |           |
|            |             | fzem.     |         |           |          |           |           |

Verbum volo.

|       |        |              |       |         |         |                 |          |
|-------|--------|--------------|-------|---------|---------|-----------------|----------|
| Чечу. | чечем. | hochu,chem.  | volo. | чечеме. | чечеме. | hochemo,chemo.  | volumus. |
| ччес. | ччес.  | hoches,ches. | vis.  | ччете.  | ччете.  | hochete, chete. | vultis.  |
| чче.  | чче.   | hoche, che.  | vult. | ччѣгѣ.  | ччу.    | hocheju, cheju. | volunt.  |

Verbum eo.

|            |            |             |         |            |             |            |         |
|------------|------------|-------------|---------|------------|-------------|------------|---------|
| Гду.       | idem.      | idem.       | eo.     | гдеме.     | идеме.      | идемо.     | imus.   |
| гдес.      | идес.      | идес.       | is.     | гдете.     | идете.      | идете.     | itis.   |
| где.       | иде.       | иде.        | it.     | гдау.      | иду.        | иду.       | eunt.   |
| ffel gsem. | ffel gsem. | sal jezsem. | ivi &c. | budu giti. | budem giti. | sal budem. | ibo &c. |

Verbum venio.

|               |               |            |          |          |         |         |           |
|---------------|---------------|------------|----------|----------|---------|---------|-----------|
| Пргду.        | прдем.        | прдем.     | veniam.  | пргдеме. | прдеме. | прдемо. | veniemus. |
| пргдес.       | прдес.        | прдес.     | venies.  | пргдете. | прдете. | прдете. | venietis. |
| пргде.        | прде.         | прде.      | veniet.  | пргдау.  | прду.   | прду.   | venient.  |
| пріffel gsem. | пріffel gsem. | пріsal je- | veni &c. |          |         |         |           |
|               |               | fzem.      |          |          |         |         |           |

Verbum ambulo.

|             |             |           |              |         |         |         |            |
|-------------|-------------|-----------|--------------|---------|---------|---------|------------|
| Чодѣм.      | чодѣм.      | hodim.    | ambulo.      | чодѣме. | чодѣме. | hodime. | ambulamus. |
| чодѣс.      | чодѣс.      | hodis.    | ambulas.     | чодѣте. | чодѣте. | hodite. | ambulatis. |
| чодѣ.       | чодѣ.       | hodi.     | ambulat.     | чодѣгѣ. | чодѣа.  | hodiu.  | ambulant.  |
| чодил gsem. | чодил gsem. | hodil je- | ambulavi &c. |         |         |         |            |
|             |             | fzem.     |              |         |         |         |            |

Verbum duco.

|                         |             |               |          |
|-------------------------|-------------|---------------|----------|
| Wedu / wodjm.           | wedem.      | vodim.        | duco &c. |
| wedl gsem / wodil gsem. | wedel gsem. | vodil jezsem. | daxi &c. |

DCCXXI. i. Modi transgressivi Bohemici.

Præsentis temporis à verbis imperfectis.

|      |           |       |              |       |              |
|------|-----------|-------|--------------|-------|--------------|
| Гса. | dum eram. | mage. | dum habebam. | weda. | dum ducebam. |
|------|-----------|-------|--------------|-------|--------------|

Præteriti temporis à verbo quolibet.

|      |          |      |            |       |           |
|------|----------|------|------------|-------|-----------|
| Byw. | dum fui. | měw. | dum habui. | wedw. | dum duxi. |
|------|----------|------|------------|-------|-----------|

Plusquam perfecti temporis à verbo quolibet.

|         |             |         |               |         |              |
|---------|-------------|---------|---------------|---------|--------------|
| Bywssj. | dum fueram. | měwssj. | dum habueram. | wedssj. | dum duxeram. |
|---------|-------------|---------|---------------|---------|--------------|

Futuri temporis à verbis perfectis, seu futurum  
sinè auxiliari indicantibus.

|       |          |       |           |          |              |
|-------|----------|-------|-----------|----------|--------------|
| Buda. | dum ero. | đage. | dum dabo. | пріweda. | dum adducam. |
|-------|----------|-------|-----------|----------|--------------|

NOTA: ex his modis transgressivis apud Slavos Hungaros, & Croatas tantum in usu sunt formationes in ssj & pluraliter in sse / quibus sinè distinctione temporis utuntur.

*Participia.*

## Præsentis temporis à verbis imperfectis.

| Bohemicè.       | Slavicè. | Croaticè.        | Latinè.          |
|-----------------|----------|------------------|------------------|
| Ťsaucý / ysucý. | - - -    | - - - - -        | <i>existens.</i> |
| mágjicý.        | mágjicý. | imaguchi.        | <i>habens.</i>   |
| wedaucý.        | weducý.  | vodechi, vodech. | <i>ducens.</i>   |

## Futuri temporis à verbis perfectis.

|            |         |          |                    |
|------------|---------|----------|--------------------|
| Budaucý.   | buducý. | buduchi. | <i>futurus.</i>    |
| daducý.    | - - -   | - - -    | <i>daturus.</i>    |
| přiveducý. | - - -   | - - -    | <i>adducturus.</i> |

## Participia præteriti temporis passiva.

|                 |                 |         |                 |
|-----------------|-----------------|---------|-----------------|
| Ťměn / gmjn.    | iman.           | iman.   | <i>habitus.</i> |
| wedený / wedem. | weděný / weděn. | vodien. | <i>ductus.</i>  |

## Participiale.

|          |          |           |                                    |
|----------|----------|-----------|------------------------------------|
| Ťměnj.   | - - -    | - - -     | <i>substantia quam quis habet.</i> |
| chozenj. | choděnj. | hodenie.  | <i>ambulatio.</i>                  |
| wedenj.  | weděnj.  | vodienie. | <i>ductio.</i>                     |

## Verba iterativa.

|           |           |                                   |                      |
|-----------|-----------|-----------------------------------|----------------------|
| Býwám.    | bywám.    | bivam.                            | <i>soleo esse.</i>   |
| mjwám.    | mawám.    | imavam.                           | <i>soleo habere.</i> |
| chodiwám. | chodiwám. | huszto hodim.<br>id est, sæpe eo. | <i>soleo ire.</i>    |

## Verba frequentativa.

|             |             |         |                          |
|-------------|-------------|---------|--------------------------|
| Bywávám.    | bywávám.    | - - - - | <i>frequenter sum.</i>   |
| mjwávám.    | mawávám.    | - - - - | <i>frequenter habeo.</i> |
| chodiwávám. | chodiwávám. | - - - - | <i>frequenter eo.</i>    |

NOTA : Bohemi eximium usum sibi faciunt ex formatione verborum iterativorum & frequentativorum; v. g. *wedu* est duco, si ductio citò expleatur: *wodjm* / si ductio aliquo tempore, ut in ambulando, atque huc & illuc fiat: *wodiwám* / si repetitis distinctis vicibus fiat ductio: *wodiwávám*, si frequentior sit ductio. Sic etiam *wezu* est veho, sine duratione: *wozým* / cum duratione: *woziwám* / cum repetitione: *woziwávám* / cum frequentatione; & utraque posterior formatio in *wám* & *wávám* ferme in omnibus verbis locum habet, quæ autem apud Croatas haud similiter & ita frequenter in usu hodie sunt. Porro Bohemi verbis iterativis supplent tempus præsens in verbis perfectis, præsertim cum quælibet præpositio verbo addita illud ex imperfecto in perfectum transire, & significationem futuri assumere faciat; v. g. si verbo *wedu* / duco, addatur *při* / ad, jam *přivedu* non est adduco, sed adducam: itaque ex iterativo fit *přivodjm* / adduco, quod & Croatæ necessariò in usu servare debuerunt, quanquam frequentativa in communi hodierno usu negligantur, & per adverbia adjecta circumscribantur.

Sche-

DCCXXI.1. *Schema quarundam præpositionum in nominibus cum casu addito.*

| Latinè.   | Bohemicè.   | Slavicè.   | Croaticè.  |
|---|---|--|--|
| <i>à muliere.</i><br><i>absque laude.</i><br><i>ad urbem.</i>   | od ženy.<br>bez chwały.<br>do města.  | od ženy.<br>bez / prez / chwały.<br>do mesta.  | od zene.<br>bez, presz hvale.<br>do varasza ( Hungarismus<br>est à varos, civitas )  |
| <i>ad flumen.</i><br><i>ad campos.</i><br><i>apud templum.</i><br><i>circum equum.</i><br><i>de mortuis.</i>  | ř řece. ř potoku.<br>na pole.<br>v kostela.<br>okolo koně.<br>o mrtvých.                                | ř potoku.<br>na pole.<br>v kostela.<br>okolo konia.<br>o mrtvých.  | k reke. k potoku.<br>na pole.<br>pri Czirkvi.<br>okolo konia.<br>od mrtvih ( præpositio-<br>nem, o, negligunt Croatae )                                      |
| <i>è regione arcis.</i><br><i>ex fortalio.</i><br><i>in Ecclesia ( univer-<br/>sali )</i><br><i>in cælum.</i><br><i>in domo.</i><br><i>domi.</i><br><i>in pascuis.</i><br><i>inter muros.</i> | naproti bradu.<br>z pevnosti.<br>w Cirkwi.<br>do nebe.<br>w domě.<br>doma.<br>na pastvě.<br>mezy zdimi. | naproti zámku.<br>z pevnosti.<br>w Cirkwe.<br>do něba.<br>w dome.<br>doma.<br>na passe / passí.<br>mezy murtmi ( lati-<br>tinismus ) | naproti gradu.<br>z pevnosti.<br>vu Czirkvi.<br>do neba.<br>vu hifi ( id est in cubiculo )<br>doma.<br>na paszi.<br>med zidmi.                               |
| <i>juxta viam.</i><br><i>per provincias.</i><br><i>per silvam.</i><br><i>prater inimicos.</i><br><i>prater spem.</i><br><i>prope fores.</i>   | při cestě.<br>po kraginách.<br>řtrze les.<br>řtrom nepřatel.<br>mimo naděge.<br>blizko dweri.           | pri ceste.<br>po kraginách.<br>čes horu.<br>řtrom nepřatel.<br>mimo naděge.<br>blizko dweri.   | pri czeszti.<br>po krajinah.<br>řzkroz, chesz lozu.<br>zvan nepřatelov.<br>mimo nadieje.<br>blizo vratt. ( wrata plurali-<br>ter Bohemis sunt portæ major. ) |
| <i>propter fidem.</i><br><i>secundum jus.</i>   | pro wjru.<br>dle / podle / wedle /<br>práva.  | pre wjru / wětu.<br>podle / wedle práwa  | za viru, veru ( præpositionē<br>pro retinent Croatae in verbis )<br>polag pravde.  |
| <i>sub pedibus.</i><br><i>super aquâ.</i><br><i>supra aquam.</i><br><i>super nubes.</i><br><i>trans mare.</i>   | pod nohama.<br>na wodě.<br>nad wodau.<br>nad oblaŝy.<br>přes moře.                                      | pod nohama.<br>na wode.<br>nad wodau.<br>nad oblaŝy.<br>pres more.   | pod nogami.<br>na vodi.<br>nad vodum.<br>nad oblaki.<br>chesz morie, prek mo-<br>ria.  |

DCCXXI.1. *Schema quorundam adverbiorum.*

| Latinè.  | Bohemicè.   | Slavicè.   | Croaticè.  |
|--|---|--|--|
| <i>bene.</i><br><i>melius.</i><br><i>optimè.</i><br><i>pulchrè.</i><br><i>malè.</i><br><i>pejus.</i><br><i>pejssimè.</i> | dobře.<br>lépe / lýpe.<br>neglýpe.<br>pěkně.<br>zle.<br>bůře.<br>neg;bůř. | dobre.<br>lepšě.<br>nag-lepšě.<br>pěkně.<br>zle.<br>horšse / horššě.<br>nag-horšse.<br>P 3 | dobro.<br>bolifze.<br>nai-bolifze.<br>lepo. in compar. lepsiē.<br>zlo.<br>huisze, gorsze.<br>nai-gorsze. |

mul.

|                      |  |                           |                                |
|----------------------|--|---------------------------|--------------------------------|
| <i>multum.</i>       | <i>mnoho.</i>  | <i>mnoho.</i>             | <i>vnogo.</i>                  |
| <i>valde.</i>        | <i>welyce / welmi.</i>   | <i>welyce / welmi.</i>    | <i>jako (à jaak fortis)</i>    |
| <i>plus.</i>         | <i>wjce.</i>   | <i>wjce / wiacz.</i>      | <i>vech.</i>                   |
| <i>nimum.</i>        | <i>přilifs.</i>  | <i>přilifs / welmi.</i>   | <i>prevech.</i>                |
| <i>parum.</i>        | <i>málo.</i>   | <i>málo.</i>              | <i>malo.</i>                   |
| <i>minus.</i>        | <i>meně.</i>   | <i>meněg.</i>             | <i>menie.</i>                  |
| <i>nihil.</i>        | <i>nicz.</i>   | <i>nicz / nič / nišť.</i> | <i>nich, nikai.</i>            |
| <i>tardè.</i>        | <i>pozdě.</i>  | <i>pozdě.</i>             | <i>kaszno, pozno.</i>          |
| <i>citò.</i>         | <i>brzo.</i>   | <i>chytro.</i>            | <i>berzo, hitro.</i>           |
| <i>citiùs.</i>       | <i>ďřjwe.</i>  | <i>chytregššě.</i>        | <i>berzie.</i>                 |
| <i>longius.</i>      | <i>ďále.</i>   | <i>ďále.</i>              | <i>dale.</i>                   |
| <i>ubi?</i>          | <i>ěde?</i>  | <i>ěde?</i>               | <i>gde, gdi?</i>               |
| <i>hic.</i>          | <i>tu / zde.</i>   | <i>tu.</i>                | <i>tu, ovde.</i>               |
| <i>quò?</i>          | <i>kam?</i>  | <i>kam / kde?</i>         | <i>kam?</i>                    |
| <i>huc.</i>          | <i>sem.</i>  | <i>sem.</i>               | <i>szem, szimo.</i>            |
| <i>illuc.</i>        | <i>tam.</i>  | <i>tam.</i>               | <i>tam.</i>                    |
| <i>unde?</i>         | <i>odkud / odkud'?</i>   | <i>odkud'?</i>            | <i>odkud?</i>                  |
| <i>ex longinquo.</i> | <i>z ďáleka.</i>   | <i>z ďáleka.</i>          | <i>z daleka.</i>               |
| <i>quando?</i>       | <i>ědy?</i>  | <i>ědy / kedy?</i>        | <i>kada?</i>                   |
| <i>hodie.</i>        | <i>ďnes.</i>   | <i>ďnes.</i>              | <i>denes.</i>                  |
| <i>cras.</i>         | <i>zětra ( à gytro / zytra / zaytra.<br/>dies illucescens)</i> | <i>zětra / zaytra.</i>    | <i>zutra. ( ab utro, mane)</i> |
| <i>donec.</i>        | <i>až / doěud / doěad.</i>                                     | <i>až / doěud.</i>        | <i>doklam, dokad.</i>          |
| <i>quomodo?</i>      | <i>gaf?</i>  | <i>gaf?</i>               | <i>kako, kak?</i>              |
| <i>ita.</i>          | <i>tať.</i>  | <i>tať.</i>               | <i>tak.</i>                    |
| <i>ita est.</i>      | <i>ano / tať ge / tať<br/>gešť.</i>                            | <i>ano / tať gešť.</i>    | <i>takje.</i>                  |

## DCCXXI. m. De lingua Slavica antiqua.

Operæ pretium nunc arbitror, exemplum quoddam linguæ Slavicæ antiquæ, glagoliticis, ut vocant, characteribus conscriptæ, ex *Jeannis Petri Koblis introductione in historiam & rem literariam Slavorum, lib. 1. cap. 3. §. 4.* partem nempe *capitis 4. Evangelii Matthei apostoli, ex codice sacro Mofcuensi novi testamenti* huc adducere, huicque Slavonico seu Glagolitico textui, versionem Bohemicam, præse verbis, quantum hæc in dialecto Bohemica adhuc supersunt, adhærentem, dein textum hujus Evangelii ex *libello Evangeliorum Croatico Tyrnavia in Hungaria A. 1694. edito*, & demum textum latinum Evangelii ejusdem ex *vulgata editione Codicis sacri* adjungere, ut appareat, utra, Croatica, an Bohemica dialectus glagolitico textui antiquo magis conveniat? Signo diærefeos fcernam in textu Slavonico particulas, quæ more Croatarum & aliorum Slavorum verbis ipsis præ-vel suffigi solent, in se autem distinctæ sunt.

*Sla.* Togda lisus wosweden bist duchom w pustiniu.

*Bo.* Tehda Gežis wzwedem byl duchem w pustinu.

*Cr.* Teda Pelyan be jesus vu puscsinu od duha.

*La.* Tunc Jesus ductus est in desertum à spiritu.

*Sla.* Iskusiti-sa (a) ot diawola.

*Bo.* zkusyti se od diabla.

*Cr.* da - bi - sze zkufaval od vraga.

*La.* ut tentaretur à diabolo.

*Sla.* ipostiw - sa (b) dnii tzschetiri desate i noschtschii tzschetiri desate, posliedi wsalka. (c)

*Bo.* y postiw se dni čtyry desate y nocy čtyry desate / naposledy bla-dowěl.

*Cr.*



*Cr.* I gda - bi poztil bil cseter deszet dnih i cseter deszet nocsih, potlam je zagladel.

*La.* & cùm jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.

*Sla.* i pristupl k nemu iskusitel, retzſche. (d)

*Bo.* y přistaupiw k němu zkuffitel / řeſl.

*Cr.* i priztupivsi zkuszitel, recse nyemu.

*La.* & accedens tentator, dixit ei.

*Sla.* asche (e) sin jesi boschii, rzi, jako da kamenie se gliebi budut.

*Bo.* až Syn gſy božj / řeſni / ať kamene chleby budau.

*Cr.* ako - szi Bosjj szin, recſi, da ovo kamenie kruhom poztane.

*Lat.* si Filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.

*Sla.* onſche otwieschtschaw (f) retzſche.

*Bo.* onž odpowědew řeſl.

*Cr.* koteri odgovorivsi recse.

*La.* qui respondens dixit :

*Sla.* pisano est (ff) ne ot gliebie edinom schiw budet tſchelowiek ;

*Bo.* pisano geſt / ne od chleba gednom žiw bude člowěť ;

*Cr.* napiszano je, ne live cslovek ſzamem kruhom ;

*La.* scriptum est, non in solo pane vivit homo.

*Sla.* no ot wsakom glagolie, isch odaschtschim (g) is - ouſt boschiich.

*Bo.* ano od wſſetſy ſlow / genž odcházegj z uſt božjch.

*Cr.* nego vszakum recsjum, kotera izhagya iz vust Bosjeh.

*La.* sed in omni verbo, quod procedit de ore ejus.

*Sla.* togda pojat ego diawol wo ſwiatij grad ;

*Bo.* tehda pogal gebo diabl w ſwatý grad ;

*Cr.* onda vze gore nyega vrag vu ſzveti varas ;

*La.* tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem.

*Sla.* i postawi ego na krilie (h) tſcherkowniem (i) i glagola (k) jemu :

*Bo.* y postawj gebo na krowj cyrkewnjm / y prawj gemu.

*Cr.* i postavi - ga - na czirkveni verhunecz, ter - mu recse :

*La.* & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei :

*Sla.* asche sin jesi boschii, wrſi - ſa niſu. (l) pisano bo jeſt :

*Bo.* až ſyn gſy božj / wrbni se nizo / pisano nebo geſt :

*Cr.* ako - szi Bosjj szin, puſtzi - ſze dole : ar je napiszano :

*La.* si Filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim :

*Sla.* jako angelom ſwojim ſapowieſt (m) ot tebie, ſo - chraniti ta ;

*Bo.* gaſo angelum ſwojim rozkázal o tobě / ſchraniti tě ;

*Cr.* da - je zapovedal angyelom ſzvojem od tebe ;

*La.* quia angelis suis mandavit de te (additur in Slavico) ut custodiant te ;

*Sla.* i na rukach wosmut ta, da ne kogda pretkneſchi o - kamen nogu twoju.

*Bo.* y na rukách wezmau tě / ať ne ſnad přetkneſ o kamen nobu twogi.

*Cr.* i vu ruke prejmu tebe, da mozi - bi - ti ne vrazis na kamen noge tvoje.

*La.* & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

*Sla.* retzſche - ſche jemu jifus : pak - i pisano jeſt, ne iskusifchi goſpoda Boga.

*Bo.* řeſl gemu Gežjſs : pať y pisano geſt / ne zkufyſs hoſpodina Boga ſwogebo.

*Cr.* recse nyemu Jesus : napiszano ge opet, ne zkufſavay gozponna Boga twojega.

*La.*

*La.* ait illi *Jesus* : *rursum scriptum est ; non tentabis dominum Deum tuum.*

*Sla.* pak-i pojat ego diawol na goru wifoku sielo ,

*Bo.* pat y pogal gebo diabel na boru wysokau sylně /

*Cr.* na - z - opet vze gore nyega vrag na goru kruto viszoku ,

*La.* iterum *assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde ,*

*Sla.* i pokasa jemu wsa tzarstwa mira i slawu ich.

*Bo.* y pokazaz gemu wisse wladářstwj swěta y slawu gich.

*Cr.* i pokaza nyemu vsze orszage ( *Hungarismus* ) szweta , i diku nyahovu.

*La.* & ostendit ei omnia regna mundi , & gloriam eorum.

*Sla.* i glagola jemu : sia wsa tebie dam , asche pad poklonischi - mi - sa.

*Bo.* y prawj gemu : to wisse tobě dam / tdyž padw poklonis mi se.

*Cr.* ter - mu recse : ova vsza tebe dam , ako pokleksi budes molil mene.

*La.* & dixit ei : *hac omnia tibi dabo , si cadens adoraveris me.*

*Sla.* togda glagola jemu *Iisus* : idi sa mnoju satana , pisano bo jest :

*Bo.* tehda prawj gemu *Geziss* : gdi za mnau satane / pisano nebo gest :

*Cr.* onda recse nyemu *Jesus* : odidi satan , ar je napiszano :

*La.* tunc dixit ei *Jesus* ; *vade satana , scriptum est enim ;*

*Sla.* gospodu Bogu twoemu poklonischi - sa , i tomu edinomu posluschi - schi.

*Bo.* gospodinu Bogu twogemu poklonis se / y tomu gedinemu poslužisa.

*Cr.* gosponna Boga tvojega budes molil , i nyemu szamomu szlusal budes.

*La.* *Dominum Deum tuum adorabis , & illi soli servies.*

*Sla.* togda ostawi ( *n* ) jego diawol , i se angeli pristupischa i sluschachu ( *o* ) jemu.

*Bo.* tehda ostawj gebo diabl / y ble angeli přistaupiwisse slůžechu gemu.

*Cr.* onda osztawi nyega vrag , i owó angyeli przstupisse , i szlufisse nyemu.

*La.* tunc reliquit eum diabolus : & ecce angeli accesserunt , & ministrabant ei.

### *Explanatio notarum interjectionum.*

*DCCXXI. n.* ( *a* ) verbum hoc , addito reciproco *se* , transit more Slavico ex activo in passivum , & bene explicat latinum textum *ut tentaretur* ; infinitivus enim reciprocus , *zkusyti se* / est tentari , & æquivalet participio in *du* , *da* , *dum* , ductus est in desertum tentandus. Præpositio Slavica *is* , & Croatica *iz* vel *z* tantum , à Bohemis scribitur solo *z* ; sibilus autem in pronuntiatione lenis *S* . quasi i prævium sonat. Sa particula reciproca Slavica , Croaticè *se* , & Bohemicè *se* audit. cæterum in hodierno Bohemico usu obtinuit : *počkasseri* & *počkassiti* / tentare ( illud præsentis , hoc futuro tempori applicatur in conjugando ) *počkassenj* / tentatio ; *zkusyti* experiri , *zkussenj* / experientia. Apud Croatas *zkusiti* in utroque sensu , tentare , & experiri , valet.

( *b* ) hinc apparet , etiam in antiqua lingua Slavica obtinuisse modos transgressivos , ut in hodierna Bohemica ; postiv enim ex participio præterito activo *postil* / mutando *l* in *w* , formatum , compendio idem significat , ac Croaticum *gda - bi* *poztil bil* . postquam jejunasset. Croatæ tamen æquè sensum transgressivè formare possunt , applicando *poztilvsi* , locò *postiv* .

( *c* ) Si rectè impressum est *wfalka* , ( ut valde dubitandum ) nullum vestigium ex hoc verbo superest in hodiernis dialectis Slavicis , sed radix seu primitivum , unde hoc verbum deducitur , est apud Bohemos & Slavos superioris Hungariæ *zlad* / *fames* ; apud Croatas , Slavones , Dalmatas &c. *glad* ; apud Polonos *glod* . Litera latina *H* . seu aspiratio Græca in alphabeto antiquo glagolítico Slavico , ut videre est ex *Joannis Leonardi Frischii historia linguæ Slavonicæ* , opusc. 1. non reperitur , sed vicem ejus supplent cognata elementa *G* . & *Ch* . illud Glagol , hoc Chier intitulum. Notandum autem : Croatas & alios vicinos Slavos *ch* latinum scribere per *h* simplex , & ita dubium esse sonum , excepto *h* finali , ut Croata , an *chodim* , & *marcha* ( *eo* , & *grex* ) an verò *h* *dim*

dim & marha pronuntiet, iteratò ab audiente interrogari fermè debeat, & tandem fateatur, utramque pronuntiationem valere. Bohemi ergo, qui linguam suam omni tempore coluere, immo nec aliam olim in actibus publicis admiserè, secretionem inter pronuntianda per h vel ch fecerunt, & quodlibet hoc elementum distinctè scripserunt. Tempore *Christiani*, primi, & *Cosma*, secundi scriptoris Bohemi, id est in seculo decimo, & duodecimo, nondum illa secretio ex asse facta erat, reperitur enim apud eos *Dragonira* & *Spitignev*, locò *Drahomira* & *Spitihnev*. *vid. num. 1042. 1055.* sic etiam *Hagecius* in *Krzesomislio* principe ex antiquo usu refert *blagoslawiti* / beare, *Gospodin* / dominus, locò *blahoslawiti* / *Zospodin*. Successu autem temporis G. planè exolevit, idque in pronuntiatione; in scriptione etenim frequentissimum adhuc est, sed vim tantum vel i simplicis aut jota habens, vel etiam in quibusdam sono omni carens.

(d) *řeče* æquè olim apud Bohemos in usu fuisse, dubitari vix sinunt alia tempora hujus verbi in usu conservata, nempe *řečl* / dixit, *řečne* / dicet &c. ex infinitivo, qui æquè adhuc obtinet, *řicti* / vel, ut propriè scribendum, *řicy* dicere: sed *řeče* in usu esse desit, & in præsentis per verbum imperfectum *řiká* (dicit) in præterito verò per participium *řečl* (dixit) cui significationi Slavicum *retsche* æquivalet, supplementum est.

(e) *Asche* conjunctio Slavica in radice idem videtur cum *ač* & *až* Bohemica, sed hæc propriè hodie, *usque dum*, illa *etsi*, denotat, & conjunctio simplex *si*, per particulam interrogativam, *li / gest - li gsy* / vel *gsy: li / esne*, exprimitur. In hoc versu adhuc occurrit *jesi* locò *gsy*, & pronuntiatione tantum differt, cum Bohemi *g*, quod *j* est, non expriment, nisi in compositione; v. g. *negsy* / non es, pronuntian- dum *neisy* / uti idem in aliis similibus obtinet, v. g. *nagdu* / inveniam, compositum ex *na* præpositione, & *gdu* eo, pronuntiat *naidu* / licet aliàs in *gdu* primitivo G. non audiatur, sed veloci lingua supprimatur. *Rzi* seu Bohemicè scribendo *rey* est imperativus inusitatus ex *řicti* / dicere. *Jako*, hodie qualiter relativè, *jak* qualiter in- terrogativè significat.

(f) Verbi *odwieschischan* radix agnoscitur in dialecto Bohemica, in *zvěstowati* / nuntiare: *zvěstowanj Panneny Marie* / annuntiatio B. Virginis Mariæ: & *wěst- kyně* / prophetissa, quæ futura prædicit & annuntiat.

(ff) Slavicum *est*, fors etiam *jest* (ut infra invenitur) scribebatur, vel saltem pronuntiabatur, cum e litera, ut apud dictum *Priscium pag. 15.* glagolitico titulo *jest* insignita fuerit. Similiter dicendum de aliis vocibus *edinom*, locò *jedinom*, solum- modò, *ego*, locò *jego*, illius, prout glagoliticè scribitur *jemu*, illi in dativo, non emu, vid. quoque hic in versu ultimo scriptum *jego*, non *ego*.

(g) Relativum Slavicum *isch* fors *jisch* pronuntiandum, adeoque ejusdem rad- icis est cum hodierno Bohemico *genž / genžto* / usitato, & *gež / giž / gežto / gižto* quasi obsoleto. Triplex i habet alphabetum glagoliticum: unum i simpliciter, al- terum je, tertium *Ische* vocatum; in pronuntiatione primi per i. & secundi per jota esse nequit dubium, ergo *Ische* duplex ii, seu jota, & i, conjunctum videtur.

(h) *Krilie* Slavicum derivatur à *Kriti* / tegere, ut hodièque apud Bohemos & Croatas dicitur, inde apud hos est *krw* tectum.

(i) *Czirkva* Croaticè denotat Ecclesiam tam universalem, quam specialem seu templum, ut olim apud Slavos: Bohemi autem *Cyrkew* Ecclesiæ tantum universali, templo *Kostel* applicant, ut Slavi Hungarici, & Poloni.

(k) *Chlacholiri* hodie apud Bohemos ad verba adulatoria restrictum est.

(l) *Nisu* in obliquo, & *niso* in recto, radix est, quæ in Bohemico diminutivo *nizko* / & in verbis compositis *zniziti / poniziti* / humiliare, adhuc durat: *nizo* autem primitivum immeritò incolatum amisit, adoptato *dosu* deorsum, à *dál* vallis.

(m) *zapowědel* hodie non amplius apud Bohemos pro *mandavit*, sed pro *inhi- buit*, dicitur, Croatæ autem retinent *zapovidal*, & pro *inhibuit* dicunt *prepovidal*.

(n) Verbum *ostawiti* etiam apud Bohemos in usu esse desit, radix tamen man- sit, v. g. in *ostarek* reliquiæ, *ostatnj*, reliquus, *ostatné* de reliquo, ab *ostati* reman- nere.

(o) *Slusichachu* Slavicum est in tertia persona plurali præsentis temporis quoad con- jugationem, à verbo *sluschiti* Slavicè, *sluziti* vel in moderno ævo *slauziti* Bohemi- cè; quoad significationem autem apud Slavos veteres denotabat tempus imperfe- ctum, serviebant, ministrabant; & hic mos Slavicus adhuc temporibus Caroli IV. in Bohemia vigeat, ut legenti manuscriptam historiam *Pulkava*, qui sub Carolo IV.

ejus jussu scripsit, patet, ille enim v. g. ibant, non *chobégj*/ quod etiam non est, nisi eunt, sed *chodéchu* scripsit, & sic de cœteris.

*DCCXXI.o.* Cùm eò jam in grammaticali hoc labore ventum sit, atque indoles Slavici idiomatis (qualis, saltem seculo nono, tempore S. Cyrilli Slavorum Apostoli fuit) dilucidius jam pateat; non pigebit, textum quoque veteris testamenti ex ejusdem *Koblii opere* §. 3. adjicere, & in Bohemicam dialectum, vetustate intelligibili retentâ, translatum, cum textu latino vulgatæ lectionis conferre, atque, ubi opus; Slavinitum sensu latino coaptato explicare.

*Sla.* w' natschal sotwori Bog newo i semliu. (a)

*Bo.* w načatku stwořil Buoh nebe y zemi.

*La.* in principio creavit Deus cœlum & terram.

*Sla.* i semla bie ne-widima, i ne-ukraschena, i tma werchu bes-dni.

*Bo.* y zem byla ge ne-widoma/ y ne-ukráššena/ y tma na wrchu bez dna.

*La.* terra autem erat inanis, & vacua, & tenebra erant super faciem abyssi. aliter: atque terra erat invisibilis, & non effigiata, & tenebra erant in superficie sine fundo.

*Sla.* i Duch Boschii noschafche-sa werchu wodi.

*Bo.* y Duch Božj nosyváwá se na wrchu wody.

*La.* & Spiritus Dei ferebatur super aquas.

*Sla.* i retzſche Bog, da budet ſwiet, i biſt ſwiet.

*Bo.* y řeče Buoh / ať bude ſwětlo / y bylo ſwětlo (b)

*La.* dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux.

*Sla.* i widie Bog ſwiet, jako dobro.

*Bo.* y widěl Buoh ſwětlo / gaſo dobro.

*La.* & vidit Deus lucem, quod eſſet bona. aliter: quia bona.

*Sla.* i raſuſchi Bog meſchdu ſwietom, i meſchdu tmoju.

*Bo.* y rozlaučil Buoh mezy ſwětlem / y mezy tmau.

*La.* & diſiſit lucem à tenebris. aliter: & diſtinxit Deus inter lucem, & inter tenebras.

*Sla.* i na-retzſche Bog ſwiet, den: a tmu naretsche noſchtsch.

*Bo.* y na řeče Buoh ſwětlo / den: a tmu na řeče noc.

*La.* appellavitque lucem diem, & tenebras noctem. aliter: & ſupernominavit Deus lucem diem, & tenebras ſupernominavit noctem.

*Sla.* i biſt weſcher, i biſt utro den jedin.

*Bo.* y byl wečer / y bylo gitro den geden.

*La.* factumque eſt vespere, & mane, dies unus. aliter: & erat vespere, & erat mane, dies unus.

*Sla.* i retzſche Bog, da budet twerd poſredie wodi.

*Bo.* y řeče Buoh / ať bude twrdo w poſtřed wody;

*La.* dixit quoque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum.

*Sla.* i budet raſlutzſchaja poſredie wodi i wodi, i biſt tako.

*Bo.* y bud' rozlaučenj w poſtřed wody y wody / y bylo tať.

*La.* & dividat aquas ab aquis. aliter: & fiat ſecretio in medio aqua & aqua, & factum eſt ita.

*Sla.* i ſo-twori Bog twerd, i raſlutzſchi Bog meſdu wodoiu, jaſche pod-twrdiju.

*Bo.* y ſtvořil Buoh twrdo / y rozlaučil Buoh mezy wodau / genz pod twrdem;

*La.* & fecit Deus firmamentum, diſiſitque aquas, qua erant ſub firmamento. aliter: & creavit Deus firmamentum, ſecreſitque inter aquam, qua ſub firmamento.

*Sla.* i poſredie wodi, jaſche nad-twrdiju, i na-retzſche Bog twerd nebo.

*Bo.*

- Bo.** y w proštěd wody / genž nad twrdem / y nařeče Bůb twrdo nebe.
- La.** *ab his, qua erant super firmamentum, & factum est: vocavitque Deus firmamentum caelum. aliter: & inter aquam, qua super firmamento, & supernominavit Deus firmamentum caelum.*
- Slav.** i widie Bog, jako dobro: i bist wetzſcher i bist utro, den wtorii(c)
- Bo.** y widěl Buob / gašo dobro: y byl večer y bylo gitro / den vterý.
- La.** *& factum est vespere & mane dies secundus. aliter: & vidit Deus, quia bonum, & erat vespere, & erat mane, dies alter.*
- Slav.** i retzſche Bog, da so-beret-sa woda, jasche pod nebesem, w' ſowo-kuplenie edino (d) i da jawit-sa ſuſcha, i bist tako.
- Bo.** y řeče Buob / ať se bere se woda / genž pod nebesem / w ſautromj gedno / y ať gewj se ſucho / y bylo tať.
- La.** *dixitque Deus, congregentur aqua, qua sub caelo sunt, in locum unum, & appareat arida; & factum est ita.*
- Slav.** i ſo-bra-sa woda, jasche pod nebesem, wfoimi ſwoja, i jawi-sa ſuſcha.
- Bo.** y se-brala se woda / genž pod nebesem / s wſsemi ſwymi / y gewilo se ſucho.
- La.** (hanc repetitionem vulgata editio latina non habet, interpretatio autem est) *& congregavit se aqua, qua sub caelo, cum omnibus suis, & apparuit arida.*
- Slav.** i na-retzſche Bog ſuſchu, ſemliu, a ſoftawi (e) wodnija na-retzſche more, i widie Bog, jako dobro.
- Bo.** y nařeče Buob ſucho / zemi / a oſtatet wodnj nařeče moře / y widěl Buob / gašo dobro.
- La.** *& vocavit Deus aridam, terram, congregationesque aquarum appellavit maria. Et vidit Deus, quod esset bonum. aliter: & supernominavit Deus aridam, terram, & aquas, qua supererant, supernominavit mare. Et vidit Deus, quia bonum.*
- Slav.** i retzſche Bog, da prorastit ſemla bilie trawnoje, ſiejuschtsche ſiema po rodu i po podobiu.
- Bo.** y řeče Buob / ať prorazý zem byliny trawnj / ſejice ſýmě po rodu y po podobě.
- La.** *& ait: germinet terra herbam virentem, & facientem semen. aliter. & ait Deus: protrudat terra herbas gramineas, seminantes semen, juxta genus & juxta speciem.*
- Slav.** i drewo plodowito, tworaschtscheje plod, jemu-sche ſiema ego w' nem, po rodu na ſemli, i bist tako.
- Bo.** y drewo (f) plodowito / twořegjicý plod / gemuž ſýmě gebo w něm / po rodu na zemi / y bylo tať.
- La.** *& lignum pomiferum, faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram, & factum est ita. aliter: & lignum fertile, effigians fructum, cui semen ipsius in ipso secundum genus in terra, & factum est ita.*
- Slav.** i is-neſe ſemla bilie trawnoje, ſiejuschtschee ſiema po rodu i po podobiu, i drewo plodowito, tworaschtschee plod, jemusche ſiema jego w nem po rodu na ſemli, i widie Bog, jako dobro.
- Bo.** y z-neſta zem byliny trawnj / ſejice ſýmě po rodu y po podobě / y drewo plodowito / twořegjicý plod / gemuž ſýmě gebo w něm po rodu na zemi / y widěl Buob / gašo dobro.
- La.** *verbaliter: & protulit terra herbas gramineas, seminantes semen secundum genus*

*nus & secundum speciem, & lignum fertile, effigians fructum, cui semen ejus in ipso secundum genus in terra, & vidit Deus, quia bonum.*

*Sla.* i bist wetzſcher, i bist utro, den treti.

*Bo.* y byl wečer / y bylo gitro / den třetj.

*La.* & erat vesper, & erat mane, dies tertius.

*Sla.* i retzſche Bog, da budut ſwietila na twerdi &c.

*Bo.* y řeče Bůh / ať budau ſwětla na twrdem zc.

*La.* dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento &c.

### DCCXXI. p. Explanatio notarum interjectionum.

(a) *načal* apud Bohemos est participium activum præteriti temporis ex verbo *načiti* / inchoare. Hic in textu glagolítico autem componitur hoc verbum cum præpositione *w.* in, itaque nomen verbale erat, & idem, quod *načateč* vel *počateč*, vel *začateč* Bohemicum, id est principium, denotabat. *So-zwori*, Slavicum antiquum, est compositum ex verbo *tworiti*, formare, & præpositione Slavica *so*, quam Bohemi per solam literam *s* (si non obstat pronuntiatio consonantium verbum inchoantium) sine vocali, si verò obstat, addito *e*, formant. Hic ergo dicunt *szwočiti* creare. Infrà sequitur in Slavonico: *da so-beres-sa woda*; id efferunt Bohemi: *ať sebere se woda* / vel in verbo imperfecto, *ať sbjra se woda* / ut colligat, vel simul tollat se aqua; *bere* enim vel *bjra* est tertia persona præsentis indicativi à *brati* tollere, auferre. In *Nemo* hic videtur locò *w.* litera *b.* restituenda esse, prout infrà cælum *nebo* glagoliticè scribitur.

(b) Veteres Slavi vocabant mundum *Mir*, lucem *Swiet*, luminare *ſwietilo*; mundum hodie vocant Bohemi & Slavi Hungari *Swět* / Croatæ *izvet*, Poloni *Swiat*, Rusſi *Sawiet*; lucem Bohemi & Slavi Hungari *Swětlo* / Croatæ *Szvetlo*, Poloni *Swiatlo*; luminare (subintelligendo mundi) eadem significatione venit. *Mir* apud Croatas est pax, & apud veteres Bohemos idem significabat, inde hodiernum *přiměřj* / induciæ, seu armistitium, *smiřiti se* / pacem componere, & multa alia, præcipuè in nominibus antiquis virorum & mulierum, *Dobromir* / *Stroymir* / *Drahomira* &c. descendunt. *řeče* (quod in hoc versu est) apud veteres Bohemos absque dubio in tertia persona præsentis indicativi quoad conjugationem, sed significato ipso in imperfecto (dicebat) obtinuit, adeoque hic antiquitati relinquitur, cum non sit ratio, nisi ex tyrannide usûs, quare *řeče* non æquè, ac hodiernum *řekl* / dixit, & *řicy* / dicere, valere deberet, cum valeat ex integro adhuc apud Croatas, Slavones, Dalmatas &c.

(c) Hic fors in caractere glagolítico *Uk* locò *Widil*, seu *U* locò *W*. reperietur, utorii enim est adjectivum ab utro, mane, descendens, & significat diem, qui altero mane illucescet; vocabulum hoc Bohemi, licet utro in gitro converterint, retinuerunt in die martis denominando, quem tanquam alterum ab exacta die dominica, ut communiùs modò obtinet, *autery* / vel bene etiam & usitatè *wery* (pronuntiando *wery*) appellant; sicut pari ratione diem lunæ *Ponděle* (contractim ex *po neděli* / id est post dominicam) itaque primum, diem jovis *čwrttek* / id est quartum, diem veneris *Pátek* / id est quintum, & diem Mercurii *středa*, id est medium hebdomadæ, diem dominicam autem *neděle* à non laborando, & diem Sabbathi *šobota* / servato hoc vocabulo ex sacra scriptura, denominant.

(d) *Sowo-kuplenie* Slavicum antiquum componitur ex particula *sowo*, ad invicem, & vocabulo *kup*, acervus, cumulus; significat itaque cumulum ad invicem. *Sowo* illud Bohemi contraxerunt in *sau* / Croatæ in *szu*; ita dicunt Bohemi vicinum habitatorem *Sau*; *sed* / Croatæ *szu-szed* à *fediti* *sedere*, & multa habent alia composita ex hac particula. *Kup* Slavicum apud Bohemos æquè superest, v. g. *kupa Ses* na est cumulus sceni; ast in composito, de quo hic, non utuntur *Sau-kuplenj*; bene autem convenit *Sau-kromj* à *krom* / quod separationem denotat, ita ut sensus, *ať sebere se woda w saukromj gedno* / fiat: tollat se aqua ad invicem in locum separatum unum.

(e) Iterum hic mendum vel typi vel scriptionis subesse credendum, & vel ostavi sine *f.* vel *so-stavi* reponendum; hoc cum *wodniia* (quod est adjectivum pluralis numeri, aquatica) junctum *con-sistencias* aquaticas, illud à præpositione *o.* & *staw*, status, *reliqua* aquatica denotat.

(f)

(f) *Drewo* / sine ē accentuato, æquè bene & usitatè hodie apud Bohemos dicitur, ac *drěwo* / & alia formatione collectionem denotante *drěwoj*.

Demum notandum : in utroque hoc specimine glagolitico non occurrere ullum exemplum, ex quo positivè concludi posset, qualè Slavis eis, ex quorum dialecto versio Sacræ Scripturæ fluxit, fuerit participium præteritum activum. Significationi quidem præteriti latini accedunt sequentia : *bist*, fuit : *vezsibe*, dixit : *pojat*, assumpsit : *Sapowiešt*, mandavit : *setvori* creavit : *widie*, vidit : *vastutſchi*, secrevit : *sobra - sa woda*, congregavit se aqua : *jawi - sa*, apparuit : *is - nese*, protulit : sed omnia hæc dubio involuta sunt, an non sint conjugationis potiùs in præsentis tempore, & significationis in imperfecto, cum credi vix possit, universalem quasi Slavicam terminationem præteriti in l. non viguisse ibi locorum, unde glagolitica dialectus prodiit.

## Notæ Generales

### *Ad hæc Schemata Grammaticalia.*

**DCCXXI. q. 1<sup>mò</sup>** *Procopius Casariensis* (ut *num. 721. a.*) de populis Slavicis, quos distinguit in Slavinos & Antas, in genere ait : *una est utrisque lingua admodum barbarâ.* Aliud sanè iudicium de viro hoc, quanquam celebri, attamen inter Græcos & Romanos nato, præstolandum non erat, utpote cui sonus quorundam vocabulorum Slavicorum, vix verò vis & potestas innotescere poterat. Habuit ergo linguam Slavicam pro barbarâ, tum ob extraneitatem in genere, circa quaslibet a Græcis & latinis desciscentes nationes barbarismo affici solitam : tum ob modum pronuntiationis græco palatui non accomodum : tum etiam, quòd partes orationis, si quarum interpretationem sibi fieri admisit, primo auditu nihil græci aut latini spirarent. Aliter autem planè de lingua Slavica, inspectâ penitiùs ejusdem naturâ, fecunditate, efficacîâ, brevitate, judicandum est. Natura linguæ, copiosa secum fert primitiva, eaque maximam partem monosyllaba ; inmodò aliquot literæ se solis significationem habent, nempe : *a* / & : *ſ* / ad : *o* / circa : *ſ* / cum : *v* / penes : *w* / in : *y* / etiam : *z* / ex. Fecunditatem in componendis aliis & aliis semper vocabulis multæ simul ac dextrimæ præpositiones, tam nominales quàm verbales ( quarum & duæ coalescere possunt ) & terminationes significantissimæ, à Grammaticis Bohemis in XLV. species distribui solitæ, præstant, dum illæ primitiva à fronte, hæ à tergo complectentes, quemlibet significatum ad græcanicam fermè affluentiam ex sola penu Slavica producere possunt. Efficacia linguæ tum in nominibus, tum præcipuè in verbis relucet, dum mutatio sola unius vocalis in alteram, vel vocalis in diphthongum, in medio verbo, v. g. *ſlyſſým* / audio, *ſleychám* / subaudio, *ſlauchám* attentè audio, *ſlechnu* / obsecuturus audio, *ſtěljm* / jaculor, *ſtreljm* / jaculabor, & centena talia, mentem loquentis genuino quasi conceptu profundunt. Quid quòd Slavi haud abs re de specialitate in ipso Divino vocabulo gloriantur ? Tetragrammaton hoc Bohemi ab immemoriali ævo *Bûh* novius, & *Buoh* antiquius, per diphthongum *uo* in medio, scribunt, Slavi Hungari, plebe tenus, utràque literâ diphthongi, oraliter adhuc nunc resonant. B. primam *consonantem*, interpretantur Slavi, convenire primæ personæ SS. Trinitatis Patri, *relationem* dicenti ad filium : diphthongum *uo* duplici naturæ Filii, Divinæ in o clauso, nec initium nec finem habente, humanæ in u aperto : h aspirationem verò Spiritui Sancto. Brevitatem linguæ, in declinatione etiam absque articulis, & conjugatione potissimum irrequisitis auxiliariis, in modis transgressivis verborum, in verbis iterativis & frequentativis, ex superioribus schematibus : in aliis plurimis modis verò, passim ex Grammaticis & vocabulariis Bohemicis dispicere licet.

**DCCXXI. r. 2<sup>dò</sup>** Ex schematibus præmissis, specimina dialecti Croaticæ, Bohemicæ, Hungaro - Slavicæ, & Glagoliticæ ( ita distinctionis ergò vocandæ ) exhibentibus, apparet, diversam dialectorum Slavicarum methodum haud multo tempore & studio in regulas colligi, inde intellectui ejus, qui unam dialectum Slavicam callet, subjici, atque in usum quoque imitativum loquendi deduci posse ; idque præprimis in illis dialectis, quæ tanquam germanæ sorores ex uno sanguine progenitæ sunt, vel ceu rivuli ex unò fonte Slavico promanarunt. Tales sunt dialecti quatuor suprâ nominatæ ; talis est Russica, Polonica, Slavonica, Dalmatica ( quarum utraque posterior haud multum à Croatica distat ) Rasciana, & quævis alia, quæ ex solo populo Slavico, vel saltem non notabiliter comixto ( ita ut admixta pars alienigena



impressionem in idiotismum facere nequiverit, sed suâ relictâ Slavicam linguam vel in se, vel saltem in prolibus adsciscere necesse habuerit, ) ortum & progressum habet. Aliud est de Winidica & Carniolica in terris Austriacis, & Luneburgica &c. in terris borealioribus Germaniæ dicendum, ubi commixtio populi ad populum commixtionem quoque fecit linguarum diversi generis. Cæterum vocabula quædam admisceri peregrina, & incolatu donari, in omni lingua omni tempore obtinuit.

**DCCXXI. s. 3<sup>o</sup>** An dialectus Glagolitica unquam in terris Sisciorum, & Charentanorum, ut vocabantur populi ad Savum & Dravum seculo nono, nec non in terris celebris tunc Slavo-Moravici Regni in Hungariam protensi, quarum omnium Apostolum egit S. Cyrillus, ex integro observata fuerit, dubium valde est. Historia Ecclesiastica docet: S. Cyrillum primam operam implantandæ Christianitatis Bulgariae Slavis Constantinopolitano Imperio vicinis impendisse, dein in Moraviam accitum, ibidem, & in terris quoque Savi & Dravi fluminum, quas transferat, fidei seminatorem extitisse. Quid ergo mirum, si ille fors in dialecto speciali Bulgarica, cujus peritiam jam Constantinopoli sibi comparaverat, Sacram Scripturam & dogmata sua, inventis ad id novis à se literis, ediderit? hanc dialectum enim, utpote æquè purè Slavicam, populi hi, licèt communi more loquendi alio uterentur, sat percipere, & in sacris adoptare poterant. Vocabula Glagolitica, quorum usus hodie apud Croatas non est, sunt sequentia: *mos-weden*, ductus: *bist*, locò *bil jest*, fuit: *diavol*, diabolus: *posiv-sa*, cùm jejunâset, transgressivè: *onsche*, ille: *odwieschischav*, respondens: *no*, quin multò magis: *glagol*, verbum: *glagola*, dicit: *jisch*, quod, quæ: *pogat*, assumebat: *jego*, ipsum: *jemu*, ipsi: *nisu*, deorsum: *bo*, enim, namque: *mosmut*, tollent: *kogda*, fortè: *szarstwia*, regna: *Mir*, mundus: *jich*, ipsorum: *sia*, hæc: *pad*, cadens, transgressivè: *w natschal* (nomine verbali) in principio: *ukraschena*, effigiata, & primitivum inde resultans *Krasa*, species, pulchritudo, quo vocabulo Bohemi utuntur: *swiet*, lax: *so-beret-sa*, tollat se simul: *javut-sa*, appareat: *so-bra-sa*, sustulit se: *prorastit*, protrudat: *bilie*, herbæ: *podob*, species: *jemusche*, cui: *iz-neje*, protulit:

**DCCXXI. s. 4<sup>o</sup>** Bohemica dialectus non habet ex Glagolitica dialecto: *bist*, fuit: *glagol*, verbum: *glagola*, dicit: *kogda*, fortè: *szarstwia*, regna: *mir*, mundus: *sia*, hæc: *w natschal* (nomine verbali) in principio: *swiet*, lux: *swow-kuplenje*, accumulatio.

5.<sup>o</sup> Hungaro-Slavica dialectus una fermè est cum Bohemica, si hæc pro vetusto ævo inspiciatur: terminant Slavi ferè omnia fœminina in a, & declinant una declinatione; olim id æquè apud Bohemos obtinebat. Diphtongum *au* / modò pariter observant Slavi in declinatione, modò in o vel u resolvunt; talis commutatio cognatarum literarum inter populos longinquè à se distitos non diversitati fontis sed usûs adscribenda. In conjugatione eadem occurrit differentia in diphtongo *au* / quam Slavi in u mutant; & dein præcipuè hi primam personam in singulari ubique in *am* / *em* / *im* / terminant, v. g. *gsem* / sum: *budem* / ero: *mám* / habeo: *darugem* / dono: *dám* / dabo: *idem* / eo: *chodim* / ambulo: *wedem* / duco: &c. Bohemi paritatem inter *au*, & *u*, aliquando, ut in *budaucy* / *buducy* / futurus, tenent; terminationem in *am* & *im* / æquè & ubique observant, ast terminationem in *em* / præter verbum *gsem* / sum, suo placito in u & j converterunt. Bohemi literam *r* sæpe per *é* accentuatam, seu *rj* efferunt, eúmque morem etiam Poloni amplexi sunt; reliqui Slavi omnes *r* simpliciter sinè superaddito pronuntiant, atque credibile valde est, seculo decimo adhuc apud Bohemos ipsos *r* cooptatum non fuisse; literæ enim fundationis originaliter extantes, & alia ejusdem ævi documenta monasterii prope Pragam, quod hodie Brzevnoviense vocatur, nec accentum super *r*, nec *z* post *r* adjunctum habent. Interim durior pronuntiatio, quâ & hebraica aliæque linguæ non carent, vitium non est, sed promptitudinem volubilitatémque linguæ specialem supponit; atque Bohemi ac Poloni *r* & similia pronuntiare, quod exteri difficile censent, volupe sibi ducunt. Hæc fermè sunt capita differentiarum inter Bohemos & Hungaro-Slavos, minutiora enim nec æstimanda sunt.

6.<sup>o</sup> Hungaro-Slavi, ut alibi historicè à me deductum, ejusdem progeniei specificæ cum Bohemo-Slavis sunt, & regio, ubi uterque quondam populus, tunc unicus, incolebat, erat inter Danubium, Tibiscum, Marum, & Alutam fluvios. Inde Bohemo-Slavi seculo quarto in Croatiam, atque dein in Bohemiam: Hungaro-Slavi verò seculo sexto in Hungariam superiorem, seu in terras quondam Quadicas emigraverunt. Croatæ Slavi tertia pars sunt, ejusdem cum illis originis, non enim solum

lùm, Czecho & Lecho A. 375. ex Croatia cum cœtu suo abeuntibus, plurimi popularium suorum ibidem remanierant, sed & nova multitudo ex suprâ dicta regione trans-dahubiana A. 454. accesserat, quorum posterii sunt hodierni Croata.

*DCCXXI. u. 7. mō* Illatio igitur primaria ex præmissis grammaticalibus hæc est: identitas fermè dialecti Bohemo- & Hungaro-Slavicæ eundem quondam prodiit fuisse populum. Certum est ex historiis cœvis, in Temesvariensi Bannatu, & parte Walachia, ad finem sæculi tertii, & in quarto seculo, Sarmatas à Mœotide advenas, Limigantes à limitibus Romanis dictos, sedisse, eosque Slavos, seu Slavinos ex post nuncupatos, fuisse. Certum itidem est, ex his oris migrationem successivis vicibus contigisse: videlicet A. 334. in partes hodiernæ Croatia & Carniolia: A. 454. post Attilæ mortem iterum in has easdem partes: & post annum 526. in terras nunc Hungaricas superiores, olim Quadicas, dein ab Herulis, Rugis, Scyris, aliisque Hunnorum sociis, demum à Langobardis possessas, & ab his A. 526. dum in Pannoniam transirent, plèné evacuatas. Certum porrò est, Slavos illos, qui circa modò dictum tempus sæculi sexti mediæ famosum illud regnum Slavo-Moravicum, cum gente Quadorum ad Moravam flumen superstite, condidère, nec ex novella colonia Bohemo-Slavorum, nec Polono-Slavorum, utpote nec ibi loci, occupationi desertorum Marcomannicorum, Vandalicorum &c. sufficiente, præfertim in tali multitudine, quæ primatum & principatum suæ nationi attribueret, exire potuisse. Itaque & non ambigendum: Bohemos olim ex eadem patria cum Hungaro-Slavis, quibuscum in hodiernum diem commercium linguæ fermè idem habent, nempe ex Temesvariensi Bannatu, & Walachia, egressos fuisse. Notari meretur, nomen S. Ducis & Patroni Bohemica Wencesl (quod Slavicè *Wacslaw* / id est major gloria, dicitur) ex alia dialecto non, nisi Hungaro-Slavica derivari posse; hæc dicit *wacz* / & *wiacz* / plùs seu magis, Bohemica dialectus hodierna dicit *wjcz* / Croatica *wetich*, Polonica *Wiczei*. Unde & Hungaro-Slavica dialectus inter has nominatas proxima linguæ matri, in usu pronuntiationis, censenda est.

*DCCXXI. x. 8. vō* Quæ autem intèr Slavicæ dialectos in idiotismo & elegantia nativæ linguæ proximior sit, alia planè quæstio est, & vix decidenda generatim, nisi quis vim & potestatem simul Russicæ dialecti veteris calleret, & in medium vocaret, atque idiotismos hujus & aliarum dialectorum Slavicarum inter se se compararet. Certum etenim est, Russos communem quondam Slavorum omnium patriam, nempe partes Boreales paludis Mœotidis, & maris Caspii, circa Wolgam fluvium, hodie adhuc tenere, & semper sui domestici dominatùs fuisse; unde & præsumendum: eos propagandæ nativæ sermonis efficaciam haud incurios extitisse. Mihi nec de idiomate Russico ad manum quid est, nec, si id acquirerem, tempus ad curiosius rimandum vacat. Unicum tamen vocabulum Russicum adducere lubet: ordinationem & constitutionem summorum suorum Principum Russi *Ukaz* vocant; radices hujus vocabuli sunt præpositio *u* & verbum (prout in Bohemica dialecto obtinet) *kázeti* / quod est mandare, præcipere. Bohemis compositum hoc extra usum est, & locò ejus dicitur *ustanowenj* / ex præpositione *u* / quæ firmitatem denotat, & verbo *stanowiti* / statuere. Habent tamen aliud compositum ex verbo *kázeti* / *Koz-kaz* / quod est mandatum judicis intèr partes; optimè huic convenit præpositio *Koz* / quia hæc sejunctionem, & idem, quod *dis* latinum, significat, quasi *dis-mandare*, seu latine, præcipere inter partes, determinatio enim alio proprio nomine venit *Koz-had* / à præpositione eadem *Koz* / & verbo *hadati* / litigare, quasi dissolutio litigii.

*DCCXXI. y. 9. nō* Sua sanè dialecto Bohemica semper mansit, quin & ex-culta est, nativæ efficacia & elegantia, ut in omnibus partibus orationis ex Grammaticis Bohemicis perspicere licet; erant enim, ad invidiam usque circumstarum gentium, Bohemi linguæ suæ amantes, & tot inde elucubrationes tum historicæ, tum grammaticæ supersunt, ut interitus nullus unquam pertimescendus sit. Glagolitica dialecto illa, ut suprâ dictum, in plurimis convenit; & quod non ex integro correspondeat, in causa est longæva separatio gentis Slavinorum à gente Bulgarorum specificè sic vocatorum, qui A. 521. primùm in partibus Danubianis & Imperio Constantinopolitano audiebantur, ad hujus non levem metum autem dein excreverant. Hungaro-Slavi, tunc adhuc inter Danubium, Tibiscum, & Alutam sedentes, dum à popularibus suis propriis, Slavis Antis, & novis advenis Bulgaris, haberent, quod libertati metuerent, novam patriam in terris Quadorum, olim sociorum suorum, conditum iverunt, quod & feliciter cessit: atque licet post extinctum regnum Mo-ravo-

ravo -Slavicum in seculo decimo pars Regni Hungarorum effecti sint, non obfuit tamen hoc, quin dialecto incommixti manserint. Croatiae Slavi verò, utpote qui in mediterraneo quasi bellorum perpetuorum, inter Romanos, Gothos, Hunnos, Langobardos, Francos, constitere, simili vice non aequè potiebantur. Unde mirum ferme est, apud eos Slavicam dialectum puritati tali, quæ adhuc hodie invenitur, adhæsisse.

*DCCXXI. z. 10. mò* Antequam nunc ad historica revertar, claudatur diverticulum hoc per schema aliud grammaticale, in vocabulis, victum, amictum, & habitationem Slavorum concernentibus ponendum, quo in *capite XV.* utar, ut opinio *Cosmæ Historiographi Boh.* de moribus nomadicis primorum Bohemiæ incolarum Slavorum, inconsideratè nimis ex Scythia magna in Bohemiam tracta, non tantum aliis documentis historicis, sed & testimonio ipsius linguæ Slavicæ, eliminari queat.

*Schema in vocabulis victus, amictus, & habitationis.*

| Latinè.                        | Croaticè.                      | Bohemicè.                                   | Hungaro-Slavicè.    | Polonicè.                                     |
|--------------------------------|--------------------------------|---|---------------------|---|
| <i>frumentum.</i>              | Sitek.                         | obili.                                      | obili. zbožj.       | zboze. obielie.                               |
| <i>tritium.</i>                | psenicza.                      | psenice.                                    | psenicza. žito.     | psenicza.                                     |
| <i>siligo.</i>                 | hers (zito, milium significat) | žito.                                       | raž.                | res. zyto.                                    |
| <i>hordeum.</i>                | jecsmen.                       | ječmen.                                     | gačmen.             | Jeczmien (Jien-<br>czmien pronun-<br>tiatur.) |
| <i>avena.</i>                  | ovasz. vel szob. (Hung.)       | owes.                                       | owos.               | owies.  |
| <i>pisa.</i>                   | grah.                          | hrách.                                      | hrách.              | groch.  |
| <i>faba.</i>                   | bob.                           | bob.  | buob.               | bobr.   |
| <i>panis.</i>                  | kruh (gleb est libo panis.)    | chleb.                                      | chleb. chleb.       | chlieb.                                       |
| <i>farina siliginea.</i>       | herszna mooka.                 | režna maufka.                               | ražna muža.         | zytnia maka. (monka pron.)                    |
| <i>vestes.</i>                 | oprava.                        | šťaty.                                      | šťaty.              | szaty.  |
| <i>pallium.</i>                | plasty. nek (Hung.)            | köpeplaszt.                                 | plaszt.             | plaszcz.                                      |
| <i>thorax.</i>                 | zobun, kabanicza.              | tabát.                                      | boloman (Hung.)     | suknia.                                       |
| <i>subucula.</i>               | zobun.                         | župan.                                      | žabanicza.          | zupan.  |
| <i>indusium.</i>               | kosulya.                       | košyle.                                     | košela.             | koszula.                                      |
| <i>pileus.</i>                 | klobuk.                        | klobauf.                                    | klobuf.             | capelus (latinismus.)                         |
| <i>caliga.</i>                 | hlacse.                        | kalboty / nohavice.                         | kaluocy / nohavice. | pludry. Nogawice.                             |
| <i>tibialia.</i>               | hlacsicze.                     | punčochy.                                   | „ „ „               | paczochy (ponczochy pron.)                    |
| <i>calceamentum in genere.</i> |                                | obuw.                                       | obuw.               | obowie.                                       |
| <i>calcei.</i>                 | czipelisi, lye, postoli.       | chrev-šřewice / & an-čřewice tiquè postoly. |                     | strewiki.                                     |
| <i>habitatio in genere.</i>    | Sztan, vanie.                  | prebi. Stánet / přibytek / obydlj.          | pribytek. obydlj.   | Mieskanie. przibytek. obydlie.                |
| <i>murus.</i>                  | zid.                           | žed.  | mur (latinismus)    | Mur.  |
| <i>domus.</i>                  | hisa, doom.                    | dům. Chalupa.                               | dom. chalupa.       | dom. chalupa. cubi-                           |

| Latine.           | Croaticè.        | Bohemicè.        | Hungaro-Slavicè. | Polonicè.         |
|-------------------|------------------|------------------|------------------|-------------------|
| <i>cubiculum.</i> | hisa.            | světnice.        | svetliza / izba. | izba.             |
| <i>lectus.</i>    | poszel.          | postel.          | postel. postěl.  | posciel. loze.    |
| <i>mensa.</i>     | Sztol.           | stul.            | stul.            | stol.             |
| <i>scamnum.</i>   | sztolicza, klub. | lawice.          | lawicza.         | lawa.             |
| <i>fornax.</i>    | pecs.            | pec / kamna.     | pecz.            | piecz.            |
| <i>stabulum.</i>  | hliv.            | chlyw.           | chlew. chlěw.    | chlewie.          |
| <i>equile.</i>    | sztala.          | stánj / marštal. | marštal.         | staina, maštalna. |
| <i>ovile.</i>     | ovcsarnicza.     | owcín.           | owcínecz.        | owczarnia.        |

## SECTIO LII.

### SECULUM IV.

#### De adventu Czechi & Lechi in Bohemiam.

*Ex vita S. Wenceslai Martyris, & S. Ludmille Aviae ejus, cujus Author Christianus.*

**Nus DCCXXII.** Prænotandum : Fuit hic Christianus filius Boleslai I. seu Savi Ducis Bohemæ, adeoque frater Boleslai II. cognomento Pii, ut docent hujus originaliter adhuc exstantes literæ donatoriæ, Monasterio Brzevnoviensi, seu S. Margarethæ prope Pragam, datæ, hæc cum conclusionè : Datum per manum Domini Christiani Fratris illustris Ducis Boleslai Anno Gratiæ DCCCCXCIII. in ipsa die dedicationis Monasterii superscripti. Supradictam descriptionem vitæ dirigit Christianus ad S. Adalbertum his formalibus : Domino & ter beato sancte Ecclesie dei pragensis secundo pontifici Adalberto, humillimus, & omnium monachorum nec dicendus infimus frater S. N. (id est solo nomine) Christianus. in Christo Jesu prosperis successibus ad vota pollere &c. subjungit dein : Nunc vos deprecor pontifex inclite & nepos carissime. Ut qui me immetitum hoc opus subire fecistis. precibus aput communem patronum iuvetis &c. auctoritate eciam vestra hec eadem firmare dignemini. quo saltém per parochiam vestram scribatur legaturque &c.

Christianus dicit : *Nepos carissime*, quia S. Adalberti mater Strzeżislava erat soror Christiani & fratrum suorum Boleslai Pii, & Strahisquatis. Sequitur textus Christiani ad originem Bohemorum pertinens, servatâ scripturâ veteri exemplaris membrancei in Archivo Pragensis Metropolitanæ Ecclesiæ. Christianus historiam ipsam sic incipit : Moravia regio bohemorum antiquis temporibus fama memorante creditur & noseitur Christi fidem percepisse. augustini magnifici doctoris. ut ajunt temporibus, &c.

*Ex Paulino in vita S. Ambrosii ad S. Augustinum conscripta.* Fritigil A. Chr. 396.  
quædam Regina Marcomannorum, cum à quodam Christiano viro, qui ad illam fortè de Italiæ partibus advenerat, referente sibi audiret famam viri (S. Ambrosii) Christo credidit, cujus illum servulum recognoverat, missisque Mediolanum muneribus ad ecclesiam per legatos, postulavit, ut scriptis ipsius, qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille epistolam fecit præclaram in modum Catechismi, in qua etiam admonuit, ut suaderet viro, Romanis pacem servare. Qua accepta epistola mulier suasit viro, & cum populo suo se Romanis tradidit. Quæ cum venisset

*Pars IV.*

R

Me-

Mediolanum, plurimum doluit, quod sanctum sacerdotem, ad quem festinârat, minimè reperisset; jam enim de hac luce migraverat.

S. Ambrosius mortuus est 4. Aprilis A. 397. itaque circa præcedentem annum Christiana facta est Fritigildis Regina Marcomannorum seu potius Quadorum quorundam, & de hac historia sensisse videtur Christianus. Quidquid autem fructus Moravicis seu Quadicis terris hac occasione obtigerit, temporale saltem id fuit; superveniente enim dominio Attilæ, fides Christiana vix non ex integro suppressa est. De hac materia ex professo tractat *Sirachovsky in sacra Moravia historia*. Hac mentione de temporibus S. Augustini injecta progreditur Christianus per saltum immediatè ad seculum nonum, recensendo, quomodo à Beatis fratribus Cyrillo & Methudio demum fides Christiana radices altas egerit in Moravia. Abinde autem transgreditur ad Bohemiam in formalibus:

**DCCXXIII.** At vero homines bohemi ipso sub arcturo positi. cultibus ydolatrie dediti. velut equus infrenis *sine lege. sine ullo principe. vel re-ctore vel urbe.* uti bruta animalia *sparsim vagantes* terram solam incolebant. Tandem pestilencie cladibus attriti. quandam phitonissam. ut fama fertur adeunt postulantes spem consilii responsumque diuinationis. Quo accepto. *ciuitatem statuunt.* nomenque imponunt *pragam.* Posthinc inuenito quodam sagacissimo atque prudentissimo uiro. cui tantum agriculture officium erat. responsione fitonisse *principem seu gubernatorem sibi statuunt* uocitatum cognomine *Prziemysl.* iuncta ei in matrimonio supra memorata fitonissa scilicet Libussie uirgine. sicque à clade & multiplici peste tandem eruti. dehinc à supra memorato principe ex sobole ejus rectores seu duces preposuere sibi seruiantes demoniorum simulacris. & prophanis sacrificiorum ritibus bachantes. donec ad extremum dominatus ejusdem regni peruenit ad unum ex eisdem principibus ortum uocitatum *Borziwoy &c.*

**DCCXXIV.** *Ex Chronica Bobemorum Cosma Pragensis Ecclesia Decani* (qui usque ad annum 1125. scripsit) *lib. I.* In Europa sita est Germania, cujus in partibus versùs Aquilonalem plagam est locus latè nimis diffusus, cinctus undique montibus per gyrum, qui mirum in modum extenduntur totius terræ per circuitum, ut in aspectu oculorum quasi unus & continuus mons totam illam terram circueat & muniat. *Hujus terra superficiem tunc temporis tenebant vasta solitudines nemorum sine habitatore hominum &c.* Et quia hæc regio tempore in illo intemptata jacebat aratro, & homo, qui temptaret, adhuc eam non intrarat, de fertilitate siue sterilitate ejus magis placuit tacere, quàm inexpertam rem dicere. *Has solitudines, quisquis fuit ille hominum, incertum est, quot in animabus, postquam intrauit, quærens loca humanis habitationibus oportuna, montes, valles, tesqua, tempe, visu sagaci perlustravit, & (ut reor) circa montem Rzip inter duos fluvios scilicet Ogram & Wltauam primas posuit sedes, primas fundavit & ædes, & quos in humeris secum apportarat, humi sisti penates gaudebat.*

Tunc senior, quem alii quasi dominum comitabantur, inter cœtera suos sequaces sic affatur. O focii, non semel mecum graves labores per devia nemorum perpeffi, sistite gradum, vestris penatibus litate libamen-gratum, quorum opem per mirificam, hanc vobis olim fato prædestinatam tandem venistis ad patriam. Hæc est illa, hæc est illa terra, quam saepe me vobis promississe memini: terra obnoxia nemini, feris & volatilibus referta, nectare mellis & lactis humida, &, ut ipsi perspicitis, ad habitandum aère jocunda. Aquæ ex omni parte copiosæ, & ultra modum piscosæ. Hic vobis nichil deerit, quia nullus vobis oberit. Sed cum hæc talis

talis tam pulchra ac tanta regio in manibus vestris sit, cogitate aptum terræ nomen quod sit. Qui mox, quasi ex divino commoniti oraculo: Et unde, inquit, melius, vel aptius nomen inueniemus, quàm quia tu, o pater, diceris Bohemus, dicatur & terra Bq̄emia &c. Intelligendum hoc secundum linguam Slavicam sic: quia tu diceris Czech; dicatur & terra Czechy, feu Czechia. Describit dein Cosmas simplicitatem illius *primæ ætatis*, & ait: Felix nimium erat ætas illa, modico contenta sumptu, nec tumido inflata fastu. Cereris & Bacchi munera haud norant, quia neque erant. Sera prandia solvebant glande vel ferina carne. Incorrupti latices haustus dabant salubres. Ut solis splendor vel aquæ humor, sic arva & nemora, quin & ipsa connubia erant illis communia &c. Lanæ vel lini eis usus ac vestis ignotus, hyeme ferinis aut ovinis pellibus utebantur pro vestibus. Nec quisquam meum dicere norat, sed ad instar monasticæ vitæ, quicquid habebant, nostrum ore, corde, & opere sonabant &c. Nullum scelus apud eos furto gravius & latrocinio. Nullius generis arma fuere, tantummodo sagittas & has propter feriendas feras habuere. Quid plura? proh dolor, prospera in contraria, communia in propria cedunt, *securam paupertatem olim amabilem* quasi coenosam rotam vitant & fugiunt, quia amor habendi sævior ignibus Æthnæ in omnibus ardet. His ac talibus malis emergentibus de die in diem pejus & pejus, injuriam quam nemo prius inferre norat, alter ab altero sibi illatam patienter sufferebat; & cui querimoniam suam apploraret, *judicem nec principem habebat*.

DCCXXV. Posthæc *quicumque in sua tribu* vel generatione, personarum moribus potior, & opibus *honoratior habebatur*, sine exactore, sine sigillo, *spontanea voluntate ad illum confluebant*, & de dubiis causis, ac sibi illatis injuriis *salva libertate* disputabant. Inter quos vir quidam oriundus extitit nomine Crocco, ex cujus vocabulo castrum jam arboribus obsitum in silva, quæ adjacet pago Ztibene, situm esse dignoscitur. Vir fuit hic in suis generationibus ad unguem perfectus, rerum secularium opulentia præditus, Judiciorum in deliberatione discretus, ad quem tam de propriis tribubus, quàm ex totius provinciæ plebibus, velut apes ad alvearia, ita omnes ad dirimenda convolabant judicia. Hic tantus vir ac talis *expers virilis fuit proliis*. Genuit tamen tres natas, quibus natura non minores, quam solet viris, sapientiæ dedit divitias. Quarum major natu nuncupata est Kazi, &c. Laude fuit digna, sed natu Tethka secunda &c. Tertia natu minor, sed prudentia major vocitata est Libuffie, quæ etiam urbem tunc potentissimam juxta sylvam, quæ tendit ad pagum Ztibecznam, construxit, & suo nomine eam Libossin vocitavit &c. Recenset dein Cosmas litem inter duos *eminentiores* de populo, & qui visi fuerint *rectores*, id est optimates, de finibus ortam, & à Libussa secundum dictamen justitiæ diremptam, cui sententiæ autem pars succumbens acquiescere noluerit, ideòque populum, ad eligendum virum principem aliarum gentium more, concitaverit; & prosequitur Cosmas historiam evecti in principem Przemisli, ubi inter alia hæc habet: postera die, ut jussum fuerat, sine mora convocat (Libussa) cœtum, congregat populum, conveniunt simul omnes in unum; femina residens in sublimi folio concionatur &c. Ad hæc vulgus ignobile confuso exultat clamore, *omnes uno ore Ducem sibi poscunt* dari. Quibus illa, en, inquit &c.

*DCCXXVI. a. Ex chronico MSto. Bohemico Pulkawa, in Bibliotheca Crucigerorum cum rubea stella Praga asservato. Præfatio sic orditur: Chronicon hoc de origine terræ Bohemicæ, ac de principibus omnibus & Regibus, qui eam suis temporibus gubernârunt, jussu gloriosi Caroli quarti Romanorum Imperatoris, ex omnibus omnium monasteriorum chronicis, quotquot conquiri poterant, per Przibillum, Dluhogii de Tradenin filium, scholæ S. Egidii Magistrum, Pulkawa dictum, ex Latino in Bohemicum sermonem, quoad optimè fieri potuit, collectum est &c.*

Caput primum initium chronici intitulatum, tractat de Turri Babel, & confusione linguarum; inde quoque Slowanos ortos, & à vocabulo Slowo, quod verbum significat, dictos esse.

Caput secundum de adventu diversorum hominum in Bohemiam, & ejus occupatione, sic habet: Slowani hi ex campo Senaar abeuntes, & terram Chaldaicam permeantes, eam in regionem, quam nunc Græci inhabitant, pervenerunt, inde verò per angustiam maris ulteriùs exeuntes, Byzantium, quod nunc Constantinopolis vocatur, & ex his terris Bulgariam, Daciam, Serviam, Dalmatiam, Croatiam, Bosniam, Carinthiam, Stiriam, & Carnioliam ingressi sunt; in quibus provinciis in hodiernum usque diem perseverant. Expòst homo quidam in Croatia, *Czech* nomine, ex his oris Croaticis ob necem domini cujusdam spectati profugus, cum fratribus & sodalibus suis patriam sibi novam, ubi securè degere posset, quærens, sicque de civitate in civitatem usque ad Danubium delatus, in hanc patriam, nunc bohemicè *Czechy*, latinè, à slowanico & bohemico vocabulo *Buoh Deus*, *Bohemiam nuncupatam* venit; ab hoc vocabulo nominis divini etiam Bohemi dicti sunt, sicut *Czechy* à primo habitatore *Czecho* descendit.

*DCCXXVI. b. Czechus cum fratribus & sodalibus suis terram hanc omni incola destitutam, atque silvestrem & feris plenam invenit. Sedem fixit cum familia sua in alto monte, communiter Rzip dicto, inter fluvios Moldavam, Albim, & Egram sito, unde magna terræ planities ex omni latere conspicitur. Hic primitùs cœperunt incolere, glandibus, fructibus silvestribus, ferinâ, & piscibus victitârunt; frumento, seminibus, vino, & potu, qui inebriare posset, caruère, aquâ fontanâ sitim levantes; omnia communia habuère, & fœminas quoque, simplici quodam *lintheo & laneo tegumento*, & hyeme ferinis & ovinis pellibus pelliciorum locò induebantur; leges aut jura specialia non habebant, sed unicè secundùm ingenitam rationem vivebant. Frater autem Czechi, seu sodalis, nomine *Lechus*, qui cum eo venit, ultra fines montium, qui Bohemiam à Polonia separant, digressus, ibique valde magnam & longam planitiem deprehendens, confedit ibidem, eamque germine suo implevit. Hoc notandum etiam: Slowanico sermone planities *Polsko* audit, latinè campi plani, & inde regio Polonia à magna terræ planitie nuncupata est. Ex Lechi genere dein quidam progressi sunt in Russiam, in maritimas oras, in Cassubiam, ad Dacicas terras, terminòsque maritimos meridionales usque, atque ita totam Russiam implevère, ibique coluère, & aravère. Alii verò iterum ex ipsis ad illud flumentum, quod Morava dicitur, se converterunt, hancque terram sibi appropriârunt, alii etiam in Misniam, in Budissinensem & Brandenburgensem regionem, in Lusatiam recesserunt, habitacula ibidem ubique figentes. Omnes hæ regiones silvescebant,*



bant, & incolis carebant, quas Slowani vomeri, & mansioni suæ subiecerunt, sicut & hodiernum in diem inibi commorantur.

*DCCXXVI. c. Cap. 3. de inclarescentia terra Bohemica per Przemislum, primum Principem.* Slovanis seu Czechiis ita per multa tempora in simplicitate & paupertate viventibus, dum possessionibus & fortunis augeri cupiebant, avaritiâ correptum est valde cor eorum, unde ad contentiones, cædes, & alia plura inter eos ventum est; necesse itaque fuerat, refugium ad aliquem habere, qui contentiosè agentes, & à recto aberrantes in concordiam reduceret; elegerunt sibi igitur virum prudentem, maturum, venerandum, in judiciis justum, contentionum omnium arbitratorem, opibus pollentem, *Krocum* nomine, qui & Regiam arcem & civitatem fundavit. *Krocus* is provinciam probè moderatus est, non ut Princeps, sed ut Judex in commune electus; filias post se reliquit tres; primogenitæ nomen erat *Biela* &c. (laudatur ab arte medendi) altera soror erat *Tetka* (artibus magicis præstans) tertia *Libuffe* nuncupata, ingenio omnibus superior, & spiritu prophetico prædita, futurorum præcicia & conciliatrix incantationibus suis; ista supra alias in judiciis sapientior, moribus & operibus mansuetior erat; quapropter & à populo in Judicem loco patris sui *Kroci* selecta est. *Libuffe* hæc primitus arcem *Wissehrad* extruxit, & Czechicam terram rexit.

*DCCXXVI. d.* Tempore subsequo autem accidit, quòd nobiles duo inter se de substantiis suis contenderint, & ad adjudicaturam justam *Libuffæ* provocârint; illa controversiam audiens, & æquâ prudentiâ justum dimetiens, reum justâ sententiâ condemnavit; is igitur, quoniam amicis prævalebat, inclamans dixit: vae populo nostro! aliæ gentes cunctæ viris regnantur, nobis foemina, foemina imperitat; exclamavit ad hæc populus omnis ibi circumstant: principem volumus, qui regat nos, ut aliarum regionum mos est; audiens hoc *Libuffe*, silentio indicto ita effata est: cras me accedite, & implebo desiderium vestrum &c. Sequitur historia *Przemisli* in principem evecti, recenset dein chronicon gesta in principatu *Primisli* per capita 4. 5. 6. 7. Capite octavo autem brevissimè tantum principatus subsequos *Nezamisli*, *Mnatæ*, *Wogeni*, *Wnislawi*, *Krzesomisli*, & *Neclani* attingit, capite 9. tamen ex principatu *Neclani* bellum cum *Wlastislao* principe *Lucensi* specialiter commemorat, & capite 10. ad principatum *Hoftiviti* notam sequentem subjungit: Usque huc chronicon hoc de illis gentilibus, qui nondum fidem christianam habuere, conscriptum, annis notatum & distributum non est, ab hinc autem in annos divinæ nativitatis distinguetur, additis porro quibusdam, quæ terras *Brandenburgicas* concernunt &c. Cap. 11. de adventu fide Christiana in Bohemiam. Anno Domini 894. *Borzivogius* Dux Bohemiæ unâ cum uxore sua *S. Ludmilla* Christianus effectus est à *S. Methodio* *Archi-Episcopo* *Moraviæ* &c.

*DCCXXVII. a. Ex Ænea Sylvii* (Cardinalis, post Summi Pontificis sub nomine *Pii II.*) *Historia Boëmica*, cap. 3. *Zechius* *Croatinus* haud obscuris parentibus ortus, gentem Bohemicam condidit, qui homicidio domi perpetrato iudicium ultionemque fugiens, in regionem eam venit, cui nunc Bohemia nomen est, ac montem incoluit *Chezip* (*Rzip*) vocatum, quod vocabulum latinè respiciens interpretatur: surgit enim ex medio camporum æquore, fluvios intuens, qui præcipui Bohemiam irrigant, *Albim*, *Multaviam*, atque *Egram*. Terram incultam fuisse tradunt, nemoribus atque sentibus asperam, ferisque quàm hominibus aptiorem.

Credimus id quidem : nam prisci Germani, qui ea loca tenuerunt, pastoralē vitam agentes, agrorum culturam neglexerunt, ac more Nōmadum alimoniam ex pecoribus trahentes, domesticum in carris tollentes instrumentum, quocunque fors tulit & opinio, cum suis armentis convertebantur.

*DCCXXVII. b. Non assentimur Bohemorum Historia, quæ Zechium illum, omnēq; familiam suam (nam frater cognatīque fugæ comites erant) glandibus ac, ~~vestribus~~ pomis tantū vitam duxisse affirmat, oblitterato jam tum glandium usu: nec post diluvium ex his fuisse hominibus victum crediderim. Illud mihi persuasibilius fuerit, Zechium paucos invenisse cultores, quos lacte ac venatu viventes arare terram, triticum serere, fruges metere, vescique pane docuerit: atque ita sibi rudes homines, ac penē feros, ad usum mitioris vitæ redactos subjecerit. Nec rursus apud me pondus habet, omnia tum fuisse communia, atque tam viros quā fœminas incessisse nudos. Neque enim illa regionis tempesties est, ut hominem aservare nudum queat ex Dalmatia venientem, ubi non defuit vestis usus: nisi fortassis in argumentum quis advexerit Adamitas, qui nostra tempestate apud Bohemos emersere, communionē rerum omnium, nuditatēque gaudentes, quos brevī deletos constat.*

*DCCXXVII. c. Zechio frater fuit nomine Lechus, paupertatis & exiliī cōmes. Hic ubi Germanum agris ditatum, bobusque potentem animadvertit, ad Orientem profectus in magna camporum planicie sedem collocavit, Poloniāmque nomen ex loco dedit: nam planicies Slavonicā linguā Pole nominatur: cujus hæredes in numerosam multitudinem brevī coaluerunt, ac Russiam, Pomeraniam, Cassubiāmque sui generis hominibus impleverunt. Zechii quoque familiam, Bohemos, id est, Divinos (ut Pulkawa supra num. 726. a.) appellant, mirum in modum germanantes, non solum provinciam à se dictam, sed Moraviam Lusatiāmque pulsīs veteribus incolis occuparunt. Dum vixit Zechius, nihil temerè, nihil tumultuose actum, ejus Imperio sine controversia obtemperatum. At eo vitā functo, quum sibi quisque principatum vendicaret, diu seditionibus agitata provincia est, sine Principe, sine certa lege, judicio tantum multitudinis gubernata. Postremò quum potentiores imbecilles opprimerent, & serum atque incertum esset populare remedium, ex re visum est Rectorem assumere, qui omnibus præsidens imbecilles ac potentiores pari jure gubernaret.*

*DCCXXVIII. a. Ex Joan. Dabravii Olomucensis Episcopi Historia Bohemica lib. I. Quare nugis omissis (deturri Babel) veram narrationem de origine Bojemorum, qui hac ætate Bojemiam incolunt, persequamur, si paucis antè indicaverimus, unde natum sit Bojemie vocabulum. Non aliunde videlicet, quā à Bojis gente Gallica, ad mutandas sedes facili, &c. sed jam satis explorata vocabuli origine, ad primordia & incunabula gentis Bojemæ, ut res & veritas se habet, stilum convertamus. Sarmatia igitur illa, quam Ptolemæus ab ortu lacu Mœotide, & Tanai, ab occasu Vistulâ, à septentrione Oceano Sarmatico, à meridie Carpathiis montibus terminat, omnium gentium, quas nunc Sclavinus vocant, communis quondam patria fuit. Ipsæ porro gentes varia sunt fortitæ vocabula: nam aliæ earum Hyrri, aliæ Scyri, aliæ Syrbi, aliæ Venedi appellabantur &c. Placuit deinde, vicique apud illas gentes novum Slovanorum voca-*

vocabulum, ex commercio unius linguae natum. Id enim Slowo apud Sarmatas quod *verbum* apud Latinos personat. Quoniam igitur omnes Sarmatarum nationes, late jam tunc, longaeque, per regna & provincias sparsae, unum tamen eundemque sermonem, atque eadem propemodum verba sonarent, se uno etiam cognomine Slovanos cognominabant. *Ab ipsa praeterea gloria*, quae apud illos Slawa appellatur, Slowuttinii dicti. Graeci hoc cognomen, postquam vim vocabuli non intelligerent, in Sclavenos, Itali in Sclavos detorserunt: Latini deinde Illyrios vocare ceperunt. Ex hac gente *Divus Hieronymus* prognatus, suis popularibus vetus novumque Testamentum sermone vernaculo interpretatus est, Gratiano & Theodosio Imperium administrantibus: illaque interpretatione in hanc usque diem Illyrii, tum in hymnis Divinis, tum in sacrificiis utuntur, *ut mirer extare, qui prodant, Sclavenos sub Mauritio demum Casare Illyriam intravisse occupasseque.*

*DCCXXVIII. b.* Ex Illyria igitur, quae modo Croatia cognominatur, Bohemi isti novitii ad hunc modum prodierunt: *Czechius Croata* erat domi & nobilitate & factione potens: is apud suos, forte an consulto, *eadem insignem fecit*: cuius nomine reus, ac citatus, die constituta ad causam dicendam non venit: acrius hinc urgentibus eum adversariis, ac magna parte Croatiae jus suum adversus contumacem armis exequi parante, non expectavit Czechius, dum in ultimum discrimen salutem suam adduceret, sed amicorum parens consilio, se in viam per tempus dedit, eo profusus animo, ut pro vetere patria novas sibi quaereret sedes, quae perfugium, simul & domicilium exuli forent.

*DCCXXVIII. c.* Migravit una frater Czechii nomine Lechus, & cum utroque cognati, affines, amici, clientisque, & vernulae, quos uxores atque liberi, ac caetera hominum ingens turba ad simul proficiscendum parata, longo ac frequenti agmine subsequeretur. Eo itinere, quod per *Valerianam regionem*, inter Danubium & Dravum fluvium sitam & a Croatis tum possessam, illos usque ad Pannoniam superiorem Moravis vicinam deducebat &c. Quae abhinc Dubravus de ulteriori itinere Czechii late subjicit, substantialiter haec sunt: Moravi (qui & ipsi Slavicae nationis terram eam jam pridem occupaverant) causa peregrinationis cognita docent hospites & populares suos, non procul esse regionem, Boheim vocatam, a Germanis quondam habitatam, nunc vastam penes ac desertam, nisi quod *Vandalorum nonnulli, qui & ipsi populares seu Slavi* (sententia haec est Crantzii maxime ertonae) per tuguria sparsim illam incolerent. Hanc regionem Czechii petendam esse. Suscipit ille consilium, per jugum Hercinium Bohemiam bona ubique pace intrat, eam incultam, desertamque, a pecudibus potius quam ab hominibus obsessam, ut praedictum erat invenit, ad montem inter duo flumina Albim & Vultaviam assurgentem, Rzip, quasi quis speculam diceret, vocatum subsistit, & perlustrata ex eo monte regione circumjacente sedem ibidem figit, mox populum ad aedificia constituenda, & agros excolendos hortatur. Abhinc continuant formalia Dubravii.

*DCCXXVIII. d.* Ausis indies magis ac magis habitatoribus, ex frequenti tum Vandalorum, tum Dalmatarum, in Bohemiam, tanquam in locum a bellis pacatiorem migratione Lechus frater, ambiguum, invidiam an aemulatione, ut & ipse forsitan novae regionis nationisque auctor haberetur, Czechium adit, rogatque, ut per eum sibi liceat cum iis, qui sua sponte sequi voluerint, alias ad habitandum sedes vestigare, quas si non invenerit, ad fratrem se reversurum promittit. Quo facile impetrato, montes transcendit Aquilonem versus, perveniensque in illa loca, quae impraesentiarum partim a Slesitis, partim a Polonis obtinentur,

tur, pari ac frater felicitate illa novis cultoribus complet, adhibetque eandem curam, meditationem, diligentiam in agris, & ædificiis constituendis. Sed nec alia atque *Czechis* animi moderatione adversus suos utitur, æquo similiter cum suis jure, & sine ulla dominatûs ambitione vitam transigens, cujus rei causâ utrumque gens sua post mortem obitam æternâ consecravit memoriâ. Quippe in hunc usque diem Bohemi se à *Czechio* *Czechios*, Poloni autem à *Lecho* *Lechitas*, utrique conditores suos agnoscentes, appellant. *Defuncto sine liberis Czechio, Bohemi ex veteris gentis instituto popularem statum amplectuntur.* Quale autem institutum hoc fuerit, *Procopius* in historia sua *Gothica* commemorat &c. Sensim æquabilis ille, popularisque in *Bojemia* status labascere coeptabat; amat enim varietatem rerumque mutationem varium & mutabile vulgus &c. Quibus malis tandem defatigati vicique rursus animum ad reparandum Reipubl. statum convertunt, & cum *Democratia* non placeret, respicere *Monarchiam*, qualis sub *Czechio* fuerat, incipiunt. *Krocus* tunc erat, in quem oculos suos omnes conjecerant &c. In eo prædio suo *Krocus* tantisper habitavit, dum ad eum regimen deferretur; non videlicet, ut ad principem, qui ex arbitrio suo imperaret, sed ut ad prætorem, qui ex æquo & bono jus diceret. Nondum enim ullæ scriptæ extabant leges, sed id habebatur inter plebiscita, quod consuetudo & mores populi approbaverant. Hunc denique majorum suorum usitatum in judicando morem *Krocus* præcipuè retinendum putavit, nihil quidquam de illo immutans &c.

*DCCXXIX. Ex chronico Martini Kutheni A. 1539. in lingua Bohemica edito, cap. 2. de Czecho Duce primo nationis Czechicæ. §. 1.* Anno à nativitate filii Dei 639. sub *Constantino* Romanorum Imperatore, *Heraclii* filio, vir quidam ex *Illyrico*, id est ex *Croatia*, oriundus, nomine *Czech*, patratus inter suos cæde, indeque vindictam metuens, cum fratre, *Lech* dicto, & cum tota familia sua, in hanc terram advenit, & regionem omnibus rebus abundantem, & frugiferam cernens, ibi consedit, atque inhabitatoribus, qui tunc temporis erant, se jungens, intra breve tempus totam regionem populo fœcundavit, qui eum ob prudentiam & lenitatem, superiorem sibi assumpserunt dominum. §. 2. Itaque statim tunc duplex natio coivit, una *Czechica* à *Czecho* ex *Croatia* advena, altera *Germanica* ibi sedens, ex qua *Serbi* provenêre. Populus hic uterque tempore subsequo ab invicem separatus est, ut infra annotabitur &c. §. 4. Quod autem à persona cœquali, & homicida, tantum regnum nomen & initium sumpserit, non est, quod mirèmur; quoniam & populus *Israëliticus* ex *Jacobo*, licet *Patriarcha*, pastore tamen & famulo descendit; *Romani* verò à *Romulo*, non modò pastore, sed & incestuosè nato, & fratricida, nomen & originem ducunt. Aliæ porrò nationes pleræque vel à personis humilioris conditionis, vel à sicariis, vel ab adulteris, principium & compellationem fortitæ sunt. Atque hoc profectò omnipotens *Deus* disponit, ut superbiam eorum retundat, qui claritate avorum suorum, initii claritatis ejusmodi ignari, gloriantur, propriæ perditioni jam à natalibus obnoxii; id enim in eo versatur iudicium *Dei*, quod parvis rebus magnum accrementum det, & magnas citra opinionem deprimat, atque, ut *Plato* fatur, efficiat, ex servis Reges, & ex Regibus servos nasci. *Cap. 2. de Kroco Duce secundo Czechico.* Post fata *Czechii* utraque natio ad longum tempus sine rectore fuit; unde multa dissidia & contentiones inter eos abortæ, usque dum unanimi consensu virum probum & justum sibi eli-

DE ADVENTU CZECHI ET LECHI IN BOHEMIAM. 137

eligerent, cui querelas omnes potenter discernendas commiserunt. Sicque is, non ut Dominus, sed ut iudex in commune electus, in omnibus pacatè & justè potestate sibi concedita ad mortem usque usus est.

*DCCXXX. Wenceslaus Hagek. scriptor chronici Bohemici sub Ferdinando*

*I. Imperatore* hanc sententiam de adventu Slavorum in Bohemiam ex Philippo Callimacho, Mathia Miechowsky, & aliis scriptoribus complectitur: In Croatia quondam duos fratres principes *Czechum*, & *Lechum* fuisse: hunc juniorem in arce *Krapina*, illum seniore verò in arce *Pfari ad fluvium Krupa* resedisse: arcem *Krapina* adhuc existare, arcis *Pfari* autem à quodam ex principali progenie Dalmatica orto, *Hrosch* cognominato, dirutæ nil nisi rudera, & vicum subjacentem superesse: recessisse hos fratres cum uxoribus, liberis, cognatis, amicis, & multa nobilitate, nec non cum famulitio suo, in numero ad 600. personas, ex dicta Croatia, ad evitandas frequentes contentiones imò *causes finium causâ*, in Bohemiam Bojorum quondam habitationem: invenisse ibidem paucissimos veteres incolas, eosque paulatim extra regionem eam amovisse: asportasse præterea secum *vexillum cum nigra aquila* in campo candido, quo & posteri principes Bohemi usque ad *Boleslaum* sævum usi sint.

*DCCXXXI. Ex Ephemeride seu Kalendario Historico Protopii Lupacii A. 1584. edito. Ad diem XV. Julii.* Anno Domini 639. ut habet Cuthenus, anno mundi 4601. Bonifacio IV. Pontifice Romano: Heraclio Orientis Imperatore: Rothari Longobardorum, Dagoberto Galliae regibus: Czechus & Lechus fratres in Boemiam (à Bojis gente sic appellatam) pervenerunt, ac primo sub Ripo sive *Zrito* (*Zritum* à cernendo, seu spectando aut speculando est derivatum, *Zrzyp* in Hageco depravatum esse dixerimus) non procul à *Raudnicia* oppido, dissito, confederunt. *Hagecus*, *Dubravius* de Czechis & Lechis annis discrepantes sunt nostrorum & Polonorum annalium sententiæ &c.

*DCCXXXII. a. Ex Danielis Adami de Wcleslavina Genealogia Principum Bohemia A. 1590. sermone Bohemico edita. Capite seu Titulo I.* Czechus Princeps Croatiae, dein Bohemiae, frater Lechi natu major, qui Polonis imperavit, advenit in hanc terram, quæ Bojemia dicebatur, circa annum Domini 644. ut adnotavit Wenceslaus Hagek, vel 639. ut Martinus Kuthen: Poloni scriptores habent annum 550. Magister Petrus Codicillus 278. Regebat illis temporibus (nempe A. 278. exscribit enim Codicilli opinionem) Bohemiam & Moraviam *Zalmaninus Circipani filius*, bellumque gerens cum Romanis Imperatoribus, ut eis eò fortiùs resistere posset, fratres illos duos popularium suorum Principes in auxilium evocavit: qui jam antea Romanorum gratiâ exciderant, quoniam tyrannidis *Aureoli Romanorum Ducis* in Illyrico impatientes, coadunata manu eum occiderant, & Romanos exercitus deleverant. Sedes Czechis & Lechis in terra Croatica erant arces *Krapina* & *Pfari*. Post *Zalmaninum* rexit in Bohemia *Tursko* filius ejus. Hic in prælio Imperatoris Constantini contra *Licinium* periit, & regnum Principi Czecho jam senescenti reliquit, qui non ut dominus, sed ut pater, clementer rexit XVII. annos, in mortem usque, anno ætatis suæ LXXXVI. sepultus in *Cztiniowes*, aut, ut alii, in *Budecz*. Filium unum habuit nomine *Klen*. De hoc nihil memoratu dignum occurrit, præterquàm quòd ab eo nomen acceperit pagus *Klehecz* sub monte *Rzit*, quem pater ejus primum in Bohemia extruxit.

*DCCXXXII. b.* Post mortem ejus Bohemi annis novem Principe caruerunt, & semetipsos gubernarunt; cernentes dein se nec sic stare, nec limites & provinciam contra inimicos tutari posse, miserunt legatos suos

*Pars IV.*

S

ad

ad Lechum in Poloniam, oraturos, ut regimen provinciæ eorum in se susciperet. Is autem jam ætate gravatus id ipsis denegavit, consilium præbens, ut sibi Principem Krocum in Dominum eligerent, qui in Wladorz residebat, & districtum Zatecensem seu Lucensem sub potestate habebat.

*Tit. 2. de Genealogia Kroci Principis Bohemia, & filiarum ejus.* Krocus hujus nominis primus, Hledi filius, residens seu Toparcha in Wladorz, ex consilio Lechi Principis Poloniæ, in Principem Bohemiæ anno 345. in Diæta Wissehradensi electus, bellum contra Julianum Cæsarem ob limites Danubianos gessit. Demum quoque in Poloniâ regnavit, ibique civitatem Cracoviam extruxit, principatum verò Bohemiæ, consentientibus Dynastarum & Equestrium ordinibus, nec non senioribus reliquis, filio suo Kroco II. tradidit.

*DCCXXXII. c. Filiam suam Milenkam Marcomiro Regi Francorum,* quocum contra Gracianum Imperatorem apud Moguntiacum bellavit, nuptui dedit. Uxor ejus Borzena vocabatur &c. *Krocus II.* principatum cum voluntate patris sui suscepit, dum esset annorum XXIII. anno Domini 395. Studia literarum Budecii instauravit. Bellum gessit cum *Arbogaste Gothorum Rege* in Italia, in qua pugna Gothorum millia XX. ceciderunt. Vitâ excessit absque hærede mâsculo, regnavit annos XXXIX. vixit LXXXVI. &c. (Filiæ Kroci recensentur tres: Kassa, Tetka, & Libusse, neptis ex Kassa autem Biela.)

*Ex ejusdem Weleslavini Calendario Historico: Anno Domini DCXLIII.* Julii mensis die XV. Principes duo Charvatici, Czechus & Lechus fratres, in terram hanc, quæ Bojemia seu Bojohemum à Bojis natione Francica dicebatur, advenerunt, & primitus sub monte Zrztit seu Rzip, prope Raudnicium in districtu Litomericensi confederunt. ubi expost princeps Czechus habitaculum sibi delegit, & vicum extruxit, eique Klenezc à Klen filio suo nomen dedit. ita Hagecius fol. 1.

*DCCXXXIII. a. Ex Mathia de Michovia Chron. Polon. lib. 1. apud Pistorium Rer. Polon. Tom. 2. Cap. 1.* Origo Polonorum est ex Slavis, Slavorum ex Javan filio Japhet per Helisam. Noë siquidem genuit Sem, Cham, & Japhet. Japhet verò Javan quarto genitum & fratres ejus. Javan juxta mare Jonium, & Ægeum, Græcos edidit & multiplicavit, simul & Heladicos, seu Æolios, Slavosque per filium suum Helisam propagavit. A Javan siquidem Jonium mare dictum est. Hebræi quoque Jonios & Græcos lingua eorum Javan vocitant. Slavis mox post Græcos ad occidentem terras occupantibus ac possidentibus, Serviam, Dalmatiam, Mœsiam, Bulgariam, Bosnam, Croaciam, Slavoniam, & Pannoniam. Fuere autem *Principes Lech & Czech nepotes Javan* de scemore Helisæ descendentes. *Croaciam* ac Slavoniam per *Crupam fluvium* rapidum & velocem determinantes, sorte cum cognatione, & familiis eorum inhabitantes. Regiam locumque principalem suæ residentię in *Pfari Castro* ac villagio ejus nominis tenentes: Villa usque in hodiernum diem cum suo nomine Pfari permanet ad fluenta Crupæ, plures jubajones & colonos nostro ævo linguagii Slavonici habens; castrum verò demolitum, solas ruinas & fundamenta arcis demonstrat. Tum autem ex multiplicatione hominum & genealogiarum Dalmatia, Croacia, & Slavonia eas non comprehendunt, sæpe numero jurgia & cædes inter fratres principes & cognatos pullulabant. Quapropter præfati Duces Lech, & Czech, vi-

tan-

tando pessima facinora, parriecidia, & mortes hominum, animo concordi, & consilio salubri, collectis rebus & gentibus eorum per familias & colonias cum tota suppellectili, quantulacumque tunc habebatur, relictis sedibus nativis, ad occidentales diverterunt regiones, exploratum ire, & percontari novas sedes. Sciebant nánque orientales, meridionalésque regiones, colonis & habitatoribus occupatas atque refertas, & iccirco frustra eas aggrediendas & quærendas. *Profecti itaque perventire in Moraviam & Bohemiam*, & lustrata universa illa regione, vasta quidem & nondum culta perspecta & aura ejus salubri & gleba fertili, fixerunt tentoria in monte qui *Rzyp* dicitur.

*DCCXXXIII. b.* Coepitque *Czech frater junior* loci amœnitate delectatus, à majori natu germano suo *Lech* plurimis instantiis petere terras *Moraviæ* & *Bohemiae* in hæreditatem suam, posterorúmque suorum perpetuandas & populandas. *Lech* autem ad obeundam & nutriendam benevolentiam fraternam, condescendit votis, petitionibusque *Czech*, & valedicens processit cum suis versùs Orientem, & septemtrionem, deveniènsque *in terras incultas, à nemine anquam habitatas Slesiae* & majoris *Poloniae*, oberrabat cum suis principibus, speculando situm & qualitatem locorum, donec in eum applicuit locum, qui *Gnezna* dicitur, ubi suos suaque omnia exposuit & firmavit, quoniam is locus juxta lacum visus est ei ad commanendum aptior, ibique firmata & exstructa arce, appellavit eam *Gneznam*, quod sonat nidum, quoniam circa illam in altis arboribus plures nidos repererat aquilarum, omine ex his feliciorè auspicato, nedum tutam, sempiternamque habitationem ratus, verùm & spem regni nactus ex aquilis. Quapropter aquilam pro armis & insigniis assumpsit.

*DCCXXXIII. c. Cap. 2.* *Russ* autem nepos, vel ut nonnulli ajunt, Germanus *Lech*, terras *Russiae* latissimas populavit, & de suo nomine appellationem toti *Russiae* reliquit. Quemadmodum à *Lech* toti *Poloniae* titulatio obvenit & dicebatur *regnam Lechitarum*. *Quod usque in hanc diem Orientales servant.* Græci enim, Tartari, Bessarabes, & Rutheni *Polonos* vocant *Lechitas*. Hungari quoque à *Lech* *Polonos* vocant *Lengel*. Tandem processu temporis qui versùs occasum solis terras possederunt, ut circa *Lubek*, quæ in *Polonia* *Bukoviecz* dicitur, & circa *Rostok* nominaverunt se *Drzevyanie*, quasi lignosi ab abundantia lignorum. Alii *Travanie*, hoc est graminosi, à copia fœni & abundantia graminis. Alii *Kassubanie* à plicis vestium: *Kasz* enim valet plica verbaliter, *Hub* fuga. Alii *Pomorzanje* perinde ac si dicerent sese *Pomeranos* & penes mare, quia juxta mare habitârunt; cæteri verò *Slesitæ*; & qui in plana terra mansionem sortiti sunt, à *jagis montium remoti*, *Polonorum* nuncupationem acceperunt; à *pole*, quod est planura seu campus, & non à polo arctico, quoniam non subsunt ei. Verùm enim verò quoniam prima arx & sedes *Lech*, quæ est *Gnezna*, fuit in terra plana eorum quibus nomen *Polonorum* inditum erat, ideo omnes præfatæ provinciæ *Polonia* dictæ sunt, tanquam membra à capite & sui principis primæva arce.

*DCCXXXIV. a. Ex Mart. Cromero de origine & rebus gestis Polonorum lib. 1. cap. 13.* Igitur *Slavorum* ij populi, qui ad *Sarmaticos* montes, sive *Carpathum* &c. & ad extremam *Sarmatici* maris oram confederunt, *Polaci*, seu *Polane*, à vicinis ejusdem linguæ populis, atque inde *Poloni* à latine loquentibus dicti sunt &c. Duplex hujus ratio vel à *Pole*, vel à



primo duce gentis Lecho, sive Lacho, *Polacos, sive Polachos*, hoc est posteritatem Lachi, dici autumant &c. Convenit certè inter omnes: Zechum & Lechum, sive Lachum, germanos fratres, hunc quidem apud Polonos, illum verò apud Bohemos primùm regnâsse. Quamvis enim Vincentius Cadlubicus nullam horum mentionem fecerit: Lechitas tamen Polonos vocat, à Lecho procul dubio. Aliundéne autem ij cum suis populis in has oras commigrârint, an ipsi alibi nati, ad cognatas gentes, antiquitùs ea loca tenentes, accesserint: an verò ipsi sive in Polonia, sive in Bohemia nati, quodam tempore gentium harum regna, privati cum essent, invâserint, aut oblata susceperint, deinde si aliunde venerunt, undenam & quo tempore? non perinde convenit &c.

*DCCXXXIV. b. Cap. 15.* Sed nobis horum nihil satisfacit; Primùm enim fabulæ illæ, nempe Zechum & Lechum filios aut nepotes Javani, aut certè ex propinqua posteritate ejus & Noë progenitos non multò post diluvium è Croatia, sive Pannonia, in Bohemiam & Poloniam commigrâsse, ipsæ se refellunt, & facîle ex iis, quæ nos superiùs de Slavis attulimus, refelluntur. Nequè enim de profâpia eorum à veteribus Græcis & Latinis, ac ne à ipsis quidem Slavis quidquam memoriæ proditum est: ac nequè de rebus gestis Polonorum, aut Bohemorum, aut Slavorum, aut Vandalorum omnino (quos quidam ex his eosdem cum Slavis esse volunt) sive contra Alexandrum Magnum, sive contra priscos Gallos: quamvis pleraque omnia de Gallis juxta ac de Alexandro veteres historici cum Latini, tum Græci diligenter persecuti sint. Neque ante Justiniani tempora Slavica gens Croatiam, aut Dalmatiam, aut Slavoniam tenuit, sicut nos jam demonstravimus: ac ne Pannoniam quidem, quam Anonymus ille de *Pani*, quo verbo Slavica lingua *Dominus* vocatur, regis nomine dictam esse fabulatur: multò minus autem hanc Germaniæ partem, qua nunc Polonia ferè, Silesia, Moravia, Bohemia, Lusacia, & Pomerania continetur. Quodsi contendant pertinaciùs, habitâsse quidem longè antè, & jam inde à diluvio, has gentes in his locis post Lechum & Zechum conditores, verùm aliis nominibus appellatas fuisse: cur quæso tam ferè priscorum conditorum nomina accepere? Sin autem affirmant, tenuisse eas quidem antiquitùs hâsce sedes, verùm longè post Zechum & Lechum ejusdem linguæ homines peregrè advenientes apud eas regnâsse, & tum primùm nova nomina eis indidisse: de Zechis quidem non penitus absurdè dici id posset: de Polacis etiam fortassis, si à principe, ac non à planicie seu venatione id nomen habent. Sed Polanorum & Polonorum denominatio à campis certè, quàm à Lecho, rectiùs deducitur. Estne autem credibile, externos duces, exules præsertim, ab his gentibus quodam tempore non dico expetitos, sed ea dignatione habitos esse, ut, abjectis prioribus nominibus suis, ab iis ipsæ dominari se paterentur? subactas quidem nec ipsi hujus opinionis auctores dictitant. Nos verò fatiùs evidentè ostendimus, *ad Constantini certè primi tempora Poloniam à Germanis habitatam fuisse*: nec esse Germanos eos populos, qui nunc Bohemiam & Poloniam tenent.

*DCCXXXIV. c.* Jam qui post sexcentimum demum à Christo nato annum Polonos, & Bohemos cum suis authoribus è Croatia profectos, in his locis confedisse volunt: aliquid illi quidem afferunt, in quo non injuriâ quisquam acquiescere posse videatur. Jam enim tunc illustre erat nomen Slavorum, & jam aliquantò priùs ij sedes in Illyrico, Dalmatia,

matia, & Croatia fixerant, & numero ac viribus abundabant, ita ut in alias quoque terras deducere colonias potuerint; verum tria sunt, quæ nos ab hac sententia revocant. Primum ratio migrationis. Nam si Zechus patrati homicidii iudicium fugitans, ut vult Sylvius, sedes mutabat, quid causæ erat, cur Lechus frater insons eum sequeretur? cui manenti in patria fratris fuga bono futura fuerat, propter accessionem fortunarum ab illo relictarum. Aut si is tantoperè dilexit fratrem, ut omnem fortunam cum eo subeundam sibi esse duceret, vel conscius admissi sceleris poenam & ipse metuebat: quid multitudo illa tanta, quanta ad occupanda duo perampla regna suffecit, non potuit ea tam charos principes suos iudicio supplicioque eripere? Quomodo autem ea cum uxoribus, parvulis liberis, & omni suppellectili fugam, ad quam celeritate opus est, expediebat?

*DCCXXXIV. d.* Deinde sive patratum scelus, sive intestina dissidia migrandi è patria causam eis præbebant, sive commodiores atque patientiores sedes ii quærebant, quæ ratio fuit tam longinquæ & incertæ peregrinationis per avios montes atque silvas suscipiendæ? Cur non potius petière Macedoniam, aut Epirum & Acarnaniam, aut Italiam, finitimas & non incognitas sibi, tam cœli clementiâ, pariter & ubertate soli, & omni cultu agrorum urbiùmque præstantes regiones? Et sanè usitatus est, gentes à Septentrione ad meridiem, velut è rigidis ad temperatiora, ex incultis ad cultiora loca migrare. Exemplo sunt Galli, Cymbri, Gothi, Vandali, Langobardi, Scythæ, Hunni, Normanni, Circassi, Turcæ denique. Aut si æstuantibus fortè Boreæ flatus adlubescebat, cur non in Pannonia vel Bavaria, & ipsis cultis ac fertilibus terris, per quarum alterutram iter facere necesse habuerunt, substitère? Quod si laceßere bello horum locorum populos nolebant, quæ scire poterant, si porro versùs occidentem solem, vel septentrionem ire pergerent, inculta & habitatoribus vacua loca se reperturos esse? aut si id aliunde cognoverant, cogitare certè secum poterant, ea non fuisse futura inculta & vacua, si excoli curâ & industriâ humanâ posse putarentur.

*DCCXXXIV. e.* Postremò ut hæc conjecturas tametsi graves mittamus, certis profectò authoribus demonstrare possumus, ante illud tempus, quod suprâ memoravimus, & ante *Constantinum tertium*, atque adeò ante *Mauritium etiam*, *Slavorum gentem hac loca tenuisse, qua nunc Poloni tenent.* Non utemur autem ad id probandum neque Alberti Crantii, neque Flavii Blondi testimonio, qui Slavos, quemadmodum etiam retulimus, ex his oris in Dalmatiam, Illyricum, & Croatiam, Mauritii temporibus, qui Constantinum tertium propè quinquaginta annis præcessit, profectos esse asserunt. Certior nobis testis erit Jornandes, qui cum ante Mauritii tempora historiam sui temporis scripserit, Slavorum & Slavinorum mentionem faciens, ad sinistrum latus Sarmaticorum montium, & ad Vistulam fluvium, qui nunc Poloniam interluit, habitare eos memorat: per quæ tempora Dalmatiam, Illyricum, & Istriam infestatas quidem, sed nondum habitatas fuisse à Slavis, ex hoc ipso Jornande, divo Gregorio, & Procopio comprobatur. Procopius quoque memorat, Justiniano regnante Erulos à Langobardis devictos partim in Illyrico confedissee: partim cum Istrum flumen haudquaquam trajicere statuisent, Slavinorum gentem prætereundo, cum in loca deserta evasisent, ad Varnos primum, deinde ad Dacas, hinc ad Oceanum pervenisse, eoque trajecto in Thule insula

insula constitisse. Unde apparet, Illyricum quidem tunc adhuc Slavinos non tenuisse, tenuisse autem ea loca, quæ Eruli ab Istro, quæ is Illyrico proximus est, per Daciam (quæ eadem Dania est) ad Oceanum ad Thulen, versùs septentrionem, proficiscentes, præterire necesse habuerunt.

*DCCXXXIV. f.* Non igitur probabile est, è Croatia tunc Lechum & Zechum cum Slavis in Bohemiam & Poloniam venisse: ac ne ex Pannonia quidem: quippe quam ante Valentis impetium à Vandalis, mox à Gothis, deinde usque ad Martianum Imp. ab Hunnis habitatam, post Attilæ verò mortem à Gothis sive Ostrogothis recuperatam esse, ex his ipsis Procopio & Jornande constat: deinde verò circa Justiniani tempora à Langobardis subactam, & post quadraginta duos annos, ab his ipsis in Italiam populariter commigrantibus, sub pacto Hunnis relictam esse, ex Paulo Diacono notum est: quod quidem paulò ante Mauritiï tempora factum esse dubium non est: quo tempore Slavos jam ad Vistulam habitasse, paulò ante ostendimus. Manifestum est igitur, neque è Croatia, neque è Pannonia tunc, aut etiam priùs eos populariter venisse in hanc oram: multò minùs posteriùs. Quanquam enim regnavere Slavi postea in Pannonia, subjugatis, ut reor, Hunnis, qui pauci post Attilam ibi remanserant, usque ad *Suatem*, sive Suatibolugum, sive Suatoplugum Marothi filium, qui post 740. annum à Christo nato, vel, ut alii volunt, longè posteriùs, ab Hunnis vel Ungaris ex Asia tunc venientibus devictus, fugiens Danubii vorticibus haustus periit; sed jam tunc longè antè à Slavis habitata fuit Polonia. Quin istum ipsum, sive *Suatem* sive *Suatoplugum* nonnulli Scriptorès Polonum, nonnulli Moravum fuisse memorant: Slavum quidem vel ipsa etymologia prodit. Cœterùm nè *Blondo* quidem & *Crantio* assentimur in eo, quòd è Polonia & Bohemia Slavos in Dalmatiam & Illyricum venisse volunt. Potest enim probari è Procopio & Sabellico, Thraciam & Macedoniam velut viciniore ab iis priùs quàm Illyricum, & Istriam, vexatas esse. E Polonia & Bohemia verò proficiscentibus hæ regiones priùs sese offerunt, quàm illæ; nonnullaque præterea superius à nobis commemorata sunt, & statim commemorabuntur, quæ ad refellendam illam opinionem valde accommodata sunt, si sit operæ prætium. Atque hæc adversùs supra memoratas opiniones dicta sunt.

*DCCXXXV. a.* Ex eodem *Cromero* lib. 1. cap. 16. Quid igitur certius, aut probabilius duntaxat, nos asserimus? illud nimirum, quòd, cum ostensum sit superius, è Russia & Sarmatia Slavos in Moesiam, Daciàmque, ac Poloniam, secundùm citeriorem Danubii ripam penetrasse, inde verò non antè Justiniani Imperatoris tempora, in Thraciam, Macedoniam, Dalmatiam, & Illyricum inundasse, & aliquantò post demum, nempe circa Mauritiï & Phocæ tempora, in iis oris certum domicilium fixisse, antè quod tempus jam eadem gens ad Sarmaticos montes, & fontes Vistulæ, ubi nunc est Polonia, habitabat: aliquantò priùs autem Vandalos ex iis locis in Pannoniam, atque inde mox in Gallias, Hispanias & Africam commigrasse: consentaneum ac prope necessarium est, tunc, vel certè paulò posteriùs circa *Attila* tempora, eos populos, qui nunc *Poloni* & *Bohemi* dicuntur, progressos è *Russia* & *Sarmatia*, itidem atque illos alios Slavos, vacuas, aut certè infrequentes Vandalorum sedes occupasse, indèque porrò in interiorem Germaniam & Bohemiam arma protulisse. Et sanè minore longè negotio, citiùsque hæc secundùm dextrum  
latus

latus Carpathi montis ad interiorem Germaniam, vacuum aut certè semivacuum tunc, sicuti modò diximus, ii penetrare potuerunt, è patria sua profecti, quàm in *Slavoniam & Dalmatiam*, longius à se distantes, & *Romanorum Imperatorum armis defensatas*. In hac sententia fuit ante nos Bernardus *Vapovius*: tametsi neque tam firmis argumentis, neque tam multis aut tam certis testimoniis usus. Idem *Blondus* quoque sensitse videtur. Antonius verò *Sabellicus* disertè scribit, Slavos à Cimmerico Bosphoro bipartitò digressos, partem unam ad dexteram deflexisse septemtrionem versùs, scissamque in duos populos, Bohemos & Polonos: alteram transmissò Istro secundùm Savum amnem ad Dalmatiam usque sedes tenuisse, nihil mutato nomine.

*DCCXXXV. b.* Hæc nos de Polonorum & Bohemorum origine & adventu ad has terras, gravibus argumentis & authoritatibus, ratione temporum & locorum consentiente, comprobamus. Sive autem ii *Lecho & Czecho ducibus* initio è Sarmatia profecti hæc gesserunt, sive, cùm initio nullo aut uno duntaxat imperio regerentur, successu temporis, longè latèque propagato imperio, *hi duo principes regnum inter se partiti sunt*: alterum Polonis, alterum Bohemis nomen dedisse, dubitandum non est. *Neque enim fabulosum omnino habendum est id, quod diuturno non tantùm horum ipsorum populorum, sed cuncta Slavica nationis consensu celebratur, Lechum & Zechum principes hisce Slavorum populis præfuisse & nomina indidisse.* Vapovius quidem etiam certum tempus edidit, quò hæc acta sint: nempe circa annum Christi quingentesimum quinquagesimum. Cujus rei penes auctorem fides esto. Illud verò, quod *de adventu Slavorum è Croatia* vulgò & ipsum circumfertur, credibile est à sciolo quopiam, rationem temporum & historiæ veteris non satis tenente, assutum esse: cum is advenas esse in his oris Polonos & Bohemos persuasum haberet, nec unde huc venissent inveniret, nescivisse tamen id videri nollet: eum verò locum ab eo potissimum electum esse, unde cùm hi populi commune Slavorum nomen acceperint, originem quoque duxisse probabiliter videri possent. Nisi fortè existimandum est, has gentes non ab uno aliquo homine regi, sed ab antiquo plebeja communique libertate vivere solitas, teste Procopio, cùm longè antè in his sedibus consedissent, quodam tempore vel utilitate, vel necessitate adductas, peregrinos reges, sed ejusdem tamen secum linguæ, è Croatia accivisse, oblatòsve ultrò accepisse. Quod credere, vel non credere, per nos liberum cuique esto.

*DCCXXXVI.* *Ex Chronica Polonica Joannis Herbuti de Fulstin, de origine nominis Polonorum, cap. 1.* Polonorum gentem viciniore ejusdem linguæ populi vocant Polacos, sive Polonos: indèque, qui latinè loquuntur, Polonos eos appellant: Lachos verò Lechòsve à vicinis vocatos, *Lechitas* solent dicere latini. Polaci itaque sive Poloni dicti sunt à Pole, quod & planiciem & venationem Slavis significat (nam & planam ferè apertamque regionem ii tenent, & apprimè studio venandi tenentur) nomen verò Lachorum sive Lechorum ille eis dedit, qui primus eorum conditor atque dux (ut jam dicemus) fuit. *De Imperio Lechi cap. 2.* Diuturno cunctæ *Slavica nationis consensu celebratur, Lechum & Czechum Polonis atque Boëmis* (qui etiam Cechi lingua Slavica vocantur) *Principes præfuisse*: ideòque alterum Polonis, alterum Boëmis nomen dedisse, dubitandum non est. Bernardus quidem Vapovius etiam certum tempus edidit, quo Polonis Lechus præfuit: nempe circa annum Christi 550. à quo quidem

dem sumendum est initium rerum Polonicarum, propterea quòd de vetustioribus gentis nostræ temporibus exploratum habemus nihil.

*DCCXXXVII. Ex Jodoco Ludovico Decio de Vetust. Polon. lib. I.* Hoc in loco ad gentis primævæ originem stilum dirigere operæ pretium erit, quibus temporibus, itémque Ducibus ingressa sit, perquirere. Polonorum Bohemorumque, ut unus est loquendi usus, ita uno initio fundatos & multiplicatos majorum est sententia: qui suam originem post confusionem linguarum apud Babylonie turris extruccionem ita posteris referunt. Quando linguarum confusio humanas cogitationes evertit, Slavos parentes suos, quorum ipsi prolem se contendunt, extruccioni interfuisse, qui relictâ Assyriâ per Asiam in Europam profecti, ea loca, quæ nunc Bulgarorum, Serviorum, Dalmatarum, Croatum, Bosnensiumque sunt, occupâsse. Exinde Lecho, Zechio, atque Russo ducibus ad Danubii ripas Zechios, id est Boemos locâsse, de principis nomine Zechos vulgari vocabulo appellatos. Conformem de Lechitis rationem ab ipso primo principe Lechio, qui in planitie confederant, quam Pole, id est, campos dixere, inde Poloniam initium sumpsisse perhibent, id astruentes ex eo, quòd linguæ commercium hæc gentes in hanc diem habeant, atque ita omnium gentium, quæ Slavonica utuntur lingua, Slavos parentes fuisse asserunt. Moderni omnes Sclavos (Italos sequentes) gentem falsò appellant, non dicam invidiâ, sed vocabuli ignorantia. Slava enim verbum apud gentem significat, hinc ab ipso primordio verbosi crediti. Sed Sclavi apud Italos emptitii servi sunt, nulla unquam ratione maximæ huic genti comparandi. Nulla enim in terris lingua, quàm Slavorum, major est, qua hodie utuntur Bulgari, Servii, Dalmatæ, Croatæ, Bosni, Bohemi, Poloni, Vindi, Rutheni, Lithuani, Moschi, maximi populi ad ignota usque loca. Hanc fermè originem Dominus Miechoviensis affirmat.

*DCCXXXVIII. Ex Alexandri Guagnini descriptione Sarmatiae Europæ, apud Pistorium Corp. Hist. Pol. Tom. I. pag. 22.* Illa posteritas Japheti impigra, strenua, manûque prompta, & bellicosa extitit, quod res ipsæ ab illis strenuè audacissimèque gestæ abundè testantur, toti enim orbi terrarum tunc temporis terrori dicuntur esse, unde à Græcis *Sauromata* imprimis appellati sunt, deducto nomine à *σαυρός*, quod est uipera, & *ὄμμα* oculus, quasi dicas gens terribilis cum viperinis oculis. Ab hoc itaque tempore hæc gens, regionésque eorum, quas incolunt, Sauromatiæ nomen retinent. Hi postea tempore succedente, & indies magis ac magis numero populi accrescente, videntes illas sedes patrias propter se progeniémque paulò arctiores esse, à *Tanais fluvii ostiis*, & *paludibus Mæotidis meridiam versus ulterius processerunt*, per regionésque propinquas, Daciam, Russiam, Lituaniam, Borussiam, quæ nunc Prussia dicitur, Livoniámque, longè & latè diffusi sunt. Quorum major pars in has provincias campestris, quæ hodie à Polonis coluntur, commigravit, fluviique Vistulæ (quæ antiquis Vandalus dicebatur) utramque ripam occupaverunt &c. Quando verò & qua occasione hæc migratio Sauromatarum, à fontibus ostiisque Tanais fluvii & paludibus Mæotidis in has regiones contigerit, quoniam nulla gentis ab eo tempore monumenta extant, ex quibus id constare possit, ignotum est. Si enim literarum cultura æquè ac res militaris apud Sauromatas tunc temporis florisset, certiora de suo in hæc loca adventu, aliisque rebus præclarè gestis monumenta reliquissent,

quissent, sed ipsi animosè virilitérque agere & bella exercere, quàm eleganter & ornatè scribere maluerunt &c.

*DCCXXXIX. Ex eod. Guagnino in successione Princ. & Regum Pol. apud Pistorium Tom. 2. ad init.* Ex hac gente bellicosa Slavonica sive Sarmatica, cujus deductionem copiosè descripsimus, duo Illustres, magnanimique Principes ortum duxerunt, quorum unus Czechus, alter Lechus appellantur. Hi exantlatis, superatisque multis & difficillimis laboribus, miserisque bellicis temporibus illis turbulentis; in Illyrico & Dalmatia, domesticæ seditionis (quæ ex pace compositis bellis oriebatur) pertæsi, vegetiora, nobilioraque nacti ingenia, vivendi aliam rationem elegerunt, cum exercitibusque suis à castris suæ tribus Slavonicæ, civili bello dissidente ex Croatia Illyrici regione, sese subdixerunt. Occidentem versùs in Germaniæ ditiones contendentes, Regiones sitas inter fluvios celeberrimos Albim & Vesperam occupaverunt, civitatémque cum arce munitam in ripa Vesperæ condiderunt, cui nomen Bremiæ indiderunt, ut significarent se in ea onus miseræ deposuisse: Bremiæ enim Slavis onus sonat, & hucusque hæc civitas Bremen à Germanis appellatur: illique multa & præclara bella cum Germanis de sedibus decertantes gesserunt, multæque civitates & arces terrore eorum percussæ libenter se illis dederunt. Atque ita Czechus ad Danubium & Albim fluvios in Bohemia antiqua Germanorum Colonia, quæ nunc Bohemia dicitur, primum domicilium habuit, incolis prioribus partim expulsis, partim inter suos connumeratis. Deinde Austriam, Lusatiam, Moraviam, Misnam ditioni suæ subegit. Lechus verò frater suus, magnanimus Heros, ulterius cum suo exercitu, anno, quo divina potestas humana in specie ad salutem nostram cælitùs sese dimisit, 550. processit, investigandi, eligendique, pro sui arbitrio, causâ sedes posteriores, primoque ab occidente in Septentrionem plagam se conferens, hos in campos, ubi nunc Polonia, pervenit, ad Vistulamque fluvium, unde Vandali Sarmatica gens surrexerat, confedit: ibique cum suis requievit. Deinde à Vistula ad Oderam usque fluvium Orientem & Septentrionem versùs, omnes has provincias, ubi nunc est Silesia, Marchionatus Brandenburgensis, Prussia, Meckelburga, Pomerania, Holsatia, Saxoniæque, armis imperio suo subegit, quibusdam incolis earum partim cæsis, partim expulsis, cæteris verò in gratiam susceptis &c.

*DCCXL. De Adventu Czechii in Bohemiam postrema sententia Balbini in Miscellan. Regni Boh. Dec. 1. lib. 7. ad fin. in Dissertatiuncula de Adventu Czechii & Initio Czechorum.* Malè conciliata lis est, & nunquam definita satis de Czechii adventu, sùntque in ea re tam discrepantes sententiæ, ut non centum, sed quingentis annis à se se distent, ut in notis ad caput primum hujusce libri diximus. Repetam brevissimè quid authores sentiant, & refellam nervosè; tum sententiam meam (quam toties à me exprimere conati sunt maximi in Historia viri, Pessina, Crugerius, & amicus meus R. D. Boleluczki &c.) aperiam. Ante omnia notandum est, qui de Czechii temporibus & adventu scripserunt, in tres classes dividi posse; alii enim nimis citò, & intempestivè eum in Bohemiam inducunt: alii tardè ejus adventum ponunt: alii mediâ quâdam viâ incedunt. Duo termini temporum sunt: Annus videlicet 278. alter terminus Annus Christi 814. nam improbabilis nimium & inverisimilis est Schleiniæ sententia, qui Slavorum populos etiam ante Christum natum habitasse in

Bohemia fingit, & Marcomannos, Herulos, Quados, Vandalos inter Slavorum populos connumerat: quod ab omni antiquitate, & ab omnibus omnium gentium Historiis refellitur, & nullum invenit Scriptorem. Qui igitur Czechum A. 278. venisse scripserunt, Weleslavinus, & Codicillus, evidenter refelluntur duobus argumentis: primò, quòd nullum pro se testimonium adducere possint; nam postremus, cujus librum de origine Czechorum diu quæsitum nusquam invenire potui, nullas Weleslavino probationes suggessit. Alterum, id potens argumentum est, quòd usque ad ea tempora Annum scilicet 278. Marcomanni, aliique Germaniæ populi, Bohemiam incoluerint, ut lib. 2. cap. 3. probatum à nobis est, neque ulla Slavici adventus mentio in antiquis Scriptoribus reperitur. Porro Weleslavini chronologia quàm malè subsistat, cap. 8. hujus libri probatum est. Qui alterum extremum tenent, sic manifestè rejiciuntur: Schleinius, qui Annum 814. posuit, cogitur omnes Bohemiæ Principes Ethnicos ex natura rerum proscribere, nam cum Borzivogium constet certissimò A. 856. Bohemiæ gubernationem auspicatum esse, non potuere ab A. 814. usque ad 856. duodecim Bohemiæ Principes, intra tam breve tempus, spatium gubernationis habere, nisi eos florum & vermiculorum vitam habuisse dicamus; adde quòd Christianus proximus eorum temporum, & primus Bohemiæ scriptor, Boleslavi savi filius, de Libussa, Przemyslo, loquens disertè asserat, multo interjecto tempore ad Borzivogium Bohemiæ Imperium devenisse, & ex Przemysli sobole Rectores seu Duces multos in Bohemia regnasse: quæ omnia, si Czechus A. 814. intravit Bohemiam, necessariò debebuntur; vide alia argumenta, quæ lib. 2. Miscell. contra hanc novam, & improbabilem sententiam attulimus.

*DCCXLI.* Jam & sententia Hagecii sustineri non potest de Anno 644. cum antiquiores memorias Czechorum in Bohemia habeamus. Stransky scriptor egregius & chronologiæ, quæ fundamentum omnis historiæ censetur, tenacissimus, etsi nunquam Annum Czechum nominare voluerit, tamen cum Przemyslum 632. obiisse nonagenario majorem statuat, non difficile erit, ejus de adventu Czechum sententiam deprehendere: ponit enim Czechum annis 27. regnasse, & cum longo tempore Principatus vacasset (annos decem vacasse Imperium omnes alii affirmant) successisse in Imperio Cracum vel Crocum primum, seniore (qui 39. gubernavit annos, ut ipse Stransky disertè affirmat) inde Cracus vel Crocus junior 50. Principatus annos explevit: Libussam posuit annis 13. solum imperasse, Przemyslum verò annis 41. post Libussæ mortem Imperium continuasse. Ergo subtractis ab A. 632. annis 180. quos annos implevere regnando Czechus, Croci duo, Libussa, usque ad Przemyslum: remanent anni 452. quibus Czechum advenisse Stransky cogetur dicere. Propius ad nostram sententiam accessere duo historiæ lumina, Cromerus, & Welferus, qui circa Attilæ tempora Czechici populi in has oras adventum posuerunt, Attila verò A. C. 441. & sequentibus, Hunnorum exercitus in Europam coepit immittere.

*DCCXLII.* Sentio hinc à me expectari, quid ipse probabile existimem? qua in re defectu monumentorum nullam demonstrationem adferre poterò, sed probabilem conjecturam; quis enim in illa Barbarie (præsertim cum nullum fidei lumen has provincias illustrasset) bonis literis locus? ex vicinis tantum Germaniæ scriptoribus, via ad solvendam tam diffi-



difficilem, & intricatam quæstionem invenienda est. Statuo imprimis certa ab incertis separanda : Incerta esse omnia existimo, quæcunque de ætatibus Principum nostrorum traduntur, hunc scilicet 39. hunc 50. annis, hunc 19. imperasse &c. quæ Weleslavinus aut Stransky Principibus attribuit. Cùm enim de ipso cardine rerum, seu de Czechi adventu nihil certi statuere possimus, quis hæc tam minuta certò affirmare possit? aut ex quo scriptore antiquo ista sumuntur? tacet de annis Principum Ethnicorum Pulkava, tacet Cosmas, tacet Christannus, qui si ista tam minuta habuissent in manu, sinè dubio posteris tradidissent. Neque in hoc reprehendendi sunt Weleslavinus & Stransky, neque eorum fides & auctoritas elevatur (ut quidam somniarunt, & objecerunt) quòd annos nostrorum Principum confinxerint, seu potiùs ordinarint: non enim ipsos Principes aut eorum nomina fabulosè nobis obtruserunt, sed accepta à vetustis scriptoribus nomina, & successionem, verisimiliter per annos diviserunt, quod necessariò illis faciendum erat, cùm hoc præterierint Antiqui: in historia enim cùm deest scriptorum clara autoritas, etiam conjecturæ valere solent probabilibus argumentis innixæ. Sic videmus fecisse duos historiarum omnis ævi principes Dionysium Petavium, & Jo. Baptistam Ricciolum nostros, illum in aureis libris Rationario Temporum, & Doctrina Temporum, hunc verò in Chronologia Reformata: ubi, cùm multorum Regum & Principum in Europa & Asia nomina haberent, eorùmque successiones, non extarent tamen, & ignorarentur determinati & certi anni Principatûs eorum, ipsi, quid verisimiliter dici poterat, quot annis scilicet regnaverint, attulerunt; ob quam diligentiam illis habenda est gratia, & non reprehendendi sunt, sed potiùs laudandi; id etiam fecere alii Chronologi, ut Salianus, Panvinus &c. ita nos etiam fecimus in divisione annorum à Czecho usque ad Borzivojum. Hæc ad defensionem Stransky & Weleslavini &c. Sunt autem, quæ certa esse putamus sequentia. Primò: pro certissimo debet haberi: Borzivojum Ducem Bohemiæ A. C. 864. Christi sacra Welehradi in Moravia suscepisse (non ut Hagecius, Weleslavinus, Stransky, Theobaldus, & cæteri asserunt A. 894.) id evidenter probatur ex vita S. Cyrilli, & Methudii, quam recitat Bollandus noster in actis Sanctorum 9. Martii. Hoc igitur primum punctum habeatur Chronologiæ. Secundò, æquè certum est & illud: longè ante A. 644. Bohemiam Slavos incoluisse. Non entis, ut ajunt Philosophi, nullæ sunt actiones; atqui Slavorum in Bohemia actiones ab antiquissimis, & omniis historiæ peritissimis scriptoribus longè ante hunc annum (scilicet 644.) adducuntur; igitur luculenter Hagecius, & qui eum secuti sunt, falluntur, qui adventum Czechi illò annò posuerunt. Imprimis Boicæ historiæ &c.

*DCCXLIII.* Satìs jam probatum est, Slavos ex Bohemia colonias in Slavoniam deduxisse, idque ante A. 644. Unde errasse convincitur Hagecius cum suis sequacibus, cùm ante A. 547. immo citiùs Slavi Bohemi juxta citatos Authores extiterint. Existimo longè etiam ante A. C. 500. & 400. in Bohemia habitasse: quâ enim ratione Czechorum populus nuper adveniens ex sedibus hisce transdanubianis in Slavoniam, Carinthiam, Dalmatiam, & Illyricum tam numerosos exercitus emittere, & tot colonias deducere potuisset? hoc factum esse oportuit jam populo impletâ Bohemiâ; non potuit autem tam citò populo impleri, nisi duobus vel minimùm sæculis Bohemiam inhabitassent, antequam A. 540. &

si Adalzeitero credimus A. 526. colonias duxissent, maximè si, ut plures docent, Czechus non nisi trecentos aut sexcentos secum socios, & commilitones, præter sæminarum turbam, adduxerit. Hoc argumentò victus Joannes Mathias à Sudetis (qui singulari & eruditissimò librò de Czechis adventu disputavit, qui liber inter meas manus est) annum Czechis adventûs posuit 407. vel 457. Tertiò consentiunt vetustissimi Scriptores, & qui eorum authoritate nituntur, Hostivitum patrem Borzivoji Ducis An. C. 856. obiisse, & Ludovicum II. Slavizam vel Slavatam Lucensi Provinciâ expulisse (ut antè probatum est) ergò Borzivojus post patrem tunc regnare cœpit. Quartò probabile & ferè certum est: Marcomirum (Pharamundi patrem, stirpis Regiæ Gallicæ originarii, quem totâ propè Germaniâ usquè in Bohemiam Imperium extendisse perhibent) in conjugio habuisse Milenkam Craci I. vel Croci filiam, quod apertè satis firmatur ex Reusnero & Henninger, post Weleslavinum &c. qui Marcomirum Bohemis vicinum regnâsse disertè tradiderunt: quod etiam Trithemius in Libris de Origine Francorum docuit ex Hunibaldo vetustissimo historico: qui Marcomirus vixit sub Valentiniano II. & Theodosio An. C. 379. & ultrâ, ut Adrianus Jordanus Societatis Jesu in Gallico libro An. 1683. edito de Regiâ stirpè Galliæ ad Ducem Condæum ostendit. Quippe filius Marcomiri Pharamundus originarius Regii stemmatis Galliæ in Regem est An. 420. ut omnes Scriptores consentiunt, assumptus, & Annò 428. decessit.

*DCCXLIV.* His igitur præmissis, cum annus certus in illa Barbarie Sæculorum nominari non possit, *satis probabili conjecturâ adducor, ut credam, inter An. 300. & 330. Czechum in hæc oras venisse*: jam enim Marcomanni (ut dixi lib. 2. Miscell.) exacti erant, & in ripam transdanubianam translati, unde vacuas terras, ubi nunc sumus, reliquerunt; si ergo Craci II. filia Milenka Marcomiro nupsit (qui paulò ante An. Christi 400. vixit, ut est in Ricciolo) omnia ordinari bellissimè poterunt, si inter annos 300. & 330. Czechum vixisse dicamus: venerit enim sub Turskone, deinde post ejus mortem eidem successerit, & annis 27. regnaverit, tum Regiâ sede annis quindecim vacante, Cracus vel Crocus pater 50. regnando impleverit annos, Craco II. annis 62. (juxta Stransky & Weleslavinum) Imperium Bohemiæ obtinente, facile ad id tempus perveniemus, quò Milenka tradi in conjugium potuerit Marcomiro. Hæc nostrâ sententiâ spectatissimi & probatissimi Authores conciliabuntur, & (quod in his tenebris Sæculorum nihil curandum est) paucis annis dissident, ut Cromerus, Welferus (qui Attilæ ævò Czechis adventum ponunt) & Jo. Mathias à Sudetis, qui An. 407. posuit, aliique in nostram sententiam omnes attrahentur, maximè verò Weleslavinus & Codicillus, qui annum 278. adventûs Czechis posuerunt; quantum enim est ad A. 300. vel 330. ab A. 278. sed objectiones prius dissolvendæ sunt, ut nostra firmetur sententia. Observandum hoc locò est: Cromerum nobilem Poloniæ Historicum in nostram sententiam nullo negotio adduci, & nobiscum conciliari posse; cum enim tradat, brevè post Annum Christi 300. Henetos, Venedos, unò verbò, Slavos adverso Danubio in Pannoniam cæterasque vicinas Provincias ascendere cœpisse: quàm facilè fieri potuit, ut per Moraviam in Bohemiam tunc desertam, & cultoribus vacuum (jam enim Marcomanni abierant, ut in Epitome probatum est) aliqua Slavorum manus & multitudo Czecho Duce prius per Croatiam dedu-

DE ADVENTU CZECHI ET LECHI IN BOHEMIAM. 149

deducta, novas terras exquirens, in Bohemiam inter Annum 300. & 330. transmissò Danubiò, adveniret? &c.

*DCCXLV.* Demum Balbinus in eadem dissertatione divisionem annorum à Czecho usque ad Borzivogium juxta probabilem, ut ait, conjecturam, subjungit, quæ in hanc tabulam à me contrahitur:

|   |      |
|---|------|
| Czechus in Bohemiam venit eo tempore, quo Licinius ab Imp. Constantino Magno apud Cibalim victus, in quo prælio Turskonem occubuisse Weleslavina dicit. | Annò |
| Post mortem Turskonis Czechus non statim, sed post decem annos in principem Bohemiæ receptus  | 315. |
| Czechus regnavit annos XXVII. ergo usque ad annum   | 325. |
| Post Czechum mortem Bohemia Principe caruit annis X.  | 352. |
| Legatione in Poloniam pro Lecho exorando, ut principatum Bohemiæ susciperet, insumptus annus unus   | 362. |
| Consilio Lechi eligitur Krocus I. in principem Bohemiæ, is regnavit in Bohemia annos L.   | 363. |
| Kroeo I. ad Poloniæ principatum evocato regnavit in Bohemia filius ejus Krocus II. annos LXII.  | 413. |
| Tres filii Kroci II. Bohemiæ imperium sibi, certis regionibus assignatis, divisere; hæc divisio annos duos insumpsit.                                   | 475. |
| Inde summa rerum apud Libussam virginem fuit per annos XIII.  | 477. |
| Post Primislaus, maritus Libussæ regnavit annos LIV.  | 490. |
| Nezamisus regnavit annos XLIX.  | 544. |
| Mnata annos LIII.   | 593. |
| Vogeno Stranskius attribuit annos XXVIII.   | 646. |
| Balbinus verò XXXVIII.  | 684. |
| Vnislao annos XXVI.   | 710. |
| Krzesomislus regnavit annos XLII.   | 752. |
| Neklan impubes duodennis ad principatum pervenit, & sub tutela Wratislai Lucensis principis fuit, annis VI.   | 758. |
| Suis auspiciis verò gubernavit Rempublicam annis LXV.   | 803. |
| Hofivito assignat Balbinus annos regiminis XLVII.   | 850. |

Borzivogium Balbinus ad principatum pervenisse scribit anno Christi 856. quoniam verò hic annus cum superiore calculo non concordat, subjungit *Balbinus*: Quod si quis in hac mea conjecturali annorum ab adventu Czechum ad baptismum Borzivogii divisione annos sex aut novem desideret, addat ex interstitiis Principum, atque ex iis, quæ in responsione ad objectionem secundam attulimus, quot annos voluerit, & chronologiæ satisfiet.

*DCCXLVI.* Ex *Georgio Rattkay, Memoria Regum, & Bannorum Dalmatiae, Croatia, & Sclavonia.* Hunc, per longum porrecto itinere, Zagrabienensis Comitatus sequitur hodie patentissimus, quippe ad mare usque Adriaticum deductus, bifariam olim divisus; pars enim montibus interclusa Zagoriam Comitatus appellabatur, quæ verò planitie funditur, Turopolia, etiamnum nomine retento nuncupatur. *Zagoria sedes arx cum oppido Crapina fuit, Chehii ac Lehii (modus hic scribendi Croaticus idem sonat, ac Tschechii ac Lechii) fratrum virorum in Regno potentium natale domicilium, qui ob civiles discordias, ut rara est concordia fratrum, inde recedentes, alias sibi quasiere sedes; quorum ille eam terræ portionem, quæ nunc Bohemia dicitur, hic verò Poloniam occupavit: Regiones dein ac populos à se ipsis ille Chehios id est Bohemos, hic Lengelos hoc est Polonos denominatos voluere, ut fusè tradit Ablavius in annalibus Bohemorum. Eam regionem à Savo initium fumere veteribus placet. Hinc Ranzanus: Quidquid agrorum est, inquit, trans Savum, per quos fit iter Italiam versus, Croatiam nominant. Hic author initium quidem, sed minimè fines regionis constituit; sed nec illud appositè: per quos fit iter Italiam versus: neque enim ad occidentalem solum plagam, quæ Italia nostris*

stris est, verùm & ad meridionalem quoque Croatia situatur, quare absque iis vocibus dixisse potuerat : quidquid agrorum trans Savum est Croatiam nominari. Aliter Jovius, qui lib. 13. & initium & limites statuit : *introrsus*, inquit, *Savus flumen ex Carnicis Alpibus, per Illyricos placido cursu effusus, simul Cetina & Hunna minores amnes provinciam claudunt.* Sed meliùs his Joannes Bleü in Tabula Geographica fluvio Kerka terminari ponit, qui deinde per Dalmatiam decurrens in mare devolvitur. Unde Croatia 60. miliaribus nostratum in longitudinem protenditur, à Savo Sumzedia arci subjecto Tinanium usque, urbem Episcopali sede nobilem, ac validis cinctam mœnibus Kerkæ fluvio adjacentem. *Latitudo verò 20. miliarium spatium continet ab Hunna Costanicæ Dubiciæque subjecta usque ad mare Adriaticum, sive Segniam mari incumbentem, tametsi & ipsa cum limitibus sibi subjacentibus latitudinem regionis terminet.*

## SECTIO LIII.

### SECVLUM V.

#### De bellis & migratione variorum populorum.

**N**us DCCXLVII. a. *Ex chronico Reginonis ad annum Christi 889.* Scythia ( ut ajunt ) in oriente extensa, induitur ab uno latere Ponto, ab altero montibus Riphæis, à tertio Asiâ, & Ithâsi flumine. Patet autem multum in longitudinem & latitudinem. Hominibus hanc inhabitantibus inter se *nulli fines* : perrarò enim agrum exercent, nec *domus illis ulla*, aut tectum vel sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Uxores liberòsque secum in plaustris vehunt, quibus, coriis imbrium hyemisque causâ tectis, pro domibus utuntur. *Nultum scelus apud eos furto gravius*, quippe sine tecti munimento pecora & armenta alimentaque habent. Aurum & argentum, non perinde, ut reliqui mortales, appetunt, venationum & piscationum exercitiis inserviunt, lacte & melle vescuntur. *Lana his usus ac vestium ignotus*, & quanquam continuis frigoribus afficiantur, pellibus tantum ferinis ac murinis induuntur. Imperium Asiæ ter quæsiwere, ipsi perpetuò ab alieno Imperio aut intacti aut invicti mansere: nec virorum magis quam foeminarum virtutibus claruere; quippe cum ipsi Parthos, Bactrianosque, foeminae autem eorum Amazonum regna condiderint: prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit. *Darium*, Regem Persarum, turpi à Scythia summovertunt fuga: *Cyrum* cum omni exercitu trucidaverunt: *Alexandri Magni Ducem*, Zopyrióna, pari ratione cum universis copiis deleverunt: *Romanorum audire, non sensere arma.* Laboribus & bellis asperi, vires corporis immensae. Abundant verò tanta multitudine populorum, ut eos genitale solum non sufficiat alere. Septentrionalis quippe plaga, quanto magis ab aestu solis remota est, & nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum, & propagandis gentibus coaptata. Sicut & econtra omnis meridiana regio, quò solis est fervori vicinior, eò semper morbis abundat, & educandis minus apta est mortalibus; unde fit, ut

ut tantæ populorum multitudines arctoo sub axe orientur, ut non immeritò *universa illa regio, à Tanai fluvio usque ad occiduum*, licet & propriis loca in ea singula nuncupentur nominibus, *generali tamen vocabulo Germania sæpè annumerabitur*. Ab hac ergo populosa Germania sæpè innumera- biles captivorum turmæ abductæ, meridianis populis pretio traduntur. Multæ quoque ex ea, pro eo quòd tantos mortalium germinent, quan- tos alere vix sufficit, *frequentè gentes egressæ sunt*, quæ nihilominus & par- tes Asiæ, sed maximè sibi contiguam Europam affixerunt. Testantur hoc ubique urbes erutæ per totam Illyriam Galliámque; sed maximè miseræ Italiæ, quæ penè illarum omnium est gentium experta sævitiam.

NOTA. 1<sup>mo</sup> hunc Scythiæ situm, hósque mores commemorando Regino secutum se refert *historiographorum dicta*; ex antiquioribus itaque scriptoribus hausit. 2<sup>do</sup> *Scythiam* hic describit *magnam*, & quidem Europæam usque ad Pontum, Tanaim, & suppositivos Riphæos montes. 3<sup>io</sup> totam septentrionalem plagam sæpè apud Aucto- res venisse dicit *Germaniæ*, *magnæ* nempe, nomine; unde & ille confirmat, Germani- cas gentes usque ad Tanaim olim se extendisse. 4<sup>to</sup> Ex Reginonis relatis de moribus Scytharum *Cosmas Pragensis Decanus*, historiographus Bohemicus, qui seculo fermè Regino- ne posterior erat, emutuasse videtur mores primorum Bohemorum Slavorum, quæ- dam enim, uti de Lanæ & vestium usu ignoto, & de furti gravitate, ipsis ferè ver- bis transcripsit. *vid. num. 725.* alia ampliativè sed simili sensu inseruit. *Cosmam* dein- de secutus est *Pulkava*, ut *num. 726. b.*

DCCXLVII. b. *Ex Epistola S. Hieronymi ad Heliodorum.* Horret ani- mus temporum nostrorum ruinas persequi. *Viginti & eò amplius anni sunt*, quòd inter Constantinopolim & Alpes Julias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctásque Pannonias, Gotthus, Sarmata, *Quadus*, Alanus, Hunni, Wandali, *Marcomanni*, va- stant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobilioraque corpora, his belluis fuère ludibrio? capti Episcopi, inter- fekti Presbyteri, & diversorum officia Clericorum. Subversæ Ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, Martyrum effossæ reliquiæ. Ubique lu- ctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & tamen cervix nostra non flectitur. Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctámque Græ- ciam, quibus imperant barbari?

*Ex eodem: Epist. ad Geruntiam seu Ageruchiam.* Innumera- biles & fero- cissimæ nationes universas Gallias occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, *Quadus*, Wandalus, Sarmata, Halani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones, *Alemanni*, & hostes Pannonii (id est Hunni) vastarunt. Etenim Assur venit cum illis. Maguntiacum nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum milliá trucidata. Vangiones longa obsidio- ne deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Attrebatæ, extrémique hominum Morini, Tornacus, Nemetæ, Argentoratus, translati in Ger- maniam. Aquitaniæ, Novémque Populorum, Lugdunensis, & Narbo- nensis provinciæ, præter paucas urbes, populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrymis To- losæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt. *Ipsa Hispania, jamjamque peritura, quotidie contremiscunt*, recordantes irruptionis Cimbricæ: & quidquid alii semel passi sunt, illæ semper timore patiuntur. Cætera taceo, ne videar de  
Dei

Dei desperare clementia. Olim à mari Pontico, usque ad Alpes Julias, quæ erant nostra, non nostra sunt. *Et per annos triginta fracto Danubii limite, in mediis Romani Imperii regionibus pugnatur.* Aruerunt vetustate lacrymæ. Præter paucos senes, omnes in captivitate, & obsidione generati, non desiderabant quam non noverant libertatem. Quis hoc credet? quæ digno sermone historiæ comprehendent? Romam in Gremio suo non pro gloria sed pro salute pugnare? immo ne pugnare quidem, sed auro & cuncta supellectile vitam redimere, quod non vitio principum, qui vel religiosissimi sunt, sed *scelere semibarbari accidit proditoris*, qui nostris contra nos opibus armavit inimicos.

*DCCXLVII. c.* Tempus, quo fractus Danubii limes, & inter Constantinopolim atque Alpes Julias Romanus sanguis effundi cœpit, est annus 373. quo Gothi Danubium transferunt, & Hunni in Danubianas regiones sese effuderunt. Unde ab eo tempore viginti, & triginta annos S. Hieronymus computasse, & epistolam priorem circa annum 394. posteriorem circa annum 404. scripsisse videtur; quod & in posteriore epistola innuitur in verbis: *Hispaniæ jamjam peritura contremiscunt*; tremere enim ab anno 400. poterant, dum Gothi Italiam invaderent. Posterior illa epistola saltem ante annum 409. scripta est, quoniam hoc anno Vandali, Alani, & Suevi ex Galliis jam Hispanias ipsas intraverant. *vid. num. 749. a.* In priore epistola S. Hieronymus inter Invasores Romani Imperii collocat *Quados & Marcomannos*, in posteriore *Quados & Alemannos*; ergo in posteriore sub Alemannis jam comprehendit Marcomannos, qui maxima ex parte sedes in Hercynia silva dereliquerant, & inter Alemannos populares suos propius ad Rhenum & Gallias concesserant. Per *Semibarbarum proditorem* intelligit S. Hieronymus *Stiliconem* Patritium, Honorii Imperatoris focerum, genere Vandalum, qui statim à morte Imperatoris Theodosii A. 395. tyrannidem meditabatur, & occultis artibus, ut filium Eucherium ad Imperii fastigium eveheret, agebat, proptereaque omnia turbare constituit, & Barbaros ad lacerandum Imperium clam excitavit, demum autem, detectis his ab Olympio artibus, Ravennæ, cum ad Ecclesiam confugisset, occisus est X. Cal. sept. A. 408. *Peravius & Edisio Cod. Theod. Tom. I. in chronol.*

A. Chr. *DCCXLVIII. a.* Theodoro & Eutropio Eunuchis Coss. *Gaina comes* 399. apud Constantinopolim *ad preparandum civile bellum Barbaros suos occultè admonet*; ipse valetudinem simulans urbe digreditur. Cœpto adversus Byzantios prælio plurimi hostium cadunt, cæteri fugientes ecclesiæ nostræ succedunt, ibique detecto ecclesiæ culmine, jacis que desuper lapidibus obruuntur. *Marcellinus Comes in chronico.*

400. Stilicone & Aureliano Coss. bellum navale contra Gainam Tyrannum inter Cherronesum & Hellespontum gestum est: *multa millia Gothorum caesa*, vel demersa sunt. Gaina Comes de hoc bello fugiens evasit; ipso tamen anno occisus est mense Decembrio. *Marcellinus Comes.* Civile hoc bellum, quo Gainas Imperium Orientale ad se rapere tentavit, pluribus describit *Socrates Hist. Eccl. lib. 6. cap. 6.* Stilicone & Aureliano Coss. Gothi Italiam Alarico & Rhadagaiso Ducibus ingressi. *Prosper. Aquit. & Cassiodorus.*

*DCCXLVIII. b.* Alaricus quidam barbarus, qui foederatus erat Romanorum, & qui Imperatori Theodosio in bello contra Eugenium Tyrannum auxilio fuerat, eaque de causa dignitatibus Romanis honoratus fuerat, felicitatem suam non tulit; sed Imperium quidem arripere haudquaquam constituit; Constantinopoli verò decedens ad Occidentis partes transgressus est, &c. *Socrates Hist. Eccl. lib. 7. cap. 10.*

Postquam verò Theodosius amator pacis, gentisque Gothorum, rebus excessit humanis (A. 395.) cœperunt ejus filii utramque Rempublicam, luxuriosè viventes, adnihilare, auxiliariisque suis, id est *Gothis*, *consuetam dona subtrahere.* Mox Gothis fastidium eorum increvit, verentisque ne longa pace



SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 153

pace eorum resolveretur fortitudo, *ordinant super se Regem Alaricum &c.* Mox ut ergo antefatus Alaricus creatus est Rex, cum suis deliberans suasit, suo labore quærere regna, quàm alienis per otium subjacere: & sumpto exercitu per Pannonias Stilicone & Aureliano Coss. & per Sirmium dextro latere *quasi viris vacuum intravit Italiam.* Nullo penitus obfistente ad pontem applicuit Candidiani, qui tertio milliario ab urbe aberat Regia Ravennate. *Jornandes cap. 29.*

A. Chr.  
401.

Vincentio & Fravitta Coss. *caput Gainæ* hastili præfixum Constantinopolim allatum est. *Marcell. Comes. Gainas* superiore anno à Fravitta (qui ipse natione quidem Gothus, magna tamen fide ac benevolentia erga Romanos præditus fuit. *Socrates d. 1.*) profligatus fugatusque (ob quam rem Fravitta hoc anno consul factus est) *cum per Thraciam Istro transito in patriam reverti cogitaret, ab Hulde, Hunnorum Duce tandem cæsus fuit, caputque ejus Constantinopolim transmissum, allatumque hujus anni initio III. Nonas Januarias. Editio Cod. Theod. Tom. I. in Chronol.*

*DCCXLVIII. c.* Hunni pacifica possessione Pannoniæ regionis potiti, Dominicæ incarnationis quadringentesimo primo, ab ingressu verò eorum in Pannoniam anno vigesimo octavo, cæteris Capitaneis, ut suprâ dictum est, vitâ functis, *Attila* duntaxat, qui *Hungarico idiomate Ethelle* dictus est, & *Buda* fratre ejusdem superviventibus, eundem Attilam super se unanimi voto pariter & consilio regia dignitate extulerunt. *Thuroczius in chron. Hung. P. I. cap. 15.* quem sequuntur *Olahus Archiepiscopus Strigoniensis in Athila cap. 3.* & *Bakshay chronol. Hung. apud Boufinium pag. 901.*

Arcadio V. & Honorio V. Coss. adversus Gothos Polentiæ vehementer utriusque partis clade pugnatum est. *Prosper Aquit.*

402.

Arcadio V. & Honorio V. Coss. Polentiæ Stiliconem (Stiliconis Ducem Saulem) cum exercitu Romano Gothi victum acie fugaverunt. *Cassiodorus.*

Taceo de infelicibus illis apud Polentiam gestis cum barbaro & pagano Duce, hoc est *Saule*, cui summa belli commissa est: cujus improbitate reverendissimi dies & sanctum Pascha violatum est: cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret, extortum est. *Orosius lib. 7. cap. 25.*

*DCCXLVIII. d.* Cum in ea civitate (Ravenna) Vesegotharum applicuisset exercitus, & ad Honorium Imp. (qui intus residebat) legationem misisset (quæ sedes in Italia petebat, ni Honorius bellum experiri vellet) Honorio sententia sedit, quatenus provincias longè positas, id est Gallias, Hispaniâsque, quas jam penè perdidisset; &c. si valeret Alaricus, sua cum gente sibi tanquam lares proprios vendicaret, donatione sacro oraculo confirmata. Consentiunt Gothi huic ordinationi, & ad traditam sibi patriam proficiscuntur. Post quorum discessum, nec quidquam mali in Italia perpetratum, Stilico patritius & socer Honorii Imp. &c. ad Polentiam civitatem in Alpibus Cottiis locatam dolosè accedens, nihilque mali suspicantibus Gothis &c. ruit in bellum, &c. Gothi omnem penè exercitum Stiliconis in fugam conversum, usque ad interneccionem dejiciunt, furibundoque animo arreptum iter deserunt, & in Liguriam post se, unde jam transierant, revertuntur, &c. usque ad Urbem Romam discurrentes &c. omnia in prædam diripiunt, postremùm Romam ingressi, Alarico jubente, spoliant. *Jornandes cap. 30.*

Stilicone II. & Anthemio Coss. *Rhadagaisus* in Tuscia, multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stilicone, superatus & captus est. *Prosper. Aquit.*

405.

Pars IV.

u

Ra-



Radagaifus paganus & Scytha cum ducentis millibus fuorum totam Italiam inundavit. *Huldin, & Sarus, Hunnorum Gothorumque Reges*, Radagaifum continuò devicerunt, ipsius capite amputato, captos ejus singulis aureis distrahentes; *Marcellinus Comes, qui hæc gesta refert ad annum sequentem Arcadio VI. & Probo Coss.*

*DCCXLVIII. e.* Gothis sedes, partim vi, partim pacificatione de A. 380. in Orientali Romanorum Imperio captæ, malè cedebant, quàm primùm *Silico* rebus gerendis à Theodosio, anno scilicet 394. quà Magister militum Orientis, admotus est; is enim Gothis infestus semper fuit, eò quòd nationi suæ Vandalicæ omnibus conatibus studeret. Ille ergo deletioni Gothorum per partem Thraciæ (ut *suprà num. 668.*) ille quoque subtractioni stipendiorum auctor censendus. Hanc causam egressus Gothorum *Jornandes* solummodò memorat, de alia, nempe conspiratione *Gainæ*, ob quam in-visi reddebantur Gothi, tacet. *Vesegothi* ergo deseruerunt orientalis Imperii terras migrando in Italiam, *Ostrogothi* autem jam A. 379. (ut *num. 666.*) recesserant ultra Danubium in Scythicas terras, nempe *Wallachiam & Moldaviam*. Unde A. 400. (dum Gothi quoque, trans *Taurum* incolentes, secreto mandato *Julii Magistri militiæ*, deleti essent, ut *d. num. 668.*) Gothi jam penè vacuæ erant Thraciæ, & reliquæ *Illyricæ* provinciæ usque ad *Pannonias*. Quin nec *Pannoniis* ab hoc tempore institisse, sed ibidem solis *Hunnis & Alanis* locum fecisse, & se se omnes circa *Wallachiam & Moldaviam*, in sedibus quondam *Vesegothorum*, congregasse videntur; nihil enim impofterum de Gothiis in *Pannonia*, usque ad A. 455. quo expulsis *Hunnis* eam reoccupârunt, auditur. *Rhadagaifus* Ducis vel Regis Gothorum *Jornandes* nullam mentionem facit; & quoniam contra eum *Sarus* Gothus, & *Huldes* *Hunnus* Dux, in exercitu Romano pugnârunt, videtur collectitius ex *Ostrogothis* in *Scythia* habitantibus, & aliis pluribus nationibus populus ejusdem fuisse, qui *Alarico* cum *Vesegothis* *Italix* possessionem privativam invidit. Circa hæc tempora *Hunni* Romanis se se insinuare cœperunt, dum *Huldes* A. 400. *Gainam* Ducem Gothum occideret, & caput ejus *Constantinopolim* mitteret, nec non A. 405. *Stiliconi* in profligando *Rhadagaifó* operam præstaret. Unde *Hunnos* jam ab A. 401. in possessione *Pannoniæ* quietè relictos esse, colligere licet; quin & credibile est, *Hunnos* tunc, mortuis absq; eo primatibus, quibus subfuerant, in speciem quandam regiminis *Regii*, utpote rebus bello gerendis aptiorem consensisse. An verò regnum id, eo mox tempore, *Attilæ*, an potiùs *patruis* ejus *Octari & Roæ* delatum sit? ad præsentem meam disquisitionem de *Originibus Slavicis* haud spectat, sed sufficit, *Hunnos*, sub quocunque demum Duce vel Rege, *Pannoniis* imperitasse, & inde quoque in *Quadicas* terras ditionem extendisse.

A. Chr.  
406.

*DCCXLIX. a.* *Arcadio VI. & Probo Coss.* *Vandali & Alani* *Gallias* trajecto *Rheno* pridie *Cal. Januariæ* ingressi, *Prosper Aquit. & Cassiodorus.*

409.

*Vandali* *Hispanias* occupaverunt *Honorio VIII. & Theodosio III. Coss. Prosper Aquit. & Cassiodorus.*

His *Coss. Barbari* *Hispanias* ingressi. *Idatius in Fastis.* *Alani, & Vandali, & Suevi* *Hispanias* ingressi ærà *CCCCXLVII.* alii quarto *Calendas*; alii tertio *Idus Octobris* memorant die, tertiâ feriâ, *Honorio VIII. & Theodosio Arcadii filio III. Consulibus.* *Alaricus* Rex Gothorum Romanam ingressus, cum intra & extra Urbem cædes agerentur, omnibus indultum est, qui ad *Sanctorum* limina confugerunt. *Placidia* *Theodosii* filia, *Honorii* Imp. soror à Gothiis in Urbe capta. *Alaricus* moritur, cui *Ataulfus* succedit in regno. *Barbari*, qui in *Hispanias* ingressi fuerant, cæde deprædantur hostili. *Pestilentia* suas partes non segniùs operatur. *Idatius in chronico ad annum XV. Arcadii & Honorii.*

411.

Subversis memorata plagarum grassatione *Hispaniæ* *Provinciis*, *Barbari* ad pacem ineundam Domino miserante conversi, forte ad inhabitandum sibi *Provinciarum* dividunt regiones. *Gallaciam* *Vandali* occupant & *Suevi* sitam in extremitate *Oceani* maris occidua. *Alani* *Lusitaniam & Carthaginensem* provincias: & *Vandali* cognomine *Silengi* *Boeticam* sortiuntur. *Hispani* per civitates & castella residui à plagis, *Barbarorum* per *Provincias* dominantium se subjiciunt servituti. *Idatius in chronico ad annum XV II. Honorii.*

Hono-

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 155

- Honorio IX. & Theodosio V. Coss. Gothi Rege Ataulfo Gallias ingressi. *Prosper Aquit. & Cassiod.* A. Chr. 412.
- Luciano Cof. *Burgundiones* partem Galliae propinquantem Rheno obtinuerunt. *Prosper Aquit. & Cassiod.* 413.
- Honorio X. & Theodosio VI. Coss. *Ataulfus* à quodam suorum vulneratus interiit, cujus regnum *Vuallia* invasit. *Prosper Aquit.* 415.
- Maximo & Plinta Coss. Constantius pacem firmat cum *Vuallia*, datâ ei ad habitandum Aquitaniâ, & quibusdam civitatibus confinium provinciarum. *Prosper Aquit.* 419.
- Honorio XIII. & Theodosio X. Coss. exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est. *Prosper Aquit.* 422.
- DCCXLIX. b. Honorio XIII. & Theodosio X. Coss. *Hunni* Thraciam vastaverunt. *Marcellinus Comes.*
- Victore & Castino Coss. Joannes Regnum Occidentale, Honorio defuncto invasit. *Marcellinus Comes.* 424.
- Theodosio XI. & Valentiniano Coss. Placidia Augusta, & Valentinianus Cæsar, mira felicitate Joannem Tyrannum (Ravennæ) opprimunt, & Regnum victores recipiunt, datâ veniâ *Aëtio*, quod *Hunni*, quos per ipsum Joannes acciverat, *ejusdem studio ad propria reversi* sunt. *Prosper Aquit.* 425.
- Hierio & Ardabure Coss. gens Vandalorum à Gothis exclusa de Hispaniis, ad Africam transit. *Prosper Aquit.* 427.
- His Coss. Pannoniæ, quæ per quinquaginta annos (scilicet ab anno 378. vid. num. 665.) ab Hunnis retinebantur, à Romanis receptæ sunt. *Marcellinus Comes.*
- Felice & Tauro Coss. pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverunt, *Aëtii* Comitis armis recepta. *Prosper Aquit.* 428.
- Florentino & Dionysio Coss. Felice ad patritiam dignitatem promotus, *Aëtius* Magister militum factus est ex agricola. *Prosper Aquit.* 429.
- Aëtio & Valerio Coss. *Aëtius*, cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique cum quidam inimicus ejus repentino eum incursum opprimere tentasset, *profugus ad Urbem*, atque illinc ad Dalmatiam, deinde *Pannoniam*, ad *Hunnos* pervenit, quorum amicitiam, auxiliumque usus, pacem Principum *Aëtius* interpellatus obtinuit. *Prosper Aquit.* 432.
- Theodosio XV. & Valentiniano IV. Coss. pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum per triennium in loco Africae portione Hippone III. Idus Februarii. Eodem tempore *Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem* *Aëtius* bello obtrivit, pacemque ei supplicanti dedit, quâ non diu potitus est; siquidem illum *Hunni* (A. 451. vid. infra num. 756.) cum populo suo atque stirpe deleverunt. *Prosper Aquit.* 435.
- DCCCL. a. *Ex Excerptis Historiae Gothicae Prisci Rhetoris.* Cum *Roma* Hunnorum Rex statuisset, cum *Amalsaris*, *Itamaris*, *Tancaffis*, *Boiscis*, cæterisque gentibus, quæ Istrum accolunt (quod ad armorum societatem cum Romanis jungendam confugissent) bello decertare, *Eslam* compendendis Romanorum & Hunnorum controversiis adhiberi solitum misit, qui *Romanis denuntiaret: se à sedere, quod sibi cum illis (ab A. 427.) esset, recessurum*, nisi omnes *Scythas*, qui ad eos se contulissent, redderent; Romanis verò consilium de mittendis ad *Hannos* legatis capientibus, *Plinthas* & *Dionysius*, hic ex Thracia, ille ex *Scythia* oriundus, ambo exercituum Duces, & qui consulatus dignitatem (hic A. 429. ille A. 419.) apud Roma:
- Pars IV. U 2 nos

nos gesserant, hanc legationem obire voluerunt. Ut verò visum est, *non antè legatos proficisci, quàm Eslas ad Rouam redisset*, Plintha unà cum Eslamisit Singulachum, unum ex suis necessariis, qui Rouæ in animum induceret, cum nullo alio Romanorum, quàm cum ipso (Plintha nempe, qui nolebat Dionysium socium legationis) colloquium inire. Cùm autem *Roua mortuo, Hunnorum Regnum ad Attilam pervenisset*, Senatus decrevit, Plintham legationem ad Attilam exequi. Quo Senatùs Consulto Imperatoris suffragio comprobato, Plintham cupido incessit, Epigenem, qui sapientiæ laude celebris erat, & Quæsturæ dignitatem obtinebat, socium legationis sibi adsciscere. Qua de re lato quoque suffragio, ambo in eam legationem profecti sunt, & Margum pervenerunt. Est autem *Margus urbs in Illyrico Mysorum ad Istrum sita, ex adverso Constantiæ arcis*, ad alteram fluminis ripam collocatæ. In hanc urbem, à Rege ex Scythis delecti, extra civitatem equis infidentes (nec enim Barbaris de plano verba facere placuit) conveniunt &c. (refert, Romanos etiam in equis mansisse) Itaque placuit: profugos omnes, etiam qui multò antè profugerant, unà cum captivis Romanis, qui non soluto redemptionis pretio ad sua redierant, dedi, aut pro unoquoque captivo Romano, his, qui eum bello ceperant, octo aureos dari: Romanos belli societatem cum barbara gente, quæ bellum cum Hunnis gerat, non facere: Conventus ad mercatus paribus legibus celebrari: & in tuto Romanos & Hunnos esse: ut foedera rata maneant & observentur, *unoquoque anno septingentas auri libras, tributum nomine, Scytharum Regibus à Romanis pendi; cùm antea tributum annuum non fuisset, nisi trecentarum quinquaginta librarum.* His conditionibus pacem Romani & Hunni pepigerunt, quæ jurejurando, patrio ritu, utriusque præstito firmatâ, utriusque ad sua redierunt &c. *Pace cum Romanis facta Attila & Bleda ad subigendas gentes Scythicas profecti sunt, & contra Sorosgos bellum communibus opibus & viribus moverunt.*

*DCCL. b.* Ex hac relatione Prisci, cum reliquis documentis historicis combinata, multa edocemur: *1<sup>mò</sup>* hucusque studium principale Ducum seu Regum Hunnorum erat, totam Scythiam à Tanai usque ad Danubium sibi certò Imperiò subjugandi, ut dein eò licentiùs Romani Imperii involandi animum adicere possent. Inter refractarios adhuc Scythiæ populos recensentur iidem, qui primum impetum Hunnorum in eruptione à Mœotide (*vid. num. 658.*) sustinuerant, nempe Amaldsuri, Itamari, Tancassii, Boisci, & cæteri ad extremum Istrum & Mœotidem sedentes. Nominantur & *Sorosgi*, in quos Attila & Bleda, pacè cum Romanis factâ, expeditionem bellicam orsi sunt. *2<sup>dò</sup>* legatio Plintha post Consulatum Dionysii, ergo post annum 429. in quo solo consulatum gessit, contigit. *3<sup>iò</sup>* Roua, seu, ut Jornandes cum vocat, Roas Rex Hunnorum adhuc vixit, dum Eslas apud Romanos legatum Roæ ageret, & Plintha tum Dionysio, jam exconsule, ad legationem in Scythiam deligeretur, ergo Attila post annum 429. in regnum Hunnorum successit. *4<sup>to</sup>* Attila vel statim, vel modico saltem tempore post adeptum regnum, Bledam fratrem regiminis consortem sibi adscivit, quia Romana pax jam de *Regibus*, non de solo Attila loquitur, & immediatè post pacem Bleda simul cum Attila expeditionem in Sorosgos duxit. *5<sup>ta</sup>* Regia Attila fuit trans Danubium in Seythia circa Transsylvaniam hodiernam, quoniam utriusque partis legati in civitate Margo, in Mœsia superiore, id est, prope confluentiam fluvii Moravæ cum Danubio, congressi sunt. *6<sup>to</sup>* ante hoc legationis tempus jam erat fœdus inter Romanos & Hunnos, vi cuius Hunnis quotannis 350. libræ auri pendebantur. Pro eo fœdere tempus aliud non congruit, nisi anni 427. quo Pannoniæ à Romanis (ut *num. 749. b.*) receptæ dicuntur. Hoc non intelligendum, quasi Hunni cesserint è Pannonia: manserunt enim, & Aëtius (ut *ead. num. 749. b.*) A. 432. eos ibi invenit; ast Hunni, ut non nisi opportuno tempore, audis priùs viribus, & subjugatâ totâ Scythiâ, periculum armorum cum Romanis, fors cum maximo detrimento suo, ut exemplum Gothorum docuerat, faderent, interim tamen parti Romanorum Impe-

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 157

rii, nempe Pannoniæ pede firmo insisterent, & solutionem annuam, in modum tributii, perciperent, tempori cedere satius arbitrati, itaque professi sunt, se Pannoniam jure beneficiario Romanorum possessuros; & id Romanis vocabatur *recipere provinciam*, sicut *subigere gentes* illis dicebatur, dum eos *ex hostibus federatos* auro semper mediante fecerant. Impropiè igitur loquitur & malè intellexit Marcellinum *Jornandes*, dum *cap. 32.* dicit, *Hunos Pannoniâ expulsos esse. 7<sup>mo</sup>* Hunni nondum fuerant foederati anno 425. quoniam aliàs Aëtius de persuaso Hunnis reditu ex Italia meritum non habuisset, sed Hunni, ut foederati, dum eorum operâ Romani non ampliùs indigebant, sinè persuasoriis recedere debuissent.

*DCCLI. a. Ex Socrati Hist. Eccles. lib. 7. cap. 30.* Nunc verò rem memoratu imprimis dignam, quæ per id tempus contigit, narrabo. *Gens est barbara, trans flumen Rhenum sedes habens*, eorum qui *Burgundiones* vocantur. Hi vitam quietam, & à negotiis alienam ducunt. Quippe omnes ferè sunt fabri lignarii, & ex hac arte mercedem capientes, semetipsos alunt. *In horum fines assiduè irruentes Hunni*, regionem illorum vastabant, multòsque ex ipsis subinde interficiebant. Itaque Burgundiones ad consilii inopiam redacti, nullius quidem hominis auxilium implorârunt, sed Deo cuiuspiam sese committere statuerunt. Cùmque animadverterent, Romanorum Deum illis, qui numen ipsius revererentur, certissimum auxilium præbere, *omnes communi consensu ad Christi fidem se contulerunt.* Extemplò igitur *ad quamdam Gallie civitatem profecti*, postulant ab Episcopo, ut Christianum baptismum suscipiant. Ille cùm septem dies eos jejunare jussisset, ac fidei rudimentis instituisset, octavo tandem die baptismo donatos dimisit. *Exinde fidenti animo adversus Hunnos progressi sunt:* nec spes eos fefellit. Etenim *Rege Hunnorum*, cui nomen erat *Optar*, præ nimia ciborum ingluvie nocte quadam suffocato, Burgundiones *in Hunnos duce destitutos subito irruentes*, paucique plurimos aggressi victoriam reportârunt. Cùm enim ipsi tria duntaxat hominum millia essent, Hunnorum decem circiter millia interfecerunt. Ex eo tempore Burgundionum gens Christianam religionem studiosissimè professa est. *Sub idem tempus* Barba A. Chr. Arianorum Episcopus extremum diem obiit, consulatu Theodosii tertio 430. decimo, & Valentiniiani tertio, die octavo kalendas Julii. In cujus locum substitutus est Sabbatius, sed de his satis.

*DCCLI. b.* Burgundiones ævo, de quo scripsit Ptolemæus Geographus, nempe seculo uno saltem ante Ptolemæum, id est, circa seculum primum initians, sedebant inter *Sistevum & Vistulam* fluvios, ita ut primi ab Ostiis Vistulæ essent Rugii, secundi Elveones, tertii Burgundiones, quarti Logiones seu Lygii, dein Sidones, Cogni, & Visburgi usque ad fontes Vistulæ. *vid. num. 448. 452. 454.* Seculo tertio Burgundiones unà cum Logionibus pro parte migraverant ad Rhenum, ibidem enim Probus cum eis bellum gessit. *vid. num. 631.* Seculo quarto A. 359. inveniebantur itidem apud Rhenum, & in regione Capellatii seu Palas (*hodie Palatinus Rheni*) terminales lapides Alamannorum & Burgundionum confinia distinguebant. *vid. num. 652.* Seculo eodem quarto A. 374. teste S. Hieronymo, ad Rhenum noviter octoginta millia Burgundionum commigrabant. *vid. num. 684.* Seculo initiante quinto inter Invasores Romani Imperii ab Alpibus usque ad Pyrenæum, quod Oceano & Rheno includitur, id est, inter invasores Galliarum, includendo simul Helvetios & partem Ræticiæ, à dicto S. Hieronymo recensentur Burgundiones. *vid. num. 747.* Hi, postquam in Gallia prædando sat vagati essent, tandem A. 413. partem Gallie Rheno propinquantem, id est, hodiernam Burgundiam, pro possessione sua nacti sunt, sedes tamen trans Rhenum non omnino dereliquerunt, sed ibidem quoque partim remanserunt. A. 435. Aëtius Gundicarium Burgundionum Regem intra Gallias habitantem bello obrivit, & pacem supplicanti dedit. *vid. num. 749. b.* Verba *intra Gallias habitantem*, denotant partem Burgundionum adhuc extra Gallias tunc extitisse. Id in hoc numero confirmat Socrates, & dicit, Burgundiones hos *ultra Rhenum* commorantes ab Hunnis infectos, ad Christi fidem confugisse, & hoc factò in Hunnos *irruisse*, ergo eos in propriis

priis sedibus invasisse, atque victores extitisse. Socrates refert, Burgundiones omnes ferè fabros lignarios fuisse, & hac arte se aluisse. Huic circumstantiæ apprimè convenit situs ad Lacum Brigantinum, fontes Danubii, & partem magnæ Herciniæ (hodie Schwartzwald dictam) ab Helvetia versùs Nicrum & Palatinatum Rheni extensam, ita ut eundem situm, quem A. 359. teste *Ammiano* coævo scriptore, & expeditionum Romanarum comite, habuerant, retinuerint, qui & ob ingentem copiam lignorum ad artem fabrorum lignariorum exercendam congruentissimus erat.

*DCCLI. c.* His præmissis ex relatis Socratis colligendum: 1.<sup>o</sup> *Optar Rex Hunnorum* (qui *Jornandi Octar*, Hungaricis scriptoribus verò *Suphtar* dicitur) vixit, & regnavit usque ad A. 430. ut Socrates scriptor coævus, in *Ariani* Episcopi morte, quam eidem tempori mortis *Optaris* alligat, dilucidè innuit. 2.<sup>o</sup> Frater ejus *Roas* (qui *Prisco* Rhetori vocatur *Roua*, ut *num. preced. 750. a.*) vivere & regnare adhuc debuit eodem anno 430. &, aliquo tempore saltem, post mortem *Octaris*, quoniam legatio Romanorum ad solum *Roam* missa est. 3.<sup>o</sup> *Divisum* videtur fuisse Hunnorum Imperium inter fratres *Octarem* & *Roam*: & hunc ultra Danubium *Scythiæ* regionibus, illum intra Danubium *Pannoniæ*, & partim quoque ultra Danubium terris olim *Quadicis*, & pro parte aliis Germanicis, intra Danubium & *Bohemiæ* sitis, imperitasse. 4.<sup>o</sup> Igitur *Octar*, salvâ pace cum Romanis initâ, & sinè læsione *Romani* Imperii circa *Gallias*; utpote quod *Rheno* concludebatur, in *Burgundiones* trans-*Rhenanos* (more Romano loquendo) silvæ *Marcianæ* seu *Herciniæ* accolæ, Regno Hunnorum fermè contiguos, excursiones facere poterat. 5.<sup>o</sup> Cùm *Octar* *Burgundiones* ad *Rhenum* infestaverit, & sibi subjicere conatus fuerit, sequitur, absque dubio terras aliquas *Quadorum* & *Marcomannorum*, intermedio solo *Danubio* finitimas, jam antè sibi subjugasse. Unde 6.<sup>o</sup> mirum non est, in historiis post mortem *Attilæ* possessores earum terrarum *Herulos*, *Rugos*, *Scyros*, inveniri, ii enim populi ante irruptionem Hunnorum, in *Scythia* inter & juxta *Alanos* federant, & vel simul cum Hunnis, vel paulò post, in novas sedes Hunnicas commigraverant, atque focii *Attilæ* in expeditionibus bellicis fuerant.

A. Chr.

436.

*DCCLII. a.* *Isidoro* & *Senatore* *Coss.* *Gothi* (*Velegothi* in *Gallia*) pacis placidæ perturbant, & pleraque municipia sedibus vicina suis occupant, *Narbonensi* oppido maximè infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per *Litorium* *Comitem* ab utroque periculo liberatum est; siquidem per singulos equites binis tritici modis advectis, strenuissimè & hostes in fugam vertit, & civitatem annonâ implevit. *Prosper Aquit.*

437.

*Aëtio* & *Sigisyulto* *Coss.* bellum adversùs *Gothos* *Hunnis* auxiliantibus geritur. *Prosper Aquit.*

438.

*Theodosio XVI.* & *Faustino* *Coss.* adversùs *Gothos* in *Gallia* quædam prosperè gesta. *Prosper Aquit.*

439.

*Theodosio XVII.* & *Festo* *Coss.* *Litorius*, qui secundæ ab *Aëtio* *Patritio* potestatis, *Hunnis* auxiliantibus præerat, dum *Aëtii* gloriam superare appetit &c. pugnam cum *Gothis* imprudenter conferuit, &c. Pax cum *Gothis* facta, cùm eam, post ancipitis pugnæ lachrimabile experimentum, humiliùs quàm unquam antèa poposcissent. *Prosper Aquit.*

Pugnam cum *Gothis* imprudenter conferuit, ac primùm magnam hostium stragem dedit, postmodùm suis penè omnibus trucidatis, ipse (*Litorius*) à *Gothis* turpiter captus est. Postremò pax cum iisdem facta est, cùm eam *Romani*, post hujus lachrimabilis belli perniciem, humiliùs quàm unquam antèa poposcissent. *Miscella.*

Fœdere firmato, ab alterutro fida pace peracta, recessit uterque. Qua pacatur *Attila*, *Hunnorum omnium dominus*, & penè totius *Scythiæ* solus in mundo regnator. *Jornandes cap. 34.*

441.

*DCCLII. b.* *Cyro* solo *Cof.* *Perseæ*, *Saraceni*, *Zanni*, *Isauri*, *Hunni* (illi scilicet, qui in *Asia* adhuc sedibus antiquis adhæserant) finibus suis egressi, *Romanorum* sola vastârunt. Missi sunt contra hos *Anatolius* & *Aspar* Ma-

Magistri militiæ, pacemque cum eis unius anni fecerunt. Joannes natione Vandalus, magistrusque militiæ, Arnegiscli fraude in Thracia interceptus est. *Hunorum Reges numerosis suorum cum millibus in Illyricum irruerunt*: Naissum, Singidunum, aliasque civitates, oppidaque Illyrici plurima exciderunt. *Marcellinus Comes.*

Dioscuro & Eudoxio Coss. Hunni Thracias & Illyricum, sæva populatione vastarunt. *Cassiodorus.* His Coss. *Bleda & Attila fratres*, multarumque gentium Reges, Illyricum, Thraciamque; depopulati sunt. *Marcellinus Comes.* A. Chr. 442.

Per hæc tempora Attila Rex Hunnorum vir fortis atque superbus, dum cum fratre Bleda super Hunnos principaretur, Thracias & Illyricum sæva depopulatione vastabat, omnia castella & civitates in servitutem redigens, præter Adrianopolim, & Heracliam, quæ quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium provinciarum revertitur. *Cogitur ergo Theodosius legationem Attila mittere, & sex millia librarum auri ei pro recessu præbens mille librarum annuum tributum persolvere pollicetur.* *Miscella.*

Tantis victoriis auctus Attila, & ad utrumque mare, Ponticum videlicet, & quod Callipolim usque ad Sestum expanditur, civitatibus cunctis, munitisque locis suæ servituti, præter Adrianopolim & Heracleam, cui nomen olim Perinthus, subactis, ad Asthyram usque castellum progreditur. *Ad Attilam itaque legationem decernere Theodosius cogitur*: ei que sexies mille auri libras ad recessum è Romanis finibus faciendum promittit, ac insuper mille librarum tributum annuum, si pacem egerit, annuit se pensurum. *Theophanes.*

*DCCLII. c.* Theodosio XVIII. & Albino Coss. Attila Rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem suum perimit, ejusque populos sibi parere compellit. *Prosper Aquit.* (qui planè coævus scriptor erat) & *Cassiodorus.* Annum sequentem Valentiniano VI. & Nonio Coss. ponit *Marcellinus Comes.* 444.

Attila, patre genitus Mundzucco, cujus (Mundzucci) fuere germani Octar & Roas, qui ante Attilam regnum Hunnorum tenuisse narrantur, quamvis non omnino cunctorum. Eorum ipse post obitum cum Bleda germano Hunnorum successit in regnum, &, ut antè expeditioni quam parabat, par foret, augmentum virium parricidio quærit, tendens ad discrimen omnium nece suorum. Sed librante justitia, detestabili remedio crescens, deformes exitus suæ crudelitatis invenit. *Bleda enim fratre fraudibus perempto*, qui magnæ parti regnabat Hunnorum, universum sibi populum subjugavit, aliarumque gentium, quas tunc in ditione tenebat, numerositate collecta, primas mundi gentes, Romanos, Vefegothasque subdere peroptabat; *cujus exercitus quingentorum milium esse numerus ferebatur.* *Jornandes cap. 35.*

Ardabure & Calipio Coss. *ingens bellum & priore (de A. 441. & 442.) majus per Attilam Regem nostris inflicum*, penè totam Europam, excisis invasisque civitatibus, atque castellis, contrafit. Attila Rex usque ad Thermopolim infestus advenit. Arnegisclus magister militiæ in Ripense Dacia juxta Utum amnem, ab Attila Rege, viriliter pugnans, plurimis hostium interceptis, occisus est. *Marcellinus Comes.* 447.

Hunnorum Rex Attila, junctis secum Gepidis cum Ardarico, Gothisque, & Alanis, diversisque aliis nationibus, suis cum Regibus, omnem Illyricum, Thraciamque, & utramque Daciam (id est, Cisdanubianam Ripensem, & mediterraneam) Moesiam & Scythiam (minorem, Thraciarum provin-



vinciam) populatus est. Contra quem egressus Arnegiftius (Arnegifelus nomen Gothicum) magister militum Mœsiæ, apud Marcianopolim fortiter dimicavit: eo quoque sub se decidente præventus est, & nec sic quiescens bellare, occisus est. *Jornandes de Regnor. success. in Valentiniano III.*

A. Chr.  
448.

Zenone & Postumiano Coss. Legati Attilæ à Theodosio depactas olim pecunias flagitant. *Marcellinus Comes.*

*DCCLII. d.* Ex relatis ab A. 436. usque 439. colligendum: 1.º Vi pacis post mortem Rœ Hunnorum Regis cum Attila, Hunni per triennium, nempe A. 437. 438. & 439. contra Vefegothos in Gallia Romanis auxiliares fuere, simul autem occasionem nacti sunt, Gallias speculandi, & cupidinem concipiendi, aliquando eas quoque terras suo jugo mancipandi. 2.º Ad bellum Gothicum Romanos movit insolentia Vefegothorum, qui finibus per pacem sibi præstitutis non contenti, latius Imperium in Galliis moliri cœperunt. 3.º Romani nec Hunnorum auxiliis superiores Gothis evadere potuerunt, sed cæso exercitu pacem ipsi à Gothis petere necesse habuerunt; unde Imperium Romanum jam hoc tempore viribus pristinis valde destituebatur, & ad occasum vergebat. 4.º Econtra Gothi & Hunni potentiâ indies crescebant. 5.º Jornandes nunc non dubitat, *Attilam Hunnorum non tantum omnium Dominum, sed & penè totius Scythiæ solum in mundo regnatorem nominare*; sciebat Jornandes: Bledam æquè Regem fuisse, & adhuc eo tempore vixisse, & tamen omnes Hunnos dominio Attilæ addicit; sequitur inde, Attilam in re ipsa monarchiam Hunnorum exercuisse, & Bledam ei quasi obtemperantem fuisse; unde non mirum, Bledam post aliquot annos è medio sublaturum, id enim in animo tunc versans monarchia Universalis exigere ei videbatur.

*DCCLIII. a.* Ex *Jornande de reb. Get. cap. 34.* Ad Attilam in legationem se missum à Theodosio Juniore Priscus tali voce inter alia refert: *Ingentia siquidem flumina, id est Tyssiam, Tibisiámque, & Driccam transeuntes venimus in locum illum, ubi dudum Widicula, Gothorum fortissimus, Sarmatùm dolo occubuit, indeque non longè ad vicum, in quo Rex Attila morabatur, accessimus: vicum, inquam, ad instar civitatis amplissimæ, in quo lignea mœnia ex trabibus nitentibus fabricata reperimus: quarum compago ita solidum mentiebatur, ut vix ab intento posset junctura tabularum comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore distenta, porticusque in omni decore dispositas. Area verò Curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa Regiam Aulam ostenderet. Hæc sedes erant Attila Regi Barbariem totam tenenti, hæc captis civitatibus habitacula præponebat.*

*Ex Excerptis Historiæ Gothicæ Prisci Rhetoris, cujus tenor substantialis hic est: Ad Attilam Legatus ab Imperatore Orientis Theodosio mittitur Maximinus. Bigilas, natione Scythæ, ei adjungitur, ut interpretis munus obeat. Maximinus persuadet Prisco, ut comes sit. In Serdicam perveniunt, tredecim dierum itinere expedito homini à Constantinopoli distantem. Veniunt Naissum (*Nizza hodie*) quæ civitas ab hostibus fuerat eversa, & solo æquata. Ibidem pernoctant extra Urbem. Omnia circa ripam fluvii reperta sunt plena ossibus eorum, qui bello ceciderant. A montibus Naissi Istrum versus iter pergentes in vicum quemdam opacum deferuntur. Transmisso Istro quindecim ferè stadiorum itinere (*id est, duobus ferè milliariis Romanis, seu medio milliari geometrico*) cum Barbaris emenso, in campo quodam subsistunt. Altera die horâ ferè octavâ ad Attilæ tentoria pervenerunt. Unâ cum Attila ad loca magis ad arcum vergentia proficiscuntur. Haud longo viæ spatio cum Barbaris progressi aliò iter vertunt. Attilas intereâ in quodam vico subsistit, in quo filiam Escam (*id nomen socii*) in uxorem ducere voluit. Illinc facili & æquali via per planitiâ parentem iter faciunt, & in multos fluvios navigabiles impingunt, quorum post Istrum maximi sunt, *Dracon* dictus, & *Tigas*, & *Tiphisus*. (*Jornandes; ut supra, ex eodem Prisco nomina fluviorum sic excerpt: Dricca, Tyssia, Tibisia*) Longâ viâ confectâ, die ad noctem inclinante, ad partem quamvis tentoria figunt. Ob tempestatem horridam pernoctare in tentoriis nequeunt, sed ultra pergentes tandem tuguria & tecta vici subeunt. In hoc vico residebat Attila ex uxore sua quædam Bleda, Regis occisi. Emenso inde sex dierum itinere, Scythæ exte-*

rorum



SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 161

rorum deductores in quodam vico Legatos consistere præceperunt, ut ponè Attilam, qui hæc se in viam daturus erat, deinceps iter continuarent. Trajectis quibusdam annibus ad quendam magnum vicum perveniunt. Hic erant *Attilæ ædes, quæ reliquis omnibus, ubicunque locorum, eminentiores & præstantiores esse ferebantur.*

*DCCLIII. b.* Ex relatis hujus & præcedentis numeri ab A. 441. colligendum: 1.º Attila, dum jam utrumque regnum Scythiæ, & Pannoniæ, undique firmasset, & vires ad destruendum Imperium Romanum sufficientes sibi crederet, duplex his temporibus bellum gessit: prius A. 441. & 442. simul cum Bleda fratre; alterum A. 447. solus jam regnans. Prius bellum pacatum est auro; tributum, quod A. 427. erat 350. & post mortem Roæ 700. librarum, augebatur ad mille libras, & pro recessu ex Illyrico & Thraciis bellò occupatis, Hunnis solvi debebant sex millia librarum. 2.º Opportunitas belli ejus prioris movendi Attilæ dabatur per plures Asiaticos populos contra Romanum Imperium insurgentes. 3.º Maximinus ad Attilam, cum Bigila & Prisco, legatus missus est post alterum bellum: liquet hoc ex Prisci relatis, quoniam Maximinus in itinere in vicum divertit, ubi *vidua Bledæ quondam Regis*, ergo dudum occisi residebat. 4.º Bleda occisus videtur circa menses hiemales anni 444. exeuntis & 445. ineuntis, unde Marcellinus hunc, Prosper verò illum assignat. 5.º Marcellinus Comes ad A. 442. dicit: expeditioni Hunnorum adfuisse *multarum gentium Reges*: Jornandes ad A. 447. Gothos, Alanos, & *diversas alias nationes suis cum Regibus*; ergo Hunni ita dominabantur aliis gentibus, ut iis tamen formam quandam proprii regiminis relinquerent. 6.º Jornandes ait: post obitum Ostaris, & Roæ, *Attilam cum Bleda* germano Hunnorum successisse in Regnum; innuitur per hoc, inter mortem Ostaris & Roæ haud longum tempus intercessisse, itaque utrumque (ut ex Prisco & Socrate combinandum) circa annum 430. fatis cessisse, vel si Roas diutius superstes manserit, Attilam ab eo in societatem regni se vivo admissum non esse. 7.º Jornandes addit: Ostarum & Roam *Hunnorum, quamvis non omnino cunctorum, Reges* fuisse; intelligit sine dubio Huldem, qui ipse quoque parti Hunnorum principabatur; unde Attila primus verus Rex, & occiso fratre Monarcha fuit, Ostar & Roas autem, Regio quodam imperio quidem, sed imperfecto præerant, quod adhuc aliquid ex Primatu secundum antiquum institutum gentis (ut supra num. 658. ad finem) participabat. 8.º Regnum Scythiæ Roas, & post eum Attila, regnum Pannoniæ autem Ostar, & postea Bleda tenuisse videtur; Roas enim residebat in Scythia, Attilæ ædes *eminentiores æquè ibidem erant*; Ostar Burgundiones sibi ad Rhenum vicinos bello petiit: Bleda, seu, ut ab Hungaris vocatur, Buda veterem Sicambriam, dein Acincum vocatam, suo nomine, ut Hungarici scriptores volunt, Budam appellavit. 9.º Attilæ Regiam principalem in Tibisci superioris confiniis fuisse docet itinerarium Prisci: Legati Romani Constantinopoli venerunt Serdicam, extimam Thraciarum civitatem in Thracia speciali, inde Naissum, dein ad Danubium; Naissi jam prætergressi erant viam in Moldaviam & Wallachiam, ergo in his provinciis non erat Regia Attilæ. Vicus ad Danubium absque dubio idem erat, ac in priore legatione ad Margi seu Moravæ fluvii confluentiam, unde, ibi transito Danubio, venerunt in Bannatum Temesvariensem. Attilæ deinde juncti, brevi post *vertunt iter*, veniunt in *planitiem*, in fluvios varios *impingunt*; id est, vertunt iter, non ad montana Transylvanica (ergo nec in Transylvania erat Attilæ Regia) sed in plana versùs fluvium Tibiscum: qui certè Tiphisus Prisci est, quidquid sit de duobus aliis fluminibus navigabilibus, per quos tamen Temes & Marosch intelligi videntur. *Impingunt* in hos fluvios, necesse igitur non est, fluvios eos omnes, itaque & Tibiscum, transiisse, sed verificatur dictio, si Tibisco tantùm appropinquaverint. Demum iter reliquum monstrat, Regiam Attilæ fuisse in Tibisci superioris, atque Carpatiorum, & Transylvanicorum montium vicinia; quod & confirmat indicium à Jornande adjectum, occisum ibi loci quondam esse *Widisculam* Gothum à Sarmatis: locus enim is Sarmatis & Gothis circa Carpatios montes vicinus esse debebat.

*DCCLIV. a.* Marciano Aug. & Adelphio Coss. Romani Aëtio duce, Gothis auxiliariis, contra Attilam in Campis Catalaunicis pugnaverunt, qui virtute Gothorum superatus abscessit. *Cassiodorus.*

A. Chr.  
451.

Theodosius Imp. moritur &c. post quem statim apud Constantinopolim Marcianus à militibus, & ab exercitu &c. efficitur Imperator. Anno sequente Valentiniani Imp. mater Placidia moritur apud Romam.

*Part IV.*

X

Gens

Gens Hunnorum, pace rupta, deprædatur provincias Galliarum &c. Multa anno signa procedunt. Quinto Calendas Octobris à parte Orientis luna fuscatur, &c. *Idatius in Chronico.*

Apud Idatium eo anno, qui Theodosii mortem secutus est, & initium Martiani, quo Attila, populatis Galliis, ab Aëtio, & Theoderico Gothorum Rege, in Catalaunicis campis superatus est, V. Cal. Oct. lunam ait esse fuscata. Atqui hoc anno Christi 451. accidit; hoc enim ipso, Septembris 26. feriâ quartâ, luna defecit, cujus deliquii extremum in Hispania (ubi vivebat tunc Idatius) videri potuit; nam desit horâ 7. min. 25. fuitque digitorum decem. Eodem anno Placidiam mortuam refert. Quocirca Theodosii mors, & initium Marciani, rectè ab omnibus in annum antecedentem confertur, Christi 450. Attilæ verò clades in 451. sed apud Idatium pro quinto Calendas Octobris scribendum est sexto. *Petavius Rat. temp. Parte II. lib. 4. cap. 13.*

Inter hæc (dum nempe Attila in via esset ad expeditionem Gallicam) ignorabat Rex *Attila* Ethium Romanorum Patritium, cum innumerabilibus occidentalium nationum copiis, ad Galliarum subsidium advenisse. *Tertiam ergo partem sui exercitûs contra Soldanum, Mirmammon* denominatum, *Principem* potentissimum, qui tunc *Gallicia* dominabatur, destinavit. Quos dum Soldanus contra se venire persensit (cùm esset ad committendum conflictum imparatus) de Urbe Sibilæ fugiens ante illos, brachio maris, quod strictum Sibilæ dicitur, transnavato, in Marochiam se recepit. *Thuroczius in chron. Hung. cap. 17. Olahus in Attila cap. 5. & reliqui scriptores Hungarici.*

Tertia quoque pars exercitûs Attilæ, quæ huic bello interesse non poterat, *ipso vivente Pannoniam redire ausa fuit nunquam; sed ibidem Cathalanicis in oris permansisse, & ejusdem terræ incolatum recepisse.* Ipsos autem Hunnos, quos Rex Attila contra Zoldanum destinaverat, *præter extraneas nationes, sexaginta quinque millia fuisse.* *Thuroczius in chron. Hung. cap. eod.* Veriti milites iram Attilæ (quem suprâ, quàm dici potest, timebant) nunquam ad eum in Pannoniam revertère, ne moram supplicio luerent. *Olahus in Attila cap. 8.*

*DCCLIV. b.* Cùm historiæ Hungariæ, de tertia parte exercitûs in Hispanias missa, uno ore testentur, traditioni huic simpliciter fides derogari nequit, sed res ipsa seu divisio exercitûs, tum ex cupidine Attilæ, suscepta hac in occidentales terras expeditione, arma sua quàm latissimè extendendi, tum ex confidentia in tantum exercitum quingentorum millium armatorum, & in tantam fortunam, quam eò usque expertus fuerat, credibilis omnino est, quidquid sit de his vel illis circumstantiis adjectis, in quibus, pro more historiographorum quorumlibet aliorum, de propria sua gente scribentium, ejusque antiqua acta, decursis jam pluribus seculis, congerere & amplificare cupientium, facilis æquè ac tolerabilis lapsus contingere potest. In hoc supposito id pro Slavicis originibus elucidandis usuvenit, quòd in ea tertia exercitûs parte, ex auxiliaribus populis, plurimi certè Quadi, Marcomanni, aliique Suevi, & Alamanni, signa in Hispanias sequi ambierint, eò quòd probè compertum haberent, grandem jam multitudinem popularium suorum ibidem reperiri, & imperium non unius provinciæ tenere; quòd plures ergo Marcomanni hac iterum occasione in Hispanias se contulerunt, & non redierunt, eò major opportunitas Slavis advenis in Bohemia accessit, sedes suas novas seculo priore illuc positas proferendi, Ut autem illatio hæc adminiculis non levibus fulta appareat, lubet *ex chronico Idatii Episcopi*, ipsis illis temporibus in Hispaniis degentis, quo loco res Suevorum ibi tum fuerint, excerpte.

A. Chr.  
417.

*DCCLIV. c.* Arcadii & Honorii Imperii anno 23. Wallia Rex Gothorum, Romani nominis causâ, intra Hispanias cædes magnas efficit  
Bar-

SECULUM V. DE BELLIS & MIGRAT. POPULOR. VAR. 163

Barbarorum. Anno 24. *Wandali Silingi* in Boetica per Walliam Regem omnes extincti. *Alani* qui Wandalis & Suevis potentabantur, ad eò cæsi sunt à Gothis, ut extincto Atace Rege ipsorum, pauci, qui superfuerant, abolito Regni nomine, Gunderici Regis Wandalorum, qui in Galloecia resederat, se patrocinio subjugarent. Anno 25. Inter Gundericum Wandalorum & *Hermericum Suevorum* Reges certamine orto, Suevi in Nervasis montibus obsidentur à Wandalis &c. Anno 26. Wandali Suevorum obsidione dimissa &c. relicta Galloeciâ ad Boeticam transferunt. Theodosii & Arcadii Imperii anno 17. Rex Suevorum, diuturno per annos septem morbo afflictus, moritur Hermericus. Rex Rechila, Hispali ob-  
 tenta, Boeticam & Carthaginensem provincias in suam redigit potestatem. Anno 24. Rechila, Rex Suevorum Emeritæ gentilis, moritur mense Augusto; cui mox filius suus catholicus Rechiarius succedit in regnum. Haftenus Idatii Chronicon.

A. Chr.  
418.

419.

420.

440.

447.

Ex his excerptis liquet, tempore expeditionis Attilæ in Galliam, Suevorum res quàm maximè floruisse in Hispaniis, & tum ipsis non partem tantummodò Galloeciæ provinciæ (ut supra num. 749. ad A. 411.) sed totam Galloeciâ, & præterea alias duas provincias, Boeticam & Carthaginensem, paruisse.

*DCCLV. a.* Circumstantiæ memorabiles in expeditione Gallica Attilæ hæ sunt: *Ex Jornande de reb. Get. cap. 36.* Attilæ mentem ad vastationem orbis paratam comperiens *Gizericus Rex Wandalorum*, multis muneribus ad *Vesegotharum* bella præcipitat, metuens ne *Theodericus Vesegotharum* Rex filiæ suæ ulcisceretur injuriam, quam *Hunericho Gizerici filio* junctam &c. ob suspicionem tantummodò veneni ab ea parati, naribus abscissis, truncatisque auribus, spolians decore naturali, patri suo ad Gallias remiserat &c. *Attila* igitur dudum bella concepta *Gizerici* redemptione parturiens, in Italiam Legatos ad *Valentinianum* Principem misit, ferens *Gothorum Romanorumque* discordiam, ut quos prælio non poterat concutere, odiis internis elideret, adferens se Reipublicæ ejus amicitias in nullo violare, sed contra *Theodericum Vesegotharum* Regem sibi esse certamen, unde eum excipi libenter optaret &c. Pari etiam modo ad Regem *Vesegotharum Theodericum* dirigit scriptum, hortans, ut à Romanorum societate discederet &c.

Amicitias ergo *Attila* cum imperio Romano usque huc simulabat, sed animo statuens, post devictòs *Vesegothos* arma in Romanos vertere; *Valentinianus* autem, id præsentiens, armorum societatem cum *Vesegothis* contra *Attilam* contraxit. Notabile est, quod *Theodericus* tradente eodem *Jornande*, ad Legatos *Valentiniani* dixit: *habetis Romani desiderium vestrum, fecistis Attilam, & nobis hostem*: tacitè per hoc exprobrat *Theodericus*, quòd Romani Hunnotum amicitiam Gothicæ prætulerint, iis auxiliariis contra Gothos usi sint, *Attilam* nimio favore auxerint, & talem, qualis tunc esset, nempe formidandum & Gothis & Romanis, fecerint.

*DCCLV. b.* *Ex Jornande cap. eod. 36.* Romano exercitui sub Duce *Aëtio* Patritio *auxiliares* adfuere *Franci*, *Sarmatae*, *Armoritiani*, *Burgundiones*, *Saxones*, *Riparii*, *Ibriones*, quondam milites Romani, tunc verò jam in numero auxiliariorum exquisiti, aliæque nonnullæ Celticæ vel Germanicæ nationes. Convenitur itaque in *Campos Catalaunicos*, qui & *Mauriaci* vocantur, centum Leugas, ut Galli vocant, in longum tenentes, & LXX. in latum. Leuga autem Gallica mille & quingentorum passuum quantitate metitur &c.

*Cap. 38.* Dextrum cornu (Romanæ aciei) cum *Vesegothis* *Theodericus* tenebat, sinistrum *Aëtius* cum Romanis, collocantes in medio *Sangibanum*, quem superiùs retulimus præfuisse *Alanis* (in *Aureliana* civitate

*Part IV.*

X 2

Gal-

Galliæ tunc consistentem) providentes cautione militari, ut eum, de ejus animo minùs præsumebant, fidelium turbâ concluderent &c. E diverso verò fuit Hunnorum acies ordinata, ut in medio Attila cum suis fortissimis locaretur, &c. Cornua verò ejus multiplices populi, & diversæ nationes, quas ditioni suæ subdiderat, ambiabant. Inter quos Ostrogotharum præminebat exercitus, Walamire, & Theodemire, & Widemire germanis ductantibus, &c. eratque & Gepidarum agmine innumerabili Rex ille fortissimus & famosissimus Ardaricus, qui ob nimiam suam fidelitatem erga Attilam ejus consiliis intererat &c. Reliqua autem, si dici fas est, turba Regum, diversarumque nationum ductores, acsi satellites, nutibus Attilæ attendebant.

*DCCLV. c.* Populos Attilæ sic describit *chronicon Hungaricum Thuroczii P. I. cap. 16.* Hac Regis Attilæ sorte maximæ partes mundi pulsatae: multæ nationes, potissimè illæ, quarum direptio rerum animi erat, spontè illi se subdiderunt. Inter quas Wallmer Orientalium Rex Gothorum nobilissimus, Ardaricusque Gepidarum Rex famosissimus, præterea *Marchomanni*, Suevi, *Synadi* (Quadi) Eruli, & Turingi, populi ex innata militiæ virtute perstrenui, Regi Attilæ in servitutem pariterque societatem spontè se dederunt.

*Ex Olahi Attila cap. 4.* Reges & populi complures &c. ex diversis Orbis regionibus indes ad Attilam confluebant &c. Inter quos Valamirus, Orientalium Rex Gothorum, Hardericus Gepidarum Rex strenuissimus, & ob res præclare gestas insignis, nec non Dietmarus & Vittimarus ex Ostrogothorum Regulis: præterea populi *Marchomanni*, Suevi, *Quadi*, Heruli, Turingi, & Rugii, militari virtute omnes præclari, Regis Attilæ imperium atque societatem ultrò subierunt.

*Ex Miscella lib. 15.* Erant siquidem ejus subjei dominio Rex ille Gepidarum famosissimus Ardaricus; Walamir etiam Gothorum regnator, ipso cui tunc serviebat Rege nobilior; fortissimæ nihilominus gentes, *Marcomanni*, Suevi, *Quadi*: præterea Heruli, Turcilingi, sive (intelligendum, &) Rugi, cum propriis Regulis, aliæque præter hos barbaræ nationes in finibus Aquilonis commanentes. Horum omnium Attila superbus imperio &c.

*Ex Apollinari Sidonio, Atrernorum Episcopo, tempore Attilæ in Galliis ipse vivente, Carmine VII. ad Avisum Augustum:*

. . . . . *Subito cum rupta tumultu*  
*Barbaries totas in te transfuderat arctos,*  
*Gallia. Pugnacem Rugum, comitante Gelono;*  
*Gepida trux sequitur: Scyrum Burgundio cogit;*  
*Chunus, Bellonotus, Neurus, Basterna, Toringus.*  
*Bructerus, ulvosa quem vel Nicer abluit unda*  
*Prorumpit Francus. Cecidit citò secta bipenni*  
*Hercinia in lintres, & Rhenum texuit alno.*  
*Et jam terrificis diffuderat Attila turmis*  
*In campos se Belga tuos &c.*

Sidonius igitur populos Attilæ auxiliares nominat: Rugum, Gelonum, Gepidam, Scyrum, Burgundionem, Bellonotum, Neurum, Basternam, Toringum, Bructerum, & Francum ad Nicrum.

*Ex Jornande cap. 41.* In hoc famosissimo, & fortissimarum gentium bello ab utrisque partibus CLXV. millia cæsa referuntur, exceptis XV. mil-

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 165

millibus Gepidarum, & Francorum, qui ante congressionem publicam noctu sibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus.

**DCCLVI.** Viam Attilæ ex Pannonia in Galliam describit *Olahus in Attila cap. 4. apud Bonfin. pag. 111.* Igitur Athila ingenti & suorum & externorum, qui ad eum confluerant, & quorum benevolentiam atque fidem jam sibi satis perspectam esse arbitrabatur, conscripto exercitu, ex Sicambria (id est Budâ Pannoniæ) castra movit. Exercitum ejus ad quingenta millia armatorum Sabellicus (quin & Jornandes quoque) fuisse tradit. *Ducto igitur milite per Austriam, Bavariam, Sueviam, & eas Germaniæ, quæ Rheni ac Danubii fontibus inclusæ sunt, regiones &c.* Constantiam versùs exercitum ducit. Sigismundus, ejus regionis ea tempestate Princeps, non longè à *Basilea, ad Rheni ripam sita*, magnis copiis illi occurrit. Quem Athila cum exercitu penè omni facilè prosternit atque fugat. Hic fractus prælio, posteaquam videt fortunâ ac viribus Athilæ se esse longè inferiorem: non gravatim cum regno in deditioem ejus concedit. Hinc auctus indies vi & opibus Athila, *Argentianam ad Rhenum pariter sitam*, obsidione circumfedit &c. Hæc non multis post obsidionem diebus expugnata, in prædam direptionemque datur militum: omnibus structuris, quæ in modum munitionis in ea erant ædificatæ, dirutis & demolitis. Mœnia illius in multis locis solo æquata sunt &c. Hanc ob rem urbi, Alemannico vocabulo *Strasburg* nomen inditum esse dicitur, quod sonat arx viæ.

Nota 1<sup>mo</sup> Quod Hungarici annales de via Attilæ per Austriam, Bavariam, & Sueviam dicunt, intelligendum est de terrarum harum hodierna parte (Romano more loquendo) trans-non cis-danubiâna, ita ut Attila Danubium statim ex Pannonia prima, & ut commodissimum æquè tunc esse poterat, apud Vindobonam, transierit, & inde ripas ejusdem septentrionales usque ad Silvam Marcianam seu Herciniam Rheno imminemtem legerit. Sanè, cum Attila simulare vellet, se amicitia Romanorum insistere, & Gothos solos, toties Romano Imperio rebelles, & non nisi obtentis totis Galliis quieturos, sibi Attilæ quoque, ob iniustam A. 439. suis auxiliariis æquè, ac Romanis armis ignominiam invisos, petere; necesse quoque ipsi erat, in ductu exercitûs sui, à pulsandis terris Romanis, ibi locorum, ubi Gothi non invenirentur, nempe in Norico & Vindelicia, abstinere. 2<sup>do</sup> certum est ex Sidonio, Hunnos transisse Rhenum ad Silvam Herciniam, seu nomine speciali Marcianam, hodie Schwartzwald, id est partem eam *Hercinia magna*, quæ secundum *Julium Cæsarem*, aliòsque scriptores Romanos, à Rauracis ad Rhenum incipiebat, & totam Germaniam secans, montes demum quoque Sarmaticos & Carpaticos comprehendebat. Ea tunc silva Marciana citò cecidit (ut ait Sidonius) in lintres, seu scaphas, & Rhenum texuit ad transitum. 3<sup>io</sup> inde sequitur, nec necesse nec consultum Attilæ fuisse, versùs Constantiam & *regiones Danubii & Rheni fontibus inclusas* (ut vult Olahus) itaque in Helvetiam Galliarum provinciam exercitum ducere; sed si *Argensorasum* nomen *Strasburg* à via Attilæ attraxit, rectiùs inferendum, ibidem Rheni transitum contigisse. 4<sup>to</sup> Hungaricæ historiæ *Burgundiones* ab Attila *primùm caesos, dein ejusdem socios* fuisse dicunt; at, secundum scriptores coævos, Burgundiones focii à cæsis separandi sunt: hi intra Rhenum, seu in Gallia, ad Juram montem, ubi hodieque est Burgundia, illi ultra Rhenum, seu in Germania, ad Marcianam Silvam habitabant. Burgundiones Cis-Rhenani secundum *Prosperum Aquitanicum supra num. 749. A. 435.* Regem habebant *Gundicarium*, & non diu post, id est A. 451. (citiùs enim occasio defuit) ab Hunnis unâ cum Gundicario deleti sunt; quod intelligendum de iis, qui domi manserant, quoniam secundum *Jornandem supra num. 755. b.* pars Burgundionum in exercitu Romano contra Attilam in pugna Catalaunica stetit, adeoque servata est. *Burgundiones Trans-Rhenani* secundum *Socratem supra num. 751. a. A. 430.* contra Hunnos sub Octare adhuc Rege masculè sedes suas tutati sunt, sed adveniente Attila cum potentissimo exercitu A. 451. resistere haud ampliùs poterant, itaque secundum *Sidonium supra num. 755. c.* partes

A. Chr. 452. tes Attilæ amplecti, & exercitum ejus sequi necesse habebant; & horum fors Rex secundùm historias Hungaricas Sigismundus fuit.

**DCCLVII. a.** *Ex Cassiodoro.* Herculano & Asporatio Coss. Attila redintegratis viribus Aquileiam magna vi dimicans introivit, cum quo à Valentiniano Imp. Papa Leo directus pacem fecit.

*Ex Inchofero Annal. Eccles. Hung.* Anno 452. Imperii Valentiniani 28. Marciani 3. Attila post acceptam ab Aëtio cladem, Italiam invadit, prius tamen Illyrici sinûs oram circumvectus, Tragurium, Sebenicum, Belgradum, Segniam, Polam, Parentium, Hemoniam, urbes Marciano Imp. subjectas diripit, & incendit; mox Italiam ingressus, Aquileiam, Patavium, Ticinum, Mediolanum, & reliquas Italiæ urbes vastat.

*Ex Olabi Attila cap. 13.* Coacto igitur Athila suo, & Ostrogothorum, Erulorum, Turcilingorum, Quadorum, Rugorum, quos ab initio in societate belli habuerat, exercitu, cum itineri accinctus equum conscenderet, dicitur corvus ab Oriente advolans humero ejus dextro insedisse, ac deinde tantisper in sublime volasse, dum visum omnium effugeret. Hoc auspicio lætus Athila mox iter capit, primùmque Stiriam, Carinthiam, Illyriam, & Dalmatiam invadit, quibus depopulatis, Salonâque ac Spalato urbibus incensis, ad litora Adriatici maris pervenit: dein Tragurium, Scardonam, Sibinicum, Jaderam, Novam Segniam, Potentiam (Parentium) Polam, Tergestum, Capiferiam, urbes opulentissimas juxta ac fortissimas, diruit, & in prædam suorum vertit. Nonnullæ Valentiniani Imperatoris copiæ in ipso Italiæ ingressu, fauces viarum obsederant, conati Athilam à coeptis avertere. Dum tamen eò properaret, subito omnes metu distrahuntur.

**DCCLVII. b.** Relata Hungaricarum historiarum hic iterum separanda, & in duas Attilæ expeditiones, primam nempe de hoc anno 452. versùs Italiam, & alteram de anno sequente 453. versùs Gallias, dispartienda sunt. Utramque vastationem & Norici in Stiria ac Carinthia, & Orarum Adriaticarum in Dalmatia ac Illyride seu Liburnia, Hungaricis historiis credere fas est; sed utramque simul ac semel susceptam esse, fidem exsuperat, & Attilæ intento principali, opes potissimas Romani Imperii in Italia diripiendi, quin & ipsum Imperium prospero armorum successu obtinendi, nimiam moram injecisset; ingens enim iter, ingens tempus, ingentes labores requisivisset propositum Attilæ, si ex Pannonia superiore in Stiriam, & Carinthiam, ad Alpes Rhæticas usque, exercitum movere, inde verò per eandem fermè viam ad Croatiam usque retrogredi, totam dein hodiernam Croatiam, & maximam partem Dalmatiæ decurrere, tunc ad oras ejusdem maritimas se convertere, easque à Spalato incipiendo, usque ad sinum Flanaticum, & circumactâ Istriâ ad Tergestinum, vastatoriè peragere, ac demum Aquileiam & reliquam Italiam contendere statuisset. Credibilius igitur est: Attilam ex Pannonia inferiore à Savi fluvii cum Danubio confluentia, rectâ in Dalmatiam tetendisse, & deinde sinum Adriaticum circumcursando Italiam intrâsse. In cujus confirmationem notandum quoque est, Attilam in obsidione Aquileiæ, ut scriptores testantur, longum tempus insumpisse, eâ autem demum expugnatâ, plures alias civitates Italiæ diruisse, & eadem adhuc expeditione Romam usque arma proferendi consilium agitasse; ut igitur tot ambages in accedenda Italia intervenire nequiverint, & sat superque fuerit, expeditioni Italiciæ principali devastationem orarum Adriaticarum, rectâ illuc ex hibernis progrediendo, præmisisse.

**DCCLVII. c.** Vastatio altera, Stiria nempe & Carinthia, in annum alterum, scilicet 453. reponenda omnino venit; & quanquam *Olabus in Attila cap. 16.* & *Bonfinius Rer. Hung. lib. 7. pag. 105.* in dubio relinquunt, an Attila post expeditionem Italicam repetitum Gallias (ut num. seq. 758.) invaserit; metetur tamen hac de re *Jornandes* fidem, & nec adeò graviter deceptus, ut id, quod falsum esset, crediderit, nec tam imprudenter adulans, ut in honorem gentis suæ falsam victoriam pro vera con-

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 167

confinxerit, esse poterat; namque tempore, quo scribebat, anno scilicet 551. vix Seculum rerum per Attilam gestarum elabebatur, atque facti illius, an Attila bis vel semel in Gallias iverit, memoria à vivis adhuc filiis parentum, qui Attilæ tempore vixerant, si non ex scriptoribus coævīs *Prisco* & *Ablavio*, suppetebat: falsi autem (cui detegendo prompta æquè occasio fuisset) studiosa compositio abhorret ab animo, quem *Jornandes* profiteretur, abhorret quoque ab ævo & loco *Jornandis*, cùm in Italia tunc nec vera, minùs ergò ficta de gloria Gothorum auribus benevolis exciperentur. Tegit *Jornandes* non uno in loco facta minùs decora gentis suæ, sed gloriam subornare, ubi non est, sibi non fidisset.

*Jornandes* repetitæ expeditioni Attilæ in Gallias eam circumstantiam notabilem adjicit, quòd *Attila* per dissimiles anterioribus vias recurrerit. Priore expeditione Attila per Germaniam, & silvam Herciniam intravit Gallias; ut itaque via alterius expeditionis dissimilis fuerit, vix alia esse potuit, quàm per Noricum, Rhætiam, & Helvetiam. Hanc viam dissimilem, igitur & alteram expeditionem, ipsi Hungarici scriptores re, licèt non verbis expressis, asserunt; *Bonfinius lib. 4. ad inis.* inter alia de putatitia Attilæ unica expeditione in Galliam hæc habet: Illyricum totum (intelligit Noricum, tanquam partem Illyrici magni) diripit, & incendit, mox Germaniam tanto furore aggreditur, ut vicos passim & oppida (exceptis terris fœderatorum Marcomannorum, Quadorum, & Suevorum) concremaret &c. Superato tandem Adulæ montis jugo, in Helvetios ubi descendit, pari crudelitate grassatur. Quidquid intra Rhodanum Rhenumque interjacet, passim diripit &c. Constantiam, urbem munitissimam, obsidet, expugnâtque; Sigismundum ejus regionis Principem, cum magna manu occurrentem, fundit, fugâtque. Qui ubi mox Basileam urbem suam ab hoste obsidendam esse intelligit &c. pacem per legatos ab Attila impetrat &c.

Hæc ille: quis non videt, hæc omnia narrata unicæ expeditioni, & ei quidem, quâ Rhenus ad silvam Herciniam transmissus est, minimè applicabilia esse? *Bonfinius* Attilam primùm in Noricum & Germaniam, dein (quæ, quæso, distantia?) per Adulam montem in Helvetiam ducit. Ex Adula monte Rhenus fontes trahit, si ergo Attila eo monte superato in Helvetiam penetravit, jam intra Rhenum erat, eumque ad silvam Herciniam transire non poterat. Unde ipse *Bonfinius* sat inuit, ea, quæ de Norici vastatione, & Adulæ montis transcensu ex chronicis antiquioribus indiscriminatim collegit, ad expeditionem posteriorem Gallicam omnino pertinere.

A. Chr.  
453.

*DCCLV. III. a. Ex Jornande cap. 43.* Reversus itaque Attila in sedes suas, & quasi otii pœnitens, graviterque ferens à bello cessare, ad Orientis Principem *Marcianum* legatos dirigit, provinciarum testans vastationem, nisi sibi promissum à *Theodosio* quondam Imperatore munus persolveret, & inhumanior solito suis hostibus appareret. Hæc tamen agens, ut erat versutus, & callidus, alibi minatus, alibi arma sua commovit, & quod testabatur indignationis, in *Vesegothos* convertit, sed non eum, quem de Romanis, reportavit eventum. Nam per dissimiles anterioribus vias recurrens, Alanorum partem trans flumen *Ligeris* confidentem statuit suæ redigere ditioni, quatenus mutata per ipsos belli facie, terribilior immineret. Igitur ab *Dacia* & *Pannonia* provinciis, in quibus tunc *Hunni* cum diversis subditis nationibus insidebant, egrediens Attila in Alanos movit procinctum. Sed *Thorsmund* Rex *Vesegotharum* fraudem Attilæ non impari subtilitate persentiens, ad Alanos tota velocitate priùs advenit, ibique supervenientis jam Attilæ motibus præparatus occurrit, confertoque prælio, penè simili cum tenore, ut priùs in campis *Catalaunicis*, à spe removit victoria, fugatumque à partibus suis sinè triumpho remittens, in sedes proprias fugere compulit. Sic Attila famosus, & multarum victoriarum dominus, dum quærit famam perditoris abjicere, & quod priùs à *Vesegothis* pertulerat, abolere, geminatam sustinuit, ingloriusque recessit.

*DCCLV. III. b.*



A. Chr.

453.

*DCCLVIII. b. Ex Cassiodoro.* Opilione & Vincomalo Coss. Attila in sedibus suis moritur.

454.

*Ex Marcellini Comitæ chronico.* Aëtio & Studio Coss. Attila Rex Hunnorum, Europæ orbator provinciæ, noctu mulieris manu cultróque confoditur. Quidam verò sanguinis rejectione necatum perhibent.

Diffensus Cassiodori & Marcellini in anno mortis Attilæ facillimè inde provenire potuit, si relationem uterque eam acceperit, mortuum esse Attilam post expeditionem secundam Gallicam, tempore hiemali, quod Cassiodorus de anno finiente 453. Marcellinus verò de anno inchoante 454. interpretatus est. Sanè tempore anni ad expeditiones bellicas apto Attilam belli amatorem, ut *Jornandes* eum *cap. 35.* vocat, castris, non nuptiis, vacasse, ideóque & circa hyemem obiisse præsumendum est, si ve de reliquo id in finientem vel inchoantem annum inciderit. Cùm autem *Calanus* in *Attila cap. ult.* & *Olabus* in *Attila cap. 16.* de traditione, mortem Attilæ ejusdem mensis die, quo quondam Julii Cæsaris, nempe Idibus Martiis, contigisse testentur, & aliquid saltem traditioni dandum sit, Marcellini potiùs quàm Cassiodori conjectura locum habere videretur.

454.

*DCCLIX. a. Ex Jornande cap. 50.* Talibus peractis &c. *inter successores Attila de regno orta contentio est &c.* Filii Attilæ, quorum per licentiam libidinis penè populus fuit, gentes sibi dividi aqua sorte poscebant &c. Quod dum Gepidarum Rex comperit Ardaricus, de tot gentibus indignatus, velut vilissimorum mancipiorum conditione, tractari, contra filios Attilæ primus insurgit, illatúmque serviendi pudorem secuta felicitate deterfit: nec solum suam gentem, sed & cæteras, quæ pariter præmebantur, sua discessione absolvit &c. *In mutuum igitur armantur exitium,* bellúmque committitur in Pannonia juxta flumen, cui nomen est Netad. Illic concursus factus est gentium variarum, quas Attila in sua tenuerat ditone &c. (populos confligentes nominat *Jornandes* Gothos, Gepidas, Suevos, Hunnos, Alanos, Herulos) *Post multos ergo, gravéque conflictus* favit Gepidis inopinata victoria, nam triginta ferè millia tam Hunnorum, quàm aliarum gentium, quæ Hunnis ferebant auxilium, Ardarici gladius conspiratorúmque peremit. In quo prælio *filius Attila major natu,* nomine *Ellac,* occiditur, quem tantum pater super cæteros amasse perhibebatur, ut eum cunctis, diversisque filiis suis in regno præferret &c. *Reliqui germani verò ejus, eo occiso, fugantur juxta littus Pontici maris, ubi prius Gothos sedisse descripsimus.* Cessere itaque Hunni, quibus cedere putabatur universitas. Adeò diffidium perniciofa res est, ut divisi corruerint, qui adunatis viribus terribant. *Hac causa Ardarici Regis Gepidarum felix adsuit diversis nationibus,* qui Hunnorum regimini inviti famulabantur, eorúmque diu moestissimos animos ad hilaritatem libertatis votivæ erexit: *venientésque multi per legatos suos ad solum Romanorum, & à Principe tunc Marciano gratissimè suscepti,* distributas sedes, quas incolerent, accepere.

*DCCLIX. b.* Nam *Gepida* Hunnorum sibi sedes viribus vendicantes, *totius Dacia fines,* velut victores, potiti, nihil aliud à Romano Imperio, nisi pacem, & annua solemnia, ut strenui viri, amica pactione postulare. Quod & libens tunc annuit Imperator, & usque nunc consuetum donum gens ipsa à Romano suscipit Principe. *Gothi* verò cernentes, *Gepidas Hunnorum sedes sibi defendere,* Hunnorumque populum suas (id est, Gothorum) antiquas sedes occupare, *maluerunt à Romano Regno terras petere,* quàm cum discriminè suo invadere alienas, accipientes *Pannoniam,* quæ in longa porrecta planitie habet ab Oriente *Moesiam superiorem,* à meridie *Dalmatiam,* ab occasu *Noricum,* à septentrione *Danubium.*

Orna-

ornata patria civitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vin-  
domina. Sauromatæ verò, quos *Sarmatæ* diximus, & *Cemandri*, & *qui-*  
*dam ex Hunnis* in parte Illyrici *ad castrum Martenam* sedes sibi datas coluê-  
re &c. *Sciri* verò, & *Satagarii*, & *ceteri Alanorum* cum Duce suo, nomine  
Candax, Scythiam minorem, inferiorémque Mœsiam accepêre. Cujus  
Candacis, Alanouvamuthis patris mei genitor Peria, id est meus avus, No-  
tarius, quousque Candax ipse viveret, fuit &c. Ego item (quamvis a-  
grammatus) Jornandes ante conversionem meam notarius fui. *Rugi* verò,  
aliæque nationes nonnullæ, Bizin (civitas erat Thraciæ specialis sub grad. long.  
54½. lat. 43¼. secundum Ptolemæum) & Archadiopolim, (quæ & æquè in Thracia  
erat, vid. num. 809.) ut incolerent, petivêre. *Hernac* quoque, *Junior Attila*  
*filius*, cum suis in extremo minoris Scythiæ sedes delegit. *Emmedzar* &  
*Ultzindur* consanguinei ejus in Dacia Ripensi Uto, Alivóque (flumina fue-  
runt) potiti sunt; *multique Hunnorum* passim proruentes tunc se in Roma-  
niam (id est, in Imperium Romanum) dederunt. E quibus nunc usque Sa-  
eromontisii, & Fosatisii dicuntur.

*Ex Jornande cap. 51.* Erant siquidem & alii *Gothi*, qui dicuntur *mi-*  
*nores*; populus immensus, cum suo pontifice, ipsóque Primate Uulfla,  
qui eos dicitur & literis instituisse, hodièque sunt in Mœsia (inferiore) re-  
gione incolentes Nicopolitanam. Ad pedes Hemi montis gens multa se-  
dit pauper & imbellis, nihil abundans, nisi armento diversi generis pe-  
corum, & pascuis, silvæque lignorum, parum habens tritici, cæterarum  
specierum terra est foecunda.

*DCCCLIX. c.* Colligendum hinc tñb: verba *gentes sibi dividi æqua sorte poscebant*,  
denotant, monarchiam Attilæ quid novum, ab ipso post occisum Bledam introdu-  
ctum, itaque regnum antea inter Attilam & Bledam, & ante hos inter Octarem &  
Roam, divisum fuisse; ad quam divisionem nunc quoque filii Attilæ retrogredi vole-  
bant. Destinaverat quidem Attila filium natu majorem Ellac *in regno præferre*, adeó-  
que monarchiam in eum devolvere, sed morte præventus est. 2dò Locus refugii  
Hunnorum fuit ad litus Pontici maris, ubi Gothi priùs federant, ergo ad flumina Ge-  
rasum seu Pruth, Danastrum, & Boristhenem. 3iò Contentiò de regno, atque, Hun-  
nis cæsis & fugatis, sortitiò nova provinciarum inter gentes reliquas, contigit Marcia-  
no adhuc vivo, ergo ante annum 457. ejus initio mortuus est. Quòd autem annus  
mortis Attilæ nempe 454. etiam pro hac contentione, cæde, & fuga competat, doce-  
bitur in num. 761. 4iò Gepidæ Daciam seu Transsylvaniam sine speciali Marciani con-  
sensu (quo nec opus erat ad possidendam provinciam jam à tempore Aureliani  
ab Imperio Romano avulsam) occuparunt, Gothi verò pro possidenda Pannonia, an-  
te monarchiam saltem Attilæ nexu aliquo beneficiario affecta, satiùs judicârunt, &  
congruentiùs, Marciani consensum expetere, idque potissimùm in eum finem statuif-  
se videntur, ut tantò major titulus esset ad consequendas annuas Romanorum pensio-  
nes. 5iò Bene notandum, qualem sibi ideam Jornandes formet de Dalmatiæ exten-  
sione: Pannoniam dicit à meridie terminari Dalmatiâ, ergo totus tractus meridiona-  
lis, qui non erat in Pannonia, consequenter pars Carnioliæ, tota Istria, Liburnia,  
Croatia, & Bosnia, & pars Serviæ apud Jornandem, sub Dalmatiæ generali nomine  
comprehenditur; nihil hinc exceipit, nisi Mœsiam superiorem, id est partem hodie-  
næ Serviæ districtui Sirmiensi confinem. 6iò Sciros & Satagarios expressè Jornandes  
Alanicum populum dicit; de Sciris certum est, fuisse origine Germanos ex terris arcto-  
is maris Germanici, qui sedem expòst ad Mœotim cum pluribus aliis populis, Herulis,  
Rugis, &c. posuerant, & cum Hunnis A. 373. ad partes Danubii emigraverant; unde  
in laxiori sensu Heruli & Rugi æquè Alanicis populis accensendi.

*DCCCLIX. d.* 7iò Slavicis originibus vel maximè subservit Jornandis testi-  
monium: Sarmatarum & Hunnorum partem, post mortem Attilæ, & Hunnorum pluri-  
morum fugam, consedissee in parte Illyrici *ad castrum Martenam*. Hanc in rem, quæ ali-  
bi latiùs tractabitur, hîc loci adnectendum testimonium Hungaricarum historiarum  
de Hunnis in Pannonia relictis.

*Bonfinius rex. Hung. lib. 7. pag. 136.* Jornandem imprimis exscribit de Sarmatarum, Cemandrorum, & quorundam Hunnorum sedibus captis in Illyrici parte, sed locò castrì Martenæ ex suo captu substituit *maritimam urbem*; pag. 137. autem, ut videtur, Hungaricum chronicon secutus, hæc subjungit: Aladarius & Germani, cum paucis Unnis, cæterisque reliquiis exercitûs Attilæ, in Pannonia remansere. Idem *lib. 8. p. 144.* ait: Unni verò, qui cladi superfuerant, Unnorum nomen exosi, ab Avario, qui Zeliorbi successit in regno, sese Avars nuncupavere, relictisque Pannoniis in Noricum recesserunt, à quibus ea regio Avaria dicta est. *Lib. 10. p. 180.* Unni, qui in Pannoniis olim remanserant &c. *Chronologia Bonfinio adjuncta pag. 838.* Sic habet: Ernacus regnavit tribus annis, sed is fraterno ac civili bello exhaustis viribus, in Scythiam ab Ostrogothis pel- litur, paucis ex Hunnis in Pannonia relictis. *Bakschay in chronol. Hung.* Pars, quæ in Pannonia mansit, sub quàm plurimis & diversis principibus peregrinæ gentis, in Pannoniam propter regionis fertilitatem & opportunitatem insulæ, multiplicem experta est fortunam. *Olabus in Attila cap. 17.* Aladarium Attilæ filium ex matre Kreinhilz, filia Ducis Bavariæ, *Ritius* autem *de Regibus Hung.* ex matre, Ducis Saxoniarum filia, refert. Ex his relatis sat apparet de traditione Hungarorum, Hunnorum partem post Attilam in Pannonia remansisse. Inde ego infero, ubi Hunni manserunt, ibi & confederunt Sarmatæ, ergo Castrum Martena erat in finibus Pannoniarum ad hodiernum Mahrburg in ripa Dravi. Hujus loci quoque hodiernum nomen Mahrburg vetustæ compellationi Martenæ convenit, non enim est ad Murum fluvium, à quo nomen inflexum esse posset, sed ad Dravum. Cæterum hinc etiam fors conjecturate licebit, unde *Aveninus* Adalogerionem (quem quidem ille Hunni Veliphonis filium facit) accerserit pro Bojoariæ principatûs exordio.

*DCCLX. a.* De Chronologia Hungaricorum primordiorum, ab adventu Hunnorum in Pannoniam, usque ad Attilæ mortem, summatim nunc quædam subjicienda. Varia illa est pro ævi illius more.

- A. Chr.**  
**373.** *Thuroczii chronicon Hungariæ* sic habet: *Cap. 12.* Anno incarnationis Domini tricentesimo septuagesimo tertio, diebus Valentis Imperatoris, ut dictum est, & Damasi I. Romanæ Ecclesiæ Papæ, in sexta ætate sæculi, Hunni five Hungari in Scythia habitando magnum creverunt in populum: suadentibusque eis venatoribus supradictis in unum congregati, occidentales invadere regiones decreverunt. *Cap. 15.* Hunni anno dom. incarnationis quadringentesimo primo Attilam super se, unanimi voto pariter & consilio, regia dignitate extulerunt. *Cap. 25.* Postquam Hunni Titia (id est Tibisco fluvio, ita Bonfinius *lib. 2. cap. 41.*) applicuerunt, usque ad prælium Keesmawr fluxerunt anni quinque, à prælio autem Keesmawr usque ad regnum Attilæ evolutus est annus unus. Attila verò regnavit annis quadraginta quatuor: Ducatum tenuit annis quinque. Vixit autem centum & viginti quatuor annis. Post ingressum verò Hungarorum in Pannoniam septuagesimo secundo: ab incarnatione autem Domini quadringentesimo quadragesimo quinto anno diem clausit extremum.

*Thuroczius cap. 16.* refert Marcianum Imperatorem jam regnasse ante Attilæ expeditionem Gallicam, & *cap. 25.* adhuc Attilæ superstitem mansisse, atque in somno arcum Attilæ fractum vidisse.

- DCCLX. b.* *Bonfinii chronologia: lib. 2. pag. 41.* Ungarorum annales  
**373.** Unnos in Europam anno salutis trecentesimo septuagesimo tertio, Valente imperante, & Damaso Pontifice maximo sedente, trajecisse referunt. *Lib. 3. pag. 50.* Unni, quos deinde Ungaros appellavimus, anno salutis  
**401.** quadringentesimo primo, Attilæ cuncti suffragia reddunt, Regemque declarant. *Lib. 7. p. 105.* Attilam Ungari centum & viginti quatuor annos vixisse, præterea quatuor & quadraginta regnasse, post ingressum in Pan-

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 171

Pannonias anno septuagesimo secundo, à salute verò Dominica quadringentesimo (addendum : quadragesimo) quinto vitâ excessisse ferunt. *Lib. 5. p. 75.* iisdem quoque ( Attilæ ) temporibus undecim millium virginum peregrinationem sanctissimam, duce Ursula, accidisse perhibent. *Lib. 5. p. 79.* Multò rectiùs sensère illi, qui hæc (martyrium S. Ursulæ) imperante Marciano, & anno salutis trecentesimo ( corrigendum quadringentesimo ) quinquagesimo secundo adscribunt. *Lib. 7. p. 137.* Heruli &c. post Attilæ mortem anno ferè vigesimo, Odoacre Duce, imperante Augustulo, Italiam adoriuntur. A. Chr. 445. 452. 476.

Bonfinius quoque Attilæ expeditionem Gallicam sub Marciani imperio *lib. 3. p. 53.* & mortem vivo adhuc Marciano *lib. 7. p. 105.* contigisse dicit. Cæterùm *lib. 2. p. 44.* consulatum Stiliconis & Aureliani, qui in recta chronologia anno 400. adhæret, anno 407. addicit.

*DCCLX. c. Chronologia Olahi Archi - Ep. Strigon. in Attila. Cap. 16.* Ingressi fuerunt Hungari Pannoniam, anno à nato Christo, trecentesimo septuagesimo tertio. *Cap. 3.* Anno incarn. Dom. quadringentesimo primo, Athila, qui solus è numero Ducum Hunnorum cum fratre Buda adhuc supererat, Rex creatur. *Cap. 16.* Athila sanguinis profluvio suffocatur anno Domini, ut chronicon testatur Hungaricum, quadringentesimo quadragesimo quinto, non ut Eusebius ac Sigebertus tradunt, hic quadringentesimo quinquagesimo quinto, ille quinquagesimo quarto. *Cap. 13.* Annus, quo invasit Athila Italiam, erat à natali Domini quadringentesimus quinquagesimus. 373. 401. 445. 450.

Olahus itidem expeditionem Attilæ Gallicam *cap. 4.* & mortem ejus *cap. 16.* sub Marciani Imperio claudit.

*DCCLX. d. Chronologia Pannonia apud Bonfin. p. 838.* Hunni Pannoniam intrant anno à Christo nato 401. Pacatâ deinde provinciâ Reges habuerunt duos : quorum primus à nato Christo 428. Attila, regnavit 27. deinde A. 455. Ernacus, regnavit 3. 401. 428. 455.

*Chronologia Inchoferi in Annal. Eccles. Hung. Año Imperii Valentiniani 10.* Hunni, post Hungari, ex Scythia egrediuntur. A. Imperii Valentis 13. Gratiani 10. Valentiniani 1mo. Hunni ex locis ultra Mœoticas paludes erumpentes, primùm in Alanos, qui Scythicas solitudines incolebant, sæviunt : deinde in regiones trans Istrum, quas Gothi occuparant, descendunt. A. Imperii Arcadii & Honorii 7. Attilam coronatum, aut saltem in Pannoniis institutum, videtur colligi ex Ranzano. A. Imperii Valentiniani 27. Marciani 2. Attila Galliam populatur. Inito conflictu in Campis Catalaunicis superatur. A. Imperii Valentiniani 28. Marciani 3. Attila Italiam invadit. A. Imperii Valentiniani 30. Marciani 5. Attila moritur in Pannonia. 373. 376. 401. 451. 452. 454.

*DCCLX. e. Chronologia Mathie Belii in notis ad Juvenci Cælii Calani Dalmata Attilam.* Ex notis his sufficiet, notæ antepenultimæ illationes *lit. E. ad cap. finale Calani* huc decerpere : De primo Hunnorum ex Scythia Asiatica exitu, nihil superest dubietatis. Accidit ille non ante annum 373. Attila ante annum 429. Hunnorum Imperium nondum tenebat, quod ex Prisco Rhetore luculenter demonstratur, adeoque Attila A. 429. vel 430. in regno Hunnico successerat. Nihil moramur vel Hungarorum annales, qui Attilæ obitum ad A. 445. referunt. Optimè Attilæ rebus præclare gestis horum congruit sententia, qui cum anno à salute mundi 454. decessisse tradunt. Namque A. 450. & 451. Germaniam atque Galliam, A. 452. 373. 429. 454.

Aquileiam & Italiam invaserat. Nihil jam de Attilæ robore, viribus, corpore vegeto, usúque Veneris proferam, quæ singula anno supra centesimum quarto & vigesimo, vix ac ne vix quidem conveniunt. His de causis res est clarissima, Attilam annos quinque & viginti, quinquagenario tamen majorem, at octogenario inferiorem imperavisse.

*DCCLX. f.* Excerpta superiora eum finem respiciunt, ut ostenderem, me à dispositione temporis, per antiquiores annales tradita, nec temerè, nec sinè exemplo recedere, id enim ante me jam Inchofer, & novissimè Belius necesse judicârunt; quomodo enim Thuroccio, Bonfinio, Olaho, Attilæ mortem anno 445. unanimiter licèt, addicentibus acquiescendum foret, cùm quisque eorum Attilam sub Marciano Imperatore, qui non nisi ab A. 450. Imperium tenuit, fati cessisse fateatur, & præterè Bonfinius in martyrio S. Ursulæ, ac Olahus in expeditione Attilæ Italica, sibi apertè contradicant? materiæ igitur, non temporis ratio in his Scriptoribus haberi potest, in quo & lapsus facilè excusandus est: námque in epochis suæ gentis principalioribus chronologiam anteriorum chronicorum domesticorum simpliciter secuti, in reliquo verò externorum scriptorum (*vid. num. 254. b. in fine*) distributionem temporariam, relativè magis, quàm criticè amplexi videntur. Nec mirum vel peculiare hoc in historiis Hungariæ, sed respectu aliarum quoque gentium, circa seculum Attilæ, quid commune est; sic v. g. pro primo anno Imperii Marciani, ex scriptoribus Græcis *Theophanes* annum 443. ex scriptoribus Germanicis verò *edit. Struv. tom. 1. Regino* annum 397. *Hermannus Contractus A. 449. Marianus Scotus, & Sigebertus Gemblacensis A. 452. Sifridus Presbyter A. 458.* assignat. Diversissimè tunc temporis æra Christiana computabatur, ita ut ex illis seculis chronologia aliunde non, nisi ex fastis Consulium Romanorum, vel annis regnorum bene combinatis tutò deduci queat. Cæterùm solidè refutat *Belius d. l.* assertum Hungaricorum annalium de ætate Attilæ 124. annorum, quibus adhuc addendum, paucis ante mortem annis Attilam (ut *Theophanes* aliique docent) Honoræ Valentiniani Imp. sororis nuptias appetiisse, quod certè statuere erubuisset, si tam decrepitam ætatem egisset. Chronicorum assertum inde promanare videtur, quòd Attilam jam inter Duces Hunnorum in egressu ex Asia A. 373. numerent, cui supposito autem, regni, post Duces, Oetari & Roæ ante Attilam delati constans traditio aliorum scriptorum omnino refragatur.

*DCCLXI. a. Cap. 52.* tradit *Jornandes* divisionem Pannoniæ inter fratres Reges Gothorum: *Walamir* inter *Scarniungam*, & aquam nigram fluvios, *Theodemir* juxta lacum *Pelfodis*, *Widemir* inter utrosque manebat.

A. Chr.  
455.

*Ex Jornande cap. eod. 52.* Contigit ergo, ut Attilæ filii contra Gothos, quasi desertores dominationis suæ, velut fugacia mancipia requirerent, venirent, ignarisque aliis fratribus super *Walemir* solum irruerent. Quos tamen ille, quamvis cum paucis, excepit, diúque fatigatos ita prostravit, ut vix pars aliqua hostium remaneret, quæ in fugam versa eas partes *Scythiæ* peteret, quas *Danubii* amnis fluenta prætermeant; quæ linguâ suâ *Hunnivar* (id est, Arcem Hunnorum) appellant.

Aqua nigra *Savum* fluvium, *Scarniunga* Dravum, lacus *Pelfodis* lacum *Neüfidlensem* denotare videtur. Itaque *Valamir* *Saviam* seu hodiernam *Slavoniam*, *Theodemir* *Pannoniam*, quæ Romanis prima dicebatur, *Videmir* *Valeriam* nactus est. Sanè *Valamir* debebat sedes habere in *Pannonia* secunda, seu inferiore, seu propriissimè pro hac divisione loquendo, in *Savia*, quoniam filii Attilæ ipsum solum aggressi sunt, quod non potuisset esse, si *Valamir* vel in *Valeria*, vel in *Pannonia* prima resedisset; In hoc situ enim frater alter in *Savia* subsistens ab aggressionem immunis manere nequivisset. Item notandum: eum filiis Attilæ etiam *Emmedzur* & *Ulzindur* consanguinei, aggressionis, & dein quoque fugæ in *Scythiam* focii esse debuerant; namque posthac in *Dacia* Ripensi non *Hunni*, sed *Gepidæ*, *Langobardi*, *Heruli*, & pro tempore *Slavi* reperuntur, & *Hunnorum* in *Dacia* nulla amplius mentio occurrit. Ex vocabulo *Hunnivar*, cujus mentionem facit *Jornandes*, colligendum: *Hunos* illos antiquos cum *Hungaris* hodiernis ejusdem linguæ fuisse; *Vai* enim vox *Hungarica* est, arcem hodiè que denotans.

*DCCXI. b.*

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 173

*DCCLXI. b. Continuatio ex Jornande* : Eoque tempore cum ad fratrem Theodemirum gaudii nuntium direxisset, eo mox die nuntius veniens felicius in domo Theodemiris reperit gaudium; ipso siquidem die Theodericus ejus filius, quamvis de Erelieva concubina, bonæ tamen spei puerulus, natus erat.

Chronologia pro hoc & priore anno firmatur ab adjecta circumstantia, immediate post hanc victoriam natum esse Theodericum: quæ nativitas necessario incidit in annum 455. eo quod idem Theodericus postmodum adolescens anno 18vo ætatis suæ secundum *Jornandis retata Cap. 55.* Babaim Sarmatarum Regem Invaserit, & vicerit, atque paulò post secundum *Cap. 56.* omnes Gothi sedes suas, Glycerio Imperatore adhuc regnante (qui A. 474. in Junio mortuus) & quidem populus Videmiri in Italiam, Theodemiri autem in Orientem transtulerint; debuit ergo contigisse Theoderici pugna cum Babai A. 473. ubi annum ætatis 18vum attigerat, & migratio Gothorum, vel eodem anno, vel anno sequente 474. mensibus ejusdem primis, ita ut Glycerius Imp. adhuc vivus mandata Gothis de Gallia petenda dare potuerit. *Sigebertus Gemblacensis*, qui in suum chronicon gesta Gothorum ex *Jornande* compendiâse videtur, chronologiam valde confundit, ea, quæ sub Marciani Imperio teste *Jornande* adhuc gesta, ad A. 457. & 458. rejiciens, econtra Theoderici victoriam ad A. 465. anticipans: mortuus enim Marcianus anno 457. incunte.

*DCCLXII.* Nunc completa sunt ea, quæ *Jornandes* in *eod. cap. 52.* subjungit; **A. Chr. 462.** scilicet: Post tempus non multum Reges Gothorum *Walemir*, *Theodemir*, & *Widemir* (dum consueta solennia annua, id est, donaria seu stipendia & subsidia fœderis pecuniaria, à Marciano Imp. exsoluta, à successore ejus Leone tardarentur) furore commoti arma arripiunt, & Illyricum penè totum, discurrerentes in prædam, devastant. Sed statim Imperator (Leo) animo mutato ad pristinam recurrit amicitiam, missâque legatione tam præterita cum instantibus munera tribuit, quàm etiam de futuro sinè aliqua controversia tribuere compromittit, pacisque obsidem ab eis, quem supra retulimus, Theodericum infantulum Theodemiris accepit. Qui jam annorum septem incrementa conscendens, octavum intraverat annum &c. Datus igitur Theodericus obses à Gothis ducitur ad urbem Constantinopolitanam Leoni Principi, & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam Imperialem habere.

Hæc itaque ætas Theoderici denotat annum supra præfixum 462. in quo pax cum Gothis inita, vastationes autem Illyrici præcesserant.

*DCCLXIII. Ex Marcellino Comite.* Zenone & Martiano Coss. caput **469.** *Denzicis* Hunnorum Regis, *Attilæ* filii, Constantinopolim allatum est.

*Ex Jornande cap. 53.* Postquam ergo firma pax Gothorum cum Romanis effecta est, videntes Gothi non sibi sufficere ea, quæ ab Imperatore acciperent solatia, simulque cupientes ostentare virtutem, ceperunt vicinas gentes circumcirca prædari: primò contra *Satagas*, qui interiorem Pannoniam possidebant, arma moventes. Quod ubi Rex Hunnorum *Dintzic*, filius *Attilæ*, cognovisset, collectis secum, qui adhuc videbantur, quamvis pauci, ejus tamen sub Imperio remansisse, *Ulzingures*, *Angisciros*, *Bitugores*, *Bardores*: veniens ad *Bassianam* Pannoniæ civitatem eamque circumvallans fines ejus coepit prædari. Quo comperto Gothi, ubi erant, expeditionemque solventes, quam contra *Satagas* collegerant, in Hunnos convertunt, & sic eos suis à finibus inglorios pepulerunt, ut jam ex illo tempore, qui remanserant Hunni, & usque hætenus Gothorum arma formident.

*Satagæ* populus Alanicus, qui cum Hunnis seculo 4.ºo finiente advenerant, modò autem in interiore Pannonia sedere dicuntur, non poterant alibi, quàm ad latus Orientale Cætorum montium circa superiorem *Arrabonem*, & *Bojorum* quon-

dam deserta habitare: 1.<sup>mò</sup> enim hic situs rectè vocatur interior, quia non est ripensis seu ad Danubium, sed longè abhinc in interioribus partibus. 2.<sup>dò</sup> Theodemiri portio Pannonica dicitur à Jornande (*suprà in num. 761. a.*) esse *juxta lacum Pelsodis* seu Neusidlensem: ergo juxta Cetios montes extremum latus Pannoniæ non Theodemir, sed Scyri Alani possidebant. 3.<sup>tiò</sup> Certum est ex historia S. Severini, latus id circa situm Viennæ post Scyros possessum esse à Rugis, non à Gothis. 4.<sup>tò</sup> Igitur etiam latus inferius circa Arrabonem à Gothis negligebatur, & à Satagis in vicinia Scyrorum possidebatur. 5.<sup>tò</sup> Ad latus infimum Cetiorum montium circa Dravum & Savum sedebant ab A. 334. Slavini Croatæ, & ab A. 454. simul Hunnorum pars, quæ post Attilam in Pannonia remansit. 6.<sup>tò</sup> Bassiana civitas, quam Dintzic hinc dicitur obsidisse, erat in Pannonia Savia, & possessionis Gothicæ, ut asserit Jornandes, ergo Satagæ in Savia esse nequibant. Minus autem 7.<sup>mò</sup> Gothi in Valeria tanquam meditullio possessionum suarum admisissent Satagas.

A. Chr.  
470.

DCCLXIV. *Ex Jornande continuatio*: Quiescente verò tandem Hunnorum gente à Gothis, *Hunnimundus Suevorum Dux*, dum ad prædandas Dalmatias transit, armenta Gothorum in campis errantia deprædavit: quia *Dalmatis Suevia vicina* erat, nec à Pannoniis multùm distabat, præsertim ubi tunc Gothi residebant. Quid plurimum? Hunnimundo cum Suevis, vastatis Dalmatis ad sua revertente, Theodemir germanus Walemiris Regis Gothorum non tantùm jacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne Suevi, si impunè hoc lucrarentur, ad majorem licentiam profilirent, sic vigilavit in eorum transitu, ut intempesta nocte dormientes invaderet ad lacum Pelsodis, confertoque inopinato prælio, ita eos oppressit, ut etiam ipso Rege Hunnimundo capto, omnem exercitum ejus, qui gladium evasisset, Gothorum subderet servituti. Et dum multùm esset amator misericordiæ, facta ultione, veniam condonavit, reconciliatusque cum Suevis eundem, quem ceperat, adoptans sibi filium, remisit cum suis in Sueviam.

Duo dubia hinc in Jornandis relatione occurrunt: 1.<sup>mò</sup> Quomodo Dalmatiæ dici potuerint Suevis vicinæ fuisse? 2.<sup>dò</sup> Ad quid Suevi, cum prædis ex Dalmatia venientes, iter suum in Pannoniam primam versùs lacum Peisonem flexerint, & non rectà per Noricum instituerint? Ad hæc dubia solvenda, sunt, qui locò Sueviæ Suviam seu Pannoniam Saviam, & per lacum Pelsodis non Neusidlensem, sed alium lacum in eadem Pannonia Savia intelligi volunt. Ast repugnat huic opinioni descriptio Sueviæ à Jornande *infra num. 767.* tradita, quæ nulli alteri regioni quàm hodiernæ Sueviæ convenire potest. Dicendum itaque ad primum: sicut Jornandes *cap. 54.* (*infra num. 766.*) per Suevorum Reges tam Regem Alamannorum, quàm Suevorum strictè ita dictorum intelligit, ita in *cap. 53.* sub Suevia generica comprehendit Sueviam specificam, & simul Rhætiæ seu Alamanniam. Porro sub nomine Dalmatarum (*vid. num. 759. c. nota 5.*) complectitur pro more sui ævi non tantùm Dalmatas proprios, sed & Carnos, Croatas, Liburnos, Japides, & Bosnenses. Hoc sensu vicina erat omnino Alamannia seu Rhætia Dalmatis. Ad secundum ratio deflexi itineris poterat esse, quoniam cum armentis & gregibus pecorum Noricum mediterraneum merè montanum & Alpestre transiri & transcendendi difficillimè potuisset: unde potiùs Alpes & montes Cetios circumagere Suevi statuerunt, eò confidentiùs, quòd ad latus Cetiorum montium non per Gothorum, sed Satagarum & Scyrorum amicorum sedes transituri sint, quibus tamen inopinatò Theodemir, à sedibus suis juxta lacum Peisonem versùs Cetios montes militem movens, insidias struxit.

471.

DCCLXV. *Ex Jornande continuatio*: Sed ille immemor paternæ gratiæ, post aliquod tempus conceptum dolum parturiens, *Scyrorum gentem incitavit, qui tunc supra Danubium considebant*, & cum Gothis pacificè morabantur, quatenus scissi ab eorum fœdere secùmque juncti, in arma profilirent, gentemque Gothorum invaderent. Tunc Gothis, nihil mali sperantibus præsertim *de utrisque amicis vicinis confisis*, bellum insurgit ex improviso, coactique necessitate ad arma confugiunt; solitòque certamine ar-



arrepto se suamque injuriam ulciscuntur. In eo siquidem prælio Rex eorum Walemir, dum equo insidens ad cohortandos suos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit, fessorumque suum dejecit, qui mox inimicorum lanceis confossus, interemptus est. Gothi verò tam Regis sui mortem, quam suam injuriam à rebellionibus exigentes, ita sunt præliati, ut penè de gente Scirorum, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hinc cum dedecore non remansissent, sic omnes extinxerunt.

*DCCLXVI. Ex Jornande cap. 54. Quorum exitium Suevorum Reges Hunnimundus, & Alaricus veriti, in Gothos arma moverunt, freti auxilio Sarmatarum, qui, cum Beuga, & Babai Regibus suis, auxiliarii advenissent, ipsasque Scirorum reliquias, quasi ad ultionem suam acrius pugnaturas accersentes cum Edica & Hunulfo eorum primatibus, habuerunt simul secum tam Gepidas, quam ex gente Rugorum non parva solatia, cæterisque hinc inde collectis ingentem multitudinem aggregantes, ad amnem Bolliam in Pannoniis castra metati sunt. Gothi tunc Walemire defuncto ad fratrem ejus Theodemir confugerunt. Qui quamvis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris potestatis insignia sumens, Widemire fratre juniore accito, & cum ipso curas belli partitus, coactus ad arma profilivit: confertoque prælio, superior pars invenitur Gothorum; adeò ut campus inimicorum corruentium cruore madefactus, ut rubrum pelagus appareret, armaque, & cadavera in modum collium cumulata, campum plus quam decem millibus opleverunt. Quod Gothi cernentes, ineffabili exultatione lætantur, eò quòd Regis sui Walemiris sanguinem & suam injuriam cum maxima inimicorum strage ulciscerentur. De innumeranda verò variæque multitudine hostium, qui valuerunt evadere, effugati vix ad sua inglorii pervenerunt.*

A. Chr.  
472.

*DCCLXVII. Ex Jornande cap. 55. Post certum verò tempus instante hiemali frigore, amneque Danubii solitè congelato (nam istiusmodi fluvius ita rigescit, ut in silicis modum vehat exercitum pedestrem plaustraque & tragulas, vel quidquid vehiculi fuerit, nec cymbarum indigeat lintre) sic ergo eum gelatum Theodemir Gothorum Rex cernens, pedestrem ducit exercitum, emensoque Danubio, Suevis improvisus à tergo apparuit. Nam regio illa Suevorum ab Oriente Bajoarios habet, ab Occidente Francos, à meridie Burgundiones, à septentrione Thuringos. Quibus Suevis tunc juncti Alemanni etiam aderant, ipsique Alpes Reticas omnino regentes: unde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum sono vergentia. Hinc ergo taliter munito loco, Theodemir Rex hyemis tempore Gothorum ductavit exercitum, & tam Suevorum gentem, quam etiam Alemannorum utrasque ad invicem foederatas devicit, vastavit, & penè subegit.*

473.

Descriptio Sueviæ, quam Jornandes tradit, hodierno circulo Suevico maxima ex parte adhuc convenit. Advertendum autem, hanc descriptionem non respicere seculum quintum, de quo, sed seculum sextum, in quo scripsit Jornandes; Bojoarii enim non noscebantur prius, quam in seculo sexto, & tunc à Suevis separabantur Lico fluvio, ut hodie. Ab occidente Suevis, intermedio tantum Rheno fluvio, vicini erant Franci. A meridie Burgundiones tunc erant, ubi nunc est Burgundia. Cætera confinia Helvetii, & Rhæti, seu tunc Alamanni, tenebant. A septentrione Thuringia ejus temporis Franconiam hodiernam simul complectebatur. De reliquo Theodemir emenso Danubio Suevis improvisus à tergo apparuisse dicitur, id est, Theodemir, per Noricum mediterraneum prævidens haud facile iter cum exercitu fore, & sese primùm in Alamannos Alpibus defensos incidere debere, transivit in regione sua

Pan-

Pannoniæ primæ Danubium, & ripam ulteriorem legens, ex parte Franconiæ hodiernæ, tunc Thuringiæ, in Sueviam irrupit.

A. Chr. 473. *DCCLXVIII. Ex Jornande continuatio.* Inde quoque victor ad proprias sedes, id est, Pannonias, revertens, Theodericum filium suum, quem Constantinopolim obsidem dederat, à Leone Imperatore remissum cum magnis muneribus gratanter excepit. Qui *Theodericus* jam adolescentiæ annos contingens, expletâ pueritiâ *octavum decimum peragens annum*, adscitis satellitibus patris, ex populo amatores sibi, clientesque consociavit, penè sex millia viros, cum quibus inscio patre, *emenso Danubio*, super *Babai Sarmatarum Regem* discurret, qui tunc, *de Camundo Duce Romanorum victoriâ potitus*, superbiæ tumore regnabat: eumque superveniens Theodericus interemit, familiamque, & censum deprædans, ad genitorem suum cum victoria repedavit. *Singidonum* dehinc civitatem, quam ipsi *Sarmatæ occupaverant*, invadens, non Romanis reddidit, sed suæ subdidit ditioni.

474. *DCCLXIX. Ex Jornande cap. 56.* Minuentibus deinde hinc inde vicinarum gentium spoliis, cœpit & Gothis victus vestitusque deesse, & hominibus quibus dudum bella alimoniam præstitissent, pax cœpit esse contraria; omnesque cum clamore magno ad Regem *Theodemir* accedentes Gothi orant, quæcunque parte vellet, duceret exercitum. Qui accito germano, missaque sorte, hortatus est, ut ille in partem *Italia*, ubi tunc *Glycerius* regnabat Imperator, ipse verò ceu fortior ad fortius Regnum accederet, Orientale quidem; quod & factum est. Et mox *Widemir* Italiæ terras intravit, & extremum fati munus reddens, excessit rebus humanis, successorem relinquens regni *Widemir* filium suum synonymum, quem *Glycerius* Imperator muneribus datis *de Italia ad Gallias transtulit*, quæ à diversis circumcirca gentibus premebantur: adserens vicinos sibi *Vesegothas* eorum parentes regnare. Quid multa? *Widemir* acceptis muneribus, simulque mandatis à *Glycerio* Imperatore, Gallias tendit, seseque cum parentibus jungens *Vesegothis*, unum corpus efficitur, ut dudum fuerat, & sic Gallias Hispaniasque tenentes suo jure defendunt, ut nullus sibi alius prævaleret.

*DCCLXX. Theodemir* autem frater senior cum suis *transit Saum amnem, Sarmatis, militibusque interminans bellum*, si aliquis obstaret ei. Quod illi verentes quiescunt: immo nec prævalent ad tantam multitudinem. Videns *Theodemir* undique prospera sibi provenire, *Naissum primam urbem invadit Illyrici*, filioque suo *Theoderico* consociatus adstat, & in villam comites per castram *Herculis* transmittit *Ulpianam*. Qui venientes, tam eam, quam & opes, mox in deditionem accipiunt, nonnullaque loca *Illyrici* inaccessibleia sibi tunc primùm pervia faciunt. Nam *Heracliam*, & *Larissam*, civitates *Thessaliæ*, primùm prædâ captâ, jure bellico potiuntur. *Theodemir* verò Rex animadvertens tam felicitatem suam, quam etiam filii, nec hac tamen contentus, egrediens *Naissitanam urbem*, paucis ad custodiam derelictis, ipse *Thessalonicam* petit, in qua *Clarianus Patritius*, à Principe directus, cum exercitū morabatur. Qui dum videret vallo muniri *Thessalonicam*, nec se eorum conatibus posse resistere, missa legatione ad *Theodemir* Regem, muneribusque oblatis ab obsidione eum urbis retorquet: *inidque federe Romanus Ductor cum Gothis* loca eis jam sponte, quæ incolerent, tradidit, id est, *Ceropellas*, *Europam*, *Medianam*, *Petinam*, *Bereum*, & alia, quæ *Sium* vocantur. Ubi Gothi cum Rege

SECULUM V. DE BELLIS ET MIGRAT. POPULOR. VAR. 177

Rege suo armis depositis, composita pace quiescunt. Nec diu post hæc & Rex Theodemir in civitate Cerras fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothicis, Theodericum filium regni sui designat hæredem, & ipse mox rebus humanis excessit.

*DCCLXXI. Ex Jornande cap. 57.* Theodericum verò genti suæ Regem audiens ordinatum Imperator Zeno, gratum suscepit, eique evocatoriâ destinatâ ad se in Urbem venire præcepit, dignoque suscipiens honore, inter Proceres sui Palatii collocavit. Et post aliquod tempus ad ampliandum honorem ejus in arma, sibi eum filium adoptavit, de suisque stipendiis triumphum in urbe donavit, *factusque est consul ordinarius*, quod summum bonum primùmque in mundo decus edicitur, nec tantùm hoc, sed etiam equestrem statuam ad famam tanti viri ante Regiam Palatii collocavit. Inter hæc ergo Theodericus Zenonis Imperio sociatus, dum ipse in Urbe bonis omnibus frueretur, gentemque suam in Illyrico, ut diximus, residentem, non omnino idoneam, aut refertam audiret, elegit potius, solito more gentis suæ, labore quærere victum, quàm ipse otiosè frui Regni Romani bonis, & gentem suam mediocriter victitare: secùmque deliberans ad principem ait: Quamvis nihil deest nobis Imperio vestro famulantibus: tamen, si dignum ducit pietas vestra, desiderium mei cordis libenter exaudiat. Cùmque ei, ut solebat, familiariter facultas fuisset loquendi concessa, Hesperia, inquit, plaga, quæ dudum decessorum, prædecessorùmque vestrorum regimine gubernata est, & Urbs illa caput orbis, & domina, quare nunc *sub Regis Turcilingorum, & Rugorum* Tyrannide fluctuat? Dirige me cum gente mea, si præcipis, ut hic expensarum pondere careas, & ibi, si adjutus à Domino vicero, fama vestræ pietatis irradiet. Expedit namque, ut ego, qui sum servus vester, & filius, si vicero, vobis donantibus Regnum illud possideam: haud ille, quem non nôstis, tyrannicò jugò senatum vestrum, partemque rei publicæ captivitatis servitio premat. Ego enim, si vicero, dono vestro, vestroque munere possidebo: si victus fuero, vestra pietas nihil amittit, immo, ut diximus, lucratur expensas. Quo audito, quamvis ægrè ferret Imperator discessum ejus, nolens eum tamen contristare, annuit, quæ poscebat, magnisque ditatum muneribus dimisit à se, Senatum, populùmque ei commendans Romanum. Igitur egressus urbe Regia *Theodericus*, & ad suos revertens, *omnem gentem Gothorum*, quæ tamen ei præbuerat consensum, assumens, Hesperiam tendit, rectoque itinere *per Sirmas* ascendit, vicinas Pannoniæ.

A. Chr.  
488.

*DCCLXXII.* Indèque *Venetiarum fines* ingressus, ad pontem *Sontium* nuncupatum, castra metatus est. Cùmque ibi, ad reficienda corpora hominum jumentorùmque, aliquanto tempore resedisset: Odoacer armatum contra eum direxit exercitum, quem ille, ad campos Veronenses occurrens, magna strage delevit, castrisque solutis, fines Italiæ cum potiore audacia intrat. Hucusque *Jornandes*. Rex Theodericus intravit Italiam, cui Odoacer ad *Isontium* pugnam parans victus cum tota gente fugatus est. Eodem anno repetito conflictu Veronæ vincitur Odoacer, Probino & Eusebio Coss. *Cassiodorus*.

489.

Ad Ducam fluvium Odoacrem Theodericus Rex tertio certamine superavit, qui Ravennam fugiens, obsidetur inclusus, Fausto Jun. Coss. *Cassiodorus*.

490.

Pars IV.

Z

Odoa-

A. Chr.

491. Odoacer cum Erulis egressus Ravennâ nocturnis horis ad pontem Candidium à Rege Theoderico memorabili certamine superatur, Olibrio Jun. Cos. *Cassiodorus.*

493. Rex Theodericus Ravennam ingressus Odoacrem molientem sibi insidias interemit, Albino U. C. Cos. *Cassiodorus.*

496. *DCCCLXXIII. a. Ex Eckhardo de reb. Franc. Orient. lib. 3. cap. 5.* Alamanni Suevis permixti, Galliam sæpius jam appetierant, nunc etiam eos in idem regnum irruptionem tentasse, & foedus cum Clodoveo ictum, violasse, ex Cassiodori Variarum lib. 2. Epistola ultima concludo; ibi enim Alamannorum Rex perfidiæ notatur. Coloniae regnabat Sigebertus Rex, quem etiam reliquam in Germania Franciam gubernasse credibile est. Hujus regnum, depopulantes omnia, dum ingrederentur, Clodoveus, ingenti exercitu coacto, in eos movit, adjunctoque sibi Sigeberto Rege, apud Tolbiacum Ubiorum cum iis prælium commisit acerrimum. Sigebertus in genu vulneratus est, reliqui vehementer urgebantur, & cum, diis suis invocatis, nihil proficeret Clodoveus, monitorum Chrotildis memor, adhortante etiam Aureliano, multis cum lacrimis auxilium Christi imploravit, vovitque, si victoriam ex hoste tulisset, se Christiana sacra amplexurum: Te nunc invoco, inquit, & tibi credere desidero, tantum ut eruat ab adversariis meis. Adfuit votis Deus, Alamanni (ut Gregorius loquitur) terga vertentes, in fugam labi coeperunt. Cumque Regem suum cernerent interemptum, Clodovei se ditionibus subdunt, dicentes: ne amplius, quæsumus, pereat populus, jam tui sumus. *Clodoveus ergo nunc omnem sibi Alamanniam & Sueviam* (hæc illatio ab Eckhardo addita, in sensu ejus proprio, alibi explicato, de omni Suevia extra Vindeliciam, trans Licum accipienda est) *acquisivit & subjecit. Qui fugâ elapsi erant, ad Theodericum Italia Regem se converterunt, qui eos in extremis regni sui terminis, hoc est, ut rectè Valesius conjicit, in Rhatia, ubi nunc Comitatus Tyrolis est, collocavit &c.* Theodericus Rex de victoria Alamannica gratulatorias per Legatos ad Clodoveum Regem Francorum misit &c. In literis verò laudatis ei gratulatur, quod gentem Francorum, prisca ætate residem, in nova prælia concitavit, & Alamannicos populos, causis fortioribus inclinatos, victrici dextra subdiderit. Suadet tamen, ut motus suos in fessas reliquias temperet; quia, inquit, jure gratiæ merentur evadere, quos ad parentum vestrorum defensionem respicitis confugisse. Estote illis remissi, qui nostris finibus celantur exterriti. Memorabilis triumphus est, Alamannum acerrimum sic expavisse, ut tibi eum cogas de vitæ munere supplicare. Sufficiat illum Regem cum gentis suæ superbia cecidisse. Sufficiat innumerabilem nationem partim ferro, partim servitio subjugatam. Et post aliqua addit: sic enim fit, ut & meis petitionibus satisfecisse videamini, nec sitis solliciti ex illa parte, quam ad nos cognoscitis pertinere. Ubi intelligit Alamannos in Rhætia collocatos, à quibus Clodoveo nihil metuendum fore promittit.

*Ex Eckhardo lib. 3. cap. 7.* Theodericus, præter Thuringorum Regem, foederibus etiam juramento firmatis sibi devinxit *Herulos & Warnos*, quos unà cum Thuringis Variar. lib. 3. Epist. 2. conjuratas sibi gentes appellat, & ad quorum Reges Epistola sequenti scribit, quam infra recensimus. *Cap. 8.* Franci cum tanto foedere Theoderico potentissimo Regi, Warnis etiam & Herulis junctos, atque nunc à promissa Clodoveo subjectione resilientes Thuringos domare pro tempore non

pos-

SECULUM V. DE BELLIS & MIGRAT. POPULOR. VAR. 179

possent, *Burgundis* arma intulere hoc ipso anno, eorumque Reges fratres inter se discordes tributarios sibi reddere. Erant illi Gundobadus ac Godogiselus. Hic, Viennâ captâ, sub Hypatii & Patricii Consulatu, ut A. Chr. 500. Marius Aventicensis prodit, hoc est, anno 500. à fratre Gundebado interfectus est, qui exinde universum Burgundiæ regnum adeptus, leges proprias genti suæ condidit, easque Avieni Consulatu, qui in annum 501. aut 502. incidit, promulgari fecit.

In utroque bello hujus anni, nulli amplius Burgundiones ad Rhenum in Germania, sed in Gallia tantum repertiuntur; unde inferendum: Burgundiones trans-Rhenanos jam antehac ad populares suos in Galliam commigrasse; factum hoc esse debuit post expeditionem Attilæ Gallicam de A. 451. ille enim Burgundiones trans-Rhenanos in suo exercitu habuit, cis-Rhenanos autem seu Gallicos, quotquot domi manserant, & Romanum exercitum sub Aëtio secuti non erant, cum Rege eorum Gundicario delevit. *vid. supra num. 751. & 756.*

*DCLLXXIII. b. Ex Procopio de bell. Goth. lib. 1. cap. 15.* Trans sinum Græci, Epirotæ dicti, primum locum obtinent, ad urbem usque maritimam Epidamnium. Hinc se aperit Prebalis regio. Sequitur cui Dalmatiæ nomen est, & quæ cum ipsa occidentalis Imperii finibus comprehenduntur: proxima Liburnia, huic Istria, deinde regio Venetorum ad Ravennam urbem porrecta. Atque hi sunt *maris accola*: supra quos Siscii: & Suabi, non illi, qui Francis parent, sed ab iis diversi, *interiores* terræ tractus obtinent. *Ultra hos Carni* siti sunt, Noricique: *ad quorum dexteram* Dacæ & Pannonæ habitant, suisque in urbibus Singidonum ac Sirmium numerant, ad Istrum fluv. evadentes. Illis nationibus Gothi trans Jonium sinum belli hujus initio imperabant.

Inter populos Gothis subiectos Procopius à Jonio sinu mare Adriaticum circumiens receperet Dalmatas, Liburnos, Istros, Venetos. Ad interiores tractus dein progrediens duos populos nominat, Siscios ad Savum circa hodiernum Sziszek, qui Liburnis, Carniis, & Pannonibus: Suabos, id est Alamannos in terris Tyrolensibus, qui Venetis versus Adriam, Alamannis aliis & Suevis Francos recognoscentibus versus Danubium & Rhenum, Noricis ad Salisburgense territorium, & Carniis ad Carinthiam interiores erant. Inde ergo liquet, apud Procopium sub Suaborum nomine generico tum Suevos tum Alamannos venire: liquet porro, Carnios, id est Slavos Croatas, usque ad Alamannorum sedes Italiæ confines extensos fuisse.

*Ex eod. Procopio lib. 1. cap. 7. ad primum annum belli Gothici.* Ita demum Constantianus Dalmatiâ, Liburniâque omnem obtinuit, conciliatis sibi omnibus Gothis, illarum partium incolis.

## SECTIO LIV.

### SECULUM IV. & V.

#### De Langobardis & Herulis.

*Nus DCLLXXIV.* Prænotandum: chronologia ubique è latere apponitur secundum notas numero 780. & 781. subsequentes.

*Ex Paulo Diacono de gest. Langob. lib. 1. Cap. 2.* Pari etiam modo, & *Winulorum*, hoc est *Langobardorum* gens, quæ postea in Italia feliciter regnavit, à Germanorum populis originem ducens, licet & aliæ causæ egressionis eorum asseverentur, ab insula, quæ *Scandinavia* dicitur, adventavit: cujus etiam insulæ Plinius secundus in libris, quos de natura rerum composuit, mentionem facit &c. *Cap. 3.* Igitur ea pars, cui fors dederat genitale solum excedere, exterâque arva sectari, ordinatis super

*Pars IV.*

Z 2

se

se duobus, *Ibor* scilicet & *Ajone*, qui & germani erant, & juvenili adhuc ætate floridi, & cæteris præstantiores, ad exquirendas, quas possint incolere, terras sedesque statuere, valedicentes simul suis, & patriæ, iter arripiunt. Horum Ducum mater *Gambara* erat, ingenio acris, consilii provida, de cujus prudentia plurimum confidebant. *Cap. 7.* Igitur egressi de Scandinavia *Winili* cum *Ibor* & *Ajone* Ducibus, in regionem *Scoringam* appellatam venientes, per annos illic aliquot confederant. Illo itaque tempore *Ambri* & *Affi*, *Wandalorum* Duces, vicinas quasque provincias bello premebant. Hi jam multis elati victoriis, nuncios ad *Winilos* mittunt, ut aut tributa *Wandalis* persolverent, aut se ad belli certamina præpararent. Tunc *Ibor* & *Ajo* adnitente matre *Gambara* deliberant, melius esse armis libertatem tueri, quam tributorum eandem solutione fœdare, mandant per Legatos *Wandalis*, pugnaturos se potius, quam servituros &c. *Cap. 9.* Certum est *Langobardos*, ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum primitus *Winili* dicti fuerint, ita postmodum appellatos. Nam juxta illorum linguam, *Lang*, longam, *Baert*, barbam significat. *Cap. 10.* *Winili* igitur, qui & *Langobardi*, commisso cum *Wandalis* prælio, acriter utpote pro libertatis gloria decertantes, victoriam capiunt: qui magnam postmodum famis penuriam in eadem *Scoringia* provincia perpassi, valde animo consternati sunt. *Cap. 11.* De qua, dum egredientes in *Mauringam* transire disponent, *Affipitti* eorum iter impediunt, denegantes eis omnimodis per suos terminos transitum. *Langobardi* timentes ob paucitatem exercitûs sui cum hostibus congregi, simulant se in castris habere cynocephalos, id est, canini capitis homines. Divulgant apud hostes, hos pertinaciter bella gerere, humanum sanguinem bibere, & si hostem assequi non possint, proprium potare cruorem. Ut autem huic assertioni fidem facerent, ampliant tentoria, plurimos in castris ignes accendunt, quibus hostes visis auditisque, creduli effecti, bellum tentare non audent. *Cap. 12.* Initum est singulare certamen cum uno *Langobardorum* se spontè offerente, & uno *Affipittorum* fortissimo eum provocante, quò superatò *Langobardus* transitum pro suis secundum pacta certaminis adeptus est &c.

*DCCLXXV.* *Cap. 13.* Egressi itaque *Langobardi* de *Mauringia*, applicuerunt in *Golanda*, ubi aliquanto tempore commorati dicuntur. Post hæc *Anthabet*, (*Antharum* provinciam) *Bathaib*, (*Gepidarum* provinciam) pari modo & *Vurgundaib*, (*Burgundionum* provinciam) per annos aliquot possedisse, quæ nos arbitrari possumus esse vocabula pagorum (id est, provinciarum seu regionum) seu quorumcunque locorum. *Cap. 14.* Mortuis interea *Ibor* & *Ajone* Ducibus, qui *Langobardos* à Scandinavia eduxerant, & usque ad hæc tempora rexerant, nolentes jam ultra *Langobardi* esse sub Ducibus, Regem sibi ad certarum instar gentium statuerunt. Regnavit igitur super eos primus *Agelmundus*, filius *Ajonis* ex profapia ducens originem *Gungincorum*, quæ apud eos generosior habetur. Hic regnasse fertur 33. annis. *Cap. 16.* Igitur transmeato *Langobardi*, de quo dixeramus, flumine, (*Tanai*) cum ad ultiores terras pervenissent, illic per tempus aliquod commorabantur. Interea cum nihil adversi suspicarentur, & essent quieti, longa nimis securitas, quæ semper detrimentorum mater est, eis non modicam perniciem peperit. Noctè denique, cum negligentia resoluti quiescerent cuncti, subito super eos *Bulgares* irruentes, plures ex iis fauciant, multos prosternunt, & in tantum

A. Chr.  
389.

tum per eorum castra debachati sunt, ut ipsum Agelmundum regem interficerent, ejusque unicam filiam sorte captivitatis auferrent. *Cap. 17.* A. Chr. Resumptis tamen post hæc incommoda Langobardi viribus, *Lamissionem* 423. sibi regem constituerunt. Qui juvenili ætate fervidus, & ad belli certamina promptus, Agelmundi necem ulcisci cupiens in Bulgares arma convertit. Primo prælio mox commisso Langobardi hostibus terga vertentes aufugiunt &c. Tandem hortatu principis, exemploque accensi, hostes irruunt, & eos magna clade prosterunt, & victoriam unâ cum præda sortiti sunt.

*DCCLXXVI. Cap. 18.* Defuncto post hæc Lamissione, qui secundus regnaverat, tertius ad regni gubernacula *Lehu* ascendit. Qui cum quadraginta ferme annos regnasset, *Hildehoc* filium, qui quartus fuit in numero, regni successorem reliquit. Hoc quoque defuncto, quintus *Gudehoc* regnum suscepit. *Cap. 19.* his temporibus inter Odochar ( qui in Italia per aliquot jam annos regnabat ) & Feletheum, qui & Fava dictus est, Rugorum regem, magnatum inimicitiarum fomes exarsit. Qui *Feletheus* illis diebus *ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam à Norici finibus idem Danubius separat.* In his Noricorum finibus Beati tunc erat Severini cenobium, qui omni abstinentiæ sanctitate præditus multis jam erat virtutibus clarus. Qui cum hisdem in locis ad vitæ usque metas habitasset, nunc tamen ejus corpus Neapolis retinet. Hic sæpius hunc de quo diximus Feletheum, ejusque conjugem, cujus vocabulum Gisa fuit, ut ab iniquitate quiescerent, verbis cælestibus monuit. Quibus pia verba spernentibus, hoc quod eis postmodum contigit, longè antea futurum prædixit. Adunatis ergo *Odochar* gentibus, quæ ejus ditioni parebant, id est, *Turcilingis, & Herulis, Rugorumque parte, quos jam dudum possederat, nec non etiam Italiæ populis, venit in Rugiland, pugnavitque cum Rugis, ultimæque eos clade conficiens, Feletheum insuper eorum Regem extinxit.* Vastatæque omni provinciâ, Italiam repetens, copiosam secum multitudinem captivorum abduxit. *Tunc ( non tunc, videantur infra notæ numero 781. ) Langobardi de suis regionibus egressi, venerunt in Rugiland, quæ latino eloquio Rugorum patria dicitur, atque in ea, quia erat solò fertilis, aliquantis commorati sunt annis.*

*DCCLXXVII. Cap. 20.* Inter hæc moritur Gudehoc, cui successit *Claffo* filius suus. Defuncto quoque Claffone, *Tato* ejusdem filius septimus ascendit ad regnum. Egressi quoque Langobardi de Rugiland, habitaverunt in campis patentibus, qui sermone barbarico *Feld* ( Marchfeld hodie in Austria ) appellantur. Quo in loco dum per trium annorum spatia morarentur, bellum exortum est inter Tatonem, atque Rodulfum Herulorum Regem. Qui cum primitus foedera nescerent, causa inter eos discordiæ ista fuit &c.

NOTA. *Scandinavia* est nomen compositum ex *Scanzen* & *au*, denotâtque tractum terræ, quæ rupibus exesis *quasi castellis*, munita est. Complectitur Scandinavia, vel Scandia, seu Scanzia, regna tria: Norwegiam, Sueciam, & Gothiam, *ita notæ Editionis Muratorii.* Langobardi hi Winili alii planè sunt, ac Langobardi Suevi, Straboni, Tacito, & Ptolemæo jam noti, ad Albim prope Magdeburgum seculo primo sedentes, & potiùs *Von der langen Boërde*, quàm à longis barbibus appellati. Boërde enim veteri idiomate Germanico tractum terræ ad ripam fluminis significat; *vid. num. 507.* compellatio hæc hodie in Episcopatu Paderbornensi ( v. g. die Warburger Boërde ) & aliis in terris viget. Langobardi Suevi secundum *Tacitum Annal. lib. 2. cap. 44.* sub consularu Cælii & Pomponii, itaque anno Christi 17. defecerunt à Maroboduo Marcomannorum Rege, cui antea parebant, ad Arminium Cheruscorum Regem, unâ



cum Semnonibus Suevis. Langobardi econtra de quibus Paulus Diaconus agit, citius non, nisi seculo quarto, historiis innotuerunt. *Scoringia*, sive Scyrorum primitiva sedes, fuit illa regio litoralis Chersonesi Cimbricæ, quæ nunc Danicas insulas respicit, vocata sic à veteri Saxonico *Score*, litus, ripa: *Eckhard. lib. 1. cap. 3.* Inde litora Daniæ & Sueciæ hodie adhuc *Scheeren* nuncupantur. *Mauringia* designat regionem paludibus & lacubus abundantem, ex *Moore* veteri (unde adhuc *Moorast, palus*) compositum, *Eckhard. ibidem*; Itaque terræ Mecklenburgicæ convenit.

**DCCLXXVIII.** *Golanda*, sive terra Gothorum, à finibus Mecklenburgicis, ubi jam est Pomerania, inceptit, & latè versùs Orientem extensa fuit: *Eckhard. ibidem.* *Anthaib* seu Anthaib, Antharum, *Bathaib* Batharum, seu Gepidarum regionem denotat; Gepidæ sunt quasi Gothorum residui à *beiden, biden*, manere, residuum esse; & *Pide, beibe, barbe*, pro residuo regulariter dici potest, & in dialecto inferioris Germaniæ adhuc dicitur. *Vurgundaib* est Burgundionum terra, quam Gepidæ (non novæ in Dacia veteri seu Transylvania, post mortem Attilæ primùm à Gepidis possessa, sed antiquæ ad Boristhenem) proximam tenuerunt, antequam Galliam intrarent: ita *Notæ editionis Muratorii.* Eadem Notæ ad *cap. 1. Pauli Diaconi num. 12. ex Grosio*, vocabulum *Gepanta* apud Jornandem legunt *Gepaita*, & *Gepait* Germanis esse dicunt, qui moram facit, eumque sonum clariùs audiri in græco *Γῆραιδες*. *Ib*, theotisticè significat familiam: inde componitur *Ib-or* seu *Ib-ur*, anterior seu caput familiæ. *Anthaib* ergo est Antharum Slavorum familia seu communitas & sedes: & sic de *Batha-ib*, & *Vurgunda-ib*. In *Golanda* Langobardi jam erant ad Vistulam fluvium, in *Anthaib* autem ad Pontum Euxinum, post permeatam, primùm ad latus Vistulæ, dein montium Sarmaticorum & Carpatiorum, totam hodiernam Poloniam, quæ ab aliis diversis gentibus Germanicæ icidem originis tunc tenebatur. Anthæ illi erant Venedi, seu Slavi ad aquas degentes, qui ex terris Volgæ fluvii circa seculi tertii finem ad Pontum Euxinum versùs Istri ostia venerunt, & sedes Gothis vicinas occupârunt.

**DCCLXXIX.** Gothorum sedes, circa annum 370. erant ad Danastrum versùs Boristhenem; inde tunc expulsi Gothi ab Hunnis & Alanis, sedes vagas cis Danastrum habuerunt, atque pars eorum A. 373. recepta est à Romanis in Thraciis. *Bathaib* ergo, seu Gepidarum terra, hic intelligenda est *antiqua*, vicina quondam Gothis, circa Boristhenem. Itaque primitùs Langobardi exeuntes è *Golanda* in terris trans-sarmaticis & trans-carpaticis, seu hodie Polonicis, sedes nullas fixerunt, sed ad Pontum Euxinum usque migrârunt; dein autem retrocesserunt in terras trans-carpaticas, ubi haud dudum antè Gepidæ federant, sed A. 373. inde recesserant, & cum Hunnis in Transylvaniam & alias terras Danubio viciniore se infuderant. Ex *Bathaib* Langobardi processerunt ad *Vurgundos* seu Burgundiones, Vandalicæ olim emigrationis, versùs Tanaim. Hic est fluvius, de quo *Paulus Diaconus cap. 16.* loquitur, quia eo transmissio in viciniam Bulgarum, igitur versùs Volgam fluvium. venerunt: Bulgares enim ante seculum sextum nec Ponto Euxino, minùs Danubio appropinquârunt. In his regionibus Paulus Diaconus Langobardos relinquit, & demum sub Rege quinto Gudehoc eos in *Rugilandiam* deducit. *Rugilandia* seu Rugorum patria duplex erat, prior cis Carpaticos montes inter *Quados* & *Jazyges*, posterior inter *Noricum Ripense* & *Hercinios* montes, seu *Bohemiam*. *Rugilandias* eas confundit Paulus; unde chronologiam Langobardorum, quæ arbitrum agere debet, penitiùs examinare lubet.

A. Chr.

379.

**DCCLXXX.** *Ex Prosperi Aquitanici chronico.* *Aufonio* & *Olybrio* Coss. Langobardi ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus litore, Scandiæque insula magna, multitudine ingressi, & novarum sedium avidi, *Iborea* & *Ajone Ducibus*, *Vandalos* primùm vicerunt.

389.

*Timasio* & *Promoto* Coss. Langobardi, eorum *Ducibus* defunctis, primum sibi Regem creaverunt *Agelmundum* *Ajonis* filium, qui regnavit annis 33.

423.

*Mariniano* & *Asclepiodoto* Coss. Langobardorum secundus regnavit *Lamissus* meretricis filius annis 3.

*Ex Octavii de Strada vitis Imperatorum.*

426.

Rex tertius *Leth* regnavit annis 40.

466.

Rex quartus *Hildehoc* annis 4.

Rex

SECULUM IV. & V. DE LANGOBARDIS & HERULIS. 183 A. Chr.

|  |      |
|--|------|
| Rex quintus Gudehoc annis 12.  | 470. |
| Rex sextus Claffo annis 5.   | 482. |
| Rex septimus Tato annis 10.  | 487. |
| Rex octavus Wacon seu Wacho annis 18.  | 497. |
| Rex nonus Walthari annis 7.  | 515. |
| Rex decimus Audoin regnavit secundum Paulum Diaconum usque ad annum æræ Christianæ 552. ergo annis 30. | 522. |
| Rex undecimus Alboin, qui Langobardos in Italiam induxit.  | 552. |

*Fruccius in chronico annos Regnorum eosdem habet cum Strada, excepto Rege sexto Claffone, cui sex annos Regni tribuit. In annis autem æræ Christianæ, ob corruptos Fastos Romanos, quos adhibet, in errore est, usque ad Regem nonum Walthari; sub cuius regno demum ex Fastis Romanis tres consulatus, scilicet Anni 517. Anastasii & Agapeti: A. 518. Magni solius: A. 519. Justini Aug. & Eutharici, omittit, & inde ad verum computum annorum æræ Christianæ devolvitur. In chronologia Stradæ à mente Pauli Diaconi (ad quem & Anastasium Bibliothecarium provocat) non multum aberrari potest: quanquam enim Paulus duorum tantum Regum, Agelmundi, & Leth annos regiminis indicet, Regi tamen Audoin notam eam adjicit, quod non multo post adeptum regnum tempore, Langobardos in Pannoniam adduxerit; unde annus adepti regni 522. & educationis in Pannoniam 526. bene congruit. Paulus Diaconus Reges usque ad Tatonem eodem ordine, ut supra, recenset: exinde verò Wachonem non, sed filium ejus Waltati, Regem octavum numerat; Wachonem itaque à vero titulo Regis excludit; idque ut videtur ideò, quoniam Wacho, perimendo patrum suum Tatonem, regnum per tyrannidem & illegitimè invasit & tenuit.*

**DCCLXXXI.** Porro Paulus Diaconus refert: sub Rege quinto Gudehoc egressos esse Langobardos de suis regionibus, & venisse in Rugiland, expulsis inde per Odoacrum sub Felathee Rege ibidem sedentibus Rugis; ast hæc assertio fermè repugnat successioni Regum ab ipso Paulo Diacono traditæ. Paulus Gudehoc Regem perhibet, dum Langobardi ingrederentur Rugilandiam: successores ejus Claffonem, & dein Tatonem nominat: ita ut Tato secundus successor jam Regnum auspiciatus sit, antequam Langobardi ex Rugilandia in campos patentes migrarent; tertio anno abhinc contigisse narratur clades gravissima Herulis per Langobardos illata. Annus hujus cladis 493. certus est ex Procopio, scriptore ferè coævo; hinc etiam certus est annus 491. pro migratione in campos patentes. Intra hoc tempus igitur tres Reges debuissent regnare, Gudehoc, Claffo, Tato; supponatur annus 487. ultimus pro Gudehoc, annus 491. primus pro Tatone, remanebunt pro Claffone tres anni Regiminis. Anni primorum duorum Regum Agelmundi, & Lamissionis certi sunt ex Prospero scriptore planè his Regibus coævo: anni quadraginta Regis tertii ex Paulo Diacono; ergo Leth decessit & quartus Hildehoc successit anno 466. ab hoc anno usque 487. utrinque inclusive numerantur 22. anni, qui inter Hildehoc & Gudehoc essent distribuendi, quibus tamen secundum communem calculum non nisi 16. anni competunt; e contra sex hic superflui anni successoribus posterioribus Claffoni & Tatonem adimerentur. Unde Pauli Diaconi traditio de ingressu Rugilandia alium sensum, & hunc quidem habere debet. Scyris A. 472. penè excisis, & Gothis A. 474. ex Pannonia in Italiam & Galliam migrantibus, iam securè poterant occupari Scyrorum sedes è regione Norici trans Danubium. Rugorum itaque magna pars ex sedibus apud Quados & Jazyges recedit, & in Scyrorum sedes vacuas immigrat. Reliqua pars Rugorum dein, unà cum parte Herulorum, & aliorum Scyrorum, A. 476. Odoacro Italiam occupaturo se adjungit. Sedibus igitur Rugorum apud Jazyges plenè evacuatis immigrant Langobardi sub Gudehoc. Porro A. 487. dum Rugi in novis Noricis sedibus ab Odoacro excinderentur, iterum Langobardi prioribus relictis, has noviores Rugorum sedes vacuas, ducentè jam Rege Tatone, implent. Hoc modo omnia rectissimè correspondent, & Gudehoc erat, qui Langobardos à Tanai ad Tibiscum, Tato, qui à Tibisco ad Noricum deduxit.

De Herulis.

**DCCLXXXII.** Ex Georgii Syncelli Chronographia. Anno Mundi 5748. Divina Incarnationis A. 248. Æruli quingentis navibus vecti, Mæo- 256.  
tide

tide palude trajecta, in Pontum feruntur, & Byzantium Chrysolim- que occupant: ibi confertis manibus nonnihil retrocedere coacti ad fauces usque Ponti Euxini, Hieron (græcè, quod est sacrum) vulgò nuncupatas, postero verò die prosperis venti flatibus ad Cyzici Bithyniæ insignis civitatis fretum primùm exscendunt, Lemnum deinde & Scyrum insulas depopulantur: tum in Atticam facta irruptione, Athenas, Corinthum, Spartam, Argos, Achaiamque universam incendio & vastitate foedant: donec positis per loca difficiliora insidiis, auxiliisque à Gallieno missis, plurimos eorum Athenienses occiderunt, & ad Nessum alios ter mille prostraverunt. Sub id tempus Naulobatus Ærulorum Dux, Gallieno Imperatori deditioe facta, consularis dignitatis honorem accepit. Aureolus autem Celta, Romanorum Dux, Gallienum paratis insidiis interfecit. Et hæc quidem de Valeriano & Gallieno Imperatoribus satis.

*Ex Procopio de Bello Gothico lib. 2. cap. 14.* Jam verò quodnam hominum genus Eruli sint, atque unde in Romanorum societatem se contulerint, explicabo. Trans fluvium Istrum (id est, in terris quondam Quadorum) olim (id est, seculo quinto, tempore Attilæ) habitabant, cultui dediti multorum numinum, quæ humanis placare hostiis fas habebant. Instituti plurimùm differebant à cæteris nationibus. Procedente tempore (id est, post Attilam) cùm & numero & viribus supra finitimos omnes Barbaros (id est, Rugos, Scyros, Turcilingos) crevissent, adorti singulos pro- nam habebant victoriam, & in eorum fortunas grassabantur. Demum Langobardos jam tum Christianos (ergo dum Langobardi à vicinia Norici, jam Christiana religione operâ S. Severini imbuti, in viciniam Herulorum, in campos patentes remigrassent, quia citiùs, nisi in sedibus Noricis, esse non poterant Christiani) & quasdam alias gentes sibi vectigales fecerunt, contra Barbarorum in illis partibus degentium morem, ad id cupiditate, arrogantiaque in- ducti.

A. Chr.  
491.

*DCCLXXXIII. Ex Procopio lib. 2. cap. 14.* Susceptis ab Anastasio Romani habenis Imperii, non habentes Eruli, quos deinceps invaderent, armis depositis quievère, ac triennio pax illa stetit: quam graviter pertæsi Rodulfo Regi suo impudenter maledicebant, ipsùmque aditantes, mollem & effœminatam vocabant, aliisque id genus conviciis per summum dedecus os ejus verberabant. Permotus contumeliâ Rodulfus, in Langobardos planè infontes expeditionem suscepit, nullius delicti postulans, nec violatas pactiones prætexens, sed Bellum inferens ex animi mera libidine.

493.

*Ex Paulo Diacono lib. 1. cap. 20.* Convenerunt utrorumque in campis patentibus acies. Rodulfus suos in pugnam dirigit, ipse in castris residens, de spe victoriæ nihil ambigens, ad Tabulam ludit &c. Rex quoque ipse (dum suis jam cedentibus accurrisset) nequicquam fortiter faciens extinctus est. Herulorum verò exercitus, dum hæc illacque diffugeret, &c, crudeliter hostium feriebantur à gladiis &c. Atque jam ex illo tempore ita omnis Herulorum virtus concidit, ut ultrà super se Regem omnino non haberent.

*Ex Procopio lib. 2. cap. 14.* Ubi ad manus ventum est, magna fit Erulorum cædes, eaque Rodulfus ipse involvitur, cæteri omnes consternantur in fugam, virtutis immemores, insequentibus hostibus, plerique ibidem oppetunt, pauci admodum elabuntur. Quò factum, ut in Patria amplius manere nequiverint; sed illâ *quamprimum egressi*, iter porro continuâ-

SECULUM IV. & V. DE LANGOBARDIS & HERULIS. 185

tinuârint, cum liberis & uxoribus *peragrandò oras omnes, Iſtro fluvio ulterio- res*. Regionem ingreſſi *habitatam olim à Rugis*, qui in Italiam cum Gotho- rum exercitu conceſſerant, ibi conſtitère; ſed cùm inculta ſolitudo eſſet, paulò poſt exacti illinc ſtimulis famis ad *Gepadum fines* accedunt. Ac pri- mùm quidem Gepædes illis ſupplicibus permiferunt, ut, cùm *vicini* ſui eſſent, tum inquilini. Poſteà verò ab urbe vexare ipſos importuniſſimè cœperunt &c.

*DCCLXXXIV*. Impatienciâ abrepti Eruli *Iſtrum amnem trajiciant*, & Ro- manorum in illis partibus degentium vicinitatem ambiunt, Anaſtaſio Im- peratore; à quo benigniſſimè accepti ipſius permiſſu ibi ſedes fixerunt. Aliquantò poſt offeſus idem ſcleribus, quæ in Romanos accolos Bar- bari illi perpetrabant, adverſus eos exercitum miſit. Acie victores Ro- mani partem maximam interfecerunt, potueruntq; ad internecionem cæ- dere: verùm, qui ſupererant, ſupplices fuère ducibus, ut ſibi impoſterum vivere liceret in Romanorum ſocietate, & fidam navare operam Impera- tori. Hæc ſibi renunciata probante Anaſtaſio, data ſalus eſt Erulorum reliquiis. Nec tamen Socii Romanorum fuère, neque ipſos ullo officio remunerârunt.

*DCCLXXXV*. Ex *Procopio lib. 2. cap. 15*. Cùm Eruli acie victi à Langobardis migrâſſent è patria, pars, ut ſuprà narravi, in Illyrico con- federunt: cæteri *Iſtrum fluvium noluerunt trajicere*, ſed in extremis Orbis partibus fixère ſedes. Hos ducentibus multis, qui Regio ſanguine creti erant, cuncti *Sclavenorum populi* per fines ſuos tranſmiſère. *Inde vaſtam ſo- litudinem* permenſi ad *Varnos* veniunt, poſteà tranſcurrunt *Danos*, nus- quam in ipſos vim ſuſcipientibus illis Barbaris. Exin ad Oceanum pro- greſſi navigant, in *Thulen* Inſulam appellunt, ibique manent.

SECTION LV.  
SECULUM IV. & V.  
De Saxonibus.

*Nus DCCLXXXVI*. Ex *Fabritio rer. memorab. Saxoniz*. Weſta Rex Sa- xonum, filius Bodonis, princeps pacis ſtudioſiſſimus, & erga quos- vis facilis & perhumanus, circa hæc tempora claret, de cujus nomine adhuc hodie extare in Anglia inſulam certum eſt, arcem item, oppidum, & flumen: Granzio teſte. Witha Rex Saxonum, filius Weſtæ, circa hæc quoque tempora floret, ſub quo Saxones piraticam exercentes li- tora omnia infeſta reddunt.

*DCCLXXXVII*. Saxones per Francorum litoralium provincias in Gallias irrupentes, armis Valentiniani Imp. reprimuntur, ut liquet ex verbis Pauli Oroſii lib. 7. quæ Paulus Diaconus tranſcripſit lib. 1. hiſto- riæ ſuæ: Valentinianus Imp. (inquit) Saxonum gentem in Oceani lito- ribus & paludibus inviis ſitam, virtute & agilitate terribitem, periculo- ſam finibus Romanis, eruptionem mole magna meditantem, in ipſis fini- bus Francorum oppreſſit. Saxones in limitem Romanum irrumpunt, qui pactis induciis cum Romanis ab iisdem inſidioſè interficiuntur.

Confirmatur hoc ab *Aminiano Marcellino lib. 28. cap. 5*. & quidem factum eſſe Va- lentiniano, & Valente rer Conſulibus; ergo A. 370. Continuatio ex *Fabritio*.

*Pars IV.*

Aa

Sa-

A. Chr.  
300.

350

368.

370.

373. Saxones omnia loca in Francia populationibus vastantes, rursus ab
382. Imp. Valentiniano clade non contemnenda afficiuntur. Saxones in Galliam irrupentes, & cupiditate occupandi aliena longiùs progressi, à Theodosio, quem Gratianus Imp. consortem Imperii sibi legerat, superantur, ne mare ampliùs classe hostiliter infestarent; ùt in suo panegyrico ea de causâ Latinus Pacatus orator eum laudibus admodùm extollit.
384. *DCCLXXXVIII.* Saxones & Franci armis suis juvant Theodosium Imp. ut Maximum Tyrannum Rutupinum, ab exercitu in Britannia contra Gratianum electum vinceret, in Sicilia, in Norici Siscia, & Patavione urbibus, & aliis denique locis. ùt ex D. Ambrosii epistola
385. 29. lib. 5. manifestum est. Imp. Theodosius, auxiliis Saxonum adjutus Maximum Tyrannum cædit ad Aquileiam &c. teste Paulo Diacono.
386. lib. 2. Militantibus foris nonnullis Saxonibus Theodosio Imp. ùt dictum, contra Maximum: non destiterant ii, qui domi remanserant, intereà maria latrociniiis infesta reddere: ab Honorio tamen Theodosii filio reprimuntur; ùt Claudianus Poëta testatur, qui Romam introducit, gratias ipsi eo nomine agentem talibus verbis:  
- - - - - domito quòd Saxone Tethis  
mitior, & fracto secura Britannia Pictis.
390. *DCCLXXXIX.* Saxones in Radagasti Regis Gothici exercitu pugnâsse cum reliqua Barbarorum multitudine è gentibus crudelissimis collecta scribuntur; ùt patet ex Prudentio, Poëta illis temporibus æquali, & Urbi Præfecto, qui ad Symachum libro posteriore scribens, gentes Gothorum focias plurimas, diversâsque, & quàm maximè feras conjungens, ita canit:  
- - - - - Dacia, Sarmata, Vandalus, Hunnus;  
Getulus, Garamas, Alemannus, Saxo, Galaulas.
400. Witgisilus, sive Witginilus, seu veriùs Witichindus, qui Witæ filius, Rex Saxonum, & Dux Angariæ, post patris mortem regiam dignitatem accipit. Ab hoc tempore Roma, aliàs Domina totius Orbis, exposita est pari deinceps direptioni Vandalis, Hunnis, Langobardis, Saxonibus, aliisque Germaniæ gentibus, quæ deinde in Italia, Gallia, Hispania, & Britannia, diversa excitant regna. Saxones consecuti rei maritimæ scientiam, piraticamque, quam pro quæstu habebant, exercentes, in Gallias irruptionem faciunt, invitante feroces & inquietos animos loci & sitûs opportunitate, quòd ad Oceani litus, & in propinquis insulis habitarent.
446. *DCCXC.* Britanni omni à Romanis auxilio contra Scotos & Pictos, à quibus bellò premebantur, destituti, licèt hætenùs ipsis fideles essent, à Romanis deficiunt, & aliena auxilia, imprimis Saxonum, quaerunt.
447. Saxones à Wortigrino (aliter Wortigerio ibid. in notis ex Polydoro) Comite Gevissorum, novo Britanniae Rege electo, & à toto populo, in Britanniam accersiti, tribus navibus longis, duorum juvenum præstantissimorum ductu, Hengisti & Horfi, veniunt. (A. 449.) Populi Germaniæ, qui militatum in Britanniam venerunt, tres fuerunt, reliquis ferocitate atque armis excellentiores, *Saxones, Angili, & Witi*: ii nimirum, qui *inter Visurgim & Suevum* amnes, ad mare usque Balthicum, & Oceanum habitârunt. Ab Angilis postea tota Insula Britannia denominata est *Anglia*, quam appellationem nostra adhuc tempestate retinet. Non minùs quo-

quoque de Saxonibus adhuc quædam in Angliæ regno ditones nomen retinent, ut olim ab iis appellabantur &c. Witi verò non universi unà profecti sunt : sed quidam Rheno fluvio transmissio, partem occuparunt Helvetiæ, postea dicti Suiti, seu Sviceri, quam sedem, & quod nomen nostra quoque ætate adhuc obtinent. Wortigrinus, Rex Britanniæ, cum exterorum virtute feliciter contra Pictos & Scotos pugnasset, & muri partem inter Deiram & Albaniam, quâ se hostes tuebantur, esset demolitus, motus Saxonum fortitudine, locum in parte Insulæ, Orientem versus, habitandum assignat, eâ conditione, ut pro Britannis contra vicinos hostes, quoties opus esset, pugnarent.

**DCCXCI.** Hengistus Dux Saxonum, re bene feliciterque gesta, in præmium operæ navatæ, Regis permisso, sedes suas locat Cantii, & primus Rex Cantianorum factus, clarum sibi nomen & imperium non contemnendum comparat. Wortigrinus Rex Britannæ cum Hengisto Duce jungit affinitatem, ducens uxorem filiam ejus Angilam, seu (ut Polydorus) Ronigem, forma eleganti & spectata virtute virginem. Horfus Dux Saxonum, frater Hengisti, interfectus &c. Saxones A. 453. (debet esse A. 451.) unà cum Burgundionibus & Francis pugnant in exercitu Romano contra Attilam &c. Saxones & Alani in medio agmine genti Hunnorum tum fortissimè objecti sunt &c. Hengistus Dux Saxonum prælio victus & confossus ab Aur. Ambrosio Rege Britannorum. Audovagrius, sive Odocus, Dux Saxonum, per Normannorum & Cenomanorum litora vagatus, agrum Andegavum depopulatur, teste Gemblacense. Audovagrius, Dux Saxonum, majori exercitu reversus, Andegavum subigit, acceptisque à civitate obsidibus, oppida finitima capit, & cum Childerico Rege Francorum societatem init, gentem itidem Alemannorum in Suevis domat. Oricus, sive Otho, secundus Cantianorum Rex, & Hebusus, filii Hengisti &c. opprimuntur. Octus Rex Cantianorum III. &c. prælio victus in custodia detinetur. Octus Rex Cantianorum, è custodia Britannorum evadens, novas extemplò è Saxonia copias evocat, cumque violentius, quàm antea, ageret &c. interficitur. Idda filius Hebusi D. Saxonie, R. Northumbrorum ad septentrionem primus, &c. fines Imperii à fluvio Humbro ad fretumoticum usque propagat.

## SECTION LVI.

### SECULUM V.

#### De Thuringis.

**Nus DCCXCII.** Ex Eckhardo de reb. Franc. orient. lib. 2. cap. 11. dum agit Eckhardus de populis auxiliaribus Attilæ ex Sidonio. Thuringi nunc primùm audiuntur : & sinè dubio, cum Clodio in Belgium suos duceret, bonâ Francorum veniâ in eorum avita sede vacuefacta, pagis nempe Bodgeve, & Windodgeve, qui à Boda amne ad Werram usque (per Werram hic intelligit Eckhardus Visurgim, ut ex ejus locis aliis patet) se extendebant, confederant, à Sturia fluvio regionis trans-albinæ oriundi. Procopius lib. 1<sup>mo</sup> belli Gothici dicit : Thuringos has sedes Cæsaris Augusti donò tenere ; quod recentiores de Octaviano Augusto interpretati,

Procopium erroris incusant , quia ejus ætate de Thuringis adhuc nihil sciebatur. Sed sub Cæsaris Augusti nomine Augustulum intelligendum esse , infra ostendemus &c. sub nomine autem Francorum ad Nicrum Sidonius etiam Francos in pagis Wirogeve , & Salageve , sive in dextra Moeni ripa residentes comprehendisse videtur &c.

- NOTA. Clodio cæpit regnare A. 428. Regia ejus prima erat in Dispargo, id est in arce montis Diespurg, Hennebergici Comitatus. Statim autem animum ad fines regni extendendos applicuit, prorupit è montanis suis, in Belgium ruit, Cameracum capit, omniâque usque ad Suminam fluvium occupavit. *Eckhard. lib. 2. cap. 10.*
- A. Chr.**  
**464.** *DCCXCIII. Ex eodem Eckhardo lib. 2. cap. 15. p. 35.* Regem Thuringiæ Bisinum Regina Basina deserit, in Franciam venit, Childerico Regi conjungitur, eique Clodoveum filium A. 465. parit. *Pag. 35. & 37.* Bisinus Rex Thuringorum Francicos pagos Salageve , & Wirogeve , seu Franciam ad Moenum, in vindictam avulsæ uxoris, vastat. *Pag. 36.* Cùm autem ista in Francos rabie essent Thuringi, Moenum quoque transgressi sunt, & per Hermundurorum, qui nunc Suevi audiunt, terras usque ad Danubium sese effuderunt, omnia vastando. Nec Danubius eos cohibuit, sed transgressi in Noricum, ibi quoque diritatis suæ monumenta ediderunt (Thuringos eos fuisse, probat ibidem Eckhard. ex vita S. Severini) *Pag. 37.* Childericus de cætero ulcisci voluisse videtur vastationem, patriæ suæ à Thuringis illatam; sed impeditus est ab Eurico Visigothorum Rege, Thuringis foederato, qui, ut Childericum ab iis averteret, A. 477. in Galliam irrupit, id est, Arelatum & Massiliam Francis parentes, propriæ subdidit ditioni &c. Aliæ quoque curæ, nempe Saxonum irruptio, Childericum in Gallia retinebant &c. Præter Visigothos Thuringi etiam Odoacrum Italiæ Regem sibi protectorem acquisiverant. *Pag. 38.* manifestum est, Odoacrum, qui Thuringis favit, curasse, ut regiones Francis magnam partem ereptæ, sub Augusti sive Augustuli nomine iis confirmarentur: ut quas vi occupaverant, jure retinere videri possent. Ex eo itaque tempore in Thuringia, quæ nunc sic dicitur, non solum, sed etiam in pagis Salageve, & Wirogeve, & ultra Moenum ad Danubium usque acquisita Thuringi quietè possederunt.
- 491.** *DCCXCIV. Lib. 3. cap. 3.* Dum bellum inter Odoacrum & Theodericum adhuc ferret, Clodoveus (Rex Francorum) occasionem sibi commodam adesse credidit, injuriam Francis sub patre Childerico à Thuringis, Odoacri patrociniò superbis, illatam vindicandi. Unde Gregorio Turonensi lib. 2. cap. 27. teste, decimo regni sui anno, qui est 491. Thuringis bellum intulit, ipsosque plagâ magnâ prostravit, devictoque ipso populo, totaque eorum terrâ vastatâ, ipsos Thuringos tributarios Francorum fecit.
- 500.** *Lib. 3. cap. 7. ex Procopio.* Thuringi verò non solum comiter admodum Clodovei auctoritatem nunc colebant, sed etiam eidem se subtrahere moliebantur. Hermensfredus enim Rex eorum hoc tempore amicitiam ac protectionem Theoderici Regis Italiæ sibi acquirebat, ductâ Amalbergâ, nepte ejus ex sorore Amalofrida. Ex eo Franci à vi in eos destitère.





SECTIO LVII.  
SECVLUM V.  
De Rugis.

**Nus DCCXCV.** *Ex Jornande de Regnorum successione.* Parte verò Hesperia Nepote Imperatore Orestes fugato, Augustulum suum filium in Imperium collocavit ( prid. Cal. Nov. Petavius ) sed mox Odovacer genere Rugus, Thurcilingorum, Scirorum, Herulorumque turbis munitus, Italiam invasit, Augustulumque Imperatorem de regno evulsum in Luculano Campaniæ castello exilii pœnâ ( 4. Sept. Petavius ) damnavit. A. Chr. 475. 476.

*Ex Historia Miscella sub Zenone in lectione Ambrosiana.* Hæc dum apud Romanos geruntur, Odoacer cum fortissima Herulorum multitudine, fretus insuper Turcilingorum, sive Scirorum auxiliis, Italiam ab extremis Pannoniæ finibus properare contendit, qui dum adhuc per Noricorum rura exercitum duceret, cognitâ Severini famâ, Christi Domini servi, qui illis tunc debebat in locis, ad eum sibi benedictionem petiturus accessit &c.

**NOTA.** *Jornandes de rebus Geticis cap. 50.* in prima divisione Regnorum Attilæ ponit Sciros, Satagarios, & cæteros Alanorum in Scythia minore & inferiore Mœsia: Rugos in Bizi & Archadiopoli: Gothos in Pannonia. *Cap. 53.* Sciros Suevis, & Gothis vicinos, atque *supra Danubium* collocat. Ergo in parte Austriæ hodiernæ transdanubianæ Sciri, & post eos immediatè Suevi ripas Danubii tenebant. Porro inde sequitur: A. 454. non omnes Sciros emigrâsse ex sedibus suis inter Daciam veterem, Pannoniam, & Carpatos montes, sed majorem partem ibidem mansisse. 454. 471.

**DCCXCVI.** Odoacer Phœbâ Rege Rugorum victo captoque potitus est, Boëtio V. C. Cof. *Cassiodorus.* XVII. Kal. Decemb. *Anonymus Cuspiniani.* 487.

*Ex Paulo Diacono de gestis Langobardorum lib. 1. cap. 19.* His temporibus inter Odoachar, qui in Italia per aliquot jam annos regnabat, & Feletheum, qui & Feva dictus est, Rugorum Regem, magnarum inimicitiarum fomes exarsit, qui Feletheus illis diebus *ulteriorem Danubii ripam* incolebat, quam à Norici finibus idem Danubius separat &c.

*Ex Eckhardo lib. 2. cap. 11.* Alamannis, qui ultra Rhenum perrexerant, successerant in terris Cis-Rhenanis, ut dixi, Suevi. Hi igitur ab hoc tempore modò Suevi, modò Alamanni dicti sunt, & Francis ad Nicrum ( scilicet per Thuringos ) exturbatis, ultra Nicrum, & usque ad Norici Ripensis fines grassabantur. Batava sive Patavia, oppidum inter Oenum & Danubium constitutum, ut Eugippius in vita S. Severini cap. 6. indicat, frequenter eos experta est invasores. Scœpius enim eò invitatus est S. Severinus, maximè propter *Alamannorum* incursum assiduos, quorum *Rex Gibuldo* summâ eum reverentiâ diligebat. Rogavit etiam eundem S. Severinus, ut gentem suam à *Romana vastatione* ( id est à vastatione Norici tanquam Romani adhuc soli ) cohiberet. *Limes enim Romanus* ibi miserrimè custodiebatur. Causam Eugippius reddit hisce: per idem tempus Romanum constabat imperium: multorum milites oppidorum, pro custodia limitis, publicis stipendiis alebantur. Qua consuetudine desinente, simul militares turmæ sunt deletæ. Qui Gibuldo Regi apud Suevos successit, *Chunimundi* nomen habuit. Is mox paucis Barbaris comitatus, oppidum, ut S. Severinus prædixerat, Batavis invasit, & incolas loci interemit. Alia vice,

vice, ut Eugippius cap. 8. prodit, mansores oppidi Quintanensis, creberrimis Alamannorum incursionibus defessi, sedes proprias relinquentes, in Batavis oppidum migraverunt, ibique Alamannos repulerunt.

*DCCXCVII. Ex Eckhardo lib. 2. cap. 15. p. 36.* Eugippius in vita S. Severini cap. VIII. testatur, S. Severinum monuisse Quintanenses, aliosque Provinciales, ut relicto oppido & locis suis, secum ad oppidum Lauriacum discederent. Quintanarum oppidum hodie est vicus, Kuntzen dictus, ad dextram Danubii ripam supra Batava: Lauriacum verò etiam est vicus exiguus, Lorch vocatus, sub moenibus oppidi Ens, ad confluentem Anasi amnis cum Danubio, qui Episcopatum quondam habuit, ad Batava sive Patavium tandem translatus. Quamvis (dicit S. Severinus) & illud oppidum, quò pergimus, ingruente barbarie sit quantociùs relinquendum. Monitis sancti viri plurimi paruerunt, quidam (ut Eugippius ait) reperti sunt contumaces, nec defuit contemptoribus gladius inimici. Quicumque enim ibidem contra hominis Dei interdictum manserunt, *Thuringis irruentibus* in eadem hebdomade *alii quidem trucidati, alii in captivitatem deducti* pœnas dedere contemptus. Lauriacum mox appetere, sed detecti à vigiliis Barbari, haud procul à muro scalas, quibus muros conscendere voluerant, reliquerunt. Feletheus Rugorum Rex, qui & Fava (verbis Eugippii capite nono utor) audiens, cunctorum oppidorum reliquias, quæ barbaricos evaserant gladios, Lauriacum se per Dei famulum contulisse, assumpto veniebat exercitu, cogitans repente detentos abducere, & *in oppidis sibi tributariis atque vicinis* (ex quibus unum erat Favianis) *qua à Rugis tantummodo dirimebantur Danubio*, collocare. Sed S. Severinus à proposito Regem Rugorum monitis suis avertit. Rex tunc inter alia dixit: hunc populum, pro quo benivolus precator accedis, *non patiar Alamannorum aut Thuringorum* iniquorum sæva depredatione vastari, vel gladio trucidari, aut in servitium redigi. Delinitus autem à S. Severino permisit, ut *reliquos Romanos* in sua fide susciperet, qui, Lauriaco discedentes, pacificis dispositionibus benivola cum Rugis societate viverent.

*DCCXCVIII. Ex Eckhardo lib. 3. cap. 2.* Feletheus Rex Rugorum, qui & Fava vel Febanus dicitur, habebat fratrem Fridericum, qui, ut Eugippius in vita S. Severini cap. 2. prodit, ab eo ex paucis, quæ super ripam Danubii permanserant oppidis, unum accepit Favianis, juxta quod monasterium S. Severinus construxerat. Hic, ubi S. Severinus obiisset, monasterium hocce diripuit, sed intra mensem à Friderico Felethei filio interfectus, prædam cum vita perdidit. Odoacer indignatus spoliatum S. Viri, & dum viveret, amici monasterium, inde occasionem sumpsit Rugis A. 487. bellum inferendi &c. Eugippius cap. 12. prodit, Odoacrum, fugato Friderico, patre quoque Fava capto, eum ad Italiam cum Coniuge Geisa transmigrasse, hoc est transtulisse &c. Post discessum Odoacri Fridericus ad propria revertit: unde *Odoacer misit fratrem suum Anulfum*, ante quem denuò fugiens (ut Eugippius ait) Fridericus ad Theodericum Regem, Theodemiris filium, qui tunc apud Novam Civitatem Provinciæ Mœsiæ morabatur, profectus est. Ibi non desiit, Theodericum spe occupandæ Italiæ in Odoacrum concitare: & cum is adversus hunc signa moveret, sub lis militavit. Fidem tamen deinde fregit, & hostibus sociatus est, inter quos ortâ discordiâ, ipsemet victus periit. Ennodius in Panegyrico Theoderico dicto pag. 306. de eo, Theodericum alloquens: Fri-

Fridericus, inquit, postquam tibi de adversariis tuis peregit triumphum, de se præbuit. *Sic extinctum est Regnum Rugorum, nec de gente ipsa quicquam reperias amplius, nisi in chartis Ecclesiæ Pataviensis. Aunulfus verò præcepto fratris admonitus (utor verbis Eugippii) universos jussit ad Italiam migrare Romanos.*

## SECTIO LVIII.

### SECULUM VI. & VII.

#### De Slavis, Hunnis, & Avaribus.

A. Chr.

**Nus DCCXCIX.** *Ex Theophanis Chronographia Anastasii Imperii anno undecimo:* 501.  
Hoc etiam anno qui vocantur *Bulgari* excursionem in Illyricum & Thraciam fecerunt, cùm nondum eorum natio audiretur de nomine.

*A. 23.* Vitalianus (Tyrannus) occupatâ universâ Thraciâ, Scythiâ, 514.  
& Myfiâ, ducens secum *ingentem Unnorum & Bulgarorum numerum*, cepit Anchialum, & Odyssopolim, ipsùmque Thracicæ militiæ Magistrum Cyrillum, prædis quaquâ versùs ad Byzantium usque abactis comprehendit &c.

*A. 25.* Unni, quibus Samen (Saber, Miscella) appellatio, Caspiarum 516.  
portarum limitibus emensis, Armeniam suis incursionibus infestârunt; Cappadociamque, & Galatiam, & Pontum depopulati, ad Euchaita usque, quæ tantùm haud subegerunt, progressi sunt &c.

*Justini Imperii anno tertio:* Persas inter & Romanos bello revocato, 521.  
Justinus legatos & munera ad Ziligdem (Zeliobem, Misc.) Unnorum regem destinavit: Ille interpositis ex patrio more juramentis, adversùm Persas Imperatori suppetias ferre promisit &c.

*DCCC.* *Justiniani Imperii anno primo.* Hoc insuper anno mulier quæ- 528.  
dam barbarâ ex Unnis, Saber vulgò nuncupatis, nomine Boarex (Boazer Misc.) vidua, adductis secum Unnorum millibus centum, in Romanas partes transiit. Hæc amisso viro suo Balach, Unnicis regionibus imperitabat. Duos verò reges, ex alia Unnorum natione, quæ partes interiores habitat, nomen uni Styrax, & alteri Glones, à Cabade Persarum rege ferendis sibi suppetiis, & Romanis bello vexandis accitos, & jam per regionem sibi subditam ad Persarum loca, cum millibus hominum viginti transitum habentes, armis illa excepit, & in frustra concidit: & eorum quidem regem unum, Styrcem vocatum, in bello comprehensum, vinculis alligatum Constantinopol. Imperatori misit. Glonem autem in pugna interfecit. Ita demum armorum societatem & pacem cum Imperatore Justiniano mulier perpetuò servavit. Hoc etiam anno *Rex Unnorum, Bosphoro proximus*, nomine *Gordas*, cum Imperatore foedus habiturus accessit. Is *Christianam religionem amplexus*, baptismi lumine illustratus est, & ex lavacro ab Imperatore susceptus, multisque subinde ab eo muneribus acceptis, ad Romanos fines tutandos, & Bosphorum civitatem &c. armis propugnandam missus, in propriam regionem secessit &c. Unnorum itaque Rex factus Christianus, in propriam regionem reversus, fratri, quem illic offendit, Imperatoris humanitatem atque liberalitatem, seque Christianum factum esse narravit. Ad hæc direpta undequaque simulachra, quæ venerabantur Unni, cuncta conflavit: erant enim illa argen-

argentea, & electrina. Quamobrem irâ succensi Unni conjuratione cum ejus fratre excitata, in eum irruentes, necem intulerunt, & fratrem ejus Muagerem creârunt regem &c.

A. Chr. DCCCL. Ex Procopio lib. 3. cap. 14. In digressionem ad præteritum. Hunc

531. (Chilbudium) Imperator (Justinianus) anno Imperii sui 4<sup>to</sup> militari Thraciæ magisterio ornatum, Istri fluminis custodiæ præfecit, atque operam dare jussit, ut amnis transitu Barbari imposterum prohiberentur. Jam enim sæpe Hunni, Anta, & Sclaveni, trajecto fluvio, Romanos pessimè, foedissimèque vexârunt. Chilbudium Barbari adeò reformidârunt, ut toto triennio, quo ibi cum potestate fuit, fluvio adversus Romanos evadere nemo quiverit, immo verò Romani in adversam continentem cum Chilbudio sæpe transgressi, illius oræ Barbaros strage affecerint, & captivos inde abduxerint.

534. Post annos tres, cum Istrum Chilbudius copias de more traduxisset, numero paucas, Sclaveni (hic jam Procopius sub Sclavenis, nomine ad genus directo, comprehendit Antas, & sic postmodum totum populum Sclavenos compellere pergit) conflato ex tota gente exercitu venere obviam. Duro certamine inito, Romani multi cecidere, atque in his militum Magister Chilbudius; ex quo barbaris libera semper fuit amnis transmissio, & Romana res incuribus eorum patuit. Qua in parte universum Romanum Imperium

545. virtutem adæquare non potuit unius viri. Postea inter Antas & Sclavenos orto diffidio, res ad manus & pugnam venit: quâ ab hostibus Anta victi sunt &c. Sub idem tempus Anta, facta in Thraciam irruptione, Romanorum illic degentium multos expilârunt, & in patriam abriperunt captivos &c.

539. DCCCII. Ex Theophane Imperii Justiniani anno duodecimo. Bulgari Reges duo, cum Bulgarorum innumera multitudine & Drungo, (Bulgarorum duo reges Vulger, & Droggo Misc.) in Scythiam & Mysiam, militiæ magistrum in Mysia Justino, & in Scythia Baudario agente, arma moverunt. Isti Bulgaris in adversum progressi, commiserunt prælium, in quo Justinus militiæ Magister cecidit, in cujus locum Constantinus Florentii filius successit: & ad partes usque Thraciæ irruerunt Bulgari. In eos autem Acum, patriam Unnus (quem è sacro fonte suscepit Imperator) per Illyricum militiæ Magister, expeditionem suscepit: igitur Romani Bulgaros undique suis copiis interclusos ferro cædentes, innumeram ex eis multitudinem prostraverunt &c.

545. DCCCIII. Ex Procopio lib. 3. cap. 13. Ubi agit de anno undecimo belli Gothici, id est à vere incunte anni 545. usque ad ver subsequentis anni. Imperator Joannem Vitaliani nepotem, & Isaacem Armenium, Aratii, atque Narsetis fratrem, paulò post misit cum exercitu Barbarorum, ac Romanorum militum, qui cum Epidamnum pervenissent, Belisario se adjunxerunt. Narsetem quoque Eunuchum ad Erulorum Principes destinavit, ut ad bellum Italicum eorum multos pelliceret. Nec pauci ipsum Eruli secuti sunt, Philemuthi, & aliorum ductu, & cum eo venerunt in Thraciam: ubi in hybernis collocati, ad Belisarium incunte vere profecturi erant: unâ aderat Joannes, cui cognomen Helluo. Iter agendo, casu quodam, ac præter expectationem magnum illi in Romanos contulerant beneficium. Cum enim Sclavenorum multitudo ingens, amne Istro nuper trajecto, partes illas vastasset, ac Romanos quàm plurimos abripisset in servitutem; hos Barbaros aggressi repente Eruli, ipsis, numero licet longè superioribus, præter opinionem victis, stragem dederunt, ac domum di-

mi-

misère captivos omnes. Tum quoque Narses quendam nactus arrogan-  
 tem, sibi nomen Chilbudii viri illustris, qui antea Romanæ Magister mi-  
 litiae fuerat, facile imposturam detexit. *Cap. 14.* Dum hæc ibi aguntur,  
 interea Justinianus Aug. missa ad hos Barbaros legatione petit, *ut com-  
 migrent omnes in antiquam urbem, Turrim appellant, quæ trans Istrum fluvium  
 sita, conditæque olim à Trajano Romanorum Imperatore, multis abhinc  
 annis vacabat, à vicinis direpta Barbaris. Hanc ipsis urbem, agrisque  
 circumjacentes, pro jure veteri, quo ad Romanos pertinerent, daturum  
 se Justinianus Aug. spondit, eorumque amicitiam aliturum omni stu-  
 dio, & pecuniam liberalissimè largiturum, modò ut isto secum foedere,  
 Hunnis Romanum Imperium incurfare volentibus sese usque opponerent.* His au-  
 ditis assensu Barbari, omnia præstituros se receperunt &c.

A. Chr.

547.

*DCCCIV. Cap. 29.* Sub idem tempus *Sclavenorum copia, trajecto Istro  
 flumine, totum Illyricum, Epidamnum usque, foedè vastârunt, obvios  
 quosque sinè ullo ætatis discrimine, partim mactantes morte, partim ab-  
 ducentes in servitutem, ac pecuniis spoliantes. Castella quoque regio-  
 nis illius plurima, quæ firma priùs videbantur, ceperunt, nemine resi-  
 stente: ita ut circumcursando impunè quovis penetrarent: cum illorum  
 Duces, collecto ad XV. Millia exercitu, sic sequerentur, ut propiùs ad  
 illos accedere non auderent. Anni hujus hyems crebris, iisque vehe-  
 mentissimis, & maximè horribilibus terræ motibus infesta fuit &c.* (Clau-  
 dit dein Procopius in eodem capite, recensendo ea, quæ per hyemem acta, annum  
 13. belli Gothici, qui fuit à vere ineunte 547. usque ad peractam hyemem in an-  
 no inchoato 548.)

549.

*DCCCV. Ex eod. lib. 3. cap. 38.* Sub idem tempus Sclavenorum ex-  
 ercitus, ex tribus solùm conflatus virorum millibus, nemine prohiben-  
 te, *Istrum fluvium traiecit, ac nullo negotio subinde transmissis Hebro flu-  
 mine bifariam discessit. Constabat pars altera mille octingentis, altera  
 reliquis. Utrosque quamvis invicem, ut dictum est, separatos aggressi  
 in Illyrico Thraciæque exercitûs Romani Duces præter opinionem victi  
 sunt: ac partim ibi ceciderunt, partim evaserunt incompositè fugientes.  
 Postquam ab utroque barbarico exercitu, quamvis numero longè infe-  
 riore Romani Duces omnes ita fusi, fugatique sunt, cum Asbade pars  
 hostium altera manum conferuit. Erat hic vir Justiniani Aug. stipator,  
 Candidatis, quos appellant, adscriptus, & equitibus præerat, veteribus  
 stationariis *Tzuruli Thracia castelli*, numero, animoque pollentibus. His  
 quoque Sclaveni disjectis, quamplurimos turpissimè fugientes interfecerunt,  
 captumque Asbadem tum quidem vivum servârunt, sed postea  
 coniectum in flammam combusserunt, defectis priùs loris ex dorsi illius  
 pelle. His peractis, *Thraciam omnem, atque Illyricum impunè vastârunt, ac  
 multa utrique castella obsidione ceperunt, qui antea nec muros oppugnare,  
 neque in campum descendere audebant: enimverò ne tentaverant quidem  
 unquam hi Barbari incursionem facere in Romanum Imperium; immo verò  
 ante illud tempus, quod supra (num. 801.) dixi, nunquam cum exercitu* (notetur  
 ly cum exercitu) *fluvium Istrum videntur traiecisse. Qui Asbadem vicerant,  
 ad mare usque continenter omnia populati, urbem maritimam, quam-  
 vis militari præsidio munitam expugnârunt: Toperus dicitur, urbiùm-  
 que maritimarum Thraciæ prima est, ac Byzantio dierum iter duode-  
 cim distat. Sic autem eam ceperunt &c.* (Narrat Procopius expugnationem  
 urbis, & lævities deinde in urbe & regione patratas, subjungendo) Jam uterque*

Pars IV.

Bb

eorum

eorum exercitus, quasi nimio sanguine ebrius ac satur esset, quos imposterum caperet, illorum parti donare vitam statuit. Quo factum est, ut domum omnes reversi sint, cum captivorum innumeris myriadibus.

*Procopius lib. 3. cap. 35. clauserat annum 14. tum belli Gothici, & in eod. lib. 3. cap. 39. claudit annum 15. tum, ergo superius relata spectant ad annum Christi 549. Porro relata sequentia ex lib. 3. cap. 40. pertinent ad annum 16. tum, & dein ad 17. tum belli Gothici, quod non tantum ex ipsis relatis hujus capitulis, sed & disertè ex libro 4. cap. 21. liquet.*

A. Chr.  
550.

**DCCCVI.** Ex Procopii lib. 3. cap. 40. Sardicæ, quæ Illyrici urbs est, collectum exercitum instruebat Germanus (Magister militum Romanus, Justiniani ex fratre nepos) & omnia ad validissimum belli apparatus expediebat, cum *Sclavenorum caterva, quanta nunquam antè prodierant*, ad Imperii Romani fines progressæ, *trajecto Istro flumine Naisum* venerunt. Eorum pauci abjunxerunt se ab exercitu: cumque ita vicinos agros pererrarent, ut singuli separatè discurrerent, in Romanorum quorundam manus inciderunt: à quibus vincti, interrogatique, cujus rei causâ & quid tandem acturus hic Sclavenorum exercitus Istrum fluvium transmisisset? asseverârunt, eo se venire consilio, ut *Thessalonicam*, urbésque illi circumjectas obsidione caperent. Cujus rei nuntio valde commotus Imperator, statim Germano scribit, ut in præsens, ommissa in Italiam profectio, Thessalonicæ cæterisque urbibus suppetias ferre, ac totis viribus impetum Sclavenorum repellere maturet. Dum in his Germanus hæsitat, Sclaveni, ex captivis comperto Germani Sardicam adventu, trepidant. Erat enim apud hos Barbaros Germani nomen ex hoc admodum celebre: *quo tempore Justinianus Germani patruus imperium obtinuit, Antè Sclavenorum accola, transito Istro, in Romanorum fines cum magno exercitu* (ergo hunc nunquam antè, ut num. 805. intellexit Procopius, ante Imperium Justiniani) *irruerunt*. Germanus recens ab Imperatore creatus Magister militum totius Thraciæ, inito cum hostium copiis prælio, vi illas profligavit, & ferè ad internecionem cæcidit: quo factò Germanus, cum apud omnes clarissimus evasit, tum verò maximè apud hos Barbaros. Itaque *Sclaveni* ipsum veriti &c. *Thessalonicam versùs iter statim abrumpunt, neque ausi ampliùs in campos degredi, omnibus Illyrici montibus superatis in Dalmatiam* (mediterraneam, hodie Bosniam) *intran*t. Securus jam ab illis Germanus copiis edicit omnibus, ut vasa colligant, tanquam inde biduo post in Italiam profecturus. At &c. repente vita cedit &c. Imperator Joanni, Vitaliani ex fratre nepoti, Germanique genero, mandat, ut cum altero Germani filio Justiniano exercitum in Italiam duceret. Illi Dalmatiam (maritimam) petierunt, ea mente, ut hyemem Salonis exigerent, cum id anni tempestas non videretur ipsis permittere, ut sinum circumeundo in Italiam pervenirent, nec transmittere possent, à navibus imparati. (sequuntur hic acta cum Gothicis in Sicilia, & Italia, dein iterum de Slavis) Joannes & Imperatoris exercitus, cum in Dalmatiam pervenissent, *Salonis hyemem traducere constituerunt*, statim ab illius exitu Ravennam rectà ire habentes in animo. At *Sclaveni*, tum qui priùs in oras Imperatori subditas se intulerant, tum qui paulò post, *trajecto amne Istro, illis se permiscuerant, impunissimè Romanorum Imperium incursârunt*. Nec deerat suspicio, illos multâ pecuniâ in Romanos à *Totila* *pellectos & immissos* esse &c. Divisis tripartitò copiis, toti Europæ damna gravissima intulerunt, non cursim populabundi, sed perinde, acsi essent in suis finibus, *sinè ullo hostium metu hybernantes*.

**DCCCVII.**

**DCCCVII.** In eos postmodum Imperator egregium destinavit exercitum &c. (sub pluribus ducibus, quibus omnibus præfecit Scholasticum) Barbarorum partem offendit hic exercitus ad Adrianopolim urbem Thracie mediterraneam, ac dierum iter quinque Byzantio distitam. Jam Barbari progredi non poterant: etenim captivorum ac pecudum innumerabilem vim cum opibus cujusque modi abducebant. Quare eò loci hærentes, ad pugnam ita se expediebant, nihil ut hosti suboleret. Ac Sclaveni quidem in monte, qui illic eminet, Romani verò in planitie castra metati sunt. Diu federant, cum victi impatientiam milites, de Ducibus cum indignatione cœpère queri &c. His querelis adacti Duces cum hoste configunt. Fervet prælium: vi demum victis Romanis, milites multi, iique fortissimi, ibi cadunt: Duces ab hostibus tantum non capti, vixque elapsi cum reliquis, evadunt, quò cuique licet. Constantiani vexillum cepère Barbari, ac spreto Romanorum exercitu ulterius progressi, Asticam, quam appellant, regionem vastarunt jam diu intactam, quamobrem prædam ibi copiosissimam invenerunt. Latè facta populatione pervenerunt ad muros longos, qui Byzantio diei itinere paulò amplius distant. Aliquantò post Romanus exercitus hos secutus Barbaros, partemque eorum nactus, repentino ipsos fuderunt impetu, ac, cæsis plurimis, captivorum Romanorum ingentem receperunt numerum, & inventum Constantiani vexillum retulerunt. Reliqui Barbari cum reliqua præda domum reversi sunt.

**DCCCVIII.** Ex Theophane: Imperii Justiniani anno 31. Sub idem tempus (anni 557. finientis, de quo in anterioribus sermo est) gens prorsus insolens atque incognita, Abares ei nomen, Constantinopolim advenit: & ad ejus spectaculum, quòd nusquam visi fuissent hujus formæ homines, cuncta urbs effusa est. Comas siquidem à tergo, longas admodum, tæniis revinctas, & implexas gestabant: reliquis licet habitus Unnico simillimus conspiceretur. Illi porro, relicta patriâ regione, in Scythia Mysiaque partes se conferentes, ut humanius in iis provinciis admitterentur, ad Justinianum legatos destina-verunt. 557.

**DCCCIX.** Anno Justiniani 32. Unni & Sclavi cum maximis copiis in Thraciam irruentes, eam bello vastaverunt, multosque homines vel occiderunt, vel in captivitatem abduxerunt: sed & Sergium militiæ Magistrum, Bacchi tenioris filium., & Ederman Ducem, Calopodii clarissimi Cubicularii & Præpositi filium, ceperunt. Cumque partes quasdam muri Anastasiani terræ motibus collapsas reperissent, per eas ingressi, in potestatem suam redegerunt loca ad Drypium, Nymphas, & Chittus vicum sita &c. Porro Belisarius, sumptis omnibus equis &c. populòque armis instructo, ad Chitti pagum profectus est, ibique aciem omnem composuit: tum quosdam ex barbaris capere, & interficere cœpit: quin etiam arbores cædi, & ponè exercitum in terram trahi imperavit, ex quo pulvis ingens vento excitatus, & in barbaros delatus super eos incubuit. Qui cum maximas copias inde adesse existimarent, in fugam versi, ad regionem sancti Stratonici ad Decatum recessère. Ac cum subinde à speculatoribus rescivissent Constantinopol. muros magno militum numero esse defensos, Tzurulum, & Arcadiopolim, & sancti Alexandri Zupparorum versùs digressi sunt: ibique castris positus usque ad Pascha substitère. Cœterum Imperator bipupes naves confici, illisque in Danubio adversos Unnos, siquando transfretarent, excipere, & cum eis manus jus-



fit conferere. His auditis Barbari, missis legatis, petiverunt, ut sibi reditus tutò permitteretur, & Danubium trajicerent. Misit ergo Imperator Justinum nepotem suum, & Curopalatem: eosque dimisit incolumes.

A. Chr.  
572.

*DCCCX. Imperii Justiniani anno 7.* Extitit etiam alia, quæ Chosroem turbavit molestia. Per id enim tempus, *Unni*, quos Turcos nuncupamus (sic etiam *Simocatta lib. 1. cap. 8.* dicit: sunt autem Hunni, habitantes in Oriente, Persarum vicini, quos multi usitate vocabulo Turcas nuncupant) *per Alanorum terras legationem ad Justinum destinant.* (Eundem annum septimum Justiniani *Simocatta lib. 3. cap. 9.* pro rupta pace cum Persis, & pro legatione Hunnorum assignat) Ea de re Chosroës in metum adductus, Armeniorum adversum se rebellionem ementitus, eorum etiam ad Justinum defectionem prætexebat, & transreddi sibi postulabat. *Quingentas insuper auri libras Romanorum Imperatore pendere solito, ut vicina barbaris castella custodirent Persæ, ne ex barbarorum locis irrupentes alterutri imperio perniciem inferrent, quare communibus utriusque impensis loca quæque munita servabantur in utriusque limitibus: Justinus pactum hujusmodi rescindendum censuit; Romanos Persis tributa pendere indecorum esse causatus. Eaque magni illius Romanos inter ac Persas belli occasio extitit &c.*

574.

*Anno 9.* In Provincias Danubio conterminas grassati sunt Avars: quo cognito, Tiberium Excubitorum Comitem adversum eos misit Imperator. Pugna cum Avaribus commissa, Tiberius ex improvise ab hostibus oppressus, superatur, multisque è suis desideratis revertitur &c.

Interrupto nunc ordine chronologico quædam interserenda sunt, quæ ad cognoscendam gentium Hunnicarum diversitatem faciunt; & prænotandum hic generaliter: In seculo sexto res memoratu dignas præter Evagrium, & Jornandem, præcipuè conscripsere Procopius de majore parte Imperii Justiniani, Agathias de reliqua, Menander de Imperio Justiniani & Tiberii, Simocatta de Imperio Mauricii; ita ut horum semper alter alteri in contexendis historiis manum dederit. Quilibet eorum, ubi filum historiæ id postulaverat, excurrit in præteritum. Digressiones autem illæ difficultatem in chronologia pariunt, non quidem tantam in Procopio, Agathia, & Simocatta, quorum scriptis integris gaudemus, quam in Menandro, ex quo non nisi excerpta, eaque materiæ solummodo legationum subservientia supersunt. Unde excerptor de aliis à Menandro enarratis parum sollicitus, gesta plurima, & simul ea, quæ temporis indicium facere possent, neglexit: quin & pro suo captu quandoque (nisi solis librariis id fors adscribendum) res, tempora, & nomina confudit. Dubitas itaque occurrens vel ex rebus ipsis narratis, vel ex Miscella historia, & Theophanis Chronographia, quæ reverà compilatio ex prioribus scriptoribus sunt, dissolvi debet.

*DCCCXI. Ex Agathia de Gestis Justiniani lib. 3. pag. Edit. Venet. 55.* Statim verò Romani, incitante Martino, omnibus viribus adoriri parabant Persas, *Onogorim* insidentes. Accepit verò jam inde ab antiquo hic locus eam appellationem, quòd, cum *Hunni* fortasse *superioribus temporibus vocati Onoguri* illo ipso in loco cum Colchis prælio decertassent, victique fuissent, veluti monumenti & trophæi causâ id nomen ei ab indigenis inditum fuerit.

*Lib. 4. pag. 85.* Aderant verò Persis etiam *Hunnorum Saborum mercenaria auxilia.* Est enim hæc natio & maxima, & populosissima, &c. modò quidem his, modò illis, nunc alteri alicui, sese in belli & periculorum societatem conjungendo, in contraria subinde mutatur. Frequenter enim cum Romanis, frequenter verò cum Persis, inter sese bellum gerentibus, prælium inierunt &c. Nam priore bello adversum Persas pugnaverunt &c. quo statim bello confecto, dimissi quidem sunt à Romanis,

nis, mercede de qua inter ipsos convenerat accepta, postea autem eos, qui antea ipsis fuerant hostes acerrimi, sunt secuti.

*Lib. 4. pag. 96.* Perozes Rex Persarum &c. periit in expeditione adversus Nephtalitas &c. quarto & vigesimo Regni sui anno, vitamque finit inglorius utpote ab Hunnis debellatus. *Hunnica enim gens Nephtalita.*

*DCCCXII. Lib. 5. pag. 107.* Hunnorum gens olim quidem habitavit circa eam *Mæotidis Paludis partem*, quæ *subsolanum ventum versus* spectat, erantque *Tanai flumine magis septentrionales* quemadmodum & aliæ barbaræ nationes, quotquot intra Imaum montem in Asia confederunt. Hi verò omnes communiter quidem *Scytha & Hunni* vocabantur; privatim autem secundum nationes, nonnulli eorum *Cotrigori*, alii *Utigori*, alii verò *Ultizuri*, alii etiam *Burgundi*, dicebantur, alii aliter ex patria cuique ac usitata appellatione nominabantur. Multis autem postea seculis transferunt in Europam; sive reverà à *cervo* quodam, ut fama percrebuit, primùm ducti, sive alia quapiam fortunâ usi, & *Mæotidem Paludem*, qua parte in *Euxinum Pontum fertur*, cum antea trajici nequaquam posse crederetur, tunc certè quocunque tandem modo *trajicientes* &c. Tunc itaque *Ultinzuri* & *Burgundi* usque ad Leonem Imperatorem, & qui per id tempus erant Romanos, celebres extitere, fortesque sunt habiti. Nos verò, qui hac ætate vivimus, neque eos novimus, neque noscimus, quòd vel delecti fortasse sint, vel quàm remotissimè hinc sedes suas transtulerint. Illo uti-  
que anno, quo pestilentia (*vid. num. 472. a.*) Urbem invasit, reliquæ Hun-  
norum gentes salvæ adhuc & maximi erant nominis. Cùm itaque descendissent Hunni in loca ad Austrum vergentia, *non procul à ripa Istri fluminis* ex animi sui sententia confederunt. Tum itaque vigente hyeme fluvius, ex more vi frigoris congelatus, ad imum usque vadum ita obduerit, ut & equestribus copiis transiri posset.

A. Chr.  
541.

*DCCCXIII. Zaberger* verò *Hunnorum*, qui *Cotriguri* dicuntur, *Dux* &c. facillimè in Romanum Imperium pervenit, &c. statim *Mysiam & Scythiam transgressus*, in Thraciam irrupit. Ibi verò diviso exercitu, alteram ejus partem in Græciam misit &c. alteram verò in Chersonesum Thracicam &c. Tum itaque *Zaberger* (Sabirorum Chan seu Princeps) bona spe elatus &c. ipse cum equitum millibus septem rectà *Constantinopolim pergens* & agros vastabat, & oppidula tentabat, omniâque passim movebat, & perturbabat. Causa verò hujus expeditionis &c. erat plus habendi cupiditas, cui tamen prætextum hostilitatis adversus *Utiguros* obtendebat. *Sandilchus* enim quidam nomine, vir Hunnus, *gentis illius Dux* erat, benevolus tamen imprimis, & *fœderatus Romanis*. Quocirca Imperator ipsum benevolentia, & honore prosequeretur, & frequentia ad eum dona mittebat. *Cotriguri* verò, utpote similium expertes, sed omnino despecti, & manifesto contemptu provocati, hanc sibi expeditionem suscipiendam censuerunt &c.

Describit porro *Agathias Cotrigurorum* in tres turmas divisorum, & partim Græciam, partim Chersonesum Thracicam, partim sub Duce ipso *Zaberger* *Constantinopolim* infestantium violentias; dicit, Imperatorem *Justinianum* jam tunc sub *extremum vitæ curriculum* cessisse, & laboribus renuntiâsse visum, magis animum intendisse, ut hostes inter se committeret, donis demulceret, & sic potius quodammodo propulsaret, quàm perpetuò belligeretur. Demum *Belisarius Dux* jam senio fractus, mandato Imperatoris in eos mittitur. Hunni cæduntur à *Belisario*, qui hac victoriâ simul invidiam sibi peperit. Barbari campis Chersoneso circumjacentibus excesserunt, & ad *Zaberger* victi ad victos pervenerunt. Qui verò in Græciam antea missi erant,

nihil planè memoratu dignum gesserunt. Quocirca etiam hi discedentes, iter Thraciam versùs sunt ingressi; ut in ea sùt gentis hominibus conjuncti simul deinceps ad sua reverterentur. *Zabergan verò ejùsque copia non antea se discessuros jactabans, quàm ingentem auri vim à Romanis abstulissent, quemadmodùm Utriguri: & captivos, nisi ab eorum propinquis quàmprimùm redimerentur, confestim jugulaturos sese minabantur.* Imperator verò tantum auri eis misit, quantum redimendis captivis suffecturum censebat, & ut pacifici deinceps regione excederent. Barbari ita ægrè tandem à prædando abstinuerunt, & domum versùs iter instituerunt, assumptis secum non multò post etiam iis, qui è Græcia advenerant. *Imperator interea, dum Zabergan cum suis copiis lentius iter facit, literas misit ad Sandilchum, alterum Hunnorum Ducem fœderatum sibi & mercenarium &c. Sandilchus acceptis literis ( quibus ipsi donativa in futurum denegabantur, ni Cotriguros, qui dona ejus abstulissent, vinceret, & fortiolem se eis monstraret ) vastat Cotrigurorum terras, deinde eos, qui ex Thracia redibant, invadit, cædit, & pecuniam omnem cæteramque prædam iis eripit; finit dein Agathias historiam hinc:*

Qui verò ex his evasere, cùm ægrè se ad suos recepissent, reliquisque copiis conjunxissent, aciem adversùs hostes instruxerunt, atque ita *deinceps multo tempore in mutuas cedes conversi, inimicitias corroborarunt; modò enim insultus faciebant, prædasque agebant, modò aperta acie decertabant, donec fractis collapsisque utrimque viribus penitus subversi deletique fuerunt, adeò ut patriam etiam appellationem amiserint: eòque calamitatis Hunnicæ istæ nationes sunt redactæ, ut si aliqua adhuc eorum pars reliqua sit, ( sicut reliqua mansit sub societate Avarum circa Pannonias ) sparsim aliis inserviat, & ab illis appellationem acceperit: adeò utique atroces pœnas præteritæ suæ impietatis luerunt.* *Absolutissima verò harum nationum everso, atque internecio postmodò accidit, singulæque mihi convenienter, servato, quoad ejus fieri poterit, temporum consensu dicentur.* Vigente verò adhuc seditone, & Byzantium renuntiata, *tum demum cognita fuit, manifestæque declarata Imperatoris prudentia, & consilii rectitudo, quòd nimirum Barbaris se invicem conficientibus, ipse arma non movens, vicit omnino consilio in utraque belli inclinatione, & potitus est sua spe.* Cùm enim laborarent, quotidie domesticis malis occupati, haudquaquam deinceps Romanorum ditionem infestare in animum suum inducebant. Sed &, ubi terrarum essent, à plurimis fuit ignoratum.

*DCCCXIV. Franciscus Foris Otrococfius in vigin. Hung. cap. 5. §. 4. & 5. etymologiam vocis Avar vel imò ab Hungarico Avar, quod est, campus virente herba carens: vel 2dò ab Hebraico Abar, transit, abiit: seu Chaldaico Aberin, transeuntes, abeuntes: vel 3tò ab Hebraico Abir, robustus, potens, validus, deducit; ita ut primo sensu Avars quasi incolæ locorum steriliùm: secundo Nomades sæpe loca mutant: tertio gens robusta & valida interpretandi sint. Tertio sensui magis ipse ad stipulatur. §. 17. nomen Chagani, seu ut aliter quoque in scriptoribus occurrit, Chajani, Gagani, Cagani, à Persico & Turcico Caj-ghan, vel Chai-chan, magnum Regem significante derivat, & ab Avaribus vicinis inde emutuatum esse dicit.*

A. Chr.  
566.

*DCCCXV. Ex Evagrio Hist. Eccl. lib. 5. cap. 1. Cùm Justinus Imperator ( Justinus scilicet II. qui Justiniano successit ) duobus contrariis vitiis, audaciâ, & ignaviâ, implicatus teneretur, primùm quidem Justinum, cognatum suum, ad se evocavit, qui in magna gloria apud omnes erat, tum ob peritiam rei militaris, tum ob reliquas, quas gesserat, dignitates. Is tum ad Danubium morabatur, & Abaros à transitu fluminis arcebat. Sunt autem Abari Scytharum gens in plaustris degentium, qui campos ultra Caucasum sitos incolebant. Hi cùm à Turcâ, finitimis suis, gravi detrimento affecti essent, relictis sedibus suis, universi cum uxoribus ac liberis, ad Bosporum ( urbem maritimam Euxini Ponti, adeòque ad regiones, in quibus sedes erant Utrigurorum & Cutrigurorum, æquè Huanicæ stirpis ) venerunt. Deinde relicti litoribus Euxini*

*xini Ponti* (ubi multæ quidem barbaræ habitant gentes, urbes verò & castra, ac stationes quædam à Romanis conditæ sunt, cùm aut milites veterani, aut coloni ab Imperatoribus eò deducti essent) *ulterius progressi sunt*, cum omnibus Barbaris, qui in itinere occurrerent, depugnantes. Tandem verò cùm ad ripas Danubii pervenissent, legatos ad Justinum (Ducem Romanum) miserunt. A. Chr. 557.

DCCCXVI. Ex Menandro Protectore in excerptis de Abaris, ex lib. 1. pag. edit. Venet. 67. (Menander hic, ut ipsemet testatur, historiam scripsit à morte Agathæ, vixit sub Mauritio) Cùm *Abari* diu multumque huc illuc *divagati* aberrassent, tandem ad *Alanos* accesserunt, & Saragosium eorum Ducem suppliciter orarunt, ut per eum in notitiam & amicitiam Romanorum venirent. Id Justino Germani filio, qui tunc temporis militibus, qui Lazice in præsiidiis erant, præerat, nuntiavit, & Justinus ad Justinianum retulit; qui illi mandavit, ut ejus gentis legatos ad se Byzantium transmitteret. (Hinc apparet, Avars hos distinctos fuisse ab iis Hunnis, de quorum legatione æquè per Alanorum terras *suprà num. 810.* Theophanes & Simocatta loquuntur; ibi enim legatio dirigebatur ad Justinum Imperatorem A. 572. hinc missa legatio ad Justinum militiæ magistrum vivente adhuc Justiniano) Electus verò fuit ab ea gente quidam *Candich* nomine; qui cùm primus Legatus ad Imperatorem venisset, (anno nempe 557. ut *suprà ex Theophane. num. 808.*) dixit: adesse gentem omnium fortissimam & populosissimam, quæ se illi traderet, Abaros scilicet, genus hominum invictum, & inexpugnabile, qui ejus omnes hostes repellere, & funditus extinguere possent. Illius rationibus valde conducere, cum eis societatem armorum facere, & auxiliarios optimos sibi habere & adsciscere; qui tamen non alia conditione erga Rempublicam Romanam benevolo futuri erant animo, quàm si *donis pretiosis, annuis etiam pensionibus, & fertili regione*, quam inhabitarent, donarentur. Hæc Candich Imperatori. Erat ea tempestate *Imperator effæto corpore*, non eadem illi vis animi, quâ florebat, cùm juvenis adhuc Gilimerem Vandalum, & Vuittigem Gothum captivos fecit. Itaque jam senex exactâ ætate, cùm animi robur, & belli appetentem virtutem desidiam & otio commutasset, Barbarorum exercitum non quidem bello, etiamsi decertaret, eum penitus deleret, sed *prudentiâ & consilio*, priusquam ipse debito fine extingueretur, propulsare cogitabat. Et cùm diu superstes esse non posset (etenim *non multò post hinc migravit*) societatem facere curavit. De eare Imperator concionem apud Senatam habuit, qui ejus prudentiam, & in rebus gerendis consilii vim, & acerrimum judicium valde collaudavit. Hoc factò, statim Imperator dona ad Legatos misit, &c. Misit quoque Legatum Valentinum (is erat unus ex Imperatoriis satellitibus) cui præcepit, ut *gentem Romanis societate conjungeret & efficeret, ut suos inimicos bello aggredierentur*. Sic enim valde prudenter, opinor, Imperator sentiebat: sive Abari vincerent, sive vincerentur, in utramque partem, & ut res cecidisset, ea quæ evenirent, suo commodo cessura. Cùm igitur Valentinus ad eos profectus esset, & munera præbuisset, & mandata Imperatoris exposuisset, primum quidem Uiguos, Eitazalos, (*είρα ζάλοις*, deinde Zalos) Hunnicam gentem debellârunt, & Sabiros everterunt. Cùm autem eorum Duces parum prosperè res gessissent, & contra eorum spem concidissent, confestim Abari hostium terram vastârunt, & regionem sunt depopulati. Hi verò inimicorum excursionibus vexati, ad Abaros legationem miserunt, ad quam Mezamirum Idariffi filium, Calagasti fratrem

557.

suf-

suffragio elegerunt &c. (Mezamis licentiùs & superbiùs loquens ab Abaris occiditur) & ab eo tempore latiùs & liberiùs depopulari vicinorum terram cæperunt, neque captivos, aut prædas agere cessaverunt.

*DCCCXVII. Pag. 68.* Justinianus Legatos ab Abaris excepit, qui postulabant, ut illis liceret circumspicere terram, in qua eorum gens sedes & domicilia poneret. Et Imperator quidem, ut hæc Justinus Dux illi significavit, apud se consultavit, an gentem collocaret in ea terra, ubi priùs habitabant *Eluri* (*secunda Pannonia* vocatur) & Imperator, si illis videretur, annuit. (Eluri Græcè, Heruli latinè vocati, possidebant terras quondam circa Singidonem & Sirmium, *ut num. 844.*) Sed Abari *Scythiá* (id est æris trans-Danubianis) sibi exeundum non censuerunt, etenim illius desiderio, quoad ejus fieri poterat, tenebantur. Hoc igitur non successit. Veruntamen Justinus Legatos misit Byzantium, & Imperatori significavit, *eos jam magna ex parte istam regionem* (quæ olim nempe Herulorum fuerat) *occupasse.* Justinus autem sibi unicè conciliaverat unum ex Legatis nomine Oeconimum, qui secretò eum monuit, Abaros aliud in ore habere, & aliud sentire &c. Etenim simul atque Istrum transmiserint, nihil quicquam illis esse deliberatius, quàm omnibus copiis in bellum erumpere. Quæ cum cognovisset Justinus, eorum omnium Imperatorem certiozem fecit, quò Legatos Abarorum Byzantii, quamdiu posset, retineret. Nec enim Abari Istrum trajicere sustinebunt, priusquàm Legati dimissi sint &c. At verò Abarorum Legati (ubi nihil profecerunt, quantum ad ea, quæ ad Imperatorem petiit venerant) munera, ut consuetum erat, acceperunt, nec non ea, quæ sibi opus erant, compararunt, *arma etiam emerunt*, & ita dimissi sunt. Verùm Imperator secretò mandavit Justino, ut, quacunque ratione & viâ posset, in reditu arma illis eriperet. Itaque Dux, cum Legatos exciperet, Imperatoris mandata est executus. Hinc cœperunt inter Romanos & Abaros inimicitia multis antea ex causis accensæ: maximè quòd non statim Legati eorum dimissi essent &c.

A. Chr.

566.

*DCCCXVIII. Justino Juniore imperante Abarorum Legati Byzantium venerunt*, ut *consuetam munera* acciperent, quæ Justinianus, qui ante eum Imperium tenuerat, conferre erat solitus &c. *pag. 69.* (denegat Imperator Justinus) Itaque visum Legatis est à Romanis discedere, & ad suos contri-  
bules (id est, populares suos Abares) se recipere. At illi, Imperatoris fortitudinem admirati, longè ab eo profugientes, & terga vertentes, *in Francorum regionem abierunt.*

567.

569.

Sequentia excerpta Menandri respiciunt res Persicas, & *pag. 71.* refertur *legatio Turcorum* ad initium anni quarti Imperii Justini. *Pag. 73.* ex colloquio Justini cum Turcorum legatis notanda hæc sunt: Imperator interrogavit: sed nos docete, quanta sit Abarorum multitudo, quæ vestri Imperii frænum excussit? Responderunt: sunt quidam, Imperator, qui adhuc nostra colunt; qui verò à nobis defecerunt, arbitror esse circiter viginti Myriadas (200000.) additur dein: Ad hunc modum Gens Turcica, quæ nunquam antea sese ad nostram Remp. applicuerat, Romanis amica est facta. Dein ibidem mentio fit *Ugurorum* Persis confinium, qui insidias Persicas Legatis Romanorum detexerant. Horum Ugurorum Dux Disabuli Turcorum Chagani imperio suberat. *Pag. 74.* finita historiâ Persicâ, manifesta fit digressio ad præteritum, annum nempe 567. quo pax inter Abaros & Sigebertum Regem Gallia inita est. Mox longior fit digressio ad bellum inter Langobardos & Gepidas de anno 553. dum Langobardis auxiliarentur Hunni. Excerptor hic loci valde commiscuit tempora.

Pag. 76.

Pag. 76. Bajanus jussit dena millia Controguororum ( ex græco textu esse debet, Cutrigurorum ) qui dicebantur Hunni, *trajicere fluvium Saum, & vastare Dalmatiam.* Ipse verò cum omni suo exercitu, transmissis Istro in finibus Gepidarum substitit. Venit denuò Targitius, ut legatione fungeretur apud Imperatorem. Eadem verò dixit Imperatori, & audivit ab Imperatore, quæ antè Imperatori dixerat, & quæ à se dictis ab Imperatore responsa tulerat. Petebat enim à Romanis sibi *tradi Sirmium oppidum, tanquam quod esset sua privata & domestica possessio.* Et quia ab ipso Gepidarum res essent everisæ, neque quicquam præteritis annis, ex pecuniis, quas Justinus ( Justinianus ) Hunnis, quot annis pendebat, acceperant, omnes simul Targitius persolvi, & ita imposterum earum *annuas collationes valere, & eas Romanos præstare flagitabat.* 574.

DCCCXIX. Ex ejusdem Menandri Historia Abarorum pag. edit. Venet. 77. Abari legationem de iisdem rebus, de quibus sæpiùs antea, ad Romanos miserunt &c. sed Imperatori pacem omnino minimè faciendam videbatur. Quin immo ipsis exercituum Ducibus succensuit, quòd bellum gerere cunctarentur &c. ut discordia prævaluit, & bellicum canis coeptum est, Tiberius ( qui summum in exercitu habebat Imperium, creatus is à Justino Cæsar est 7. Sept. A. 574. *Pesav. Rat. Temp. P. I. lib. 7. cap. 9.* unde prælium & pax cum Abaris respicit annum 575. ) literis Bonum ( alium Ducem Romanorum ) admonuit, ut diligentem fluvii custodiam faceret.

*Iberio victo, & victoriâ potitis Abaris,* conventum est, legationem per inducias ad Imperatorem mitti. Ad quam Tiberius Damianum ordinis ductorem misit, qui illum eorum, quæ contigerant, & quæ Abari velent, certiolem faceret. Tandem *foedus inter Romanos & Abaros est factum.* Fœdere inito, cum Abari ad sua redirent, &c. 575.

Pag. 78. Postquam in manus Hunnorum *Sirmium* oppidum devenit, ad fœdera ventum est, ut ab omni hostilitate cessaretur &c. Fœderum verò conditiones Romanis turpes & probrosæ. Ad tantum enim malorum colophonem res redactæ erant, ut Romani sedentes, tanquam certaminum Judices, pretiosa munera pro præmio cladis illatæ Barbaris largirentur, & *oduaaginta mille auri libras,* in emptionem argenti, & variæ vestis, & aliæ supellectilis, se illis singulis annis præstaturus sponderent. *Non ultra duos annos fœdera tenuerunt &c.* ( Simocatta sic ait: nec tamen diutiùs biennio fœdus sanctum fuit, cum se Princeps Chaganus contra Romanos superbè & immodestè gereret. ) 580.

Ex lib. 2. de Abaris ejusdem Menandri pag. edit. Venet. 83. Circa quartum Imperii Tiberii Constantini annum, *centum ferè millia Sclavinorum in Thraciam irruerunt,* & Thraciam, multasque alias regiones prædati sunt. 582.

Pag. 85. & seqq. Bajanus Abarorum Chaganus &c. *fœdera, qua cum Tiberio initio ejus Imperii fecerat, rupit,* & cum omni exercitu movens inter *Sirmium* oppidum ( hoc ex insidiis capere cogitabat ) & *Singidonem castra ponit,* & fluvium ponte jungere suscipit &c. Erat Sethus Singidone præfectus. Is ad Chaganum misit, qui ex ipso quæreret, quoniam pax & amicitia illi cum Romanis esset, quid sibi vellet, quòd ad Saum venisset? quem si ponte jungere inconsulto Imperatorem tentaret, non negligeret. Ille, non ut quicquam mali Romanis machinaretur, pontem struere ait, sed *ut contra Sclavinorum expeditionem susciperet &c.* Ille quidem antea in gratiam Romanorum Imperatoris hæc fecerat, & multa Romanorum millia, qui servitutem apud Sclavinos serviebant, libertate donata, Romanis restituerat. 579.

tuerat. Nunc verò dicebat, *se à Sclavinis injuriâ affectum, quia nolent tributum quotannis conventum, & per eas partes indictum, sibi solvi, tum etiam, quia Abarorum Legatos à se missos sustulissent: & eam esse causam, cur ad Saum confedisset &c. Chaganus interea &c. pontem super Sao flumine absolvit &c. Se (Chaganum, sunt verba Legati Abarorum ad Imperatorem). Verò neque donis, neque denuntiatiõibus, neque ulla aliâ re moveri posse, ut desistat ab incepto, neque quieturum, donec urbem ceperit, & omnem Sirmianam insulam, in ea habitatoribus & colonis collocatis, propriam sibi fecerit. Sèque jure id facere, quia Gepidarum prius hæc Insula fuit, quorum res & urbes justius Abari sibi vindicare possunt, qui eos devicerunt, quam Romani. Hæc Imperatorem valde perturbârunt &c. itaque exercituum præfectos, Duces, & turmarum ductores, hos per Illyricum, alios per Dalmatiam mittit, ut præsidium urbi imponerent, & quoad fieri posset, custodirent.*

A. Chr.  
575.

*Ex Legatione Justiniani ad Persas pag. edit. P. 104. Bajatum Abarorum Ducem voluntas cepit, Legatos ad Romanos mittere, qui de fœderibus verba facerent. A Vitaliano etiam sibi aurum dari petiit, ut à prædis agendis per inducias abstineret. At Jebudas acceptis à Præfecto Illyrici nummis non minùs octingentis, ea Bajano tradidit. Præterea Abarorum Dux misit Targitium, qui unâ cum Vitaliano interprete Imperatori denuntiarent, ut Sirmium, & pecunias, quas Cutriguri, & Utiguri (ita nominantur in Græco textu) à Justiniano accipere soliti erant, quia utramque gentem subegerat, illi traderet, Usdibadon quoque Gepidam: dicebat enim, & omnes Gepidas in suum jus dominiumque venisse, quia eos devicerat.*

*DCCCXX. Ex Simocatta Hist. lib. 7. cap. 7. Chaganus in Oriente à Turcis celebratus &c. Principem gentis Abdelarum, qui aliter Nephtalitæ, bello subegit, sibi Imperium illud vindicavit &c. Abarorum quoque nationem in ditionem suam redegit. Nolim autem quemquam opinari, me hujus temporis res mala fide commemorare, dum sentit, Abaros esse barbaros illos, qui in Eurõpa & Pannonia sedes habent: eoque ante Mauricii tempora advenerunt. Falsò enim id nomen barbari Istrum accolentes usurpant. Unde porro & illis genus infra dicetur &c. Aggressus est aliud facinus Chaganus (Turcorum) & Ogor gentem totam domuit. Fuit hæc gens tum numero, tum armorum exercitatione validissima. Hæc in Oriente ad fluvium Til accolit, quem Turcæ Nigrum appellare solent. Ejus vetustissimi principes Var & Chumni vocabantur, à quibus etiam nonnullæ illarum gentium adeptæ sunt appellationem, ut Var & Chumni nominarentur. Cap. 8. Justiniano porro Augusto imperium obtinente, ex hisce gentibus Var & Chumni exigua pars à primævo genere illo profugiens, in Europam feintulit, qui se Abares, & principem suum Chaganum honoris causâ nominârunt. Qua verò occasione nomina commutârint, nihil à veritate abeuntes explicabimus. Sarfelt, & Unnuguni, & Sabiri, & insuper aliæ gentes Hunnicæ, postquam partem Var & Chumni ad loca sua confugientem viderunt, ingenti metu percussæ sunt, quòd advenas illos Abaros esse suspicarentur. Quòcirca securitati consultum cupientes, donis amplissimis eos coluerunt. Var itaque & Chumni, ut perfugium sibi feliciter evenisse animadverterunt, errorem sese honorantium non aspernati, Abares dici voluerunt. Etenim inter gentes Scythicas ingenio omnibus antecellere Abares existimantur. Nimirum etiam usque ad nostram ætatem. Pseudabares (sic enim magis propriè appellari debent) generis origine distincti,*  
alii



*alii Var, alii Chunni* veteri nomine dicuntur &c. Per idem tempus & Tarniach & Cotzageri (hi populi etiam ex Var & Chunni gentibus erant) à Turcis profugi Europam immigrant, & Abaribus Chagano subiectis se admiscunt. Traditum est etiam, Zabender ex Var & Chunni propagatos. Qui ad Abaros accesserunt, eos ad decem millia fuisse planè comper- tum est.

A. Chr.  
583.

**DCCCXXI.** *Ex Theophane. Mauricii Imperii anno primo.* Die decima Maji maximus fuit terræ motus &c. Eodem mense *Abares*, qui non multum antè Sirmium nobilem Europæ urbem occupaverant, decreta ad Mauricium legatione postulaverunt, ut *octoginta millibus annua distributionis*, quæ sibi à Romanis pendebatur, *alia adhuc auri viginti millia adderentur*: quam pecuniarum summam Imperator pacis conservandæ studio solvere non detrectavit &c. *Alia verò viginti millia centenis illis adjici postulavit*, quod cum Imperator recusaret, Chaganus expeditione suscepta Singidonem evertit, multasque alias urbes Illyrici præfecturæ subditas expugnavit: cepitque Anchialum. Quin etiam longum murum evertere minatus est. Quamobrem Imperator Elpidium Patricium cum Comentiolo Legatos ad Chaganum destinavit: tum barbarus pacem ex pactorum conditionibus se servaturum pollicetur &c.

Mortuus est Tiberius II. & ei successit Mauricius 14. Aug. A 582. cum ergo motus Avarum inceperint mense Majo, necesse est, hoc incidere in annum 583. Porro foedus de octoginta millibus librarum auri, ut *suprà num. 819.* brevè post captivitatem Sirmii initum, & biennio tantum sanctè ab Avaribus servatum est; ergo Sirmium A. 580 captum. foedus eodem anno initum, dein per annos 581 & 582. servatum, sed anno 583. ruptum fuit. Hoc eodem anno Singidunum civitas capta est *tempore messis*, ut expressè notat *Simocatta lib. 1. cap. 4.* dicit enim, Singidone tunc abfuisse plurimos cives messis causâ. Inter alias urbes captas recenset Simocatta Augustam, & Viminacium. Cæterum ille de augmento tributi paulò aliter refert, & pacificationem, quam Theophanes & Miscella ad primum Imperii annum congerunt, secundo anno *cap. 6.* addicit. Combinatio itaque hæc videtur: Simocatta annum primum strictè ab Augusto ad Augustum computat; ideòque pacificationem Augusto mensi posteriorem secundo anno imputat; illi autem, anni communis tempora potiùs secuti, separationem mensium non inierunt. Præterea Simocatta primam sponsonem augmenti, utpote quæ tunc à Chagano acceptata non fuit, itaque effectu caruit, præterit; interim tamen bis viginti millium augmentum in postulatis fuisse *cap. 6.* sat innuit.

**DCCCXXII.** *Continuatio ex Theophane. Anno secundo.* Interea Chaganus pacem perfidiâ solvere studebat, *Sclavinorum* siquidem gentem ad *Thraciam invadendam armis instruxit*: qui quidem vel usque ad murum longum progressi magnam stragem captivitatemque subditis induxere. Imperator igitur Prætorianos milites, populique factiones Urbe eductas, longum murum jussit propugnare. Comentiolum verò ducem creavit, & eum armata manu contra barbaros summisit: qui ipsos ex improvise adortus, magna multitudine cæsa, eos demum abegit. Cum Adrianopolim pervenisset, in *Andragastum* incidit, qui *magnam Sclavinorum aciem* cum ingenti præda ducebat; eumque adortus, prædam recepit insigni potitus victoriâ.

584.

**DCCCXXIII.** *Anno quinto.* Abarum Chaganus ruptis foederibus Mysiam & Scythiam acri bello vexabat: urbes verò Ratiarnam (Ratiariam) Canoniam (Bononiam) Acys (Aquas Misc.) Dorostolum, Zandapa, & Marcianopolim evertit. Comentiolus autem Anchialum profectus, milites roboris ac virtutis expertes à fortioribus segregavit: & inutiles quidem copias, ad quadraginta hominum millia, castra jussit defendere: delectos verò ad sex millium summam secum abducens, bis mille qui-

587.

dem Casto, totidem Martino tradidit: residua duo millia ipse assumpsit, & adversus barbaros perrexit. Castus Tzaparda & Æmum adveniens, cum barbaros otiantes & sine custodiis incautos comperisset, multos interfecit: reductos autem captivos & prædam abactam satellitibus commisit custodiendam. Martinus autem ad loca Tomeæ urbi contermina accedens, & præter expectationem in Chaganum impetu facto, plurimis ejus copiis penitus deletis, eum salutem fugam mercari coëgit. Martinus autem parva insigni victoria, ad Ducem, ubi se eos præstolaturum dixerat, reversus est. At Comentiolus metu impulsus, Marcianopolim se recepit. Eo non invento, junctis exercitibus ad Æmi fauces castra moverunt illi. Martinus Chagano flumen trajicere conspecto ad Ducem remeat. Castus flumine pertransito barbarorum præcursoribus obviam factus, eos prælio vicit; sed nulla certa ratione adductus, regressione ad Ducem se adjungere neglexit. Quare sequenti luce omni exitu intercluso Chaganus eum superat &c. Chaganus itinere meridiem versus directo, in Thraciam bellum movet, & ad longum murum accedit. Comentiolus autem Æmi sylvis tectus & occultatus, tandem cum Martino prodit foras; ubi Chaganum imparatum offendit, quod nimirum tota barbarorum multitudo per Thraciam dispersa esset, primam noctis vigiliam adversus eum contendit &c. Sed & Chaganus, in maximum timorem conjectus, præcipitem pariter arripuit fugam, adeo ut Romanos atque Abares, nullo insequente, utrinque sese fugientes cernere daretur &c.

A. Chr.

590. Secundum *Paulum Diac. de gest. Lang. lib. 4. cap. 4.* Anno eodem, quo Autharis Rex Langobardorum mortuus, & Agilulfus creatus, atque D. Gregorius Papa electus, id est A. 590. à dicto Agilulfo Rege pax cum Avaribus facta est.

591. *Ex Paulo Diacono lib. 4. cap. 21.* hoc quoque tempore misit Agilulfus Rex Cacanum Regi Avarorum artifices ad faciendas naves, cum quibus isdem Cacanum insulam quandam in Thracia expugnavit.

591. *DCCCXXIV. Ex Theophane: Anno Mauricii nono.* Viri tres Sclavinorum genere orti, nullo ferro vel gladio accincti, sed cytharis tantummodo instructi à Romanis capti sunt. (in Thraciis tunc Imperator haud procul Heracleam agebat, *Simocatta lib. 6. cap. 2. & 3.*) Unde traherent ortum, vel moram facerent, Imperator rogare. Illi se genere *Sclavinos*, & ad *Oceani limites* (Oceani occidentalis, *Misc. & Simoc.* laxo sensu id accipiendum, ut Constantinopolitani Occidentem respectu sui Imperii nominabant) habitare responderunt. Chaganum autem ad se legatos misisse, & *tribuum suarum Præfectos* (inferendum hinc: ergo Slavi Boreales non Regibus, sed optimatibus more gentis antiquo suberant) muneribus sollicitasse, ut sibi suppetias adversus Romanos ferrent: se vero ab *familiarum capitibus* missos, qui eos apud Chaganum excusarent, quod ob viarum remota intervalla manum auxiliarem ei præbere nequeant. Octodecim (quindecim. *Simoc.*) enim mensium iter confecisse, ac ita demum in Romanorum manus se prolapsos asseverabant: cytharas autem circumduxisse, in regione quippe ferri nescia natos, armis non assuetos se tegere. (Iuris canere, cum tubis circumstrepere non didicerint; bellum enim ignorantibus optabiliorem autumabant esse exercitationem musicam, *Simoc.*)

Imperator hominum staturam miratus, laudata corporis eorum proceritate, ipsos Heracleam misit &c.

592. *DCCCXXV. Anno decimo.* Chaganus ad pactam sibi pecuniarum summam augmentum dari postulabat. Imperator vero barbari sermones respuit. Quare bellum renovare Chaganus constituit; (Chaganus pacta tributa augeri à Cæsare contendebat, cui cum aures non darentur, continuo bellum mo-

moliri, & Sclavinis bonum numerum parandorum actuatorum ad Istrum trajiciendum indicere. *Simoc. lib. 6. cap. 3.*) mox Singidonem obtinet, & ad Sirmium castra metatur. Imperator autem Priscum Europæ Ducem instituit. Priscus Salvianum sub se Legatum elegit, & præcurrere ante exercitum jubet. In barbaros itaque irruptione facta, acríque conferto prælio, penes Romanos stetit victoria. Cladis accepto nuntio, alium exercitum instruit Chaganus, & ad pugnam egreditur. Salvianus armatorum ingenti multitudine conspecta deterretur, & ad Priscum revertitur. Reversu Romanorum cognito, versùs Anchialum Chaganus procedit, sanctum Alexandrum intellige, & vasto incendio locum omnem depopulatur. Inde Drizepera divertit, & obsidionalibus machinis comparatis oppidum expugnare molitur &c. Chaganus interceptis literis scripta legit, & unà metu consternitur: pactisque cum Prisco conditionibus, levium & nullius pretii munerum accessione contentus, composuit pacem, & maximâ, quâ potuit, fugâ se surripuit.

A. Chr.  
593.

*DCCCXXVI. Anno undecimo.* Imperator Mauricius Priscum, Romanorum cum copiis omnibus, ad Istrum flumen ablegat, ut Sclavinorum gentes annem trajicere molientes impediret. Cùm verò Dorostolum venisset, Chaganus de ejus adventu certior factus, legatos misit, qui Romanos bello initium atque occasionem dare questi iunt. Respondit Priscus: bellum in Barbaros moturus minimè missus sum: solas Sclavinorum gentes à me coërcendas jussit Imperator. Priscus autem, Sclavinorum populum ab Ardagasto Duce sparsim per Romanam provinciam effusum cùm rescisset, Istro trajecto, noctis sub medium ex improvise Ardagastum adortur, & cum eo manus conserit: Ardagastus cognito periculo, nudo equo insiliens vix salutem fugâ consequitur. Romani multis Sclavinorum copiis cæsis, atque *universa Ardagasti regione* (regiunculâ. *Simoc.*) *devastata*, captisque innumeris, multos ex eis Byzantium per Tatemerem transmisere &c. Porro Priscus successu audentior redditus, interiores Sclavinorum partes penetrat. (Trans fluvium Helibaciam manè ut progrediatur, Alexandro mandat. Alexander amne vicino trajecto Sclavinos offendit; qui visis hostibus in proximas paludes silvâque trepidè aufugiunt. Iis capiendis Romani insistent; sed in limum incurrentes, malo vix eluctabili se induunt, periissetque agmen universum, nisi Alexander Tribunus celeriter è palmistribus & cenosis illis locis eos eduxisset. *Simoc. lib. 6. cap. 8.*) Tum verò Gepes vir Christianorum religioni addictus, in Romanorum partes transiens, ingressum Romanis indicat: qui nullo labore barbarorum regionem obtinent. *Musugium* (Musocium. *Simoc.*) autem barbarorum Regem ad trigésimum lapidem morari referebat. (Priscus cum tribus millibus in navigia distributis Paspirium fluvium, ab Accolis sic vocatum, transit, mediâque nocte infesti accessûs initium facit. *Simoc. cap. 9.*) Priscus itaque Gepedis prodicione usus, profunda jam nocte, Musugium vinò planè obrutum comperit (funebrem etenim solemnitatem proprio fratri sacra-verat) eo igitur vivo comprehenso, horrendam omnino barbarorum stragem edidit &c. (Lucis exortu, Dux receptui canit. Diei horâ tertiâ prædam & exercitum per fluvium reducit. *Simoc.*)

*DCCCXXVII. Anno duodecimo.* Cùm Priscus Danubium iterum occupasset, & Sclavinorum ditionem depopulatus, magnam inde prædam & captivorum numerum ad Imperatorem summisisset: Imperator Tatemere ad Priscum misso, Romanum exercitum iis in locis hybernare jubet. Placito Imperatoris accepto, moram deprecabantur Romani, ac quum propter barbarorum sibi oppositum exercitum, tum hostilis & infestæ regio-

594.

nis periculum, & intoleranda frigora, id nusquam fieri posse, in adversum objiciebant. Priscus suavibus verbis militem demulcet, & Imperatoris jussu obsequentem, hybernâ ibidem stationem habere suadet &c.

A. Chr.  
595.

*Anno decimo tertio.* Imperator autem, Prisco à summa exercituum Præfectura remoto, Petrum proprium fratrem Romanarum copiarum Ducem instituit. De sua exauctoratione Priscus certior factus, eductis secum ante Petri adventum omnibus copiis, amnem trajicit. Ut Romanas acies ulteriorem ripam suo transitu obtinuisse Chaganus intellexit, id satîs miratus, misit ad Priscum causam nimirum percontaturus, ac simul prædæ partem consequi apud se consiliatus: atque ita demum amnem ipse transveheretur: Quàm molestè enim ferebat prosperum quippiam Romanis succedere. Ad Chaganum itaque legationem de his Priscus instruit, Theodorum videlicet medicum &c. (qui Sefostris quondam Ægyptiorum Regis exemplo narrato Chaganum ad lenitatem reducit) Subrisit Chaganus his auditis, & pacis fœdera servaturum se promisit: in potestate verò Prisci stare, qua parte spoliiorum vellet, se donatum relinqueret. In transitûs itaque concessi mercedem, captivos omnes Priscus Chagano restituit: ipse retentis sibi spoliis amnem iterum sinè periculo trajecit. (Dant igitur Romani Chagano Barbaros captivos, & reliquâ prædâ sibi retentâ, controversiam omnem dirimunt. Chaganus libenter illis receptis, per regionem suam transitum Romanis permittit. Ita illi, quinque millibus captivorum redditis, Drizipera veniunt. *Simoc. lib. 6. cap. 11.* Inde colligendum: regionem Chagani propriam è regione Thraciarum fuisse) Chaganus his acceptis mirum in modum lætatus est &c. (Dux Priscus Byzantium proficiscitur, quem Mauricius de stultitia facti reprehendit, ut qui Barbaro partem prædæ sinè judicio restituerit. *Simoc.*)

596.

*DCCCXXVIII. Anno decimo quarto.* De quibus omnibus (de seditione nempe exercitûs Odessi facta) Petrus Imperatorem certiozem fecit. *Marcianopolim* verò accedens, milites mille, qui præcurrerent, misit. Isti verò in Sclavinos (numero sexcentos. *Simoc. lib. 7. cap. 2.*) qui magnam è Romanorum finibus (à Zaldapa, Aquis, & Scopis. *Simoc.* itaque ex partibus Thraciæ) prædam avexerant, incidentes, in fugam barbaros vertère. At barbari captivis interfectis, cæteram prædam, quæ maxima fuit, secum abducentes, in Romanorum fines (Byzantium usque. *Simoc.*) regressi sunt &c.

597.

*Anno decimo quinto.* Cum verò mille homines speculatum præmississet: hi in Bulgarorum turmam numeri ejusdem incidere. At *Bulgari, paci, quæ cum Chagano intercedebat, confisi*, (ergo Bulgari æquè ac Slavini erant sub protectione Chagani) securi citra ullam suspensionem progrediebantur. Cum autem Romani eos adorirentur, Bulgari viros septem delegavere, qui Romanis pacem haud ita solvendam esse persuaderent. Quæ ubi præcursores audiverunt, Duci confestim retulere. Dux verò: neque si Imperator ipse advenerit, inquit, eis parcam. Confertaque pugnam Romanis in fugam vertuntur &c. (Chagano barbari, quæ sibi evenerunt, coram edisserunt. Ille Petro per Legatos fœderis violati crimen exprobat. Petrus Legatos verbis ad fidem faciendam compositis deludit, & delicti hujus in ipsam admissi ignorantiam prætexit. Quamobrem donis insignibus, & spoliis prætereà ultrò in pœnam restitutis, Barbarum ad benevolentiam traducit. *Simoc. lib. 7. cap. 4.*) Cæterum Petrus (trajecto Istro. *Simoc.*) contra *Peregastum Sclavinorum Præfectum* expeditionem suscepit &c. (infelici successu, quare & potestas Ducis ei ab Imperatore adimitur. *Simoc. cap. 5.*)

598.

*DCCCXXIX. Anno decimo sexto.* (Dum ad hæc gesta *Simocatta* transire vult, *lib. 7. cap. 6.* chronologicam notam præmittit, dicens: ante hos quatuor annos Joannem, jejunatorem dictum, Episcopum C. P. è vivis excessisse. Atqui ille, Theophane teste,

teste; anno 12. Mauricii mortuus est; ergo rectè procedit chronologia) Dux Priscus in Thraciam profectus exercitum recensuit, & magnam militum manum ex eis periisse & desiderari comperit. Iis eductis ad prædas circa Istrum fluvium abigendas se contulit. (Veris initio copiis in Astica collectis &c. quintis & decimis castris, & *Istro anno transmissis*, quarto die *Novas superiores* venit. *Simoc. cap. 7.* Hæ sunt Noyæ in finibus Moesiæ superioris; è regione hodiernæ Orlovæ cis Danubium; Priscus autem erat trans Danubium; ergo in Bannatu Temesvariensi.) Quibus cognitis Chaganus, Legatos profectionis causam sciscitatuos misit. Priscus venandi gratiâ se accessisse prætexere. (Respondet Priscus, quia loca illa ad venandum & equitandum naturâ accommodata sint, & *aquis abundent.* *Simoc.* Notandum hoc pro dicendis infra num. 832. stagnum enim, de quo ibi, hic loci in Bannatu esse debebat.) Ad quem Chaganus: nefas, ait, alieno in solo te venatum exercere. Priscus contra proprium asserere fundum; (inspectis Iustiniani, & antiquioribus temporibus; Priscus jure solum Romanum asserere poterat. quoniam Romani etiam in solo Trans-Danubiano per castella diversa ripam barbaricam tenebant; *vid. num. 485.* Nec Chaganus hanc priscam possessionem Romanorum negavit, sed, ut *Simocatta lib. 7. cap. 7.* ait; tantum reposuit: armis ac jure belli Romanos id solum amisisse) & Chaganum ex Oriente transfugam, affirmare & exprobrare. Eapropter Barbarus everis Singidonis moenibus; in Romanam ditionem penetravit &c. Priscus verò navibus ad *Singidonem* applicatis, urbem depopulatus; *Bulgaros ex ea ejecit*, & murum exædificare cæpit &c.

*Ex Simocatta Hist. lib. 7. cap. 7.* Sed quoniam de Scythis ad Caucasum & Boream habitantibus mentio illata est, agedum, quæ maximis hisce gentibus per hæc tempora acciderunt, cursu hitorix insititia, quadam narratione interrupto, prodamus. Æstate hujus anni appetente, *Chaganus in Oriente à Turcis celebratus*, Legatos ad Mauritium Imperatorem mittit cum epistola, in qua de triumphis suis gloriatur. Inscriptio ad verbum talis erat: *Imperatori Romanorum Chaganus magnus Despotæ septem gentium, & Dominus septem mundi climatum* Sanè principem gentis Abdalarum (qui aliter Nephthalitæ) bello hic Chaganus subegit, sibi que Imperium illud vindicavit. Eâ victoriâ inflatus, & Stembilchada ad armorum societatem adjuncto, *Abarum quoque nationem in ditionem suam redegit &c.* Ergo devictis à Chagano Abaris, alii eorum ad Taugastenes confugerunt (est autem Taugast Turcarum nobilis colonia, Stadiis mille quintingentis ab India distans, cujus indigenæ & strenuissimi & frequentissimi, & præstantiâ quovis populo in Orbe terrarum superiores) alii propter amissam libertatem, humiliorem sortiti conditionem, ad Mucritas qui dicuntur, Taugastensibus vicinissimos se contulerunt, ad prælia ineundam tum propter quotidiana belli exercitia, tum propter tolerantiam in periculis eximio animorum robore præditos. Aggressus est & aliud facinus Chaganus, & *Ogor gentem totam domuit &c.*

A. Chr.  
 599.

*DCCCXXX. Ex Theophane. Anno decimo septimo.* Chaganus collectis omnibus copiis in Dalmatiam suscepit expeditionem: Balbem (Balcham vocat Miscella, Banæes, Simocatta) verò & circumpolitæ Metropoles omnes devastavit &c. Gundues in angusta valle occultatur, & hostes à tergo summo diluculo adortus ex improvise, cunctos confertim occidit: & recuperatam prædam ad Priscum reduxit. Chaganus clade cognita propriam repetit regionem, & Priscus pariter domum revertitur.

*Ex Paulo Diacono de gest. Lang. lib. 4. cap. 25.* Hac tempestate Agiulfi (Regis Langobardorum) Legati regressi à Cacanò, *pacem perpetuam factam*

*cum*

*cum Avaribus* nuntiârunt. Legatus quoque Cacani cum eis adveniens ad Gallias perrexit, denuntians Francorum Regibus, ut sicut cum Avaribus, ita pacem habeant cum Langobardis. Inter hæc *Langobardi cum Avaribus & Sclavis, Histrorum fines ingressi*, universa ignibus, & rapinis vastaverunt.

Hæc Pauli relata intra spatium temporis à morte Childeberti II. Francorum Regis, usque ad mortem Mauricii Imperatoris, omnino includuntur. De illa Paulus mentionem facit dicto *lib. 4. cap. 12. de hac cap. 27.* Mortuus est Childebertus A. 596. & hanc occasionem Avaræ, ut apud *Paulum cap. 12.* arripientes, Thuringiam Francorum provinciam invaserunt, sed redemptâ pecuniis vexâ recesserunt. Pax ergo jam olim A. 567. inita, nunc à Brunichilde Regina, nomine nepotum suorum ex Childeberto filio, Theudiperti, & Theuderici, restaurata fuit. Circa idem ferme tempus Chaganus Legatos ad Agilulfum Langobardorum Regem, Mediolanum mittens, pacem cum eo fecit, ut *cap. 13.* Dein quoque Agilulfus cum Theuderico, uno ex Regibus Francorum, pacem perpetuam iniit, ut *cap. 14.* demum verò ut *cap. 25.* Chaganus pace cum Agilulfo renovatâ, itaque eò usque non ritè custoditâ, per Legatos suos apud utrumque Regem Franciæ egit, ut pax cum Langobardis amicis suis sit, & *inter hæc*, ut ait *Paulus*, Histria Romanorum provincia ab Avaribus & Langobardis direpta est. Histria apud scriptores seculi sexti annumerabatur Dalmatiæ, *vid. num. 759. c. nota 5.* ergo, quod Theophanes, de Dalmatia ab Avaribus invasa, ad annum Mauricii 17. refert, intelligendum quoque de Histria secundum Paulum Diaconum.

A. Chr.  
600.

**DCCCXXXI.** *Ex Theophane. Anno Mauricii decimo octavo.* Indictione tertia, mense Martio, *Priscus* educto exercitu *Singidonem* versùs proficiscitur. *Chaganus* ex adverso collectis viribus ex inopinato in *Mysiam* irrum-pit, & Tomosiam (Tomeam. *Simocasta*) urbem occupare molitur. Quare *Singidone* relicta *Priscus ad eum proximus accessit.* Imminente verò Paschali celebritate, Romanis fame tabefactis, cum eorum penuriam percepisset *Chaganus*, convehendo commeatui currus, quos etiam cibus onustos instrueret, ad ipsum mitti, *Prisco* significat, (*Prisco* significabat, ut sibi plaustra mitteret, ad deportanda illis alimenta. *Misc.*) ut proprium sibi festum Romani cum epulorum gaudio peragerent. Currus itaque quadringentos cibus probè refertos ad eos destinavit &c. atque ita, donec festi celebritas expleretur, Romani cum barbaris permixtim & absque discrimine conversabantur, nec in alterutrius castris terroris suspicio ex hujusmodi societate exorta est. Diebus verò solemnibus jam elapsis barbari à Romanis sejunguntur. Porro *Mauricius suppetiis Prisco ferendis* cum pedestri militum manu *Comentiolum* misit. *Chaganus* nuncio accepto adversùs *Comentiolum* expeditione suscepta, ad trigésimum lapidem à *Comentioli* exercitu castra posuit &c. Jam barbaris irruentibus, ingens tumultus totum exercitum pervadit. Sanè *Comentiolus ipse turbabat ordines*, & confusionis auctorem omnino se præbebat: (*Simocasta* non obscure *Comentiolum* collusionis cum *Chagano*, quin & *Mauricium* ipsum de secreto mandato incusat, ut exercitus Romanus Avaribus perdendus objiceretur) atque ita *Romani in fugam versi sunt.* Barbari nulla militiæ lege compositum exercitum opperti, summa inhumanitate cunctos trucidant. *Comentiolus* turpi fuga ad *Drizepera* salutem quæsit &c. Tum verò Barbari *Drizepera* profecti, civitate direptioni tradita, in *S. Alexandri* templum incendio grassati sunt &c. Inde coactâ per totam *Thraciam* prædâ, collectisque captivis, ipsi multitudine, armis, ordine, necessariis, bene instructi in Romanos insultabant. Inde *Comentiolo* *Byzantium* reverso, ingens ex timore perturbatio animorumque procella toti Urbi incubuit: adeò, ut præ nimio timore, de relinquenda Europa, & transmigratione in Asiæ *Chalcedonem*

nem (est autem Chalcedon è regione Byzantii. *Simoc. lib. 7. cap. 15.*) consilium apertè iniretur &c. Porro Deus injurias martyri Alexandro irrogatas ulturus *morbum pestilentem* in barbaros immisit, qui *uno solo die febris ex bubone orta septem Chagani liberos, cum innumera populi multitudine extinxit &c.* Senatus itaque Legatos ad Chaganum Drizepera à Cæsare destinari rogabat. \* \* \* \* \* qui (Legatus Armaton, ut mox ex Simocatta audietur) officio functus blandis verbis Barbarum delinivit. (Imperator accito Armatoni eas partes mandat. Armaton multis cum muneribus Drizepera venit. *Simocatta.* malè habet *Miscella*: multis cum mulieribus) Barbarus impotenti luctu ex filiorum jactura detentus, munera accipere detrectavit: (tandem multis verbis eum Legatus permovet, ut se donis coli patiat. Postridie *pace firmata* domum redit. *Simoc.*) tantùm Legatos affatur hoc pacto. Sedet Deus æquus Judex inter me & Mauricium Imperatorem: ipse violandæ paci ansam dedit. (nec mentiebatur; reverà namque Romani, pace malè conservatâ, & bello irritato, prædictas sibi clades accersebant. *Simocatta*) Captivos tamen omnes ei reddam, accepto in singula capita nummo uno. Mauricius eam summam pecuniæ depromere non tulit &c. Eapropter Chaganus cunctos ad unum interfecit, & in propriam regionem regressus, *tributo, quod ex antiquis conditionibus Romani pendebant, quinquaginta millia de novo addidit.* Istrum verò fluvium se non ampliùs trajecturos utrinque Romani & Bulgari convenère. (Ex pacto autem *Ister ad Romanorum Abarumque fines dirimendos constituitur, & potestas ejusdem contra Sclavinos trajiciendi conceditur. Præterea denuo vicena aureorum millia antea partibus adduntur.* Atque hoc sanè modo bellum inter Abaros & Romanos profligatum est. *Simoc.*) Ex istis odium ingens in Mauricium conflatum &c.

A. Chr.  
601.

**DCCCXXXII.** Anno decimo nono. Comentiolus versùs Istrum acie educta, ad Singidonem Prisco adjungitur: (postquam Chaganus pace facta domum abiens Istrum transmisit, *Rom. exercitus in Thracia Oratores ad Mauritium Imp. mittit, & Comentiolum Ducem proditionis accusat &c.* Imperator dat arbitros, constitutòque judicio, legatos impensius orat, & exorat. Ita accusatio inhibetur, & Comentiolus de integro Dux deligitur. Ubi ætas affuit, ex urbe discedit, Romanisque secum in gratiam reversis, & delectibus habitis, ad Istrum contendit, ac Singidone cum Prisco se conjungit. *Simoc. lib. 8. cap. 1.*) & cum barbaris pacem initam solvit. Eâ violatâ *Viminacium, quæ est Istri magna insula,* conveniunt. Re accepta Chaganus copias colligit, & Romanas provincias invadit: aliis verò turmis filiorum curæ commissis, Istri fluminis, quæ forent vada tutanda, mandavit. Romani verò tumultuariis lembis compositis trajecerunt amnem, & Prisco duce cum Chagani filio manus conferunt. Comentiolus enim infirma valetudine jactatus in insula Viminacio substiterat. (Romani navibus extemporaneis flumen transeunt, præliòque *in ripa* conserto, superiores abeunt. Comentiolus cum Prisco Viminacii hærebat &c. *fluvio superato,* vallòque à Romanis excitato &c. Barbari, Romanis Duce destituti, vallum incurfant. Illi nuntios de periculo suo Viminacium mittunt. Priscus absque Comentiolo agrè se movet, &c. ac vallo succedit &c. suis edicit, ut manè in armis sint, acieque, ut potuit, in tres phalanges distributa, prælium orditur. *Simoc.*) Ad plures autem horas *certamine protracto,* cum sol occideret, è Romanis trecenti occisi, barbarorum ad quater mille desiderati. Copiis summo mane castris eductis, & in aciem ex utraque parte compositis, bellum rursus instructum, & rursus è barbaris *octies mille* (ad novem millia. *Simoc.*) trucidati. Tertio pariter die in ordinem distributi *ex eminentiore loco Romani Barbaros adorti,* eorum acies fundunt, ac *in paludem* quamdam adactos, & in ejus profundum impulsos, plures aquis suffocârunt: (postridie Priscus ad tentandum conflictum progreditur, occupato loco regionis idoneo &c. è superioribus in Barba-

Pars IV.

Dd

ros



ros ferebatur, & duobus cornibus, seu à dextris, & à sinistris, eos impellebat. Et quoniam *Stagnum* locis illis suberat, in undas eos adigebat &c. Eo congressu Barbarorum *quindecim millia* vitam amisere. Chaganus non sine periculo salvus ad *Tissum fluvium* evasit. *Simoc.*) Inter quos etiam ipsi Chagani liberi extincti: eo successu victoriam Romani consecuti sunt præclarissimam. Chaganus majoris exercitûs robore comparato, in Romanos facit impressionem, consertoque prælio, iterum barbaros fudere Romani: fuitque hæc Romanorum victoria cunctis omnibus illustrior. (Die tricesimo Barbarus exercitum ad *quartum prælium* instauravit. Quod simul Dux Romanus comperit, etiam ipse ad *Tissum* amnem armatus prodiit &c. Romani Barbaros debellant, magnamque etiam tum multitudinem conficiunt &c. *Simoc.*) Priscus porro armatorum millibus quatuor instructis, *Tissum* (*Tyrsum Misse*) amnem transire, & hostium tentoria explorare iussit. Barbari rei gestæ penitus ignari *festivum epulum celebrabant*, & crapulis operam dabant. Hos Romani ex improviso adorti, ingenti clade affecerunt: *caesis* enim Gepedum & aliorum Barbarorum *millibus triginta*, & insuper prædâ potiti uberrimâ, ad Priscum revertere. Chaganus autem exercitu restaurato *ad Istrum* venit: ubi commissâ pugna barbari victi sunt, & in amnis fluentis submersi, cum quibus etiam Sclavini multi periere. Vivi in potestatem Romanorum venerunt Avarum tria millia ducenti, barbari bis mille. (Vicesima luce denuo Barbarus ad huncce fluvium copias congregat, quo in loco, atrocissimo & inprimis memorabili prælio decertatur, in quo Barbari, ut paucis dicam, magna virtute victi, & aquis summersi sunt: cum quibus etiam *Sclavinorum pars maxima interiit*: servati & capti obtentâ victoriâ Avarum tria millia, aliorum Barbarorum sex millia ducenti, & Sclavinorum octo millia: *Simocasta*. Dicit is, *ad huncce fluvium*, id est, *Tissum*, ultimò pugnatum fuisse, ergo non ad Istrum, ut in Theophane.)

A. Chr.  
602.

**DCCCXXXIII.** Anno vigesimo. Porro Imperator Petrum fratrem suum Thraciæ Ducem iterum renuntiatum illuc transmisit. Audierat enim *barbarorum multitudinem Aspech Duce ad cataractas congregari*. Petrus autem misso ad Aspech Legato, de pace tractavit. Aspech ex adverso cataractarum locum Romanis eripere studebat, Chaganò contra Constantinopolim expeditionem suscipiente. Itaque Romani in Thraciam reversi Adrianopolim venerunt. Verùm ubi Chaganum Byzantium accedere cognovit Imperator, Petro, ut ad Istrum redeat, scribit. Scribonem etiam Bonosum, cum navigiis militem trans flumen devehendo mittit. *Petrus*, misso *Gundue* Legato exercitûs *trans Istrum*, prædam captivosque innumeros ejus virtute coëgit. Quod cum Chaganus rescivit, Aspech cum copiis misit ad nautarum turbam illic conficiendam, utpote qui Romanis auxiliati fuissent. Quo demum factò, portio quæ barbaris contigerat, ad Romanos recidit &c. *Autumno* igitur appetente, & *Mauricio* Imperatore Petrum cum exercitu *in Sclavinorum agris hybernare jubente*, milites imperata facere detrectantes tumultuantur, & equos jam defatigatos, multamque prædam se avehere, sparsasque per regionem adversariorum copias passim occurrere causati, *in rebellionem versi* sunt. Quare Dux exercitûs in rebellantes invehens duris eos laboribus subigere moliebatur. Tunc admodum copiosi imbres, frigusque ingens castris incubuit. Porro Petrus ad passuum viginti millia à via remotior moram agebat. *Mauricius* interea per literas etiam molestè *jussitabat exercitum trans Istrum duci*, & *ex Sclavinorum agris annonam in hyemem ei subministrari*, nè ipse ex publico com meatum præbere cogeretur. Dux autem Gundui ad se vocato, quàm dura, inquit, Imperatoris jussa, in alieno, hostilique solo,

solo exercitum hyemare præcipientis ! parendi sanè necessitas gravis : detrectandi difficultas major &c. Sicque tandem *Imperator*, cùm lege naturæ superiorem se gessit, *vitam morte commutavit*. Ex illo demum tempore (nempe ab Imperio Phocæ) calamitates variæ ingentésque Romanum Imperium labefactare non destiterunt. Etenim Chosroës Persarum Rex pacem solvit, Abares Thraciam devastaverunt, & uterque Romanus exercitus, quum in Oriente, tum in Occidente dissipatus : ita ut cùm Heraclius Imperator creatus accuratam militum recensitionem ageret, de universa multitudine, quæ in illa Phocæ adversùs Mauricium rebellionem adfuerat, duos tantùm homines superstites reperiret. Adeò illi ipsi, qui tyrannum evexerant, sub ipso demum ad interneccionem deleti sunt &c. A. Chr.

*DCCCXXXIV. Anno secundo Imperii Heraclii.* Heraclius autem Imperio assumpto, rem omnem Romanam labefactatam reperit. Europam etenim Barbari reddiderant desertam, universam Asiam Persæ pessum dederant, & urbes integras in captivitatem abduxerant, Romanumque exercitum bellis consumpserant continuis &c. 612.

*Anno nono.* Abares in Thraciam arma moverunt. Heraclius autem, missis ad eos legatis, pacem firmari exposcebat. Cùmque Chaganus eam se compositurum pollicitus fuisset, Imperator, cum satellitio propriam dignitatem decente, ad longum usque murum longè ab Urbe progressus, amplâ magnorum munerum copiâ Chaganum excepit, fidem ab eo accepturus, pacem inter se mutuò inviolatam firmatum iri. At barbarus ille, spreto jusjurando atque foedere, ex improvîso Heraclium infestis armis adortus est. Imperator verò tam insperatæ rei molimine perterritus, fugâ arreptâ in Urbem revertit. Barbarus universo Imperatoris apparatu, satellitióque capto, cum omnibus aliis, quæ comprehendere potuit, retrocessit : multaque Thraciæ oppida, spe pacis delusa, ac nîl tale suspicantia deprædatus est. 619.

*Anno decimo.* Heraclius missis iterum ad barbarum Chaganum Legatis, de iis quæ violatis foederibus ab eo admîssa erant, causabatur, & ad servandam pacem invitabat : in Persidem quippe arma convertere meditatus, cum Chagano pacem consiliabatur habere. Chaganus humanos Imperatoris affectus cum reverentiæ sensu suscipiens, pristina se reparaturum, & cultorem se pacis futurum promisit : *renovatisque iterum pactis*, & probè firmatis foederibus, Legati reversi sunt &c. 620.

*Anno duodecimo.* Mensis Aprilis die quarto, indictione decima, Heraclius solemnitate Paschali peracta, feriâ secundâ sub vesperam confestim arma moturus, in Persidem perrexit &c. (dimittens filium suum, cum Sergio Patriarcha, & Bonoso Patritio, in Urbe disponendi negotia. *Misc.*) Ad Chaganum quoque Abarum principem, cui Procuratoris in filium nomen, & dignitatem indidit, (id est : tutorem eum filii sui compellavit. *Misc.*) quique secum amicitiam ex pactis firmaverat, ut afflictis rebus Romanis opem ferret, literas cum precibus misit &c. 622.

*DCCCXXXV. Anno decimo sexto.* Persarum Rex Chosroës novo exercitui reparando advenas, cives, & famulos, ex omni nimirum hominum genere adlectos aggregavit ; ea verò selecta multitudine Sai Duci tradita, alios quinquagies mille ex Sarbari phalange excerptos ex animi consilio milites, Aurihastatos ab ipso dictos, eisdem adjunxit : & adversùs Imperatorem misit. Sarbaram verò cum reliquo exercitu Constantino-  
polim versùs misit : ut initis pactis cum Unnis (Abaros quidam vocant)

Bulgaris, Sclavis, & Gepedibus, unà cum eo Urbem impressione facta obsiderent &c. Interim Sarbaras Chalcedonem adoritur, Abares etiam è Thracia profecti ad Urbem applicantes eam vi obtinere nitentur &c. Dies demum decem Urbem obsidentes terrâ & mari, Dei tandem virtute & ope, & immaculatæ Deique matris virginis precibus, profligati sunt: multisque suorum copiis terrâ & mari amissis cum magno rubore & dedecore domos repetierunt &c.

- Ex Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Historia.* At Abari dissoluta jam pace, etenim Heraclius, priusquam in Persas exercitum duceret, muneribus ad eos missis illam firmaverat, atque insuper *ducenta* his *nummorum millia* promiserat, obsidésque dederat Joannem cognomento Athalaricum, naturalem filium ex concubina natum, & Stephanum consobrimum, Mariæ sororis filium, & Eutropium, nec non & Joannem alterum Boni Patricii filium, eundémque spurium, & ex pellice susceptum.
626. Sed Barbari expeditione facta castra ad Constantinopolim admovent, ibique suburbana omnia incendio vastant. Ita diviso inter se velut Thracico Bosphoro Persæ Asiaticum limitem, Avars Thraciam infestabant &c. Erant in eodem exercitu *Sclavinorum auxiliares copia bene multæ*, quas illi secum adduxerant: quibus & in signum dederant, ut cum accensas faces ex Blachernarum *munitione* conspexissent, *quam Alam nuncupant*, statim actuariis lembis irrumpèrent, & remigio ad Urbem subvecti tumultum ac terrorem injicerent; per quem nullo prohibente ipsi de muris subito impetu facto Urbem invaderent. Quibus ad Bonum Patricium perlatis, mox biremibus ac triremibus instructis, armisque dispositis, ad eum locum, unde signum attollendum erat, classem dirigit, eodémque tempore biremes contrarium ad litus applicat. Inde facibus erectis signum dari jubet. Hoc ubi Sclavi conspicati sunt, è fluvio, quem Baryssum vocant, rectà ad Urbem navigiis feruntur. At nostri obviam progressi in medium receptos & circumventos opprimunt; *tantæque cades hostium facta est, ut mare ipsum purpureo colore tingeretur.* Inter cæsorum cadavera *Sclavina quoque mulieres* inventæ sunt. Quæ cum omnia barbari conspexissent, obsidionis ac moræ pertæsi in patriam revertuntur &c.
634. *DCCCXXXVI. Ex eodem Nicephoro Patr.* Eodem tempore Maria Heraclii soror pecuniis ad Avarorum Chaganum missis Stephanum filium (qui, ut supra A. 626. Avaris obses datus erat) recepit &c. sub idem ferè tempus *Cubratius*, Organæ consobrinus, *Hunnogundurorum Dominus*, contra *Avarorum Chaganum* rebellat, populúmque omnem, quem ab ipso acceperat, contumeliosè habitum patriis sedibus expellit. Inde *legatione ad Heraclium missa*, pacem cum eo componit, quam ad finem vitæ usque suæ conservârunt. Nam & munera ad ipsum Heraclius misit, & *Patriciatum* detulit.
657. *Ex Theophane Anno decimo sexto Imperii Constanti.* Imperator in Sclaviniam expeditionem suscepit: pluribusque barbaris in captivitatem actis, provinciam subegit &c.
664. *Anno vigesimo tertio.* Error in jejuniorum tempus invaluit. Porro Abderachman, Chaledi filius, exercitum in Romanam ditionem deportato, illic hyberna duxit, & multas provincias depopulatus est. *Sclavini verò ad quinque millia ipsi adjuncti per Syriam effusi* sunt, & in Apamæorum agro ad Scevocobolon oppidum (in castello Seleucobri, *Miscella*) habitavêre.

*Ex*

*Ex Paulo Diacono de gestis Langobard. lib. 5. cap. 17.* Agone mortuo, Foro-Julianorum Ductor Lupus efficitur &c.

*Cap. 18.* Lupus, dum Rege (Grimoaldo) absente multa insolenter apud Ticinum egisset, quippe quem reversurum non æstimaret, revertente Rege &c. contra eundem, suæ nequitiae conscius rebellavit.

A. Chr.  
670.

*Cap. 19.* Tunc *Grimoaldus* nolens civile bellum inter Langobardos excitare, *Regi Avarum Cacano mandavit, ut in Forum Julii contra Lupum Ducem cum exercitu veniret, eumque bello protereret.* Quod & factum est. Nam veniente Cacano cum magno exercitu, in loco, qui *Fluvius* dicitur, (id est, ad civitatem hodiernam Fiume, seu S. Viti, ad Sinum Flanaticum maris Adriatici) sicut nobis retulerunt seniores viri, qui in ipso bello fuerunt, per tres dies Lupus Dux, cum Foro-Julianis, adversus Cacani exercitum conflixit. Et prima quidem die validum ejus exercitum paucis suis vulneratis prostravit; secunda verò die, jam aliquantis è suis vulneratis & mortuis, pari modo multos ex Avaribus extinxit. Tertia verò die jam pluribus ex suis fauciatis, sive peremptis, nihilominus magnum Cacani exercitum delevit, prædámque copiosam invasit. At verò die quarto tantam super se multitudinem conspexerunt venientem, ut vix per fugam evadere possent.

Pro Chronologia notandum: bellum hoc actum tempore Grimoaldi Regis Langobardorum, post mortem Constantis II. Imperatoris; hanc enim Paulus Diaconus in capite præcedente undecimo hujus libri jam commemoraverat. Constans necatus est in balneo anno 669. in Julio. Grimoaldus mortuus A. 671. *ita nota ad Paulum Diac. lib. 5. cap. 33.* ergo expeditio Chagani contra Lupum contigit circa A. 670.

*Cap. 20.* Ibi itaque Lupo Duce perempto, reliqui, qui remanserant, se se per Castella communiunt. Avars verò per omnes eorum fines discurrentes, cuncta rapinis invadunt, vel supposito igne comburunt. Qui cum per aliquot dies hoc facerent, à Grimoaldo eis mandatum est, ut jam à devastatione quiescerent. Qui legatos ad Grimoaldum mittunt dicentes, Forum Julii se minimè relicturos, ut quod armis propriis conquassissent.

*Cap. 21.* Tunc Grimoaldus necessitate compulsus, exercitum coadunari præcepit, quatenus Avars de suis finibus exturbaret. In medio itaque campo sua castra contra Avarum hostium componens, cum exercitus partem exiguam haberet, & Cacanus ad eum legatos mitteret, eosdem ipsos, quos habebat, diverso habitu, variisque instructos armis, ante oculos legatorum per dies aliquot, quasi novus jugiter exercitus adventaret, frequenter transire fecit &c. (his visis, & Chaganq̄ renuntiatis delusi, & deterriti Avars, ex Foro Julio domum recesserunt.)

*Ex Theophane: Anno nono Imperii Constantini.* Mardaitæ Libanum aggressi tenuerunt quidquid à Mauro monte est, usque ad sanctam Urbem &c. Quo audito Mavias (Muhavias, Arabum Amiras, seu Dux, *Miscella*) ejusque consilarii valde extimere, adeò ut Imperium Romanum sub Dei tutela consistere reputantes, legatos de pace habenda ad Imperatorem Constantinum summisserint &c. Quibus demum utrinque pactis, *pace firma inter Romanos atque Arabes* ad annos triginta constituta &c. Hoc ubi percepere, qui Occasum incolebant, *Chaganus Avarum Princeps, caterique illarum provinciarum Reges, Duces, & Castaldi, virique occidentalium nationum Primores,* legatos unà cum muneribus ad Imperatorem pacis concordieque cum ipso ineundæ firmandæque gratiâ, misere. Imperator eorum precibus concedens, pacem quâ se testaretur Dominum, cum ipsis firmavit.

677.

vit. Atque ita quies & tranquillitas maxima, tam in Oriente, quàm in Occidente obtinuit.

A. Chr.  
679.

**DCCCXXXVII.** *Anno undecimo.* Sub id verò tempus *Bulgarorum gens in Thraciam irrupit* &c. Imperator Constantinus &c. ( postquam comperit ab ea gente, *quæ ad Danubium habitabat*, Romani Imperii limitem vastari : *Nicephorus Patr.* ) Jubet itaque legiones omnes *in partes Thracia* migrare : armatâque tum mari tum terrâ militum manu expeditionem suscepit, armorum vi hostes locis occupatis deturbare meditatus &c. ( Bulgari in castella se recipiunt ) Imperator acri pedum dolore vexatus, balnei faciliùs & commodiùs habendi gratiâ, cum solis dromonibus quinque nonnullisque Palatii domesticis Mesembriam redire ( addit *Nicephorus* Mesembriam civitatem ) coactus, exercitu, Ducibusque velitari jussis, & hostes è præsidio pellicere, & tandem cum eis rigido Marte, si tamen foras auderent prorumpere, sin minùs, obsidione circumcingere, & in suis munimentis oclusos observare, castris abcessit. Equites Imperatorem fugere rati, timore animis concepto in unum globum collecti, pari quoque fuga nullo persequente aut excitante usi sunt. Bulgari eo spectaculo exciti, fugientes retrò insequuntur, & his quidem necem, aliis vulnera gladiis inferunt, reliquos ad Danubium usque coram se fugant. Tum verò fluminè trajecto, Barnam ita dictam urbem Odyssò vicinam, & mediterraneos agros perveniunt. Cùmque locum omnem retrorsum ab amne Danubio, antè verò & ab utroque latere clusuris, sive montium angustiis, & mari Pontico probè munitum conspexissent, & *Sclavinorum illic degentium septem generationes*, ut vocantur, in potestatem redegissent : ( addit *Nicephorus* : castra metati sunt ) Seberenses quidem ab anteriore Beregaborum clusura ad orientales plagas, meridiem verò & Occidentem versus usque ad Abariam, reliquas *gentes septem, quæ sub pacto erant*, collocârunt. ( *Nicephorus* sic ait : sed & Sclavinorum gentem, quæ illic in propinquo degebat, in potestatem redigunt, ac partem suorum in eo *limbo*, qui *Avares respiciebat*, collocant : alios Romanorum finibus objiciunt ) In hunc itaque modum dilatatis & expansis ditionis eorum terminis, Romanæ Reipub. urbes & oppida, animis in superbiam elatis, diruere, ac deprædari cœperunt. Ex quo *Imperator* coactus, pacem cum eis agere, & exigente delictorum nostrorum numero non sinè magno Romani nominis dedecore, *pactam annuatim pecuniam* eisdem persolvere &c. ( *Nicephorus* brevius sic : quibus rebus aucti, atque confirmati, Thraciæ oppida, locaque omnia populantur. Quare Imperator annua pensatione promissa, pacem cum iis facere coactus est. )

687.

**DCCCXXXVIII.** *Anno secundo Imperii Justiniani.* Imperator autem in Armeniam profectus, Mardaitarum agmen, æreum illum Imperii Romani murum in Libano priùs consistentem, & à se eversum illic suscepit. *Pacem quoque cum Bulgariis firmatam salvit*, foederum conditiones à patre concessas, ipse perturbans, ac omnino violans. Et *Bulgaros & Sclavinia provincias in servitutem mittere meditatus*, equestres legiones in Thraciam transire jussit.

688.

*Anno tertio.* Justinianus in Bulgariam & Thraciam eduxit exercitum, Bulgarosque sibi obviam cum armis factos tum primùm repulit. Et excursionibus subinde Thessalonicam usque habitis, *immensum Sclavorum numerum*, quæ belli virtute domitum, quæ spontè ad se transeuntem & deditum, è *patria educens*, ad Opficii partes trajecto Abydi freto habitare decrevit. At in reditu intra compressos montes, & clusuræ angustias,

stias, à Bulgaris interceptus, multis ex exercitu quum cæsis, tum vulneratis, vix periculum superare, & in oppositam partem transire valuit &c. A. Chr. 692.

*Anno septimo.* Ex deportatis in Asiam *Sclavis* viros bello idoneos elegit Justinianus, & in *exercitum ad triginta millia* adlectos armis instruxit, quos *Acie* Superabundantem nuncupavit, & eorum Ductorem *Nebulum*. (*Nicephorus Patr.* sic refert: Equitibus ad Thraciæ loca missis, contra Sclavinos profiscitur: Et Thessalonicam usque progrediens, quamplurimis illic Sclavinorum gentibus, partim bello, partim deditioe, in potestatem acceptis, easdem in Opficiana, quam vocant, regione per Abydum translatis, collocat. Ex quibus ad *triginta millia* armatorum eduxit, cumque *peculiarem militem* appellavit. Cui *Gebulum* ex nobilioribus quendam præposuit, atque his fretus pacem cum Saracenis à parente initam dissolvit &c. sed & peculiaris ille Sclavorum populus ad Saracenos deficit, quibuscum Romanos communiter cædebant.)

*Anno nono.* Muamed etiam in Romanum Imperium expeditionem suscepit, & profugis Sclavis, ceu Romanorum locorum probè expertis sibi adjunctis, magnam hominum copiam abduxit captivam &c. 694.

*DCCCXXXIX. Anno sexto Imperii Apsimari.* Justinianus Chersonæ degens, Imperii sceptrum denuo sibi cum potestate committenda enunciavit, ejus loci incolas dictis ejusmodi terret. Quare periculum ab Imperatore sibi metuentes, de inferenda illi nece, vel eo ad Imperatorem deportando consilium ineunt. Ille machinas præsentens, fugam solerter epeffit, & festino gressu Daras profectus, Chagani Chazarorum congressum & colloquium sibi concedi exoptulat. Eo nuncio accepto, Chaganus virum honore cumulatum excipit, & germanam sororem Theodoram ei conjugem locat. Brevi tempore interjecto veniâ à Chagano expetitâ Phanaguriam se confert, & ibi cum conjugem Theodora moratur. His auditis Apsimarus Chaganum per legatos maxima munera pollicitos hortatur, ut Justinianum vivum, vel saltem ipsius caput ad se mittendum curet. Chaganus promissorum spe illectus postulatis morem gerit &c. Justinianus Theodorâ in Chazariam remisâ, ipse fugâ Phanaguriam versus clanculum arreptâ, ad freti fauces pervenit. Ibi piscatoriam scapham fortè nactus, eam conscendit, & Asadem prætervectus ad solum juxta Chersonam appulit. Nunciis verò Chersonam latenter missis, Basbaurium, & ejus fratrem Salbanum, Stephanum, Moropaulum, & Theophilum secum tollit, & Chersonæ pharum prætergressus, cum eis enavigat. Inde Necropyla præterlapsi, & *Danapris, Danastrisque fluminum ostia emensi* &c. tempestatis postmodum periculo ereptus in Danubii ostia penetrat. Tum verò Stephanum ad *Terbelem* (*Trebellin Misc.*) *Bulgariae Dominum* delegat, ut avitum recuperet imperium, auxiliarem manum ab eo postulat, plurimis muneribus beneficium ajebat compensaturus, etiam propriâ filiâ in uxorem datâ. Terbeles ei se in omnibus obediturum, auxiliûmque daturum adhibito jurejurando pollicitus, Justinianumque perhonorificè suscipiens, *omnes Bulgarorum & Sclavorum copias collegit*: qui demum omnes anno insequenti arreptis armis ad Imperatoriam urbem profecti sunt. 704.

*DCCCXL. Anno septimo.* Justinianus Terbelis & Bulgarorum ipsi adjunctorum auxilio fretus Urbium Reginam armis impetit &c. Porro Justinianus cum paucis admodum gentilibus suis citra pugnam per cuneum (per aquæ ductum fodiendo urbem. *Misc.*) in Urbem subiens, sparso cædis & stragis tumultu ejus compos effectus, paulò post in Blachernarum Palatio sedem ac simul castra posuit. 705.

*Anno*

A. Chr.  
708.

*Anno tertio Imperii Justiniani secundò.* Justinianus pacem Romanos inter & Bulgaros compositam violavit, & equitum legionibus in Thraciam transire jussis, etiam classem adversùs Bulgaros instruxit, & in Terbelem irrupit. Anchialum verò profectus, classem quidem ad Urbem applicuit; equestres verò copias ad campos Urbi imminentes omni custodia remota, & citra periculi suspicionem castra metari præcepit. Exercitu itaque pecudum instar per campos errante, & ad pabula equis colligenda disperso, è montium culminibus inanem & levem rei militaris apud Romanos disciplinam Bulgarorum exploratores conspicati, ipsi ferarum more in agmen unum collecti, *Romanum gregem uno impetu disjecerunt*, & captivorum multitudinem non contemnendam, equos, & currus plurimos, postposito cæforum numero, ceperunt. *Justinianus* cum residuis ex exercitu in arcem se recipiens, occlusis dies tres portis, in ea remansit. Sed cum Bulgaros illic pertinaciùs instantes cerneret, ipse primus equi sui nervos incidit, cæterosque idem facere jussit: armisque bellicis quasi trophæis muris impositis, *noctu navigia conscendens Constantinopolim cum dedecore reversus est.*

## SECTIO LIX.

## SECULUM VI.

## De Langobardis &amp; Gepidis.

**Nus DCCCXLI.** *Ex Paulo Diacono lib. I. cap. 21.* At verò *Tato* posthæc de belli triumpho non diu lætatus est. Irruit námque super eum  
497. *Wacho*, filius germani sui *Zuchilonis*, & eum ab hac luce privavit. Conflictit quoque adversùs *Wachonem Hildechris* filius (nepos) *Tatonis*, sed superante *Wachone* devictus, ad *Gepidos* (non tunc statim, sed primùm ad *Slavos*) confugit, ibique profugus ad vitæ finem usque permansit. Quam ob causam *Gepidi* cum *Langobardis* ex tunc inimicitias contraxere. Eodemque tempore *Wacho* super *Suevos* irruit, eosque dominio suo subjugavit. Hoc si quis mendacium, & non rei existimat veritatem, relegat prologum edicti, quem *Rex Rothari* de *Langobardorum* legibus composuit, & penè in omnibus hoc codicibus, sicut nos in hac historiola inseruimus, scriptum reperiet. Habuit autem *Wacho* uxores tres, hoc est, primam *Ranicundam*, filiam *Regis Turingorum*. Deinde duxit *Austrigofam*, filiam *Regis Gepidorum*, de qua habuit filias duas. Nomen uni *Wisegarda*, quam tradidit in matrimonium *Theodeberto Regi Francorum*. Secunda autem dicta est *Walderada*, quæ sociata est *Cuswald*, alii *Regi Francorum*, quam ipse odio habens, uni ex suis, qui dicebatur *Garipald*, in conjugium tradidit. Tertiam verò *Wacho* uxorem habuit *Herulorum Regis* filiam, nomine *Salingam*. Ex ipsa natus est filius, quem *Walthari* appellavit, quique *Wachone* mortuo super *Langobardos* jam octavus (nonus) regnavit. Hi omnes *Lithingi* fuerunt, sic enim apud eos quædam nobilis prosapia vocabatur.

515. *Cap. 22.* *Waltari* ergo, cum per septem annos regnum tenuisset, ab hac luce subtractus est. Post quem nonus (decimus) *Audoin* regnum adeptus est. Qui non multo post tempore *Langobardos* in *Pannoniam* adduxit.  
522.  
526.

NOTA: Constat hoc tempore ex alio tempore, quo iterum exierunt ex *Pannonia* in *Italiam*, scilicet anno 568, dum *Langobardi* in *Pannonia* quadraginta duobus annis



nis commorati fuissent, ut infra ex *Paulo Diacono lib. 2. cap. 7.* affertur. *Procopius* (ut infra quoque) refert, à Justiniano Langobardis donatas esse Pannoniæ munitiones. Unde videri posset, non ingressos esse Langobardos Pannoniam, nisi A. 527. cum tunc primùm Justinianus, quæ Augustus, regnare cœperit. Ast ita combinandum hoc est: Langobardi, dum Pannoniam ab excessu Gothorum raros cultores hæcenus nactam esse, & Romani Imperii fines ab aliis gentibus, v. g. in Norico per Bojoarios, Slavos, & Hunnos, diripi viderent, noluerunt & ipsi postremi esse, sed Pannoniam A. 526. propria autoritate intrârunt, & tum primùm pro consensu ad possidendum, legatos Constantinopolim miserunt, & faciliè omnia, utpote rebus turbatis, obtinuerunt.

*Ex Procopio de bello Goth. lib. 3. cap. 35.* Hæc agebantur Byzantii, cum *Ildisgus* (Hildechis Paulo) natione Langobardus ad Gepædes se recepit, ob ejusmodi causam. Quo tempore Langobardis *Vaces* (idem, qui *Wacho*) imperabat, nepotem (laxè loquendo, propriè enim dicendum fuisset fratrualem, cum pater *Wachonis* *Zuchilo*, & Rex *Tato* fratres fuerint) habebat, nomine *Risulfum*, quem lex ad regnum vocabat, postquam ex vita *Vaces* migrasset. *Vaces* autem id providè curans, ut filio suo principatum relinqueret, *Risulfum* falsi criminis reum actum, exilio multavit. Statim ille ex patria ad *Varnos* cum paucis profugit, relictis ibi (apud Langobardos in regno *Wachonis*) duobus filiis. Hos Barbaros pecuniâ *Vaces* ad *Risulfi* cædem perpellit. Filiorum *Risulfi* alter morbo extinguitur, alter, cui nomen *Ildisgus*, ad *Sclavenos* evadit. Haud multò post morbo obiit *Vaces*, ac Langobardorum principatus *Valdalo* (*Walthari* vocatur *Paulo*) obvenit, *Vacis* filio, cui admodum puero tutor adhibitus *Auduinus*, regnum administrabat. Hinc multâ auctus potentiâ, brevi ipse regnum obtinuit, cum puerum repente morbus oppressisset. Nato demum, ut dixi, bello *Gepædes* inter ac *Langobardos*, protinus *Ildisgus* cum *Langobardis*, qui se ipsi adjunxerant, ac numerosâ *Sclavenorum* manu ad *Gepædes* se contulit. Ac sperabant *Gepædes* fore, ut illum in regnum inducerent. Jam verò facta cum *Langobardis* pace, extemplò *Auduinus* à *Gepædibus*, tanquam amicis, *Ildisgum* repetiit. Hi tradere nolentes hominem, hortati sunt, ut inde, quocunque vellet, evaderet. Nullâ is interpositâ morâ cum suis, ac nonnullis *Gepædibus* voluntariis, sese ad *Sclavenos* retulit. Hinc profectus, *Totilam*, Gothosque adire instituit, armatorum non minùs sex millia secum habens. Agrum ingressus *Venetum*, cum obviam Romanorum manu, quam *Lazarus* ducebat, confligit, eâque in fugam actâ, multos occidit. Nec tamen se admiscuit *Gothis*, sed iterum transito *Istro* flumine ad *Sclavenos* concessit.

A. Chr.  
548.

*DCCXLII.* Ex notis ad *Paulum Diaconum lib. 1. cap. 14. edit. Murat. num. 99.* In nomine Domini: incipit *Edictum*, quod renovavi cum primatibus meis *Judicibus*, Ego in Dei nomine *Rothar* Rex, vir excellentissimus, *septimus decimus Rex generis Langobardorum*, anno regni mei, Deo propitio, octavo, ætatisque meæ trigésimo octavo, *Indictione secunda*, & post adventum in provincia Italia *Langobardorum*, ex quo *Alboin* tunc temporis Rex procedente *Divina* potentia adjunctus, anno septuagesimo sexto, feliciter. (hæ notæ temporis denotant annum 644. huic enim competit *indictio* currens secunda, & hic est 76us ab egressu ex *Pannonia* A. 568.) Datum *Ticino* in *Palatio* &c. Tamen quanquam hæc ita se habent, utile prospeximus propter futuri temporis memoriam, & antè, nomina Regum antecessorum nostrorum, ex quo genti *Langobardorum* Reges cœperunt esse memorati, in quantum per antiquos homines didicimus, in hoc membrano adnotari jussimus. In hoc fuit *Primus Agelmundus*. II. *Lamissio*. III.

644.

Pars IV.

Ec

Le.

Lethe. IV. Gildech. V. Gudeoch, filius Gildehoc. VI. Caffo, filius Gudehoc. VII. Tato, filius Caffonis. VIII. Unichis, filius Tatonis. IX. Unabo, filius Unichis, nepos Tatonis. X. Valamir. XI. Alboin, qui exercitum, ut supra, in Italiam adduxit. XII. Clepes ex genere Belleos. XIII. Aginulfus Turingus. XIV. Autari, filius Depex ex genere Aravad. XV. Audofal, filius Aginulfi. XVI. Aruand, ex genere Caupus. XVII. Ego in Dei nomine, qui dicor Rothar Rex, filius Nandigi ex genere Arodus &c.

Paulus Diaconus duobus supra exscriptis curtis capitibus includit, vel potius involvit epocham historiæ Langobardicæ sat longam, à victoria nempe de Herulis A. 493. usque ad bellum cum Gepidis A. 548. Vitiò invasionis laborabat epocha hæc, namque Wacho cæde patruî Tatonis sibi peperit regnum, unde & filius Waltari in vitio successit, quidquid cæterum de Audoini legitima vel illegitima regni occupatione sit, quem saltem prologus edicti Rothariani æquè inter Reges non numerat. Videri itaque posset, ab edicto tres eos usurpatores studio omisso, & locò eorum legitimos hæredes, ut gubernatione per vim exciderint, scriptos esse. Ast hæc, & quid de diversitate in nomine filii & nepotis Tatonis, inter edictum Rotharianum, & testimonium Procopii cœvi scriptoris, dicendum sit, mei non sunt instituti; quæ autem ex hac epocha Langobardica, præcipuè de Ildisgo, apud Slavos exule, ad origines Slavicæ pertinent, commodiore alio loco prosequar.

**DCCCXLIII.** *Ex Procopio de bello Goth, lib. 3. cap. 33.* Hujus belli (Gothici) tempore, *totius Occidentis imperio Barbari palam potiti sunt* Ac bellum Gothicum, cujus primordia præclaris victoriis Romani insignierant, quemadmodum supra narravi, eò recidit, ut non modò pecuniaz, & corpora plurima, absque ullo impenderint emolumento, sed Italiam quoque amiserint, & Illyricum Thraciamque ferè universam à Barbaris, utpote jam finitimis, foedè vastari viderint, ac populari: quod ita contigit. *Belli hujus initio*, Gothi, ut in libris dixi superioribus, *tota Gallia parte sibi subdita Germanis* (id est, Francis) *cesserant*, illis, ac Romanis resistere se simul non posse rati. Quod ne fieret, adeò non impedire Romani potuerunt, ut *Justinianus* Augustus id *confirmaverit*, ne ab his Barbaris, si hostiles animos induerent, turbaretur. Nec verò Franci Galliarum possessionem sibi certam, ac stabilem fore putabant, nisi illam Imperator suis literis comprobavisset. Ex eo tempore Germanorum Reges Massiliam Phocensium coloniam, ac maritima loca omnia, adeoque illius maris Imperium obtinuerunt. Jamque Arelate Circensibus præident, & nummos cudunt ex auro Gallico, non Imperatoris, ut fieri solet, sed sua impressos effigie. Monetam quidem argenteam Persarum Rex arbitrato suo cudere consuevit: auream verò neque ipsi, neque alii cuiquam Barbarorum Regi, quamvis auri domino, vultu proprio signare licet: quippe ejusmodi moneta commercio vel ipsorum Barbarorum excluditur. Ibi Francis res ita cesserat.

A. Chr.  
548.

**DCCCXLIV.** Jam (progreditur hic Procopius ad tempus, de quo scribit, nempe A. 548.) *Gothis, ac Totilâ bello superioribus, Franci maximam agri Veneti partem* (id est, Ducatum Foro-Juliensem) *occupârunt* nullo negotio, cum nec Romani illos arcere, nec Gothi utrisque arma inferre possent. *Gepades* (hucusque de Francis respectu Galliæ & partis Italiæ: nunc loquitur Procopius de Gepidis, Langobardis, & Herulis, quomodo illi partem Illyrici bona voluntate Romanorum nacti, reliquam quoque vi diripuerint) *qui olim urbem Sirmium, Daciâque omnem* (nempe cis-Danubianam, Ripensem, & Mediterraneam: Daciâ trans-Danubianam enim ab A. 454. jure belli locò Hunnorum jam possidebant) *obtinuerant*, ut primùm Justinianus Augustus ditioni Gothicæ regionem illam eripuit, (hic Procopius tempus declarat, quo Gepidæ Daciâ Cis-Danubianam acceperint,

perint, nempe quamprimùm Justinianus initio belli Gothici Sirmium, cum tractu ad eum pertinente, nec non Daciam Gothis eripuerat, dedit has possessiones Gepidis, ut vires eorum quoque Gothis opponeret) agentes ibi Romanos abduxerunt in servitutem, & continenter progressi, vim vastitatẽmque Imperio Romano attulerunt. Quare *Imperator* illis imposterum *stipendia negavit*, quæ jam inde *olim* (id est ab A. 454.) à Romanis accipere consueverant. Cùm autem *Urbem Noricum, & Pannonia munitiones, aliãque loca*, ac pecuniam in-

A. Chr.  
526.

super maximam Justinianus Augustus *Langobardis donasset*, eam illi ob causam, patriis sedibus relicis, *in adversa Istri fluminis ripa confederant*, haud procul à Gepædibus. At ipsi quoque Dalmatiam & Illyricum ad limitem usque Epidamni pervagando, prædas abigebant, & captivos: quorum nonnullis fugâ elapsis ac reversis domum, Romanum hi barbari Imperium obibant, tanquam Romanis conjuncti fœdere, ibique si quos eorum, qui evaserant, agnoscerent, perinde ac sua mancipia fugitiva recipiebant, atque abstractos è parentum sinu, domum reducebant, nemine repugnante. *Alia quadam Dacia loca Erulis Imperator attribuit ad Singidonem*, ubi nunc habitant, Illyricum Thraciamque crebris populantes incursionibus. Ex his aliquot Romanæ militiæ dederunt nomina, fœderatorum, ut vocant, adscripti numero. Cùm autem Byzantium veniunt Legati, omnia stipendia, vel eorum, qui ditioni Romanæ subditos expilant, ab Imperatore facillimè consecuti redeunt.

*DCCCXLV. Cap. 34.* Ita Barbari Romanum Imperium inter se partiti sunt. Deinde *maximo Gepædes inter, ac Langobardos invicem confines orto dissidio*, utrique belli mutui vehementissima incensi cupidine, pruriebant in pugnam, cui & certa dies præstituta est. Cùm autem Langobardi se solos Gepædibus impares fore intelligerent, utpote numero inferiores, Romanos in societatem belli pertrahere decreverunt. Rursus Gepædes à Romanis pro jure fœderis, quo juncti cum ipsis erant, petere constituerunt, ut vel unâ secum arma sumerent, bellumque inferrent, vel integros servarent sese, & neutri genti faverent. Utrique igitur missis ad Justinianum Augustum legationibus, ab illo auxilium magnopere expectabant. *Tunc temporis Thorsinus imperabat Gepædibus; Auduinus Langobardis.* Utrosque audire statuit Justinianus Augustus, non in unum coactos cœtum, at separatè admissos. Primi ad Imperatoris conspectum *introduciti Langobardi*, ita ferè disseruerunt: Hæc enim considerate. Ante hoc tempus, cùm Gothi vestigalem haberent Daciam, Gepædes trans Istrum, ubi omnes olim federant, tenebant se omnes; potentiam Gothicam adeò reformidantes, ut trajectum fluvii nunquam tentârint. Tunc fœderati, & amicissimi Romanorum, amicitiae nomine, cùm ab Imperatoribus fato functis congiaria annis singulis plurima, tum à te æquè munifico, acceperunt. Jam ex ipsis libenter quæsiverimus, quid unquam boni pro his beneficiis in Romanos contulerint. Nihil certè nec leve nec magnum proferre possunt. Quamdiu nihil fuit, quo vos læderent, tamdiu se continuerunt, necessitate adducti, non voluntate. Nam *quidquid trans Istrum est, habebatis pro derelicto*: regione autem citeriori eos arcebat Gothorum metus. Sirmium Gepædes tenent, ô Imperator, & Romanos abstrahunt in servitutem, seque universâ Daciâ (cis-Danubianâ) potiri jactant; post cujus tandem belli pro vobis, aut vobiscum, vel in vos unquam gesti victoriam consecuti sunt, in cujus pugnae præmium illis ea regio cessit? idque postquam à vobis crebra stipendia, & jam antè, à

548.

*Part IV.*

*Ec 2*

tem-

tempore nescimus quo, pecuniam, ut dictum est, acceperunt. Hæc Langobardæ. Postridie ad Imperatorem admissi *Gepædum Legati*, sic orsi sunt: id etiam attendere convenit, recentem esse Langobardorum amicitiam cum Romanis: Gepædibus societatem, familiaritatemque vobiscum veterem intercedere. Nunc autem cum est bellum in manibus, infirmitatis suæ conscientiam ab incepto retracti, vos adeunt, idque agunt, ut pro ipsis Romani contra, quam fas est, bellum suscipiant: cujus causam ex Sirmio, aliisque nonnullis Daciæ locis in nos conflatam fures hi proferunt. *Atqui tot urbes adhuc, totque provinciæ supersunt Imperio tuo, ut nationes quæras, quibus partem ejus aliquam incolendam des.* Profecto Francis, Erulis, hisque ipsis Langobardis tot urbes, tantasque regiones attribuisti, Imperator! ut inire numerum nemo possit.

*DCCCXLVI.* Ejusmodi fuit Gepædum oratio, quos Justinianus Augustus post longam deliberationem remisit irritos, ac jurato cum Langobardis fœdere, his misit equitum plus decem millia, ducibus Constantiano Buzæ, atque Aratio: quibus Joannes Vitaliani ex sorore nepos sese adjunxit, cum Imperator huic præcepisset, ut facto cum Gepædibus prælio statim cum suis inde in Italiam, unde venerat, proficisci maturaret. Eos sequebantur *Eruli fœderati mille quingenti*, quibus præter alios Philemuthus præerat. Nam cæteri omnes Eruli ad tria millia, cum Gepædibus coierant, à Romanis non ita pridem defectione sejuncti eam ob causam, quam supra commemoravi. Tunc pars Romanorum sociæ arma Langobardis ferentium, in Erulorum catervam, & Aordum Regis fratrem inopinatò incidit. Fervido commisso certamine vincunt Romani, & cum Erulis multis Aordum ipsum conficiunt. Simul cognoverunt Gepædes Romanorum exercitum appropinquare, diremptâ cum Langobardis controversiâ, pacem pepigerunt, invitis Romanis. Quorum exercitus, ea re intellecta, laborare plurimum cœpit. Jam enim nec progredi poterant, nec regredi audebant Duces, veriti, ne Gepædes, Erulique, facta simul incursione, Illyricum popularentur. Quare ibi consistentes, Imperatori, quò loci res deducta esset significarunt &c.

*Cap. 35. ad finem* claudit Procopius annum belli Gothic i decimum quartum, exeunte nempe hyeme anni 549. Itaque præmissa contigerunt in anno non dudum abhinc elapso 548. Occasio belli inter Langobardos & Gepidas haud difficulter ex ipsius Procopii narratis eruitur; erant enim populi hi non tantum inter Pannoniam & Daciam veterem, intercedente solo Danubio, (nam terra ripensis transdanubianâ à Sarmatis Limigantibus seu Slavinis possessa, ab his in terras olim Quadicas emigrantibus derelicta nunc plenè erat) vicinissimi, sed & cis Danubium circa Sirmium in Dacia nova seu Ripensi sibi quasi immixti. Langobardi dono Justiniani possidebant Pannoniæ superioris & inferioris munitiones ad ripam Danubii, & alia quædam loca. Gepidæ econtrâ jam à tempore devictorum filiorum Atrilæ, id est à medio præcedentis seculi quinti, tenebant trans Danubium Daciam veterem interiorem seu Transylvaniam, & nunc quoque post Slavos regionem Temesiensem: porrò ab initio belli Gothici, seu ab A. 535. Sirmium cum tractu vicino, nec non plura loca Daciæ Ripensis cis-Danubianæ. Ob fines ergo ortum bellum. Quod dicit Procopius: Justinianum Langobardis *Urbem Noricum* & Pannoniæ munitiones &c. donasse, id de Vindobona, ut cum *Lazio Hafszius in Germ. sacra tom. 1. P. I. cap. 11.* rectè sentit, intelligendum est; hæc enim in ipsis confinibus Norici sita, sola inter tot urbes rabiem Thuringorum evaserat, Christiana quoque erat, ita ut Noricum Christianum totum in ea consisteret, & meritò Langobardis potiùs Christianis attributa sit, quam ut Hunnis Noricis occupanda relinqueretur. Sanè urbs alia in ipso Norico donanda non supererat, cum ibi omnia per Bojoarios, Charinos Slavos, & reliquias veterum Hunnorum, jam ante Justiniani Imperium occupata, & juri Imperii Orientalis subtracta essent. Cæterum *Procopius*, antequàm aliquid novi de Langobardis & Gepidis afferat,

clau.

claudit in *lib. 3. cap. 39.* annum belli Gothici decimum quintum, finita hyeme anni 550. evolutum. Deinde verò in subsequente *lib. 4. cap. 18.* reassumit Historiam eorundem, & ait:

**DCCCXLVII.** Dum illa agerentur in his partibus (scilicet Asiæ) hæc in Europa contigerunt. Pacem quidem, de qua dixi in superioribus libris, Gepædes cum Langobardis hostibus suis fecerant. Quoniam tamen A. Chr. 549. ortam inter se litem nequibant omnino discernere, arma *haud multò post* resumenda existimârunt. Itaque Gepædes & Langobardi, bello accenso, cum omnibus copiis adversi vadunt, *imperante Thorisino Gepædibus, Auduino Langobardis*; utrumque multæ virorum myriades sequebantur. Recenset Procopius procinctum, & acies contra se stantes, sed utrinque timore panico dilapsas. Subjungit dein: Itaque annorum duorum induciæ factæ sunt, ut intereâ loci, legationibus reciprocis, litem omnem accuratè componerent. Sic utrique tunc recesserunt. Hic advertendum est: Procopium nondum loqui de A. 550. sed, quoniam anno præcedente 549. nihil memorabile inter Langobardos & Gepidas, præter procinctum, & novas inducias, gestum erat, præmittit hoc tantum ad annum 550., tanquam connexionem præteritorum cum futuris; patet id quoque ex verbis supra ab ipso relatis: *haud multò post.* Paulus Diaconus nihilominus non simpliciter exercitus hinc inde dilapsos, sed singulare certamen inter Alboinum & Turismodum contigisse, atque, fugâ à Gepidis initâ, ab insequentibus Langobardis haud paucos Gepidas interemptos esse asserit, dum sic ait *lib. 1. cap. 23.* Gepidi ergo ac Langobardi conceptam jam dudum rixam tandem parturiunt, bellumque ab utrisque partibus præparatur. Commisso itaque prælio, dum ambæ acies fortiter dimicarent, & neutra alteri cederet, contigit, ut in ipso certamine Alboin filius Audoini, & Turismodus Turisendi filius sibi obvii fierent, quem Alboin spatâ percutiens de equo præcipitatum extinxit. Cernentes Gepidi Regis filium, per quem magna ex parte bellum constiterat, interiisse, mox dissolutis animis fugam ineunt. Quos Langobardi insequentibus acriter sternunt, cæsisque quamplurimis ad detrahenda occisorum spolia revertuntur.

**DCCCXLVIII.** Procopius narrationem supra cœptam continuat *d. lib. 4. cap. 18.* Harum induciarum tempore, quoniam controversias inter se tollere minimè poterant, ad bellum instaurandum se comparârunt. Cùm autem esset opinio, laturos opem Langobardis Romanos, ab his timentes sibi Gepædes, Hunnorum aliquos in societatem sibi asciscere statuerunt. Quamobrem legatione missa ad Principes Cuturgurorum, qui *cu Paludem Mœotidem* habitant, eos rogârunt, ut arma secum in Langobardos caperent. Contestim illi armatorum miserunt duodecim millia, quibus præter alios imperabat Chinialus, vir bellica laude clarissimus. Gepædes horum Barbarorum præcipitem adventum graviter ferentes, quòd certaminis tempus nondum appeteret, sed annus adhuc superesset pactis induciis, persuaserunt, ut hoc interim spatio oras incarsarent ditionis Imperatoriæ. Et quoniam acribus Romanorum custodiis in Illyrico & Thracia clauderetur Istri fluminis transitus, illi, quâ oram oppositam spectant (ergo è regione Transsylvaniæ in Dacia ripensi & Mœsia superiore) hos Hunnos Istro amne transmissos in Romanorum fedes induxerunt. Narrat dein Procopius: à Justiniano contra Cuturguros excitatos esse Hunnos Uturguros, trans Mœotidem habitantes, qui quoque transmissio fluvio Tanai cum Cuturguris residuis pugnaverint eosque vicerint.

*Cap. 19.* Quo intellecto Cuturguri in Romano solo prædantes cum Romanis pactionem ineunt. Conventum, ut in patriam abirent, sin autem ibi nequirent consistere, ad Romanos reverterentur, ipsisque attribueret

bueret Imperator agros in Thracia. Jam verò Hunnorum, qui acie victi Uturguros evaserant, duo millia cum liberis atque uxoribus ad Romanos se receperunt. Unus erat ex eorum Ducibus Sinnio, is qui jam pridem in Africa Belisario adversus Gelimerem & Vandalos militaverat. Ipsos Justinianus Augustus supplices, famularémque offerentes operam, benignissimè accepit, & in Thracia confedere jussit. Hujus rei nuntio exacerbatus *Uturgurorum Rex Sandil*, ad Imperatorem Legatos misit, acta exprobraturos. Hos Uturgurorum Legatos Imperator blanditiis, donisque amplissimis delinitos, haud multò post remisit.

**A. Chr. 551.** *DCCCXLIX. Cap. 25.* Intereà loci Gepædes & Langobardi inter se bellum reparabant. Justinianus destinabat in auxilium Langobardorum copias suas sub Ducibus Romanis, Justino, Justiniano, Aratio, Suartua Herulo, & Amalafrido Gotho. Illius exercitûs nemo ad Langobardos pervenit, nisi Amalafridus cum suis; nam cæteri in Illyrico ad urbem Ulpianam Imperatoris jussu constiterunt, ob incolarum seditionem &c. Ergo Langobardi cum omnibus copiis, & Amalafrido, Gepædum fines ingressi, factos sibi obvios acerrimo fundunt prælio, eorûmque, ut perhibent, partem maximam cædunt. Tunc Auduinus, Langobardorum Rex, quosdam è suis affeclis Byzantium destinat, lætum cladis hostilis nuntium Justiniano allaturos, eum simul incusans, quòd non ex pacto foederis affuissent ipsius copiæ, quamvis *nuper* (ex græco textu potius interpretandum *proximè*, nempe ejusdem hujus anni 551. principio, ut expressè *Procopius capite seq. 26.* copias Langobardicas Narseti se conjunxisse dicit) tot numero Langobardi profecti essent, Narseti in Totilam, & Gothos, militarem operam navaturi &c. Intereà abiit hyems, quæ annum clausit decimum septimum hujus belli, à Procopio scripti.

Cùm aliquid substantiale, prælium nempe, inter Langobardos & Gepædes Procopius referat, illudque claudendo anno decimo septimo præmittat, in mensibus hyemalibus autem anni 552. qui ad 17. mum annum adhuc pertinent, contingere non potuerit, necesse est contigisse præcedente anno 551. in mensibus autumnalibus, quoniam induciæ biennales commodè poterant esse conclusæ in vere anni 549, quæ cum vere anni 551. exhibant.

**553.** *DCCCL. Ex Paulo Diacono lib. 1. cap. 27.* Obiit intereà Turisendus Rex Gepidorum, cui successit *Cunimundus* in Regno; qui vindicare *veteres Gepidorum injurias* cupiens, rupto cum Langobardis foedere, bellum potius, quàm pacem, elegit. *Alboin* verò cum *Avaribus*, qui primùm (id est, à tempore Attilæ, usque nunc) *Hunni*, postea (id est, aliquot annis ex nunc, dum Avars ex Asia supervenirent, & dominatum populorum Hunnicorum in Europa sibi assererent) à *Regis proprii nomine* (qui ex Avaribus erat) *Avars* appellati sunt, *foedus perpetuum* iniit, dein ad præparatum à Gepidis bellum profectus est. Qui cum adversus eum è diverso properarent, *Avars*, ut cum *Alboin* statuerant, *eorum patriam invaserunt*. Tristis ad *Cunimundum* nuntius veniens, invasisse Avars ejus terminos edicit. Qui prostratus animo, & utrimque in angustiis positus, hortatur tamen suos primùm cum Langobardis configere. Quos si superare valerent, demum Hunnorum exercitum è patria pellerent. Committitur ergo prælium, pugnatumque est totis viribus. Langobardi victores effecti sunt, tantâ in Gepidos irâ sævientes, ut eos ad internecionem usque delerent, atque ex copiosa multitudine vix nuntius superesset. In eo prælio *Alboin* *Cunimundum* occidit, caputque illius sublatum ad bibendum ex eo poculum fecit &c. Tunc Langobardi tantam adepti sunt prædam, ut jam ad amplissimas pervenirent

rent divitias. *Gepidorum verò genus ita est diminutum, ut ex illo jam tempore ultra non habuerint Regem, sed universi, qui superesse bello poterant, aut Langobardis subjecti sunt, aut usque hodie Hunnis, eorum patriam possidentibus, duro imperio subjecti gemant.*

Hoc prælium decretorium, & Gepidis exitiale, est planè aliud & posterius, quàm quod *Procopius*, ut supra, *lib. 4. cap. 25.* ad annum belli Gothici decimum septimum, id est Christianæ æræ 551. usque ad Martium 552. commemorat. Tunc præerat Turisendus Gepidis, Audoinus Langobardis, nunc his Alboinus, illis Cuni-mundus. Tunc auxiliares Langobardis erant copiæ Romanorum sub Amalafrido Gotho, nunc Hunnorum. Tunc graviter cædebantur Gepidæ, nunc ad internecionem usque, ita ut gens sub proprio regimine esse desierint, & reliquæ partim in Langobardorum, partim in Hunnorum potestatem transferint. Signa hæc sunt fermè evidentia, prælium hoc decretorium contigisse post ultimum, nempe decimum octavum belli Gothici annum, in Martio anni Christi 553. exeuntem, usque quò *Procopius* Historiam suam produxit. Si enim antè contigisset, *Procopius*, qui totam seriem belli inter Langobardos & Gepidas exactius, quàm ipse *Paulus*, descripsit, differentium illarum à Paulo allatarum circumstantiarum, præsertim ratione societatis cum Hunnis, mentionem facere non neglexisset. Quòd autem prælium hoc anno Christi 553. alligari putem, inde est, quoniam *Paulus*, post ejusdem prælii narrationem in libro primo, adhuc librum subsequenter secundum à gestis sub bello Gothico orditur, ita ut prælium eo anno, in cujus saltem parte bellum adhuc Gothicum sub ultimo eorum Rege Teja, tunc extincto, duravit, gestum esse videatur. Ubi tamen notandum: *Paulum* connexionis ad scopum suum assequendæ causâ, per digressionem ad præteritum Historicis familiarem, ad dictum annum 551. retrocurrere, quò manus auxiliaris Langobardorum *Narfeti* contra *Totilam* in Italiam missa est; compleverat enim *Paulus* in libro primo narrationem gestorum Langobardicorum per successivas migrationes usque in Pannoniam inclusivè: in libro secundo autem se accingebat ad narranda gesta in Italia, ut ad eò præmittendum duxerit, qua occasione, nempe auxilii contra *Totilam*, Langobardi primitus Italiam viserint.

A. Chr.  
566.

*DCCCLI. Ex Eckhardo lib. 8. cap. 10.* Justinus junior Imp. anno Imperii secundo *Narfetem*, *Patriciatu* Italiæ privatum, *Constantinopolim* pessimo consilio revocavit, eique *Longinum* substituit. *Sigebertus* hæc in A. 566. rectè retulit, & tunc à *Narfete* Langobardos ad possidendam Italiam invitatos narravit.

*Ex Paulo Diac. lib. 2. cap. 7.* Tunc *Alboin* sedes proprias, hoc est, 568. Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuit, eo scilicet ordine, ut si quo tempore Langobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. Igitur Langobardi relicta Pannoniâ, cum uxoribus, & natis, omnique suppellectili, Italiam properant possessuri. *Habitaverunt autem in Pannonia annis quadraginta duobus; de qua egressi sunt mense Aprili, per indictionem primam, alio die post sanctum Pascha, cujus festivitas eo anno, juxta calculi rationem, ipsis Kalendis Aprilibus fuit, cum jam, à Domini incarnatione, anni quingenti sexaginta octo essent evoluti.*

Si strictè acciperentur anni 568. evoluti, tempus migrationis incideret in A. sequentem 569. sed, more scriptorum familiari, annus cœptus hic accipitur pro completo; & annum 568. hic intelligi debere, demonstrat adjecta indictio prima, quæ à mense Septembri 567. incepérat; ergo mensis Aprilis anni 568. erat in indictione prima.

*Chronologiam Theophanis* (potius *Miscellæ Historiæ lib. 16. ad finem*) quòd Langobardi indictione prima in ipsis Kalendis Aprilis egressi sint de Pannonia, & secunda indictione cœperint prædari in Italia, tertia verò indictione dominari in Italia: perstringunt *Nota ad Editionem Pauli Diaconi Muratoriam sub numero 55. ejusdem capituli*, quasi absonum videretur, Langobardos, si prima indictione in Italiam venerant, manus in alterum annum cohibuisse. Sed non reflexum est in his notis ad diversitatem indictionum: Indictio enim alia est Pontificia, quæ Kalendis Januariis, alia Cæsarea, quæ ab 8. Kal. Oct. id est 24. Septembris, alia Constantinopolitana, quæ à Kalendis Septembris init. *vid. Petav. Rat. temp. P. I. lib. 5. cap. 1.* De ultima specie indictionis hic lo-

ci



ci sermo est: itaque die proxima post Calendas Apriles A. 568. dum Langobardorum populus ex sedibus suis se inciperet movere, ex prima indictione tantummodò supererant 5. menses, per quos iter non tantum cum omni populo, & omnibus caritibus & sarcinis valde præditum, lentè in Venetiarum fines, sine ullo obstaculo, ut dicit *Paulus lib. 2. cap. 9.* adeoque pacificè, & sine grassatione ducebatur, sed & novum regimen Gislfi, qui Alboini nepos erat, his in partibus extimis Italiæ ordinabatur; stabilitis autem his initiis, & calore æstivo defervescente populus armatus simul cum imbelli stationem mutabat, & tempore autumnali, stante ergo jam indictione secundâ, grassabatur ad Vincentiam, Veronam &c. ut in *Paulo cap. 14.* demum autem tempore autumnali anni 569. inchoatâ indictione 3.<sup>ta</sup> incepit in Italiæ parte regnare. Disertè in hanc rem facit *Pauli Diaconi relatio lib. 2. cap. 25.* Alboin igitur, Liguriam introiens, *indictione ingrediente 3.<sup>ta</sup>, tertio Nonas Septembris*, sub temporibus Honorati Archi-Episcopi, Mediolanum ingressus est. Dehinc universas Liguriæ civitates, præter has, quæ in litore maris sunt positæ, cepit.

## SECTIO LX.

### SECVLUM VI.

#### De Thuringis & Saxonibus.

A. Chr.  
526.

*Nus DCCLII. Ex Eckhardo de reb. Franc. Orient. lib. 4. cap. 7. Die 30.* Aug. moritur Theodericus Rex Italiæ.

527.

*Lib. 4. cap. 8.* Magnas post se rerum conversiones mors Theoderici Italiæ Regis trahebat. Protexerat ille hætenus partem Alamannorum, Bajoarios, & Thuringos. Fœderatos habuerat Herulos in Marchia Brandenburgica ad dextram Albis ripam colentes, & in Wagria & Mecklenburgico tractu Warnos. Thuringi, ut paulò antè vidimus, offenderant Theodericum Francorum Regem, Theoderici Regis Italiæ auxilio freti. Vix itaque is obierat, cum Theodericus Francus expeditionem in Thuringos parat. Procop. bell. Goth. lib. 1. Postquam mortalitatem explevit Theuderichus, Franci, nemine jam satis valido, ipsis ut resisteret, in Thuringos bellum movent, occisôque eorum principe Hermenefrido, gentem ipsam suæ ditionis faciunt. Bellum Thuringicum per aliquot annos duravit, & A. 527. ut ex hoc Procopii loco concludimus, cœpit.

*Lib. 4. cap. 11.* Clotharius (Rex Sueffionum) fratrem Theodericum (Regem Austrasiæ) in devincendis Thuringis adjuvit &c. Clotharius copias cum Theoderico non conjunxit, sed separato exercitu per Alamannos ivit, eosque, & Thuringos, ad Nabim colentes domuit, Francicôque Imperio subjecit &c. leges tunc Bajoariis Theodericus confirmavit &c.

*Lib. 4. cap. 12.* Difficile erat Thuringos, cum frater Clotharius discessisset, & Herminfredus (Rex Thuringorum) in castro Schidingensi acriter se defenderet, penitus subjugare &c. Misit ergo Theodericus Rex, ut Witichindus refert, ad Saxones, qui Thuringorum ab antiquo hostes acerrimi erant, & eos in auxilium vocavit, hac conditione, ut, si vincerent Herminfredum, urbemque caperent, terram illam in possessionem æternam, præmii locò, acciperent. Saxones arma sumunt, & sub novem Ducibus novem millia militum adducunt. Impugnatur urbs & capitur, Thuringi ad internecionem penè cæduntur kalendis Octobris, quæ inde

inde Saxonibus diu etiam post hæc trium dierum festivitate celebratæ fuerunt &c. Northuringia tunc Saxonibus data est, & ex eo tempore silva Hartz Thuringiam à Saxonia divisit, cum antea longè ultra illam procederet &c.

*Lib. 4. cap. 14.* Thuringia subacta, & sub tributum missa porcorum quingentorum annuorum usque ad Henricum sanctum Imp. A. 1002. qui Thuringiam hoc tributo liberavit.

*Lib. 4. cap. 15.* Thuringia adhuc ad Danubium usque extensa fuit. A. Chr.

*DCCCLIII. Ex Eckhardo de reb. Franc. Orient. lib. 7. cap. 2.* 554  
 Eo anno, quo mortuus erat Theodebaldus, ut Gregorius cap. 10. inquit, rebellantibus Saxonibus, Clotharius Rex, commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem delevit: pervagans totam Thuringiam ac devastans, pro eo, quod Saxonibus suppetias tulissent. Factum ergo hoc est anno 554. Thuringi se Saxonibus adjunxerunt, unaque cum illis Clothario rebellasse nunc videntur, quia Theoderici Regis nepos obiisset, nec prolem reliquisset. Fortè & Childebertus Rex, Clothario fratri invidens, quod omnem Theodebaldi hæreditatem sibi appropriasset, per emissarios, Saxones & Thuringos ad hanc rebellionem incitavit. Hermannus Contractus mortem Theodebaldi & bellum Saxonicum in annum 553. non rectè retulit; sed prodidit tamen locum, ubi Clotharius cum Saxonibus pugnavit. Quo ipso, inquit, anno (obitus nempe Theodebaldi) Hlotarius ipse Saxones juxta Wisaram fluvium magna cæde domuit, & Thuringiam pervasam devastavit.

*Cap. 3.* Anno sequenti, ut ex Gregorii Turonensis cap. 14. conjicimus, cum Clotharius Austrasiæ regnum suscepisset, atque illud circumiret, audivit à suis, Saxones iteratâ insaniâ effervescente, sibi que rebelles esse, tributa quoque, quæ annis singulis dare consueverant, negare. Ipse itaque cum exercitu in eos pergit. Legati Saxonum in finibus occurrunt, tributa, quæ fratri, ejusque filio ac nepoti dederant, immo his majora offerunt, modò pax concederetur. Clotharius ad pacem pronus erat; sed bellum Franci volebant. Saxones igitur medietatem facultatum suarum offerunt: & cum & hanc recipere nollent Franci, iidem Saxones præterea promittunt, se vestimentis, pecoribus, & omni corpore facultatis suæ, cum medietate terræ suæ, uxoribus solùm liberisque exceptis, pacem redimere velle. Nec hoc probavere Franci, Clothariumque coegerunt, mortem etiam illi minantes, ut cum Saxonibus confingeret. Sed pugna infelix fuit, Francorumque exercitus penè deletus est. Clotharius pacem ipse petere coactus, eam ægrè obtinuit, atque ad sua rediit. 555.

*Cap. 5.* Clotharius interim cum Saxonibus conflictabatur. Crudelitatem illi Francorum execrabantur, & dolebant Clotharium impunitum abiisse. Childebertus Rex faces animis effervescentibus addiderat, utque pace rupta vindictam à Francis sumerent, persuaserat. Collegere igitur exercitum, ac Divitiam usque in Franciam irruerunt. Gregorius erroneè hic Nutiam sive Nussiam ponit, quæ trans Rhenum sita est. Idem Gregorius ait, Clotharium fortiter contra Saxones decertasse; sed finem belli non addit. Vita tamen Dagoberti Aimoinusque produnt, Clotharium Saxonibus, gravissimis (ut ait Freulfus) præliis à se prostratis, quingentos boves in annos singulos tributum nomine imposuisse: quod tributum iis deinde Dagobertus Rex remisit, cum Winidos Slavos, Thu- 556.

ringiam & vicinos pagos vastantes, suis copiis imposterum à Francorum finibus se prohibituos spondissent.

A. Chr.  
561.

*DCCCLIV. Ex Paulo Diacono lib. 2. cap. 10.* Eo quoque tempore, comperta Hunni, qui & Auares, morte Clotharii Regis, super Sigisbertum ejus filium irruunt: quibus ille in Thuringia occurrens, eos juxta Albim fluvium potentissimè superavit, eisdémque petentibus pacem dedit.

*Ex Gregorio Turon. lib. 4. cap. 23.* Post mortem Clotharii Regis Chuni Gallias appetunt: contra quos Sigebertus exercitum dirigit, & gesto contra eos bello, vicit, & fugavit; sed postea Rex eorum amicitias cum eodem per Legatos meruit.

562.

*Eckhardus de reb. Franc. Orient. lib. 8. cap. 2.* putat: Venedos Slavos, aliter quoque Sorabos dictos, ut Attilæ olim adhærentes, sic & nunc cum Hunnis in Thuringiam irruisse; pace autem facta ad patriam non rediisse, sed pro novis sedibus partem Thuringiæ inter Salam & Albim fluvios à Francis obrinuisse. *Cap. 3.* addit: Hunnos, ut in Franciam erumperent, à Saxonibus & Thuringis instigatos esse, qui jugum Francicum excutiendi occasionem hisce in turbis quæsierint, armæque cum Normannis, seu Danis sociis suis, in Sigebertum sumpserint. *Cap. 3.* probat ex antiquis scriptoribus, anno sequente Saxones, Danos, & Thuringos cum Francis bellum gessisse, sed cæfos esse.

567.

*Ex Paulo Diacono lib. 2. cap. 10.* Rursúmque Auares cum Sigisberto in locis, ubi & prius, pugnantes, Francorum proterentes exercitum victoriam sunt adepti.

*Ex Eckhardo lib. 8. cap. 15.* Dum hæc gererentur, Hunni iterum, foederis obliti, in Thuringiam irruerunt. Sigebertus Rex exercitum in eos duxit, qui magicis, ut credebatur, artibus ab Hunnis superatus est. Sigebertus inclusus tenebatur, & captus fuisset, nisi muneribus datis se ab imminente periculo liberasset. Caganus, Hunnorum Rex, vicissim Sigeberto dona insignia concessit, Gregorio Turonensi teste. Fredegarius addit, tunc pacem sempiternam cum Hunnis firmatam. Quâ sinè dubio terræ inter Albim & Salam Thuringiæ Slavis Winidis vel Venedis, Hunnorum sociis, confirmatæ fuerunt.

568.

*DCCCLV. Ex eodem Eckhardo lib. 8. cap. 17.* Langobardi, à Narsete Patritio instigati, A. 568. cum sociis Saxonibus in Italiam irrumpunt sub Alboino Rege, eamque miserè devastant.

*Ex Paulo Diac. lib. 2. cap. 6.* Alboin verò ad Italiam cum Langobardis profecturus, ab amicis suis vetulis Saxonibus auxilium petit, quatenus spatiosam Italiam cum pluribus possessurus intraret. Ad quem Saxones plus quàm viginti millia virorum, cum uxoribus simul & parvulis, ut cum eo ad Italiam pergerent, juxta ejus voluntatem venerunt. Hoc audientes Chlotarius, & Sigisbertus Reges Francorum, Suavos, aliásque gentes in locis, de quibus iidem Saxones exierant, posuerunt. Chlotarius jam A. 561. obierat, adeoque hic locus ad solum Sigebertum filium ejus, Austrasiæ Regem, pertinet. Ipse quoque *Paulus cap. 10.* se corrigit, tempore hujus migrationis in Italiam jam mortuum esse Clotharium referens, & ejusdem quatuor filios eorumque regna rectè enumerans.

*Ex Eckhardo lib. 7. cap. 6.* Suevi hi, antequam translocarentur, incolère sinè dubio vicina Diocesis Wirceburgensis loca, ad sinistram. Moeni ripam: nam alibi hoc tempore Suevos superfuisse non reperio. Et cum reliqui Suevi Alamannis intermixti viverent, non mirum est, eos Alamannis posthæc computatos, eorumque regionem Alamanniã & Sueviam promiscuè dictam. Suevi verò in Saxoniam delati, magnam par-

SECULUM VI. DE THURINGIS ET SAXONIBUS. 227

partem Diocesis Halberstadenſis trans fluvium Bodam occupavère, ubi diu etiam poſteà Pagus, Suevon, Suavia, aut Suabigau dictus ſuperfuit.

*Lib. 7. cap. 7.* Aliæ gentes, ſecundùm Paulum in Saxonia collocatæ, ſunt Haſſi; unde pagus Saxonicus Haſſingau vel Haſſingove, extenſus uſque ad Salam fluvium, & limites ejus Sala, Willerbach, & Wipera fluvii.

A. Chr.  
572.

*DCCCLVI. Ex Eckbarde lib. 8. cap. 18.* qui compendio complectitur ea, quæ fuſius refert *Paulus Diaconus lib. 3. cap. 4. 5. 6. & 7.* Saxones, qui cum Langobardis in Italiã venerant, in Galliam irruerunt infra territorium civitatis Regienſis apud Stablonem, qui viculus adhuc ſuperest, rursùmque à Mumolo victi ſunt &c. In Italiã delati (cum Alboino A. 568.) in ea quidem habitare volebant, ſed Langobardorum Imperiis ſubjacere grave iſſis erat, cùmque non permetteretur, ut proprio jure, legèque patria viverent, in veteres ſedes redire (per Gallias patiente Mumolo Patritio) nunc conſtituerunt &c. Tandem ad Sigebertum Regem venère, qui iſſis, ut in priſtinas ſedes reverterentur, permisit &c. Suevi, & aliæ gentes, quæ in locum Saxonum ſubintrãrant, reſiſtunt. Saxones à Suevis devicti ſunt, & Suevi Haſſique in Saxonia remanſère, ac diu admodùm poſt hæc tempora nomina pagorum Suabigau & Haſſingau in Diplomatibus occurrunt.

573.

*Ex Paulo Diacono lib. 4. cap. 12.* Hac etiam tempeſtate Childebertus (ſecundus) Rex Francorum &c. extinguitur. Hunni quoque, qui & Avars dicuntur, à Pannonia in Thuringiam ingreſſi, bella graviffima cum Francis geſſerunt. Brunichildis tunc Regina, cum nepotibus adhuc puerulis Theudeberto & Theuderico, regebat Gallias, à quibus acceptã Hunni pecuniã revertuntur ad propria.

596.

SECTIONO LXI.  
SECULUM VI.  
De Bojoariis.

*Nus DCCCLVII. Aventinus in Annal. Boicis* Bojorum memoriam, ab excidio eorum per Bœrebiſtam Dacorum Regem obliteratedam reaſſumit *lib. 3. pag. 251. & 252.* dum ſub nominibus Schiradorum, Hirrorum, Schirorum, Tranorum, Saliorum, Salingorum, Stirorum, Stiracorum, Haliorum, Burorum; populos Boicos intelligit, & demum incrementa eorundem à ſeculo finiente quinto ſic pertexit: primum novum Ducem Bojorum circa finem ſeculi quinti extiſſe *Adalgerionem, Hunni Veliphonis filium,* eique ſucceſſiſſe *Theodonem I.* filium Adalgerionis, qui cum Regibus Franciæ amicitiam & fœdus inierit, & ſub authoritate ſuprema eorundem populo ſuo præfuerit.

Theodonem I. inſtinctu Regis Francorum Ludovici (*Clodovei*) propriis, & auxiliariſſis *Hunnotum Avarum, Angilorum, & Venedorum Charinorum,* adhuc incertis ſedibus vagantium copiis, Norici & Vindeliciæ partem, tunc à Romanis poſſeſſam invaliſſe, & expugnatã Auguſtã Tiberii, quæ exinde Reginoburgium vocata, occupãſſe: *Avent. lib. 3. p. 255. ſeqq.*

508.

*DCCCLVIII.* Theodonem I. Bojorum Ducem & Clodoveum Francorum Regem fato conceſſiſſe, & in Bojoaria *Theodonem II.* ſucceſſiſſe. Juſtiniano & Valerio Coſſ. (*A. 521. non 520, ut Avent.*) à Theodone, tranſito Oeno fluvio, in campo poſt hæc Mordfield dicto, Romanum exercitum cæſum, Auguſtam Vindelicorum everſam, & regionem totam ad Alpes uſque occupatam eſſe. Romanos, pluries victos, Pannonias & Noricum deſeruſſe, & in Italiã ſe recepſiſſe. *Avent. lib. 3. p. 260. 261.*

511.

521.

Pars IV.

F f 2

Divi

Divisionem harum terrarum inter victores populos sic institutam : *Venedis Chæronibus* eam Norici portionem, quæ infra Taurum montem (*Alpes Taurin diſas*) Orientem ſpectat, & fontibus *Muri, Dravi, & Savi* includitur, usque ad Aquileſiensem agrum, obtigisse ; *Abaribus & Hunnis Noricum Ripense* infra Anasſum fluvium, quæ regio in diplomatibus Imperatorum & Pontificum Romanorum Abaria, ſive Avaria, uti & Hunnia vocata, ceſſiſſe ; *Bojos* demum *cæteras terras, Italiam & Iſtrum* usque, tenuiſſe, & inter ſe diviſiſſe, ita ut Hali, Stiri, Stiracii, Trani, Carpi Noricum : Schiri, & Schiracii Vindeliciam ſuperiorem : Hirri, Sali, Salingi autem inferiorem poſſederint. Terras has in quatuor Tetrarchias ſeu Præfecturas limitaneas à Theodone II. diſtributas, & Atheſinum limitem Adalogerioni cognato, Lycatium Heroldo, Anasſicum Hirando, *Nariſicum & Chamabicum* Rudolpho commiſſum eſſe, ipſum Theodonem verò Reginoburgii, velut in medio, conſediſſe. *Avent. lib. 3. p. 262.*

- DCCCLIX.** Diviſis provinciis, Theodonem quoque ad pacis artes animum intendiſſe, juſtitiæque populum formare, & regnum confirmare conſtituiſſe : ut autem feroces animos gentis mitigaret, leges dediſſe, quibus, quò ſanctiores forent, Theodericus Rex Francus author factus fuerit, & eas ſuo auspicio promulgavit. Theodoni II. mortuo ſucceſſiſſe tres filios, *Theodonem III.* Utonem, ſeu Otonem, & Theodovaldam, qui terras inter ſe diviſerint. *Avent. lib. 3. p. 263.*
- A. Chr. 537.** Utonis Tetrarchæ partem, poſt mortem hujus, Theodoni III. ceſſiſſe. *Avent. lib. 3. p. 268.*
- 545.** **DCCCLX.** Hunnos, qui ad utramque Danubii ripam, infra Anasſum amnem, in regione nunc Austria vocata, medii inter Bojos & Langobardos, conſederint, audita morte Clotharii in Franciam antiquam & Thuringiam arma moviſſe. Iteratò eosdem in Thuringiam irrupiſſe ; in prima irruptione Francos victores, in ſecunda victos extitiſſe. His ambabus expeditionibus, Bojorum Regulos fratres, Theodonem III. & Theodovaldam, ſocios Francis & auxiliatores, dein perpetuum fœdus inter Sigebertum Franciæ Regem, & Bojos, cum Hunnis & Avaribus factum fuiſſe. *Avent. lib. 3. p. 270.*
- 561.** Theodovaldam per mortem Theodoni III. totâ Boiariâ potitum. *Avent. lib. 3. p. 271.*
- 567.** Theodovaldam à Narſete, Patritio quondam Italiæ, contra Romanos concitatum, urbes Italiæ cis Padum ſibi proximas invaſiſſe, ac in obſequium redigiſſe. *ibid.* Eodem anno, mortuo Theodovalda, filium hujus *Theſſalonum*, & filium Theodoni III. Theodepertum inter ſe Boiariam diviſiſſe.
- 568.** **DCCCLXI.** Italos à Bojis, mortuo Theodovalda, defeciſſe, & Langobardos Italiam occupâſſe. *Avent. lib. 3. p. 272.*
- Eodem tempore (quo Juſtinus II. Imperator fatiſ ceſſit) mortuo Theodeperto, filium Gariovaldam ſucceſſiſſe, qui, Theſſalono Duce altero Bojorum, in Galliam profecto, pro mortuo declarato, totum populum Boicum ſibi jurare fecerit, & Regem Bojorum ſe nominaverit. *Pag. 273.*
- 589.** Legationem ab Authari Rege Langobardorum ad Gariovaldam ſeu Garibaldum pro filia Theodelinda deſponſanda miſſam eſſe, cui ipſe Autharis incognitè interſuerit. *Pag. 274.*
- 590.** A Childeberto Rege Franciæ Garibaldum, eò quòd Francico Imperio planè ſe ſubtrahere voluerit, & Langobardis ſe ſociaverit, bello petito, & ſuperatum : Theſſalonum econtrâ, ſeu Theſſalonem, in Ducatum Boiariæ reſtitutum eſſe. inter hæc Theodelindam Garibaldi filiam, Authari deſponſatam, in Italiam cum fratre ſuo Gundolpho (ſeu Gundoaldo) qui expòſt Dux Aſtenſis factus fuerit, fugâ evaſiſſe, & Idibus Maji A. 590. Authari (qui verò eodem anno adhuc mortuus fuerit) nupſiſſe. *Avenſinus diſto loco. nec non Eckhard. de reb. Franc. Orient. lib. 9. cap. 65. & Paulus Diacon. de reb. Langobard. lib. 3. cap. 34.*
- 595.** Haud ita longo poſt tempore, Theſſalonum Bojorum Regulum, juſſu Childeberti Regis Francorum, contra Venedos ab Orientis ora Bojis conterminos, arma moviſſe, & Venedos ſuperâſſe ; ſed Venedis rurfus, ubi Theſſalonus Bojorum domum rediit, Bojorum ac Francorum jugum detrectantibus, duo millia Bojorum in regionem Venedorum miſſa, interveniente Cacano autem Rege Venedorum, Bojos circumventos omnésque trucidatos eſſe, ne nuncio quidem cladis ſuperſtite. Theſſalone I. mortuo ſucceſſiſſe Garibaldum II. filium ejus. *Avent. lib. 3. p. 275.*

**DCCCLXII.** *Brunnerus econtrà de virt. & fort. Bojorum lib. 4.* pleraque hæc re-  
lata Aventini ut fabulas rejicit, & de Bojis pro seculo sexto hanc sententiam com-  
plectitur: Adalogero nullus Bojis Princeps agnoscitur. Theodonem primum Bojo-  
rum Principem in Vindeliciam venisse, tutò credi, quòd domestici annales omnes, qui  
cæteroquin in profectiois hujus consiliis, aggressione, progressionibusque, mirè dis-  
crepent, hac tamen in re & anno assignando sinè formidine conspirent. Theodo-  
nem hunc ex profapia Boica Agilolfingorum fuisse, quæ à Dagoberto Rege Franciæ  
pro principali familia agnita & legibus confirmata. De Theodonis pugnis, perpetuis-  
que triumphis, solum Aventinum conscium, & testem fabulosum esse. Theodorico  
Gotho, Italiæ Rege, volente, Bojos in Vindelicia sedem posuisse, nec aliter ob ejus  
potentiam potuisse. Deformatam anniversariis cladibus, &, per translationes popu-  
li ab Odoacre in Italiam factas, penè vacuum possessoribus Vindeliciam novis colonis  
tradi necesse fuisse. Bojorum itaque ex vicino agro Narischorum trans-danubiano  
immigrationem nihil admodum tumultus habuisse. Buros Taciti, Germanicam gen-  
tem, ad Bojos non pertinere; Stiros, Stiracios, Tranos tunc nullos, reliquos verò  
Germaniæ magnæ populos, plerosque sedibus longissimè inter se, & à Bojis diffitos  
fuisse. Bojos, Theodorico Gotho auspice, & Theodone Bojo Duce, in Vindeliciam  
primùm, deinde, velut prolatis pomæriis, in Noricum coloniam deduxisse; non  
suo planè jure, sed primis annis sub Gothorum clientela vixisse.

A. Chr.  
508.

**DCCCLXIII.** Post Theodorici Gothi mortem, dum Reges Francici ad Bo-  
jos usque arma proferrent, Bojos rebus suis voluntaria deditioe consultum ivisse,  
cùmque in Theodorici successoribus nihil spei esset, maluisse orientem fortunæ Fran-  
ciciæ solem, quàm Gothicum jam in occasum vergentem adorare, leges quoque à  
Theodorico Rege Francorum suscepisse. Theodone mortuo filium ejus Utilonem  
in principatu Bojorum successisse. Alium quempiam Theodonem vel Utiloni fratrem  
fuisse, vel duos ordine Theodones sibi in Bojorum principatu successisse, probabile  
ex eo sanè fieri, quòd abhinc paulò post sequens Theodo à plerisque domesticis  
scriptoribus tertius appelletur. Utilonem A. 565. fatis cessisse. Successorem verò  
ex historiis haud patere. Langobardis in Italiam migrantibus, cessione horum Hun-  
nos Pannoniam obtinuisse, & Bojis ad Anassum fluvium vicinos factos esse.

527.

538.

565.

**DCCCLXIV.** *Ex indise Brunneri chronologico:* Evinus Langobardus,  
Tridentinus Dux, Garibaldi Bojorum Principis filiam sibi copulat.

575.

Autharis Langobardorum Rex salutatur, cui Garibaldus Boicæ  
Dux alteram filiam Theodelindam despondet.

585.

Childebertus offensus affinitatibus, quibus Garibaldus Bojus Lan-  
gobardis junctus fuerat, illum bello petit: Theodelindâ jam in Italiam à  
Gundoaldo fratre deductâ. Garibaldo Rex Francus Thassilonem sub-  
rogat.

590.

Thassilo Slavos bello vincit.

595.

Childebertus Francus, qui legibus Boicis secundus manum admo-  
vit, moritur.

596.

Duo millia Bojorum in Slavos ducta, Hunnorum improvise adven-  
tu obruuntur.

600.

Circa hunc annum Thassiloni mortuo Garibaldus II. succedit.

607.

**DCCCLXV.** Diffitetur itaque, præter triumphales Aventini narrationes,  
& diversorum populorum in Boicam gentem cumulationes, Brunnerus primum Bojo-  
rum Principem Adalogeronem, & fratrem Theodonis III. Theodovaldam. Theo-  
donem III. in lib. 5. cap. 1. successorem facit Garibaldo secundo, adeoque Theodonem  
II. anterioribus temporibus præcessisse hoc ipso fatetur. Theodonem IV. postea lib.  
5. cap. 5. ad A. 649. numerat. Hæc quidem genealogica Bojorum præsentis mei insti-  
tuti non sunt; ast quæ Aventinus in Boica sua historia de tribus simul nationibus,  
nempe Boica, Slavica, & Hunnica, circa occupationem Norici & Vindeliciæ refert,  
& Brunnerus non refellit, sed simpliciter prætermittit, Slaviciæ historiæ omnino sub-  
serviunt, obindèque altiùs repetenda veniunt. Res certè miranda circa Boicam gen-  
tem in historiis seculi sexti accidit, quòd à temporibus ultimis Julii Cæsaris, 50. sal-  
tem annis ante æram Christianam, usque ad annum hujus æræ 508. itaque ultra quin-  
que secula & dimidium, nihil unquam in historiis, de Bojis circa Danubium habitan-  
tibus,

tibus, auditum fuerit, ex tunc autem derepentè gens, Jornandi & Procopio illius ævi scriptoribus, nec non Paulo Diacono scriptori seculi octavi, Bajobari, Bojoarii, Bajoarii dicta, in Norico & Vindelicia exsurgat.

**DCCCLXVI.** Hac Boicæ historiæ occasione simul res Venedorum, seu Slavorum Charvatarum & Carantanorum, atque Hunnorum, à morte Attilæ & divisione regnorum ejus usque huc tenebris obductæ, in medium provolvuntur. Quam in rem ex prioribus excerptis recapitulare summam, & prænotare juvabit ea, quæ circa Noricum, Pannoniam, & immediatè cohærentes provincias transdanubianas, respectu systematis earundem mutati, principaliter contigerunt.

A. Chr.

454.

Devictis & profligatis Attilæ filiis, Sarmatæ, & Cemandri, & quidam ex Hunnis, in parte Illyrici, ad castrum Martenam (id est, circa civitatem hodiernam Mahrburg, & ad utramque ripam Dravi fluminis) sedes beneficii Imperatorum Orientis sibi datas coluere. Unde mirum ampliùs non est, Venedos seu Sarmatas, vel Slavos Chariones, nec non Hunnos seu Avars, seculo sexto rursus in scenam prodire.

474.

**DCCCLXVII.** Rex Videmir Vesegothos ex Illyrico interiore & Pannonia in Italiam, dein in Galliam ducit.

476.

Odoacer ex Rugis, Herulis, & Sciris Sarmaticis magnum exercitum collegit, & Italiam invasit, itaque multitudinem populi eò transtulit.

487.

Idem Odoacer Rugos Noricos sub Felsetheo Rege excidit.

489.

Theodericus Rex cum tota gente Ostrogothorum ex Illyrico in Italiam migrat, ibique regnum Odoacri occupat.

493.

Heruli in campis patentibus (Austriæ nunc transdanubianæ versùs Moraviam, vulgò in March-feld) à Langobardis penè delentur, & reliquiæ eorum hinc inde dilabuntur.

**DCCCLXVIII.** Romani Imperatores, in Oriente residentes, Italiã totã per Odoacrum Rugum, dein Theodericum Gothum occupatã, nîl nisi nomen in Occidentis Imperio retinuerant, & Pannoniam, Noricum, Vindeliciam, & Rhetiam pro derelictis habebant; nec credibile est, præsidia Romana ibidem mansisse: quod & disertè testatur *Engippius in vita S. Severini*.

Æmuli Theoderici Gothi in diripiendis Romanorum provinciis tunc temporis erant Reges Francici, qui dominatum suum ex sua vicinia dilatare quoquo modo studebant. His disturbis, facile erat gentibus, inter Italiam & Danubium sitis, caput attollere, & sedes ampliores quærere. Inter hos ergo fuere Bajobari, Hunni, & Venedi. Hi Venedi procul dubio in utraque ripa Dravi ad castrum Martenam seu Mahrburg, nec non in utraque ripa Savi, id est, in parte Styriæ, dein in Comitatu Celeiæ, in Carniola, & parte hodiernæ Croatia: Hunni verò ad Murum & Arrabonem fluvios in alia parte Styriæ, habitavere.

**DCCCLXIX.** De Bojoariis autem superest quæstio. Boicum nomen certè à quinque jam seculis interierat. Id itaque nunc resuscitatum, & noviter reassumptum est. Sed à quibus gentibus? an imò à reliquiis transdanubianis Bojorum veterum in agro Narisco, ut vult Brunnerus? an 2dò à reliquiis Bojorum intra Noricum ipsum, quæ fors ibidem, sed suppresso nomine, servatæ erant? an 3tio à gentibus pluribus simul junctis, tum ex vicinia Norici, tum ex Norico, quatenus eas lingua Germanica à Venedis & Hunnis discernebat? Definiri & demonstrari, defectu historiarum, hîc nihil potest. Naturale iudicium tamen obstat primo supposito; si enim Boji redivivi transdanubiani in forma gentis Norico noviter immigrassent, qui factum, quod *Jornandes*, & *Procopius*, scriptores seculi ejusdem sexti, atque post eos octavi seculi author *Paulus Diaconus*, dum mutationes Gothorum, Langobardorum, Rugorum, Herulorum, Scirorum, aliorumque populorum commune quid cum Illyrico habentium, fusè prosequuntur, Bojorum horum novorum migrationis in forma gentis factæ haud meminerint, sed gentem tantùm quandam, in Norico sedentem, novo nomine Bajoariorum & Bajobarorum insignierint, sedesque eorum indicaverint?

**DCCCLXX.** Secundo supposito refragari videtur fides historica, quæ, teste *Strabone*, sub Julio Cæsare *Bojos & Tauriscos funditus excisos, & prorsus deletos* refert.

**DCCCLXXI.** Tertium itaque suppositum necessariò amplectendum est: nempe dum Theodericus, Rex Gothorum, Italiam premeret, Norici autem non ita sollicitus esset, dummodò clientelari nexu populum illic sedes capientem retineret: favit gentibus, ut sedes suas ex ruinis populi Romani ampliarent. Inter has Hunni

Au-



Austriam nunc inferiorem : Venedi , à domicilio Carnico Chariones seu Charvatæ dicti , Charinthiam , & partem Styriæ , suis prioribus possessionibus adjecerunt ; reliqua gens tum Norica , tum vicina , Germanicâ utens linguâ , assumptâ ad placitum , ob veterem claritatem Bojorum , & ob reliquias hujus gentis adhuc in parte , & præprijis in electo expeditionis suæ Duce exstantes , Bojoariorum compellatione , residuis Noricis terris nec non Vindeliciâ potita est.

**DCCLXXII.** *Reginoburgii* nomen , quod *Aventinus* à Regina Bojorum derivat , potiùs *Regino* fluvio ( *Regen* ) debetur , & *Reginum* , stationis Romanæ compellatio , jam in *Tabula Peutingeriana* , longè ante novos hos Bojos circa seculum finiens tertium composita , reperitur . Bojos hos novos seu Bojoarios vivo adhuc *Theoderico Rege Gothorum* usque ad A. 526. sub hujus , eo mortuo verò sub *Francorum Regum* clientela fuisse , partim circumstantiæ temporis inculcant , partim ipse *Aventinus* fatetur .

**DCCLXXIII.** De cætero *Aventinus* suprâ *num.* 858. terminum novæ Bojoariæ Reipublicæ ponit *Italiam* ( id intelligendum de *Rhætia* ) & *Danubium* . Unde licet ibidem *Reginoburgium* quasi in medio Bojoariæ collocet , intelligendum tamen id in sensu accommodo pro medio ab Oriente in Occidentem , non verò à meridie in septentrionem : namque usque ad *Danubium* tantùm describit limites Bojoariæ *Paulus Diaconus de gest. Langob. lib. 3. cap. 29.* dum ait : *Noricorum* siquidem provincia , quam Bojoariorum populus inhabitabat , habet ab Oriente *Pannoniam* , ab Occidente *Suaviam* ( id est *Sueviam* ) à meridie *Italiam* , ab *Aquilonis* verò parte *Danubii* fluenta . Contentit *Jornandes* , scriptor ipsius seculi sexti , dum *cap. 55. de rebus Ger.* dicit : *Regio* illa *Suevorum* ab Oriente *Bajoarios* habet , ab Occidente *Francos* , à meridie *Burgundiones* , à septentrione *Thuringos* . Itaque *Danubio* tunc claudebatur Bojoaria , & ultra *Danubium* *Thuringi* erant .

## SECTIO LXII.

### SECULUM VII.

#### De Bojoariis.

**Nus DCCLXXIV.** *Ex Brunneri anal. Boj. in Ind. chron.* Circa hunc annum *Thassiloni* mortuo *Garibaldus II.* succedit . *Garibaldus* armis contra *Slavos* motis primùm victus est : sed resumptis animis viribusque hosti victoriam , & prædam excussit .

A. Chr.  
607.

*Ex Aventino annalium Bojorum lib. 3. pag. 275.* *Venedi* fines Bojorum incurfant , *Gariovaldam* filium *Theffaloni* in *Agunto* superant , terga vertere cogunt . *Gariovalda* collectis rursus viribus , *Venedos* prædâ onustos , abire contententes , adgreditur : prædam omnem recuperat , *Venedos* Norico exterminat . Hoc intelligendum est : fuisse exterminatos Norico *Slavos* , quatenus *Noricum* possidebatur à *Bojis* , seu , ut *Paulus Diaconus de Gest. Lang. lib. 4. cap. 41.* clariùs dicit : *Bajoarii* hostes de suis finibus pepulerunt . Pergit dein *Aventinus* : *Ipsi* ( scilicet *Venedi* seu *Slavi* ) *Histriam* occisis Romanis militibus , occupant . De *Agunto* plura superiùs in secundo volumine adduxi . Urbs est *Norici* , secundùm *Antonini* itinerarium abest ab *Aquileia* nonaginta millia passuum : à *Julio Carnico* sexaginta . Quidam in confinio *Stiriorum* , *Charinorum* que fuisse , haud procul à *Mura Dravóque* , autumant . Ego ampliùs quærendum censeo . Hoc pro vero constat , *Muram* , & *Dravum* apud veteres determinasse *Bojos* , & *Venedos* ; præter vetera instrumenta testes sunt duæ urbes , *Græcia Bojorum* , & *Græcia Venedorum* : hæc in *Dravi*

611.

Dravi ripa cubat, Venedorum terminum declarat : illa caput Stiriae est, Bojorum limitem valet, Mura eam alluit. Græcia diminutè, ac integrè Grænicia, Bojo sermone limitem, terminum, & confinium significat.

A. Chr.  
616.

*DCCCLXXV. Ex Brunneri anal. Boj. in Ind. chron.* D. Rupertus fidem Christianam in Bojariam importat, Theodone III. apud Bojos principatum gerente. Theodoni Theodebertus, incertum quo anno, successit.

627.

*Ex Aventini anal. Boj. pag. 276.* Gariovalda Bojariae regnum per manus tradidit filio Theodoni IV. Theodone procreati sunt, secundi Theodopertus, & Thessalonus : hic Noricos, ille Vindeliciam, & Nariscos possedit. *pag. 278.* Lutharius (Clotharius II. Rex Franciae) veteres Bojorum leges emendavit, novas Suevis tulit, quas in Bibliothecis legi nostris. Conformis est, & tempus specificat *Eckhard. de reb. Franc. Orient. lib. 11. cap. 20.*

629.

*DCCCLXXVI. Ex Aventino pag. 279.* Samo Rex Venedorum (qui ad Dravi, Sauique fontes adhuc habitant, ruri adhuc Veneda lingua in usu est, Bojus sermo in urbibus, & Castellis invaluit) negociatores Dagoberti Regis Neo-Rhomâ venientes spoliat, interficit. Reguli Bojorum, jussu Regis, tribus exercitibus Venedorum regionem invadunt : in obsequium & ditionem redigunt. Venedos quoque sub jugum Religionis Christianae mittunt. Venedis tum ab Aquilone, Bojis verò ab Orientis Ora confines erant Hunni. Atque hi paucis post diebus in Venedos graviter incurfantes agitant. Borutho dux Venedus, ad Bojorum Rectores legatos (non hoc tempore, sed in seculo sequenti) auxilium postulatum ire jubet. Nec mora : Boji Venedis auxilio veniunt, armati in Hunnos ruunt, eos vincunt, pellunt : hocque beneficio Venedos, & confines eorum Regibus Francorum devotissimos reddunt, obsides ipsis imperant, inter quos filius Boruthohis Carastus, & Chitomarus nepos ejus, in Bojariam ducti : ibique coelestem Philosophiam more Christiano discunt.

649.

*DCCCLXXVII. Ex Brunneri anal. Boj. in Ind. chron.* Theodone IV. apud Bojos imperante D. Emmerammus in Bojariam venit.

650.

*Ex Aventino pag. 280.* Inter hæc Thessalonus secundus fato concedit, anno Christi sexcentesimo quinquagesimo. Tres ejus filii Theodo quintus, Grimoldus, & Theodopertus tertius, Bojariam in tres partes dividunt. Theodo Reginoburgium, Nariscos, Vindeliciam sortitus est : Grimoldus Bathaviam, Laureacum, Juvaviam, Utinum, Noricum Ripense, & contigua loca accepit : ea pars Norici, quæ inter Oenum, & Athesim amnes in montibus cubat, Theodoperto evenit.

695.

*Pag. 283.* Biennio post Grimoldus Regulus Bojorum, focer Pipini, ex hac vita migrat, anno ab Orbe servato sexcentesimo nonagesimo quinto. Theodo sextus, filius ejus, pietatis famâ, prudentiâ domi militiæque longè latèque insignis, regnum Bojariae obtinet. Uxor ipsius Glifonotha : filii Theodo septimus, Grimoldus secundus, & Hugobertus fuerunt. Atque hi quatuor Bojariam in quatuor divisere partes. Theodo pater Reginoburgium, Bojariam inferiorem, Nariscos sibi retinuit. Bathaviae, Juvaviae, Utino, & finitimis locis Hugobertum praefecit : superiori Bojariae Alpibus subditæ Grimoldum imposuit : hic in Fruxinensi atce habitavit, ubi villæ, & vestigium Regiæ, quam Grimolthusium, id est Grimoldi domum, etiam nunc vocant. Theodo filius Athesinam vallem supra Tri-

Tridentum, quam Venusticam nominant, & conterminos fines, partem Theodoperti patruī, qui jam obierat, administravit.

**DCCCLXXVIII.** Aventinus in Historia Samonis Regis Carantanorum, qui A. 624. Rex factus, & A. 629. usque 631. bella eum Francis & Bojariis miscebat, in verbis: *Venedos quoque sub jugum Religionis Christianæ (Boji scilicet) mittunt*, ad tempora valde inter se distantia seminatae inter Carantanos Christianæ fidei dilabatur: hoc enim non contigit sub Samone, qui secundum *Prædegarium* 35. annis, ergo usque ad A. 659. regnavit, nec sub Borutho Duce (de quo incertum est, an immediatus vel mediatuſ successor Samonis fuerit) sed sub filio ejus Carasto, & fraterno nepote Chitomaro, qui ambo à Borutho fidei Francis servandæ obſides dati Christianam fidem imbiberunt, & secum in Regnum Slavorum Carantanorum. in seculo primùm octavo invexerunt. Locus hic Aventini videtur ab ipſo extractus ex Historia Juvavenſis seu Salisburgensis Ecclesiæ & Conversionis Charentanorum ab Anonymo circa annum 865. conscripta, quæ sic habet.

A. Chr.  
699.

**DCCCLXXIX.** *Ex historia Juvavenſis Ecclesiæ.* Tempore Hildeberti Regis Francorum, anno scilicet regni illius V. honorabilis Christi Confessor Rudbertus in Wormatia civitate Episcopus habebatur: qui ex Regali prosapia Francorum ortus, Catholicæ fidei, & Evangelicæ doctrinæ, totiùsque bonitatis nobilissimus reſloruit doctor &c. Cùmque fama sanctæ Conversationis illius longè latèque increbresceret, pervenit ad notitiam cujusdam Ducis Bavarie nomine Theoto, qui supradictum virum Dei obnixis precibus, prout potuit, libentissimè studuit rogare per missos nuncios suos, ut hanc provinciam visitando sacrâ illuminaret doctrinâ &c. *Temporibus gloriosi Regis Francorum Dagoberti*, quidam Slavus, Samo nomine, manens in Charentis, fuit Dux gentis illius, qui venientes negotiatores Dagoberti Regis interficere jussit, & regna exspoliavit pecuniâ. Quod dum comperit Dagobertus Rex, misit exercitum suum, & damnum, quod eidem Samo fecerat, vindicare jussit; sicque fecerunt, qui ab eo illuc missi sunt, & Regis servitio subdiderunt illos.

629.

**DCCCLXXX.** *Non multo post tempore (seculo sequente octavo)* Hunni eosdem Quarantanos hostili seditione graviter affixere; fuitque tunc Dux eorum nomine Boruth; qui Hunnorum exercitum contra eos cernens, Bojariis nunciari fecit, eosque rogavit sibi in auxilium venire. Illi quoque festini venientes expugnaverunt Hunnos, & obfirmaverunt Charantanos, servitutique eos Regum subjecerunt, similitèrque confines eorum, duxeruntque inde secum obſides in Bojariam, inter quos erat filius Boruth nomine Caratius, quem pater ejus more christiano nutrire rogavit, & Christianum facere, sicut & factum est: & de Chetumano filio fratris sui similiter postulavit. Mortuo autem Boruth, per jussionem Francorum Bojarii Caratium jam Christianum factum petentibus eisdem Slavis remisit, & illum Ducem fecerunt. Sed ille tertio postea anno defunctus est. Iterum autem per missionem Domini Pipini Regis, ipsis populis petentibus, redditus est eis Chettamarus Christianus factus &c.

**DCCCLXXXI.** *Exactis aliquantis temporibus*, prænominatus Dux Charantanorum petiit Vergilium Episcopum visitare populum gentis illius, illòsque in fide firmiter confortare &c.

Hildebertus, de quo ad initium loquitur Historia, est Childebertus III. Rex Franciæ, qui à Martio anni 695. usque ad A. 711. in Aprili regnavit. Theoto Dux Bavarie ab *Eckhardo lib. 18. cap. 4.* creditur esse Theodo II. qui post Theodonem I. circa A. 680. mortuum, exclusâ hujus stirpe, ad Ducatum Bavarie pervenerit. Sed maximè hic fallitur Eckhardus, & nimium quantum derogat fidei Historicorum Bavarorum, secundum quos Theodo Historiæ Juvavenſis, ordine sextus esse debet, qui A. 695. patri Grimoldo in Ducatu Bavarie successit, ut habet *Aventinus*, & credibilis

*Part IV.*

Gg

est,

est, quia alioquin secundum Eckhardum Theodo I (reverà IV.) ultra 60. annos regnare debuisset; dicit enim Eckhardus hunc Theodonem I. Garibaldo II. successisse, qui A. 598. incepit regnare, & teste *Paulo Diac. de Gestis Langobard. lib. 4. cap. 40. & 42. A. 611.* à Slavis in Agunto devictus est.

**DCCCLXXXII.** Hujus Historiæ Juvavenfis, circa annum (ut ex eadem pluribus locis apparet) 865. scriptæ Author Anonymus, absque dubio Salisburgensis clericus, pro objecto habebat, demonstrare: jurisdictionem Ecclesiasticam seu Episcopalem in Slavos Carantanos competere Juvavenfi seu Salisburgensi Cathedræ ab ipsis initiis orti ibidem Christianismi, adeoque hanc jurisdictionem malè turbari à S. Merhudio, Moraviæ Episcopo Slavico. Præmittit igitur incrementum Christianismi in Bojoaria ad initium seculi octavi operâ S. Rudberti, Episcopi quondam Wormatiensis, dein primi Juvavenfis. Recenset successores Rudberti, tam in Episcopatu, quàm in Abbatia S. Petri, usque ad Virgilium, quem Anno Domini 767. XVII. Cal. Julii in Episcopum ordinatum esse dicit. Facit dein in verbis: *Hactenus prænotatum est, qualiter Bojarii facti sunt Christiani &c. Item: Nunc adjiciendum est, qualiter Slavi, qui dicuntur Charentani &c. Christiani effecti sunt, & paulò post in verbis: Nunc recapitandum de Charentanis, notabilem digressionem ad seculum præcedens septimum, tempus nempe, quo Carantani Slavi cum Francis (qui jam tunc illorum subjugationi studebant) dimicaverunt. Hæc recensitio incipit à verbis suprâ extractis: temporibus Gloriosi Regis Fr. Dagoberti &c.*

**DCCCLXXXIII.** Sed à verbis ibidem sequentibus: *Non multo post tempore &c.* relinquit Samonem Regem Slavorum, & procedit ad Boruthum eorundem Regem, transcendendo totum seculum, licet illud lapsu calami vocet non multum tempus. Post mortem Boruth dicit filium ejus Caratium, jam Christianum, in tertium annum Slavis præfuisse, dein *per missionem Domini Pipini Regis* redditum Slavis esse Chettamarum, Boruthi ex fratre nepotem; ergo hoc contigit post annum 752. cum eo anno primùm Pipinus Rex salutatus sit.

**DCCCLXXXIV.** *Ex aliis aliquantisper temporibus* Chettamarus petit Virgilium jam Episcopum (ergo post annum 767.) ut visitaret Charentanos, quod ille autem facere non poterat, sed alios Presbyteros misit. His ita præmissis, verosimile admodum videtur, Aventinum usum fuisse hac Historia Juvavenfi, sed, digressionem ad seculum septimum non penetrata, historiam Samonis in seculo 7mo cum historia Boruthi, quæ ex suprâdictis necessariò ad seculum octavum pertinet, ita conjunxisse, ut quasi uno tractu narrata sua expleta esse crediderit. Lapsus quoque est *lib. 3. pag. 263.* in eo. quòd eadem fortè hæc historiâ Juvavenfi inductus, adventum S. Rudberti in Bojoariam tempore Theoderici I. & Childeberti I. Regum Francorum & Theodoni III. Ducis Bojoariæ in seculum 6tum ante annum 537. ponat, quod vitæ S. Rudberti planè repugnat, utpote qui A. 718. VI. Cal. Apr. obiit. *Eckhard. lib. 18. cap. 4.*

## SECTIO LXIII.

### SECVLUM VII.

#### De Saxonibus & Thuringis.

**Nus DCCCLXXXV.** Seculum hoc valde sterile est gestorum ab his nationibus; in causâ videtur esse distracta potentia Regum Franciæ per invalescentem hoc seculo Majoratum Domûs: unde regiones sub fide tantùm beneficiaria, & lege tributaria Franciæ unitæ, majore ficientia usæ, factis Franciis non ita frequentabantur. A. 613. Clotharius II. Monarcha totius Franciæ Imperii factus, ad gubernanda Austriæ & Burgundiæ regna, ipse magis Neustriam, seu interiores Galliæ Provincias adamans, Majores Domûs, seu Pro-Reges instituebat. Ita *Eckhardus de reb. Franc. Orient. lib. 11. cap. 2.* A morte Dagoberti Regis autem A. 638. Majores Domûs, Regum nutritii, custodes, tutorésque, & Regni administratores esse cœperunt: crevitque adeò eorum potentia, ut supremo veluti Imperio provincias regerent, Regumque auctoritatem vilipenderent, ac ipsam tandem Regnum in se transferrent. *Eckhard. lib. 13. cap. 1.*

Ita-

SECUL. VII. DE SAXONIBUS ET THURINGIS. 235

Itaque de Saxonibus & Thuringis tantum commemoranda veniunt ad presentem materiam sequentia:

**DCCCLXXXVI.** Referente *Paulo Diacono de gestis Langobard. lib. 4. cap. 32.* Francis cum Saxonibus pugnantibus, magna strages utrinque facta est Saxones autem hi Westphaliæ incolæ fuisse videntur, & Coloniae vicini, qui in Warnorum locum successerant: nam cum interioribus hujus gentis populis nondum Francis aliquid negotii intercedebat. *Eckhard. lib. 10. cap. 12.*

A. Chr.  
604.

Dagobertus Rex Franciæ Saxonibus tributum annum 500. vaccarum inferendalium, erga promissam operam, cohibendi Slavos Sorabos, Franciæ Regno finitimos, remittit, quæ tamen promissio nullâ efficaciâ factorum est stabilita. *Aimoinus lib. 4. cap. 26. ut infra num. 898. & Eckhard. lib. 12. cap. 14.*

631.

Sighardus Rex Saxonum, primus auctor & quasi propago stirpis Saxonicæ, & Imp. creandis septemvirorum adhuc viventium progenitor laudatissimus, circa hæc tempora viguit, regnat annos LVIII. teste Rixnero, Caduceatore Maximiliani I. Imp. *Fabritius de reb. Saxon. memorab. ad hunc annum.*

633.

**DCCCLXXXVII.** Radulphus, Thuringorum Dux, (ut ex antiquis annalibus *Eckhardus lib. 13. cap. 5.* comprobatur) rebellat Sigeberto III. Regi Franciæ, affectat regiam potestatem, & excutere nititur jugum Francicum. bello petitur à Francis, obsideretur, sed segniter, in castro quodam in monte ad Unstrutum fluvium, occultis conspirationibus quorundam procerum Franciæ juvatur, cædit oppugnantes se graviter, & demum pax concluditur, de quo *Fredegarus cap. 87. ait*: Radulphus superbiâ elatus, ad modum Regis in Toringia se esse censebat, amicitias cum Vinidis firmans, cæterisque gentibus, quas vicinas habebat, cultum amicitiae obligabat; in verbis tamen Sigeberto regimen non denegabat; nam in factis fortiter ejusdem resistebat dominationi.

640.

**DCCCLXXXVIII.** Thuringi, & iis comprehensi Francones nostri (id est in moderna Franconia) sub Sigeberto III. suæ libertatis fundamenta jecerant, & Radulphus, sive Ruodi Dux, non nisi comiter Franciæ Reges coluerat. Hetanus filius ejus dicitur quidem in expeditione, Regis jussu suscepta, circa A. 651. obiisse, apud Auctorem vitæ S. Bilehildis; sed huic fidem non omnimodè adhiberi posse, in rebus adeò ab ejus ætate remotis, certum est. Hetano successit filius natu major, cujus nomen nescitur; & hunc anno incerto defunctum excepit Gozbertus frater natu minor, ut Anonymus in vita S. Kiliani prodit, qui etiam ob potentiam, nemini ferè obnoxiam, Ducatum ejus Regnum appellat. *Eckhard. lib. 14. cap. 17.*

Ditericus Rex Saxonum, patri Sighardo, superiori anno vitâ functo, succedit, & patris ditionem contra Reges Francorum, Ditericum, Ludovicum, Hildebertum, Dithbertum, Lotharium, Hulfericum, annos quinquaginta acriter defendit. *Fabritius.*

692.

## SECTIO LXIV.

### SECULUM VII.

#### De Slavis Croatis seu Carantanis.

**Nus DCCCLXXXIX.** Hac tempestate (vid. num. 830.) Agilulfi legati regressi à Cacano pacem perpetuam factam cum Avaribus nuntiârunt: legatus quoque Cacani cum eis adveniens ad Gallias perrexit, denuntians Francorum Regibus, ut, sicut cum Avaribus, ita pacem habeant

599.

*Pars IV.*

Gg 2

cum

cum Langobardis. Inter hæc Langobardi cum Avaribus, & Sclavis Histrorum fines ingressi, universa ignibus & rapinis vastaverunt. *Paulus*

A. Chr. *Diac. de gest. Langobard. lib. 4. cap. 25.*

604. Agilulfus Rex Langobardorum egressus Mediolano mense Julio, obsedit civitatem Cremonensem cum Sclavis, quos ei Cakanus Rex Avarorum in solatium miserat, & coepit eam duodecimo Kalendas septembris, & ad solum usque destruxit. *Paul. Diac. lib. 4. cap. 29.*

611. Circa hæc tempora (ubi Heraclius suscepit Imperium orientale) Rex Avarorum Cakanus, cum innumerabili multitudine veniens, Venetiarum fines ingressus est. Huic Gisulfus Forojulianus, dum cum Langobardis, quos habere poterat, audacter occurrit: sed quamvis forti animositate contra immensam multitudinem bellum cum paucis gereret, undique tamen circumseptus, cum omnibus suis penè, extinctus est. *Paul. Diac. lib. 4. cap. 38.*

Mortuo, ut diximus (cap. 38. in pugna contra Avaros) Gisulfo Forojulienfi Duce, Taso & Cacco filii ejus eundem Ducatum regendum susceperunt. Hi suo tempore Sclavorum regionem, quæ zellia (Celeia) appellatur, usque ad locum, qui Medaria dicitur, possederunt; unde usque ad tempora Ratchis Ducis, (fuit hic antepenultimus Dux, qui ab A. 744. usque 750. genti suæ & Italiæ præfuit) iidem Sclavi pensionem Forojulianis Ducibus persolverunt. *Paul. Diac. lib. 4. cap. 39.*

611. DCCCXC. His temporibus, mortuo Thassilone Duce Bajoariorum, filius ejus Garibaldus in Agunto à Sclavis devictus est, & Bajoariorum termini deprædantur. Resumptis tamen Bajoarii viribus, & prædas ab hostibus excutiunt, & hostes de suis finibus pepulerunt. *Paul. Diac. cap. 40.*

611. Hoc nihilominus anno Sclavi Histriam interfectis militibus lachrymabiliter deprædati sunt. *Paul. Diac. lib. 4. cap. 42.*

Hæc relata ad annum 611. pertinere, patet ex morte Theodeberti II. Regis Franciæ, quam sequente anno contigisse dicit Paulus in eodem capite. Occisus autem est Theodebertus A. 612. *Eckhard. lib. 10. cap. 26.*

624. DCCCXCI. Ex *Fredegario cap. 48.* Annò XL. regni Clotharii homo nomine Samo, natione Francus, de pago Senonago, plures secum negotiantes adduxit ad exercendum negotium. In Sclavos cognomento Vuinidos perrexit. Sclavi jam contra Avaros cognomento Chunos & Regem eorum Gaganum coeperunt rebellare. Vuinidi Bifulci Chunis fuerant jam ab antiquitus, ut cum Chuni in exercitu contra gentem quamlibet adgrediebant, Chuni pro castris adunato illorum stabant exercitu: Vuinidi verò pugnabant, si ad vincendum prævalebant; si autem Vuinidi superabantur, Chunorum auxilio fulti vires resumebant. Ideo Bifulci vocabantur à Chunis, eò quòd duplicem in congressione certaminis . . . Chuni ad hiemandum annis singulis in Sclavos veniebant, uxores Sclavorum, & filias eorum stratu sumebant, tributa super alias obpressiones Sclavi Chunis solvebant. Filii Chunorum, quos in uxoribus Vuinidorum, & filiabus generaverunt, tandem non sufferentes malitiam ferre, & obpressionem, Chunorum dominationem negantes (ut supra memini) coeperant rebellare. Cum in exercitu Vuinidi contra Chunos fuissent adgressi, Samo negotians (quomodo memoravi superius) cum ipsis in exercitu perrexit, ibique ei fuit utilitas de Chunis facta, ut mirum fuisset, & nimia multitudo ex eis gladio Vuinidorum trucidata fuisset, Vuinidi cernentes utilitatem Samonis, eum super se eligunt

**SECVL. VII. DE SLAVIS CROATIS SEU CARANTANIS. 237**

gunt Regem, ubi 35. annos regnavit feliciter. Plurima praelia contra Chunos in suo regimine Vuinidi inierunt, & suo consilio & utilitate Vuinidi semper superant.

Chilpericus pater Clotharii II. A. 584. cum Calendis septembribus filiae Rigunthis Reccaredo Hispano desponsatae nuptias solenniter celebrasset, expost filiam jam in Hispaniam ablegatam Calam tendit, ibique venationi vacat; quadam die autem ex venatione sub obscura jam nocte domum reversus prodicione conjugis Fredegundis occiditur; adeoque Clotharius II. filius ad finem anni 584. in regno succedit: ut supra positus annus 40. sui regiminis necessario de A. 624 intelligi debeat. Tempus mortis desumptum ex *Eckhardo lib. 9. cap. 16. 17.*

A. Chr.  
627.

**DCCCXCII.** Ex *Fredegaro cap. 58.* Dagobertus cum jam anno sexto regnaret, &c. tanta prosperitate regale limen in Auster regebat, ut à cunctis gentibus immenso ordine laudem haberet: timorem verò sic fortem sua concusserat utilitas, ut jam devotione arriperent suæ se tradere ditioni: ut etiam gentes, quæ circa limitem Avarorum, & Sclavorum consistebant, eum promptè expeterent, ut ille post tergum eorum per feliciter: & Avaros & Sclavos, cæterasque gentium nationes, usque manu publica, suæ ditioni subjiciendum fiducialiter spondebat.

Dagobertus à patre adhuc vivo A. 622. in mense Martio Austrasiam regendam accepit: *Eckhard. lib. 11. cap. 9.* adeoque annus 6<sup>tus</sup> regiminis incidit in annum 627. Gentes vicinæ Avaris & Slavis hic intelliguntur Bojoarii.

**DCCCXCIII.** Ex *Fredegaro cap. 68.* Eo anno (8<sup>vo</sup> Dagoberti) **629.** *Sclavi, cognomento Winidi*, in regno Samonis negotiantes Francorum cum plurima multitudine interfecissent, & rebus exspoliassent, hoc fuit initium scandali inter Dagobertum, & Samonem Regem Sclavorum &c. Dagobertus superbiter jubet de universo regno Austrasiorum contra Samonem & Winidos movere exercitum. Ubi tribus turmis falangæ super Winidos exercitus ingreditur. Etiam & Longobardi solutione Dagoberti idemque hostiliter in Sclavos perrexerunt. Sclavi his & aliis locis è contrario præparantes, Alemannorum exercitus cum Chrodeberto duce, in parte quam ingressus est, victoriam obtenuit. Longobardi idemque victoriam obtenuerunt, & plurimum numerum captivorum de Sclavis Alemanni, & Longobardi secum duxerunt. Austrasii verò, cum ad castrum Vogastense, ubi plurima manus fortium Winidorum immoraverat, circumdantes, triduo præliantes, plures idemque de exercitu Dagoberti gladio trucidantur, & exinde fugaciter omnes tentoria, & res, quas habuerant, relinquentes, ad propriis sedibus revertuntur.

**DCCCXCIV.** Multis postea vicibus Winidi in Thoringiam, & reliquos vastandum pagos in Francorum regnum inruunt: etiam & Dervanus dux, gentes urbium, quæ ex genere Sclavorum erant, & ad regnum Francorum jam olim aspexerant, se & regnum Samoni cum suis tradidit. Istamque victoriam, quam Winidi contra Francos meruerunt, non tantum Sclavinorum fortitudo obtenuit, quantum dementia Austrasiorum, dum se cernebant cum Dagoberto odium incurrisse, & assidue exspoliantur.

630.

**DCCCXCV.** Idem bellum recenset *Aimoinus Monachus lib. 4. cap. 23.* in substantia conformiter, sed paulò clariùs inter alia hæc habet: Alamannorum Ducem fuisse Rotbertum: Alamannos, & quoque Langobardos, in ea qua congressi parte, victores extitisse, & ad propria cum plurimis captivis rediisse: Francos castrum, Vogastrum dictum, ad quod Venedi confugerant, obsidione clausisse, sed segniter administrasse, obindeque ab irruentibus in se hostibus graviter afflictos, castra cum tentoriis deserentes aufugisse. Unde ergo colligendum: Alamanni, & illis tunc commixti Suevoi, qui trans Licum fluvium potissimas suas sedes habebant, & jam Francicum



cicum Imperium recognoscebant, sine dubio in regione sibi propinquiore, scilicet Carinthia : Langobardi Italiæ possessores, à Francis mercede conducti, transitu Alpibus Juliis, in Carnioliâ : & Franci Austrasii, seu potius Bojoarii Francico Imperio beneficiariâ lege subjacentes, & etiam Thuringi æquè sub iugum Francicum jam missi, in Styria inferiore, in vicinia Græcii : adeoque in diffitis valde inter se locis, invaserunt Venedos. Alamanni, & Langobardi, partâ victoriâ, & abductâ prædâ, in regiones suas retrocesserunt. Franci, seu Bojoarii Vocastrum, nunc Voitsberg non procul à Græcio, obsident, sed à Slavis, seu Venedis Carantanis, vincuntur, & in fugam conjiciuntur. Venedi tunc Carinthiam, Carnioliâ, & Histriam, atque ex moderna Styria inferiore saltem illam partem, quæ Muro, Dravo, & Savo fluviis includitur, & Marchiam Vinidorum, nec non Comitatum Cileiæ sub se comprehendit, possidebant.

*DCCCXCVI.* Effectus hujus cladis iterum clariùs sic ab *Aimoino* refertur. Hac victoriâ Vinidi animosiores redditi, in Thoringam, & circumjacentes Francorum terras, sese effundunt; ita ut Dervanus Dux, qui urbibus præerat Slavorum, quæ usque ad id tempus Francis paruerant, desperatis rebus, se ad cæteros transferret Slavos.

*Eckhardus de reb. Franc. Orient. lib. 12. cap. 11.* legit Fredegarium sic : Dervanus Dux gentis Surbiorum (sive Soraborum) quæ ex genere Sclavorum erat &c. Vocastrum affirmat esse Voitsberg : Thuringos quoque sub Duce Radulfo adfuisse prælio : illos tunc ad Danubium usque, Sorabos verò inter Albim & Salam, in parte veteris Thuringiæ, habitasse.

*DCCCXCVII.* Recurrendum hic ad seculum præcedens, annum 567. (ut *suprà num. 854.*) ubi relatum : partem Slavorum, qui anno 549. & 550. fervente bello Gothico, magnam Dalmatiæ partem migratione sua inundaverant, ibidemque confederant, cum Hunnis sociis, Thuringiam invasisse, & terras eorum inter Albim & Salam occupasse, ac, pace subsequuta, sedes eorundem Slavorum ibi firmatas esse. Hi Slavi itaque ex Dalmatia, tanquam posteriore fortunarum suarum sede, in Thuringiam venientes, sese Sribios, conformiter popularibus suis Dalmaticis, & ad distinctionem aliorum Slavorum nuncuparunt. Hi iidem Slavi Sorabi A. 630. (ut *suprà num. 894.*) Slavis Carantanis adhæserunt, & à Francis defecerunt.

A. Chr.  
631.

*DCCCXCVIII.* Ex *Aimoino lib. 4. cap. 26.* Anno autem decimo postquam præfatus Dagobertus regnare cœperat, memor malitiæ Sclavorum (Soraborum) in suos, collegit lectam à Franciæ bellatoribus Scaram, quam nos turmam aut cuneum appellare possumus. Cui properanti ad capiendam ultionem ex inimicis, occurrere Saxonum Legati, spondentium se fore vindices contumeliarum, quæ Francis illatæ erant, si tributo, quod regiis exhibebant usibus, levare meruissent. Quingentas namque vaccas interendales à Clothario seniore, Clodovei filio, Chilperici patre, regiæ mensæ inferre jussi fuerant. Quæ ideo inferendales dicebantur, eò quòd singulis inferrentur annis. Dagobertus verò, sapienti Austrasiorum consilio, petita non abnuit, eo videlicet pacto, ut per succedentia semper tempora, *Francorum limitem sibi vicinum* Saxones contra adversantium defensarent incurfus. Hoc pactum sacramento quidem super arma (ut eis mos erat jurantibus) firmatum : sed nullâ efficaciâ factorum est stabilitum : licet censu, quem solvere solebant, liberati essent.

632.

Ex *Aimoino eod. cap.* Sequenti etiam anno, cum assiduis Sclavorum incursionibus Thoringia laboraret, collato cum Pontificibus ac senioribus consilio, Dagobertus filium suum Sigebertum Austrasii præposuit, ut fungeretur Rectoris munere cum Regni honore &c. Deinceps quamdiu Sigebertus vixit, studio ac industria Austrasiorum irruptiones refrænatae sunt Winidorum.

*Frede-*

SECUL. VII. DE SLAVIS CROATIS SEU CARANTANIS. 239

*Fredegarus cap. 75.* clariùs habet: Anno XI. Regni Dagoberti, cùm Vinidi, jussu Samonis, fortiter sævirent, & sæpe transceso eorum limite regnum Francorum vastandum in Thoringam & reliquos pagos ingrederentur &c.

**DCCCXCIX.** Ex suprà excerptis apparet, primò : sermonem esse Fredegario non tantùm de Slavis Carantanis, sed & Sorabis, limites Francicos Thuringicos infestantibus : & Saxones non suscepisse defensionem limitum Thuringicorum contra Carantanos, à quibus longo intervallo distabant, sed contra Sorabos. 2.<sup>do</sup> Hos Slavos Sorabos Samoni, ab eruptione ejusdem de A. 630. contra Francos adhæsisse, & cùm *jussu Samonis* incursionem fecisse dicantur, paruisse. 3.<sup>io</sup> Saxones tum nondum magnâ potentiâ in Germania præpolluisse, cùm nec Sorabis reprimendis ab invasione Francici Regni pares esse potuerint, sed Dagobertus Rex filium suum Sigebertum III. Austrasiæ, ut præsentia suâ motus compescere posset, cum Regni honore & potestate præponere necesse judicaverit. 4.<sup>to</sup> Nec cogitasse tunc adhuc Francos, Slavis Bohemis, & Moravis jugum Imperii imponere, cùm vix Slavos Carantanos ex parte meridionali, & Slavos Sorabos ex parte Septentrionali cohibere quiverint.

**DCCCC.** 5.<sup>to</sup> *Eckhard. lib. 12. cap. 11.* malè arguit Fredegarium, quòd Behemotum, qui se Zechos vocabant, oblitus fuerit, cùm verosimile credat, hos Bohemos, qui inter Sorabos & Samonis Regnum medii habitarent, eidem Samoni se tunc etiam submisisse. Aliud planè inculcat tum historica fides Fredegarii, qui hanc circumstantiam non dissimulasset, tum situs Regni Bohemiæ; non enim Bohemi, ut vult Eckhardus, Sorabis & Carantanis intermedii, sed Thuringis tunc, nunc Franconibus & Bavaris ad Orientem : atque montibus Herciniis undique tam à Sorabis, quàm à Francis seu Thuringis interclusi : adeoque nec, utpote pacis amantes, de vicinis motibus, qui non ipsos simul bellorum turbinibus implicarent, multùm solliciti fuerant : nec invasionis hostilis hucusque ansam vicinis dederant. Cæterùm Slavi, tum Sorabi, tum Carantani, hoc seculo, nec non Thuringi, & Bojoarii (Imperio Francorum, sub dominatu Majorum Domûs, & civilibus principum Francicorum bellis, malè coherente, & vix non fatiscente) pace & quiete, quidnî igitur Slavi Bohemi & Moravi nondum ad theatra bellica protrahi, gaudebant? toto enim reliquo hujus seculi tempore historiæ haud super omnibus his gentibus in his mundi plagis occupantur, si motus aliquos remotiores, ab Hunnis seu Avaribus, & à Slavis trans-Danubianis, in interioribus Romani Imperii regionibus concitatos exceperis.

SECTIO LXV.  
SECULUM VIII.  
De Saxonibus.

- |  |                 |
|--|-----------------|
| <b>N<sup>us</sup> DCCCCI.</b> Saxones, dissidio Regni Francorum in suam commodum usi, Pagum Hattuariorum, seu Hazuariorum, id est, Cattorum seu Hafforum, devastarunt. <i>Eckhard. lib. 19. cap. 8.</i>  | A. Chr.<br>715. |
| Saxones Thuringiam Orientalem invasisse videntur, & hæc Saxonum irrupentium se subjecit principatui, non item occidentalis Thuringia, quæ postea Franconia dicta est. <i>Eckhard lib. 20. cap. 9.</i>    | 717.            |
| Carolus (Martellus) in Saxones ruit, omnemque eorum regionem cis Visurgim, ferro & igne devastat; adegisse tum cum Saxones, ut à Thuringia abstinerent, credere licet. <i>Eckhard. lib. 20. cap. 10.</i> | 718.            |
| Carolus Major Domûs cum Frisiis, & Saxonibus armis decertavit. <i>Eckhard. lib. 21. cap. 6.</i>  | 722.            |
| Continuator Fredegarii cap. 108. scribit : Rebellantibus Saxonibus, Carolus Princeps veniens, eos præoccupavit, ac debellavit, victorque revertitur. <i>Eckhard. lib. 21. cap. 23.</i>                   | 724.            |

*Fabrie*

- Fabritius rer. memorabil. Saxon.* nominat Regem Saxonum Ditericum, & ponit hoc bellum ad A. 723. at Eckhardus chronologiam ex Fredegarii continuatore probat.
- A. Chr. 738.** Carolus Martellus in Saxones ivit, Rhenum eo loco trajecit, ubi Lippia amnis se in illum exonerat, maximam partem regionis devastat, & obsidibus pluribus acceptis, gentem illam ex parte tributariam fecit. *Eckhard. lib. 22. cap. 3.*
- 741.** **DCCCII.** Edelhardus, Rex Saxonum, regno potitus, ut jugum Francicum à Saxonum cervicibus excuteret, omnibus viribus conatur; ideo quavis occasione oblata rebellat, & cum hostibus quinque congressus est. *Fabritius.*
- 743.** Carolomannus per se in Saxoniam ambulavit in eodem anno (743, quo domuerat Bojoarios) & cepit castrum Saohseburg per placitum, & Theodericum Saxonem placitando conquistavit. *Eckhard. lib. 23. cap. 72.*
- Edelhardus, Rex Saxoniae, primum bellum gerit contra Carolomannum, filium Caroli Martelli, arcem Hoënburgiam, quasi altam arcem, sive Bobenburgiam in Diocesi Mindensi ad Visurgim fluvium sitam, obsidentem, & conditionibus capientem. Ditericus, Bertholdi, fratris Edelhardi Regis, filius, obses à Carolomanno in Galliam deducitur, & fide data in patriam statim remittitur. *Fabritius.*
- Castrum, quod cepit Carolomannus, in diversis annalibus diversis & corruptis nominibus nuncupatur, evincit autem *Eckhard. d. loc.* Annales Tilianos verum nomen referre, & castrum Sachsenburg fuisse in sinistra Adranæ ripa, & in dextra oppositum habens castrum Franckenbergam. Adranam enim ibi Saxones à Francis diremisse. Confixisse itaque Carolomannum cum Saxonibus in finibus Westphaliae, & castrum hoc à Theoderico traditum accepisse.
- 744.** **DCCCIII.** Edelhardus, Rex Saxonum, secundum bellum contra Francos movet, adjutus ope Diterici, filii fratris, qui à Carolomanno fide data obses in patriam remissus fuerat; cujus beneficii tamen immemor erat. Quapropter Carolomannus cum fratre Pipino, in Saxoniam cum exercitu redeuntibus, Saxones reprimunt, & Ditericum captum secum abducunt. *Fabritius.*
- Fuerunt Theoderico in rebellionem socii etiam Saxones trans Visurgim habitantes, hoc est Ostphall; Othlonus enim lib. 1. cap. 37. testatur, utriusque populi exercitus cis, ultraque ripam fluminis Wisarahæ constituisse. *Eckhard. lib. 23. cap. 76.*
- 747.** **DCCCIV.** Edelhardus, Saxonum Rex, tertio cum Francis praelio congreditur; cujus belli Gripho frater Pipini, propter quasdam similitudines, quas cum fratre alebat, auctor est. Sed Pipinus, solita usus clementia, superato Griphone fratre, quem etiam in priorem restituit dignitatem, & cui duodecim in Neustria praefecturas assignavit, Edelhardo & Saxonibus ignoscit. *Fabritius.*
- Eckhardus lib. 23. cap. 99.* ex continuatore Fredegarii addit: Pipinum auxilio Regum Vinidorum (quos Sorabos credit) & Frisiorum usum, Saxones verò ad tributum quingentarum vaccarum, à Clothario olim impositum, à Dagoberto verò remissum adstrictos esse. Idem *Eckhard. lib. 23. cap. 106.* hoc bellum continuatum credit in annum 748. & à Pipino Nort-Suavos suae ditioni adjectos fuisse, id est, Septentrionales Suevos, incolas in Suavigau, in quo Halberstadium situm erat, reliquias Suevorum illorum, qui regionem hanc occupaverant, cum Saxonum pars cum Alboino Langobardorum Rege in Italiam secessisset: qui Septentrionales vocati, ad distinctionem Suevorum meridiem versus ad Nicrum, Moenumque, ac Rhenum, & Danubium habitantium, quos Licus à Bojoariis, Nicer à Thuringis sive Franconibus separabat.

DCCCIV.

**DCCCCV.** Edelhardus, Rex Saxonum, quartâ vice rebellat, itaque Pipinus, diademate regni accepto (ergo vel ipso anno 752. quo Rex coronatus est, vel anno porius proximo) maximis cum copijs in Saxoniam transit, & ad Rinam usque supra Visurgim fluvium accedit, & pugnâ maximâ cum Saxonibus ad Viheburgum congressus, magna copiarum parte amissa, victoriam cruentam obtinet. *Fabritius.* 753.

Conformis est hæc narratio Reginoni in anno 751. quem Fabritius adnotat, sed loca appellat: Rimiam, & Nigberg. Notæ autem ibidem evincunt, ultimum dici Wiburg ad Visurgim. *Eckhard. lib. 24. cap. 7.* contendit, hanc expeditionem contigisse A. 753. loca vocat Rimiam, Remen, ad confluentes Warnæ & Visurgis, Wigberg autem esse hodiernum Iburg.

**DCCCCVI.** Edelhardus, Rex Saxonum, quinto prælio cum Pipino congressus, licet itinera intercluserat, & arcibus multis præsidia imposuerat, tamen maxima strage ab eo vincitur, & conditionibus propositis, tributum annuum equorum trecentorum pendere cogitur: in ipso etiam congressu Edelhardus ipse inter primos dimicans, vulneratur, ut tertio die post è vivis excederet. *Fabritius.* Conformis est *Regino*, qui locum pugnæ vocat Sitina. *Eckhardus lib. 24. cap. 49.* ex pluribus annalibus statuit annum 758. locum designat Sithen vicum, ad quem nobilium de Ketteler arx jacet. 758.

**DCCCCVII.** Cœpit bellum Caroli Magni cum Saxonibus, quo nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laboriosus susceptum est, quia Saxones, sicut omnes ferè Germaniam incolentes nationes, & naturâ feroces, & cultui dæmonum dediti, nostræque religioni contrarii, neque divina, neque humana jura vel polluere, vel transgredi inhonestum arbitratur. Suberant & causæ, quæ quotidie pacem conturbare poterant: Termini videlicet Francorum & illorum penè in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel silvæ majores, vel montium juga interjecta utrorumque agros certo limite determinant, in quibus cædes, & rapinæ, & incendia vicissim facere non cessabant. Quibus adeò Franci sunt irritati, ut non jam vicissitudinem reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum judicarent. Susceptum est ergo contra eos bellum, quod magna utrinque animositate, tamen majore Saxonum, quàm Francorum damno, per continuos XXXIII. annos gerebatur. *Eginhardus in vita Caroli Magni. cap. 7.* 772.

**DCCCCVIII.** Carolus Rex Synodum habuit in Wormatia, & inde perrexit in partes Saxonix, & primo impetu Heresburg castrum cepit, & ad Herman-Saul usque pervenit, & ipsum satum destruxit, & aurum & argentum, quod ibi reperit, abstulit. Destructo fano Rex super Wiseram fluvium venit, & ibi cum Saxonibus placitum habuit, & accepit XII. obsides, & reversus est in Franciam. *Regino.*

Eresburgum nunc Stadberga vocatur, & ad Dimolæ ripam dextram situm est. Irminsula, seu Irmini, vel Arminii Deastri statua non Eresburgi, sed ultra hunc locum in Saxonia stetit. Inter obsides fuisse potuit Hatumarus, de gente Saxonica oriundus, adhuc puer, qui Wirceburgi servari jussus, in clericum tonsus, atque tandem Episcopus Paderbornensis primus factus est. *Eckhard. lib. 24. cap. 130. 131. 132.*

Saxones tunc divisi fuerunt in Westfalaos, sive occidentales, ad Ifallam pertingentes; Osterlingos, aut Ostfalaos, sive Orientales à Visurgi ad Albim, & inde usque ad mare Balthicum extensos, ac tandem Angarios vel Angrivarios, montibus Teutonicis à Westfalais, Visurgi ab Ostfalais, Dimola ab Hassis segregatos. *Eckhard. lib. 24. cap. 129.*

*Part IV.*

Hh

Con.

Cónfinia Francorum atque Saxonum erant secus fluvium Isla, *Eckhard. lib. 24. cap. 133.*

Westphalia dicebatur Antiqua Saxonia, *Eckhard. lib. 23. cap. 87. ex literis Synodi Germanica de A. 745.*

A. Chr.  
774.

**DCCCCIX.** Saxones, dum Rex Carolus in partibus Italiæ moram faceret, occasione arrepta, postpositis Sacramentis, in finibus Francorum impetum fecerunt, & usque ad castrum, quod nominatur Buriaburg (Burberg, in monte inferioris Hassiæ ad Adranam, non longè à Friteslaria, ut *in nois* ibidem) venerunt: quorum adventum incolæ loci perferentes in jam dictam munitionem se receperunt. Igitur cùm præfata gens sæviens cœpisset forinsecus villarum ædificia concremare, venerunt ad quandam Basilicam, in loco qui dicitur Friedissar &c. (narratur conservatio Basilicæ per miraculum, & fugisse Saxones nemine persequente) Carolus, subjugatâ Italiâ & ordinatâ, in Franciam reversus est: & cùm venisset in locum, qui dicitur Ingelheim, misit quatuor Scaras in Saxoniam. Tres pugnas cum Saxonibus inierunt, & Deo auxiliante victores extiterunt; quarta verò scara non habuit pugnam, sed captâ prædâ magnâ reversi sunt in Franciam. *Regino.*

776.

**DCCCCX.** Saxones cognitâ absentia Regis (in Italia) ruptis Sacramentis, Heresburgk castrum aggrediuntur, obsidione cingunt, & summis viribus certant, sed nihil proficiunt. Venerunt ad aliud castrum, quod appellatur Desuburgh (Desenberg haud procul Warburgo in Diocesi Paderbornensi, ut *in nois*) ubi voluerunt similiter facere, sed nihil prævaluerunt. Oppidani verò persecuti sunt eos, usque ad flumen, quod Lippa dicitur, & multos ex eis interfecerunt. Rex Wormatiam veniens placitum tenuit, & mox Saxonum fines penetravit, & velut ingens tempestas omnia prosternit, munitiones irrumpit. Saxones perterriti ad locum, ubi Lippa oritur, pervenerunt; ibi se suamque patriam Regi tradiderunt, & sponderunt, se Christianos esse debere. Rex restauravit Heresburg castrum, & aliud castrum super Lippam. *Regino.* Hoc aliud castrum vocat Sigeburgum *Fabritius.* Locus, ubi Lippia oritur, est Lipspring. *Eckhard. lib. 24. cap. 163.*

777.

Carolus Rex prima vice Paderbornæ procerum conventum habuit. Saxonum primores cum suis eò confluxere, sacrum Baptisma magno numero receperunt, & devotionem Francis eo pacto jurarunt, ut, si à subjectione promissa resilirent, vitam, bona, libertatemque perderent. Witechindus prioris rebellionis auctor, malè sibi conscius, non comparuit, sed ad Sigefridum Regem Danorum sive Nortmannorum confugit. *Eckhard: lib. 24. cap. 172.*

778.

**DCCCCXI.** Saxones audientes, quòd Carolus cum Francis tam longa terrarum spatia ab eis esset separatus, suadente Witichindo secundum consuetudinem iterum rebellati sunt, & ad Duriam castrum, quod Colonia civitati contiguum est, usque venerunt, cædibus, rapinis, & incendiis omnia devastantes. Quod cùm nuntiatum esset Regi revertenti, etiam commoranti Antissiodoro civitate, misit idem Princeps scaram unam ex electis viris, qui eorum violentiæ resisterent. Saxones audientes incolumitatem Regis, & adventum Francorum, in fugam conversi sunt. Quos Franci è vestigio sequentes, repperunt eos super fluvium, cujus vocabulum est Adarna, in loco qui dicitur Lihesi (Hassiæ vicus, hodie

die Leyfen, ut *in notis*) ubi pugna coepta & finita. Franci, auxiliante Deo, victores extiterunt, & multitudo Saxonum est ibi occisa. *Regino.*

Witechindus rumorem sparserat, Carolum à Saracenis in Hispania occisum esse. *Fabritius.*

Duria ab aliis vocatur Tuitium, & Duitium castrum ex adverso Coloniae situm. *Fabritius. Eckhard. lib. 24. cap. 177.*

**DCCCCXII.** Carolus Synodum tenuit in Duria, & post hæc Saxoniam ingressus usque ad Lippam venit. Conati sunt autem Saxones resistere in loco, qui dicitur Bucholtz (locus inter Wesaliam & Cœsfeldiam faginâ silvâ inclusus, ubi & Cæsum nemus olim cladibus Romanorum celebre, ut *in notis*) sed nihil prævaluerunt. Apertâ autem viâ Westphalos subjugaverunt, & omnes Saxones, qui ultra Wisaram commorabantur. Veniens autem Rex in locum, qui vocatur Medofulli, accepit obsides & Sacramenta à Saxonibus, qui ab eodem defecerant, & reversus est in Franciam. *Regino.*

A. Chr.  
779.

Medofullo congruit ad Visurgim Polle castrum & vicus, nomen ex Medofolli corruptum, medio ferè loco inter Bodenwerderam Oppidum & Corbejam. *Eckhard. lib. 24. cap. 184.*

Witebergam, ad Albim fluvium oppidum, Witechindus Magnus Rex Saxonum, à se dictam, condit, & filium sibi cognominem Sorabis Magistrum domûs ibidem constituit. Bertholdus Dux Saxoniae, Diterio Regis Saxonum filius, qui Witechindum juverat, victus quoque hoc prælio, & consiliis amicorum non acquiescens, tumultu militari à suis interficitur. *Fabritius.*

**DCCCCXIII.** Carolus Saxoniam ingressus, ad Heresburgk venit, & inde ad locum, ubi Lippa consurgit (Lipspring) & ibi synodum tenuit. Inde progressus ad Albiam fluvium venit, & in ipso itinere Bardongavenses (Bardorum pagus, Bardengau, circa Bardewicum in agro Püneburgico, ut *in notis*) & multi de Nortliadis (Nortliudi trans Albiam sedentes, Eginhardo Transalbiani dicuntur, ut *in notis*) baptizati sunt in loco, qui dicitur Horheym, ultra Obacrum fluvium, & pervenit usque ad locum, ubi Hora confluit in Albiam. Dispositis itaque tam Saxonibus, quàm Sclavis, in Franciam reversus est. *Regino.*

780.

Horheym hodie Orem dicitur, Guelpherbytum ac Dorstadium Parthenonem inter, in sinistra Obacri ripa situm. Albi Slavos, qui & Winidi vocantur, à Saxonibus illo tempore separabat. Verda urbs ad Alleram amnem in pago Sturmi dicto sita erat. Cùm verò Sturmiorum nulla mentio fiat inter Saxones, qui se Carolo ad Albim commoranti submiserunt, eos Annalistæ vicinis Bardengavensibus computasse videntur. A Bardengavensibus & Nordluis cœpit Episcopatus Verdensis. Wigmodia pagus, in quo Brema jacuit, nunc etiam lucis Evangelicæ conspectum nactus est; à Saxonibus & Frisiis inhabitabatur. *Eckhard. lib. 24. cap. 189. 190. 191.*

Saxones, qui è Francorum manibus, ex prælio superiori anno commisso, evaserant, inter Vandalos sibi sedes constituunt, quæ pars postea nuncupata Ostovalia est. Aliqui etiam ad oram Balthicam se conferunt, & ad sinum Codamicum. *Fabritius.*

**DCCCCXIV.** Saxones iterum fidem violant, arma corripunt suadente Widichindo. Rex autem ea tempestate miserat nuntios suos ad Adalgifum, & Geilonem, atque Conradum (in aliis annalibus vocatur Wo-

782.

radus) viros potentes, ut ducerent exercitum Francorum & Saxonum super Sclavos paucos, qui adhuc rebelles erant. Suprà dicti verò Principes, cum jam in itinere essent, audientes, quòd Saxones rebellassent, super eos arma verterunt, & commisso prælio, multos ex eis interfecerunt. In qua pugna duo Duces ceciderunt, videlicet Adalgisus & Geilo, in monte, qui dicitur Suntedal (ad Munderam, ditionis Brunſwicensis oppidum, ut *in notis*) Hoc audiens Imperator, cum Francis, quos sub celeritate congregare potuit, illuc perrexit, & pervenit usque ad locum, ubi Allara confluit in Wisaram. Tunc omnes Saxones iterum convenientes, subdiderunt se sub potestate suprà dicti Regis, & reddiderunt seditiosos, qui illam rebellionem maximè terminaverunt, ad occidendum, quatuor milia quingentos viros. Widichindus verò partibus Nortmanniæ aufugit. Interfectis itaque seditiosis, exilióque damnatis, Rex in Franciam reversus est. *Regino.*

Saxones, qui vivi servati, per deserta Diocesis Wirzeburgensis in Franconia locati sunt, ut sub certo censu terram excolerent. *Eckhard. lib.*

A. Chr.

24. cap. 209.

783.

**DCCCCXV.** Rex iterum Saxoniam ingressus est, eò quòd Saxones rursus rebellassent, & cum paucis Francis ad Thietmali (hodie Dermold in Comitatu Lippiensi) venit; ibi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc Rex cum Francis super eos irruit, & magnam stragem ex eis fecit, ita ut perpauci fugâ elaberentur. Post peractam victoriam venit Rex ad Paderbrunnam, ubi coadunato exercitu denuo super Saxones irruit, qui se sociaverant super fluvium, cujus vocabulum est Afa (Hafa, qui alluit Osnabrugam, ut *in notis*) ubi iterum pugná inicitâ, non minor numerus Saxonum cecidit, quàm in superiori prælio ceciderat. Tunc Rex Wisaram transit, & ad Albiam usque pervenit. Post hæc in Franciam revertitur. *Regino.*

784.

**DCCCCXVI.** Carolus ingressus est Saxoniam, eò quòd iterum rebellasset, & cum eis aliqua pars Frisonum: & pervenit usque ad Huculin, circumeundo & vastando omnia. Erat autem nimia inundatio aquarum. Ipse igitur per Thuringiam ab orientali parte intravit super Hofsfalos. Porro filium Caroli dimisit cum valida manu contra Westphalos. Itaque Rex Thuringiam ingressus, pervenit usque ad fluvium Albiæ, & inde ad Tagniofurt, deinde ad Scaninge (Schöningen) ex quo loco reversus est in Franciam. Westphali verò congregaverunt se juxta Lippam, quibus occurrit filius Regis in pago, qui dicitur Dragim (hodie Drevenick ad Lippiam) & inierunt pugnam, quibus viriliter superatis, reversus est Wormatiam, ad genitorem suum. *Regino.*

Locus annalibus Loifellianis Stangsford, Bertinianis Stangford, Mettensibus Stainfurt, Reginoni & Annalistæ Saxoni Tugnofort corruptius dictus, hodie Stasfurt dicitur, & Bodæ fluvio in Principatu Halberstadiensis adjacet. *Eckhard. lib. 24. cap. 216.* Nota ad *Reginonem* interpretantur Stainfurt Stenvordiam in Bentheimensi Comitatu, ast illuc Carolus in hoc anno non venit.

785.

**DCCCCXVII.** Rex venit in Bardenguni (Bardengau) & inde misit post Widichindum & Albionem, & utrosque ad se fecit venire, quos Sacramento firmavit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui acceptis obsidibus, ad Attiniacum ad Regem venerunt, ibique baptizati sunt: & tunc tota Saxonia subjugata est Francis. *Regino.*

Pader-



Paderbornæ leges Saxonum ordinatæ. *Eckhard. lib. 24. cap. 228.* A. Chr.

Saxones iterum more solito fidem & promissa violârunt. *Regino.* 793.

Rex diviso in duas partes exercitu, Saxoniam ingressus est, ipse per Thuringiam, Carolus verò filius ejus Coloniae Rhenum transit. Tunc Saxones, congregantes se in loco, qui dicitur Sinisfeld (Sintfeld, in Diœcesi Paderbornensi inter Burenam oppidum & Cœnobium Dalheim, ut in *notis*) præparaverunt se ad pugnam. Cùm verò audissent, se ex duabus partibus esse circumdatos, dissipavit Deus consilia eorum, quamvis fraudulenter Christianos se esse, & fideles Regi promiserant. *Regino.* 794.

**DCCCCXVIII.** Rex audiens, quòd Saxones secundùm consuetudinem, promissionem suam, quam de observanda Christianitate, & fidelitate Regis tenenda, fecerant, irritam fecissent, cum exercitu Saxoniam intravit, & usque ad fluvium Albiam pervenit, ad locum, qui dicitur Hiliumi (vicus Helingen, Bartenslebiis parens, ut in *notis*) in quo iisdem diebus Witzam Abotritorum Rex à Saxonibus occisus fuerat. Ibi etiam venerunt missi à Thudone, qui in gente & regno Avarorum magnam potestatem habebat, affirmantes, quòd idem Thudon cum terra & populo suo se Regi dare vellet, & ejusdem ordinatione Christianam fidem suscipere. Rex itaque afflictis magna ex parte Saxonibus, eorùmque terrâ vastatâ, acceptis obsidibus in Franciam rediit. *Regino.* 795.

Saxoniam cùm ingressus esset Rex, venere quidem aliqui Saxonum, exercitùmque sunt secuti; sed plurimi, præsertim palustrium ad Albim locorum incolæ, Wigmodii sive Bremenses, ac trans-albini planè non comparuerunt. Hi enim Wizzanem Obotritorum Regulum, Francis fidelem, cùm is suppetias Carolo adduceret, non procul ab Albi prope Ilmenoviam amnem, in loco Liuni dicto, occiderant, & punitionem metuebant. *Eckhard. lib. 25. cap. 76.*

**DCCCCXIX.** Rex cum filiis Carolo & Ludovico Saxoniam intravit. Obsides accepti in Westphaliæ pago Dreini. Hinc ad Visurgim penetravit Carolus, & ponte super amnem hunc constructo in loco Alifni, seu vico Lese, ex adverso Stoltenaviæ ad Visurgim sito, in Wigmodiam movit, regionem vastavit, & prætereà innumerabilem multitudinem, viros, mulieres, & parvulos captivos secum in Franciam adduxit. Prope Francofurtum aliqui collocati oppido Saxenhusæ nomen dederunt. Alii Coloniam deducti, extra veteres urbis muros domicilium fixerunt, unde adhuc Saxenhusanæ plateæ nomen ibi hæret. Meliores natu parvuli Romam missi, ut ibi fidei fundamenta addiscerent. In Franconiam etiam hoc tempore Saxones distributi; ab iis enim dicta fuisse loca Wusten-Saxen, Wald-Saxen, aliâque non dubium est. *Eckhard. lib. 25. cap. 89.* 796.

Mense Septembri Saxonum primores Aquisgrani in Comitiiis Regni comparuere, ubi rebus eorum discussis, capitulare editum est, cui Venerabiles Episcopi, & Abbates, Illustres viri Comites, simulque congregati Saxones de diversis Pagis, tam de Westfalâ, & Angrivariis, quàm & de Ostfalâ, omnes unanimiter consenserunt. *Eckhard. lib. 25. cap. 96.* 797.

Carulus expeditione facta totam Saxoniam, usque ad Oloha, quæ sita est in litore Oceani, peragravit, atque in deditionem per obsides acceptam Aquisgrani revertitur. *Annal. Fr. Fuldens.*

**DCCCCXX.** Carulus cum exercitu hyemavit in Haristallio Saxoni- 798.

co. Transalbiani Saxones, seditione commota, legatos Regios, qui ad justitias faciendas apud eos versabantur, comprehendunt, quibusdam ex eis statim trucidatis, quibusdam ad redimendum reservatis; ex quibus aliqui effugerunt, cæteri redempti sunt. Quo audito Rex in desertores (fidei datæ) arma corripiciens, totam Saxoniam inter Albim & Visurgim populando peragravit. Transalbianos per Eburisum legatum suum, & Trasugonem Ducem Obodritorum in prælio vicit, cæsis in loco certaminis IV. millibus, cæteris pacem postulantibus. *Ann. Fr. Fuld.*

Rex Bardewico in Northuringiam, ubi Helmstadium situm est, secessit. Hic ad eum Trasico cum suis victor venit. Lambeciani annales hoc produnt, & in Northingos (inquiunt) ibi pervenerunt ipsi Slavi ad Domnum Regem, & honoravit eos Domnus Rex, ut digni erant, mirificè. Et inde Rex remeavit ad Franciam, & de ipsis Saxonibus tulit secum, quos voluit, & quos voluit, dimisit. Apud medii ævi auctores honor est beneficium, quod recentior ætas feudum appellat. Honorare ergo erit beneficium dare, sive feudum. Unde suspicor: Obotritos circa hæc tempora partem Saxoniae ad Albim in confiniis Northuringiae, ubi jam sunt præfecturæ Ducatus Luneburgici, Hiddefakerensis, Dannebergensis, Luchoviensis, ac Marchia vetus, ad Oram amnem usque, à Carolo donò accepisse, ut Saxones è propinquo observarent. Hic enim locorum imposteriorum Winidi inveniuntur, quos ex Obotritis venisse verosimile est. Superfunt adhuc in Luchoviensi & Dannebergensi tractu, qui dialecto Slavica utuntur. *Eckhard. lib. 25. cap. 100.*

A. Chr.  
799.

Antequam Carolus Paderbornâ discederet, rediit ad eum Carolus filius, & captivos quamplures adduxit; Rex quoque magnam partem Saxonum secrevit, quam per Franciam dispergeret, ut novalia in locis infœcundis instituerent. Annales Lambeciani ajunt: & Domnus Rex inde tulit multitudinem Saxanorum, cum mulieribus & infantibus, & collocavit eos per diversas terras in finibus suis, & ipsam terram eorum divisit inter fideles suos, id est, Episcopos, Presbyteros, Comites, & alios Vasallos. *Eckhardus lib. 25. cap. 115.*

## SECTIO LXVI.

### SECVLUM VIII.

#### De Thuringis.

704.

**N<sup>us</sup> DCCCXXI.** Gozberto Duci filius successit Hetanus. Hunc jam Ducem fuisse docet ejus charta donatoria Arnstadii, & aliarum possessionum, & Jurium, S. Willibrordo, tunc Episcopo facta, cujus datum in castello Virteburh Kalendas Majas anno X. regni Domni Childeberti gloriosi Regis. Hetanum seu Hedenum hunc, cum Wirceburgi chartam suam emiserit, non dubium est, ibidem sedem habuisse, sicut & de patre ejus Gozberto constat. Resedit enim Wirceburgi in regione, quæ nunc Franconia dicitur, & quam ego (Eckhardus scribit) partem Thuringiæ à longo jam tempore fuisse statui; bonaque in hodierna Thuringia possedit, ut aded & Franconiam & Thuringiam nostri temporis, sub uno Ducis Thuringiæ nomine gubernârit. *Eckhard. lib. 18. cap. 9.*

DCCCXXII.

SECULUM VIII. DE THURINGIS.

247 A. Chr.  
716.

**DCCCCXXII.** Hetanus sive Hedenus S. Wilibrordo res suas Hamelburgi fitas donat. *Eckhard. lib. 20. cap. 2.*

Hoc & sequentibus duobus annis Hedenum crediderim partes Caroli Majoris Domûs adversùs Ragenfredum Majorem Domûs Neustriæ suscepisse, quibus in turbis ipse cum filio Thuringo, paulò ante S. Bonifacii in Thuringiam adventum, qui A. 719. contigit, occumbere potuit. Post ejus obitum *populi Thuringia sine Rectore vivebant*, & Orientales Thuringos tunc se Saxonibus submisisse, ut Willibaldus ait, credibile est. His enim defensoribus, à longo jam tempore, adversùs Vinidos Sorabos utebantur. *Eckhard. lib. 20. cap. 3. & 8.*

Carolus Major Domûs in Vinciacensi prælio Chilpericum Regem Fr. & Ragenfredum Majorem Domûs vincit: verosimile est, Hedenum Ducem Thuringiæ, & Thuringum filium ejus in eodem occubuisse. *Eckhard. lib. 20. cap. 7.* 717.

Chilpericus Rex & Ragenfridus, ut Carolo negotia ubique facefferent, Saxones hoc eodem anno 717. in eum incitant, quos anno sequente domuit. Hi nunc Thuringiam Orientalem invasisse videntur. Occidentalem Thuringiam, quæ postea Franconia dicta est, Saxonibus sese tradidisse non puto. Saxones quoque à Carolo domitos Thuringiâ abstinuisse credo, quia S. Bonifacius in Thuringiam A. 719. veniens, eos nec tunc, nec postea ibi invenit. *Eckhard. lib. 20. cap. 9.*

**DCCCCXXIII.** Francones nunc etiam ( in epistola Gregorii Papæ ) Thuringi dicti fuerunt, iisque & Hassi computati. *Eckhard. lib. 21. cap. 14.* 723.

Thuringi, qui cis Werram, atque à Nicro, & Odonica silva, Speflarto, & Buchonia, usque ad Danubium extensi erant, à jugo Saxonum liberati, & Francico Regno incorporati, Francicis etiam legibus vivere jussi, atque à tributo porcorum, quod reliquis Thuringis, usque ad Henrici II. Regis tempora, solvendum adhuc fuit, liberati sunt. Unde regio illorum sensim Nova Francia, ut apud Notkerum est, sive Franconia, diminutivo à Francia nomine, aut etiam pars Austriæ, & tandem respectu Franciæ Rhenensis, Francia Orientalis dicta est. Notatu dignum est, Notkerum Balbulum in vita Caroli Magni *lib. 1. cap. 25.* Franciam illam, quæ Anonymo Ravennati Rhenensis dicitur, antiquam Franciam ad distinctionem novæ, sive Franconiæ, vocare. *Eckhard. lib. 22. cap. 9.* 740.

**DCCCCXXIV.** S. Burchardus in Synodo secunda Saltzburgi ad Salam Franconicum in primum Episcopum Wirceburgensem consecratur. Carolomannus, Major Domûs, & Princeps in Austrasia, Suevia, & Thuringia, filius Caroli Martelli Majoris Domûs, re ipsa autem regia potestate utentis, Frater Pipini Brevis, Majoris Domûs in Neustria, & ab A. 752. Regis Franciæ, ratihabet Franciæ Novæ constitutionem, & S. Burchardo varias possessiones, & proventus donat. S. Burchardus in sua Dicecesi decem & sex Pagos, sive Comitatus, habebat, Gubernator Novorum Francorum, seu Franconiæ factus fuit, & dignitatem Ducalem etiam successoribus reliquit. *Eckhardus lib. 23. à cap. 1. usque 13.* 741.

SE-

## SECTIO LXVII.

## SECULUM VIII.

## De Bojoariis.

- A. Chr. **N**<sup>us</sup> **DCCCCXV.** *Ex Brunneri anal. Boj. in Ind. chron.* Theodibertus  
 712. Boicæ Princeps Ansprandum copiis Bojorum auctum in Italiam re-  
 mittit, quibus Aripertus Ragumberti filius victus est. Theodo V. Boicæ  
 716. Dux Romam voti causâ proficiscitur. Idem Boicam in quatuor partes  
 divisam æquali cum tribus filiis Imperio rexit. Patre mortuo Corbinia-  
 nus ad Grimoaldum Filium Frisingæ divertit.  
 723. *Ex Hansizio in Germ. sacra tom. 1. cap. 21.* Theodo circa annum 723.  
 naturæ debitum solverat. Ei superstites filii duo Theodebertus & Gri-  
 moaldus; sed Theodeberto brevè elato, unus remansit Grimoaldus, cui  
 725. bellum Carolus Martellus movit A. 725. eumque in leges Francicas, quas  
 aspernari Bojarii ob ignaviam Regum Francorum cœperant, denuo ade-  
 git. Obiit mortem eodem A. 725. Grimoaldus: tunc antiquatâ Bojariæ  
 Tetrarchiâ universam regionem Hugibertus Theodeberti filius sub Impe-  
 rium accepit; id verò minimè diu pacatum: nam cum Bojarii rursus  
 à Francis secessionem facerent, bellum exarsit, quo per Carolum Mar-  
 728. tellum impetiti A. 728. debellatique denuo sunt.  
*DCCCCXXVI.* *Ex Hansizio in Germ. sacra tom. 1. P. II. in Episcopo*  
*Patav. 1.* Subinde mortem obiit Hugibertus Dux anno eodem 736. aut  
 certè principio sequentis; quandoquidem certum sit, Utilonem, qui Hu-  
 737. giberto successit, jam anni 737. die XII mensis Februarii Principatum  
 gessisse: uti liquet ex tabulis, quas producit R. P. D. Carolus Meichelbeck  
 in hist. Frising. tom. 1. pag. 49. quibus subscribitur, Actum XII. die men-  
 sis Februarii, anno XII. Oatiloni Ducis: qui respondet anno Christi 748.  
 fuitque Otiloni Duci postremus id quod infra sub Sidonio Ep. Patav. ter-  
 tio §. 4. declarabimus.  
 Abhinc sequuntur excerpta ex *Eckhardo de reb. Franc. Orient.* utpote qui ex annali-  
 bus Francorum diligentissimè Francorum & Bojorum gesta enucleavit.  
 747. Odilo Dux Bojariæ moritur in Septembri. Succedit ei Thassilo fi-  
 lius, qui A. 742. natus erat ex Chiltrude sorore Carolomanni & Pipini.  
*Eckhard. lib. 23. cap. 102.*  
 749. *DCCCCXXVII.* Grifo tertius frater Carolomanni & Pipini, è Sa-  
 xonia, quam invaserat, expulsus, se recipit in Bojoariam: Viduam Odi-  
 lonis Chiltrudem cum filio ejusdem Thassilone, ope Lantfridi Alamanniæ  
 Ducis, & Suitgarii, in potestatem suam redigit, sed à Pipino vincitur,  
 restituto in Ducatum Thassilone. *Eckhard. lib. 23. cap. 107. ex diversis an-*  
*nalibus Francorum.*  
 757. Thassilonis Bojariæ Ducis fides, post obitum matris Chiltrudis su-  
 specta habetur. Suspicio erat, eum Langobardorum partibus favere, &  
 Saxones in Francos concitare. Citatus itaque Compendium ad comitia,  
 fidelitatem promisit Regi Pipino, & filiis ejus; dein quoque Parisiis su-  
 per corpora Sanctorum jurat. *Eckhard. lib. 24. cap. 44.*  
 763. Niverni comitia Pipinus celebrabat, inde contra Waifarum Aqu-  
 taniæ Ducem rebellem exercitum ducturus. His interest Tassilo, sed fi-  
 nitis eis se cum suis subdit, & obedientiæ renuntiat. *Eckhard. lib. 24.*  
*cap. 72.* **DCCCCXXVIII.**

SECULUM VIII. DE BOJOARIIS.

249 A. Chr.

*DCCCCXXVIII.* Tassilo hortatu summi Pontificis promissam Regibus Franciæ fidelitatem, novo Regi Carolo Magno Sacramentis & obsidibus renovat. *Eckhard. lib. 24. cap. 203.* 771.

Tassiloni anathemate minatur summus Pontifex, ni fidelitatem erga Francos fervet, sed ab uxore Liutberga, Desiderii Regis Italiæ filia, incitatus Francico Imperio Tassilo obsistit, ad comitia venire spernit, tandem triplici exercitu Francorum petitus, & imparem se videns, se submittit Carolo Magno, & terras suas per baculum, in cujus capite similitudo hominis erat, tradit, datis obsidibus duodecim, & decimo tertio filio suo Theodone. *Eckhard. lib. 24. cap. 14. 15.* 787.

*DCCCCXXIX.* Tassilo, cum fidelitatem sæpius rumperet, & postremum Hunnos & Avars in Francicum Imperium concitaret, ad comitia vocatur, ibi à proceribus tum Bavaricis, tum Francicis secundum leges judicatur, & crimina injecta ipse confessus, in monachum, unà cum filiis duobus, Theodone, & Theoberto, tonsuratur: uxor ejus, & filiaè similiter monasteriis includuntur: adeoque sic, familiam Ducali Agilolfingam extinctam; Bojoaria Ducali quoque dignitate privatur, & imposteriorum comitibus regenda committitur. *Eckhard. lib. 25. cap. 23. 24.* 788.

Carolus Rex, ipse Bojoariam ingreditur, & Ratisbonam confidet, quod vocatis Bojoariis, iis Comites præponit, quos Geroldo, Hildegardis Reginæ fratri, è Suevia oriundo, tanquam Misso, sive Legato Regio, obedire jubet. Leges etiam confirmat, & provinciæ quieti providet. *Eckhard. lib. 25. cap. 25.*

Coram Concilio Francofurtensi Tassilo comparens abdicavit se omni jure in Bojoariam. *Eckhard. lib. 25. cap. 65.* 794.

Geroldus Bojoariæ Præfectus, dum in Pannonia contra Hunnos præhaturus aciem strueret, incertum à quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem ac singulos hortantem comitabantur, interfectus est. *Eckhard. lib. 25. cap. 118.* 799.

SECTIO LXVIII.

SECULUM VIII.

De Slavis Croatis seu Carantanis.

*Nus DCCCCXXX.* Ex Historia Juvavensis Ecclesia de conversione Charentanorum edit. Freher. Hunni Carantanos hostiliter invadunt. Fuit tunc Dux eorum nomine Boruth, qui Bojoarios in auxilium invocat. Hi festini venientes expugnaverunt Hunnos, & obfirmantes Carantanos, hos simul servituti Regum Francorum subjecerunt. Obsides ex Carantanis in Bojoariam ducti, inter quos Caratius, filius Boruthi, & Chetumanus ex fratre nepos, qui in fide Christiana instructi. Mortuo Boruth, *per jussu-* 750.

*nem Francorum* Bojarii Caratium jam Christianum factum, petentibus eisdem Slavis remiserunt, & illum Ducem fecerunt. Sed ille tertio postea anno defunctus est. Iterum autem *per missionem Domini Pipini Regis*, ipsis populis petentibus, redditus est eis Chettamarus, Christianus factus, qui etiam Lupo presbytero ordinato in Juvavensi sede, in insulam Chemingi Lacy (in Chimino lacu, ita *Aveninus*) quæ & Anna (Angia) vocatur, dedit

*Pars IV.*

ii

nc-

nepotem suum ( id est Lupi ) nomine Majoranum ad presbyterum jam ordinatum.

- A. Chr. **DCCCCXXXI.** Exactis aliquantibus temporibus prænominatus Dux  
768. Charantanorum petiit Vergilium *Episcopum* ( ergo post A. 767. ) visitare populum gentis illius, illósque in fide firmiter confortare. Quod ille tunc minimè adimplere valuit, sed sua vice missio suo Episcopo nomine Modesto ad docendum illam plebem & cum eo Watonem &c. Qui venientes Charantanis, dedicaverunt ibi ecclesiam S. Mariæ in folio, & aliam in Uburnia ( Libarnia habet *Artemis* ) civitate sua Adundrinæ &c. Eo ergo defuncto Episcopo, postulavit iterum idem Chetamarus Dux Vergilium Episcopum, si fieri posset, ut ad se veniret. Quod ille rehuit, ortâ seditione quadam Carinulâ dimisit, sed inito consilio misit ibidem Latinum presbyterum. Et non multò post orta alia seditione exivit inde ipse Latinus presbyter. Sedatâ autem Carinulâ misit iterum Vergilius Episcopus ibidem Madalhodum presbyterum, & post eum Warmannum presbyterum.
770. **DCCCCXXXII.** Mortuo autem Chetamaro, & orta seditione, aliquot annis nullus presbyter ibi erat, usque dum *Walinch* Dux eorum misit iterum ad Vergilium Episcopum, & petiit ibidem presbyteros mittere, qui tunc misit eis Hiemonem &c. Non multò post misit iterum ibidem eundem Hiemonem, & Dupliterum &c. iterumque misit eis Gotharium &c. post eos Regenbaldum &c. ac deinde Majoranum &c. iterum Regenbaldum &c. Et hoc sub Vergilio factum est Episcopo.
774. **DCCCCXXXIII.** Simili etiam modo Arnon Episcopus successor Vergilii, sedis Juvavenfis deinceps curam gessit pastorem undique ordinans presbyteros, & mittens in *Slavoniam*, in partes videlicet *Charantanas*, atque *inferioris Pannonia* illis Ducibus atque Comitibus, sicut pridem Vergilius fecit. Quorum ( Ducum ) unus *Ingo* vocabatur, multum carus populis &c. Iterum contigit anno videlicet nativitatis Domini DCCXCVIII. Arnonem jam Episcopum, à Leone Papa accepto pallio ( anno superiore scilicet 797. ut annales docent ) remeando de Roma venisse ultra Padum &c. Tunc jussu Imperatoris ordinatus est Theodoricus Episcopus ab Arnone Episcopo Juvavenfium. Quem ipse Arnon, & Geroldus Comes perducentes in Slavoniam dederunt in manus *Principum*, commendantes illi Episcopo regionem Charantanorum, & confines eorum occidentali parte Drani ( Dravi ) fluminis, usque dum Dranus fluit in amnem Danubii, ut potestativè populum regeret sua prædicatione &c. Hactenus historia Juvavenfis.
778. **DCCCCXXXIV.** Chronologia superior, secundum verosimilitudinem tantum adscripta est, cum auctor historiarum Juvavenfis non in quibuslibet narratis chronologia rationem habuerit. Annus 750. & 754. non multum fallere potest, nam Caratius per jussionem Francorum, Chetomarus autem per missionem, seu jussu Pipini Regis, Carantanis Dux datus: ergo ille antequam Pipinus Rex esset: hic dum jam in Regem unctus Pipinus, quod anno 752. contigit; ita ut illud ante, hoc post annum hunc, intercedente triennali intervallo, collocandum sit. Anno 767. die XVII. Cal. Julii seu 15. Junii ( ita expressè referente Anonymo Juvavenfi ) Episcopus consecratur Vergilius: igitur citius non, quam in hoc, vel potius sequente anno visitatio Carantanorum, aut missio Episcopi suffraganei peti & expectari poterat. Annus 770. supponit hunc suffraganeum biennio egisse inter Carantanos; eò autem mortuò ipse Anonymus Juvavenfis tacite annos repetitæ missionis distinguit. Annus 774. hinc per se evadit; & cum aliquot annis disturbia religionis, & interruptio missionis intervenisse dicantur, non incongruè pro reassumpta missione sub novo Duce *Walinch* annus 779. quadrat. Exinde ipse Anonymus iterum missiones annuas, nume-

SECUL. VIII. DE SLAVIS CROATIS SEU CARANTANIS. 251

rosex, distinguit, quarum posterior rectè in annum 784. cadit, quoniam anno sequente 785. Vergilius Episcopus mortuus, & ejus loco Arnou III. Id. Junii in Episcopum & successorem promotus est, prout Annales ab *Eckhardo tom. 1. rer. Franc. Orient. p. 805. & 806.* editi his verbis testantur: *A. DCCLXXXV. Arn Episcopus est ordinatus III. Id. Junii.*

*DCCCCXXXV.* Hinc nunc concludendum est, historiam Boruthi Carantanorum Ducis, & successorum ejus Caratii, Chetumari, Walingi, & pro parte Ialtem, Ingonis, absolute ad seculum octavum pertinere, si etiam supponeretur, Boruthum 50. annis regnasse, quia ante adeptam à Pipino Regiam dignitatem jam filius ejus Caratius successerat. Sequitur item, successores Samonis, Carantanorum Regis, qui ab Anno 624. usque 659. in seculo priore per 35. annos regnaverat, ignorari; verosimile autem multò magis est, Carantanos, sicut ante Samonem sine Rege, & sub optimatum tantum Imperio fuerant, huncque Regem seu potius Woiwodam, id est Ductorem exercitus, ad depellendam Hunnorum tyrannidem creaverant, ita quoque eò motuo, & perseverante pacifico rerum statu, ad optimatum Imperium regressos fuisse, usque dum nova irrupcio Hunnorum seculo subsequente ingrueret, quæ Ductorem populi postulabat. Abinde verò, quanquam extincto Chetumaro rursus ad optimatum systema inclinarent, Ducatus à Francis imperatus in alterum successorem transivit.

De Slavis Sorabis.

A. Chr.  
741.

*DCCCCXXXVI.* Circa tempus Synodi Saltzburgenfis de hoc anno jam in Diocesi Wirzeburgensi ad excolenda novalia sub certa *census annui pensatione* receptæ erant diversæ *familia Slavorum* propinquorum, qui, quoniam Episcopatu & parochiis obnoxii erant, Bargildi, sive parochorum censuales & accolæ vocabantur. Nacti sunt Episcopi Wirzeburgenses hos Slavos censuales ea occasione, quòd ipsis quoque cura ecclesiarum in finibus Saxonum & Slavorum sitarum commissa esset. In Moguntina verò Diocesi nulli, & in regione, quæ Fuldensi monasterio attributa postea est, pauci admodum Slavi, occasione supradicta deficientes, inveniebantur. *Eckhard. lib. 23. cap. 7.* In vicina Bohemia tunc nullæ erant adhuc ecclesiæ Christianæ, ergo nec Bargildi ex illa patria, sed Sorabia erant.

*DCCCCXXXVII.* Slavi hi censuales æquè, ut alii subditi, ad duplex tum usuale tributum, Steoram scilicet pro belli sumptibus, & Osterstuopham, seu poculum paschale, pro conviviis in campo annuo majali seu conventu populi generali parandis, & quidem collatione mellis & frugum, tenebantur. *Eckhard. ibid. cap. 6.*

Census erat: solidum ( argenteum nempe, in 12. denariis consistentem, nam solidus aureus 40. valebat. *Eckhard. lib. 5. cap. 12.*) de casata suscipere &c. In privilegiis aliquibus Wirzeburgensibus mentio fit Winidorum, Slavorum, *Serborum*, sive Soraborum, Mainwinidorum, ac Radenz-winidorum. *Eckhard. lib. 24. cap. 126.* Mainwinidi erant, qui agros colebant ad Mœnum, Radenzwinidi, qui ad Radantiam: colebant quoque ad alios fluvios, Auracham, Wisentam, Aischam, Itscham, & Baunacham, item in Buchonia silva. *Eckhard. ibid.* Winidi, Slavi, erat nomen generale, sed *Serbi*, seu *Sorabi* speciale.

*DCCCCXXXVIII.* In Silvestribus locis Radantiam inter & Mœnum à S. Burchardi tempore ( id est ab A. 741.) Slavi Winidi, ex Sorabis puto & Behemannis sive Bohemis, sedes fixerunt, & terram excoluerunt. Hi Moinwinidi & Radanzwinidi vulgò dicebantur, & Comites super se habebant census exactores. Diocesis Wirzeburgensis in eos extendebatur. Ad fines enim Bohemiæ usque procedebat. *Eckhard. lib. 25. cap. ult.* De Serbis seu Sorabis, qui plano situ cum Diocesi Wirzeburgensi jungebantur, rectè omnino judicat Eckhardus: non itidem id mihi persuaserit de Bohemis, lato tractu incultorum montium dissidentibus, qui hoc vallo reconditi & separati nullum fermè commercium in re politica & simul Chri-



stiana cum finitimis populis alebant, sed ad finem primam seculi octavi (dum Caroli Magni copiae ad oppugnandos Hunnos Herciniam penetrarunt, & per Bohemanos iverunt) iis innotuerant.

A. Chr.  
789.

**DCCCCXXXIX.** Fuerunt autem cum eo (Carolo M. in expeditione contra Slavos, Wilzos dictos) Sclavi *Urbi*, & Abotrudi, quorum Princeps vocabatur *Wizan*, *Regino ad hunc annum.*

Annales Bertiniani, Loifeliani, Auctor incertus vitae Caroli M. legunt; Suburbi. Monachus Egolismensis: Suurbi. Annales Metenses: Surui. Annalista Saxo: Surbi. Nulli alii fuisse videntur, quam Sorabi, qui & Sorbii, Serbii, Sworbii, Swerbii, Swirbii, & Sirbii dicti fuerunt, teste Sagittario hist. Lusat. §. 13. Hi *Lusatiam superiorem una cum Misnia* incoluerunt, ac partem Saxoniae superioris ad Herciniam, oppressis ibi Hermunduris, & ipsa Suevica gente. Rudera arcis Soraborum Salsfeldiae ad Salam adhuc conspiciuntur, olim die *Sorbenburg* dictae, vulgo der hohe Schwarm, de quo Sylvester Liebl, Salsfeldographia, quae adhuc in M. Sto extat, integro cap. 24. *Nota ad Reginonem editione Struviana.*

780.

**DCCCCXL.** Ab Obacro ad Horam fluvium in Albim se exonerantem Rex (Carolus M.) profectus est, & castra in confluentibus Orae Albisque posuit. Albi Slavos, qui etiam Winidi vocantur, à Saxonibus illo tempore separabat. *Eckhard. lib. 24. cap. 190.*

782.

Sclavi inter Salam & Albim habitantes, praedae causam in Thuringiam primum, tum etiam in Saxoniam tumultuantes irruunt, non levi suspitione, illos à Witechindo allectos, ut eorum viribus sese tueretur, qui jam certò suis confidere non audebat. *Fabritius.*

Liudevitus Siscia civitate relicta, ad Sorabos, quae natio magnam Delmatiae partem obtinere dicitur, fugiendo se contulit. *Adelmus ad A. 822.*

**DCCCCXLI.** *Procopius de bello Gotico lib. 3. cap. 33.* manifestam fidem facit, huius belli tempore Barbaros totius Occidentis Imperio (ergo & Illyrico) palam potitos esse. Ad gesta anni 549. & 550. idem *Procopius lib. 3. cap. 38. & 40.* palam iterum fatetur, Slavinos Thraciam omnem, atque Illyricum impunè vastasse, ac multa *utriusque* (ergo & Illyrico) castella obsidione cepisse, ab itinere autem, Thessalonicam versus cepto, ob Romanas copias Sardicae se ad expeditionem parantes, progressos, superatis omnibus Illyrici montibus, patiente Romanorum exercitu, (qui expost, hoc Slavorum ex Thracia regressu contentus, hyemem Salonis, ad oras maritimas Dalmatiae, agebat, & expeditioni Italicae in futurum annum 551. se accingebat) Dalmatiam, interioriorem scilicet, intrasse, ibique, pariter hybernando, se collocasse. Ad gesta anni 551. nullatenus meminit Procopius à Slavis Dalmatiam derelictam esse, sed fatetur, partem exercitus Slavici in Thraciam, ad Adrianopolim usque, excurrisse, & de Romanis victoriam insignem reportasse. Indubitatum ergo videtur, & ab omnibus fermè Auctoribus agnoscitur, Slavos circa annum 550. sedem stabilem in Dalmatia, & vicinis terris fixisse; bene distinguendo tamen, non integrum populum Slavorum Antharum, sed partem solummodò, ex transdanubiana ripa in cis-danubianam se transtulisse.

**DCCCCXLII.** Qui in Dalmatia, circa hodiernam Serviam confederant, exinde ad distinctionem suae coloniae Slavice se *Srbi* nominabant: qui verò ad Savum amnem se contulerant, antiquum nomen *Slavnj* retinebant: unde latine hi Slavoni, illi Serbi, Sirbi, Sorbi, Surbi, interjecta ubique vocali, appellati sunt. Hinc ortum nomen regnis Slavoniae, vel corruptè Sclavoniae, & Serviae, quae posterior regio olim Dalmatiae pars sine speciali nomine erat, excepta illa parte, quae ripae Danubii insidebat, & Necessa prima seu superior, & dein Dacia Ripensis andiebat.

*Procopius de bello Goth. lib. 1. cap. 15.* describendo provincias Illyrici, ad dextram Dalmatiae nullam aliam regionem, quam Daciam Ripensem collocat, ita ut Dalmatia tunc non tantum partem Serviae, sed & totam Bosniam incluseret, quod nomen Bosniae multò serius, quam Serviae invaluit.

**DCCCCXLIII.**

**DCCCCXLIII.** *Srbj* populi dicti sunt à *Srp*, *Srpiti*, vel, ut antiquitus, à *Srb*, *Srbiti*; *Srb* vel *Srp* Slavice falcem, *Srbiti* metere significat; unde & mensis Augustus, Slavis *Srpen*, à messe dicitur. Cùm itaque omnis populus Slavorum, loca silvestria, & herbis florentia, utpote alendis pecoribus aptiora, tunc temporis prædiligenter, Slavini illi, qui intra montes Dalmatiæ confederant, ab herbarum copia & messione sedes has novas, & sese ipsos insignierunt. In cujus rei testimonium in regione illa, quæ à Dalmatia maritima, seu Lica & Corbavia, continuis montium jugis, Tsemerniza dictis, à reliqua Croatia fluvio Unna, à Bosnia propria fluvio Plivá, & à Slavonia fluvio Savo fecernitur, inter fontes divaricatos Unnæ planities sat vasta nomen antiquum *Serp* adhuc in hoc tempus conservat, luculento signo, in hac regione olim Slavos Serbios, seu Servios confedisse. Literas alioquin B. P. V. unam pro altera usurpari, in pluribus linguis commune est. Occurrit etiam vocula *Srb* per B. in veteribus vestigiis Bohemicis: v. g. *Mlikosrb* villa; in dominio Chlumetz ad Zidlinam, Circuli Regino-Hradecensis in Bohemia, nomen inde traxit, ac si diceretur locus herbis ita fœcundus, ut quasi lac metatur: *Mliko* enim, lac est. *Srb* vocabulum Slavice non habet vocalem formalem, sed virtualement tantum in litera R. quæ medium quid inter e. i. o. u. sonat, & magis ad o. vel u. quàm ad e. vel i. accedit; unde Germani audientes pronuntiationem Slavicam, & *Sorb*, vel *Surb* se comprehendisse rati, *Sorben*, & laxius *Soraben* pronuntiavere, & latinum *Sorabi* deduxere. Hi *Sorabi* Dalmatici sunt ergo illi, de quibus, ut supra num. 940. *Adelmus* in Francica historia ad A. 822. refert, quòd magnam Dalmatiæ partem obtinere dicantur, & ad eos *Lidovitus* ex *Siscia* civitate (quæ est *Siszek* in hodierna Croatia) confugerit; quod perfugium quidam auctores, sed planè non aptè, de *Sorabis*, etiam *Daleminciis*, seu *Deleminciis* dictis, in Saxonia seu *Misnia* hodierna, interpretari volunt: hæc enim *Dalemincia* tum *Francico Imperio* parebat, ad cujus territorium certè se *Lidovitus* fugiens non recepisset.

**DCCCCXLIV.** Ad Annum 561. & 567. rectè differit *Eckhardus de reb. Franc. Orient.* lib. 8. cap. 2. & 15. statuendo. *Venedos* Slavos, ut *Attilæ* olim adhærentes, sic & nunc cum *Hunnis* in *Thuringiam* irruisse, & quidquid inter *Salam* & *Albim* terrarum jacet, à dictis *Venedis* Slavis, qui & alio nomine *Sorabi* dicti, inhabitatum, & pace præcipuè sempiterna A. 567. inter *Francorum Regem Sigebertum* & *Hunnos* seu *Avares* initâ, possessionem hanc confirmatam fuisse. Verius nihilominus videtur, non A. 561. sed primùm A. 567. Slavos *Hunnis* *Noricis*, & simul *Avaribus* socios extitisse. Hinc ergo originem habent *Sorabi* *Thuringici*; cùm *Sorabi* *Dalmatici*, *Avarum* focii, priore sede posthabitâ, utpote ob ingruentes alios *transdanubianos* populos inquietiore, in noviter occupato *Thuringico* solo, sub protectione *Francici Imperii* remanserint. Hi *Sorabi* *Thuringici* apud *Bohemos* quoque nomen patrium retinuerunt, horum enim lingua, nova patria illorum *Srbsko*, & populi ipsi *Srbj* vel *Srbj* audierunt.

## SECTIO LXIX.

### SECULUM VIII.

#### De Hunnis & Avaribus.

**N<sup>us</sup> DCCCCXLV.** Tempora priora hujus seculi videantur in sectione de Slavis Carantanis & Moravis.

A. Chr.  
788.

Commisum est bellum inter Græcos & Langobardos, Ducibus *Hildebrando* *Spoletano*, & *Grimaldo* *Beneventano*, & *Winegiso* à Rege directo cum *Francis*: & fugati sunt Græci, & victores extiterunt *Franci* & *Langobardi*. Per id tempus pugna commissa est inter *Avaros*, & *Francos*, qui in Italia habitabant, & Deo largiente victoriam obtinuerunt *Franci*. Tertia pugna commissa est inter *Avaros* & *Bajoarios*, in Campo *Iboræ*, & fuerunt ibi *Missi* *Regis* *Grahamanus* & *Odoacer* cum aliquibus *Francis*, & Deo auxiliante victoria fuit *Francorum* seu *Bajoariorum*. Quarta pugna fuit contra *Avaros*, qui voluerunt vindicare eos, qui in

prælio superius dicto conciderant : sed Deo adjuvante victoria Christianis cessit. *Regino.*

NOTA : Avars, ut cum Thassilone Bojoariorum Duce conventum erat, duplicem exercitum contra Francos duxerant : unum, per tractum Carantanum, in Forumjulium, quod tunc obtinebant Franci : alterum in Bojoarios Carolo Magno fideles, qui Thassiloni Duci non adhærebant. Uterque autem exercitus Avarum fusus & profligatus est. Locus pugnae cum Bojoariis ab aliis Francicis annalibus vocatur Campus Iboic, & ab *Eckhardo lib. 25. cap. 25.* habetur pro Campo ad Ilin seu Ips fluvium.

A. Chr.  
791.

**DCCCXLVI.** Carolus ad partes Bajoariorum perrexit, & Ratisbonam pervenit, ubi & exercitum suum convenire iussit, ibique cum consilio Optimatum regni disposuit ire in Avarorum regnum, propter malitiam intolerabilem, quam in Gallorum populos gesserunt & ecclesias Dei. Venit ergo cum exercitu usque ad Anisam fluvium, ubi triduanum jejunium cum Litaniis fecerunt, postulantes pro salute exercitus & adiutorium Dei, & vindictam inimicorum. Rex itaque littora Danubii de Australi parte tenuit : Saxones autem cum quibusdam Francis, & plurima multitudine Frisonum de Aquilonari : & ita pergentes pervenerunt, ubi jam dicti Avari habebant munitiones (id est castra, fossa, vallisque munita, in sic dictis Hringis seu circulis) paratas, de Australi parte (Danubii) ad Chunberg, (inter Zeiselmaur & S. Andreae vicum) de Aquilonari verò ripa, in loco, qui dicitur Camp, sic enim nominatur ille fluvius, qui ibi influit in Danubium. Itaque Avari, cum ex utraque ripae parte vidissent exercitum, & classem per medium fluvium venientem : tantus terror, Deo faciente, illos invasit, ut dimissis praesidiis munitionum, fugae latibula quaererent, & sic, Christo Duce, uterque exercitus absque laesione Pannoniam introivit. Pervenit autem Rex usque ad fluvium, qui dicitur Raaba (Arrabo seu Raab fl.) omnia caedibus, incendiis, rapinisque devastans, & inde reversus Ratisbonam, celebravit ibi Natalem Domini & Pascha similiter. *Regino.*

**DCCCXLVII.** Duæ itaque erant munitiones Hunnorum seu Avarum in ripa Danubii, una scilicet in ripa septentrionali ad fluvium Kamb, ubi hic influit in Danubium, quod est inter civitates hodiernas Crembs & Traismauer ; altera in ripa Danubii australi ad montem Chunberg. De hac clariùs loquitur *Eginhardus in vita Caroli M.* ubi dicit, eam juxta Comagenos civitatem in montem Cumiberg vallo firmissimo extructam fuisse. Civitas Comagenorum, ut supra num. 352. & seqq. pluribus dictum, absque dubio ibi erat, ubi nunc est Zeiselmaur : ergo pars montis Cetii, qui proximè ibi adiacet ad vicum hodiernum S. Andreae, vocabatur tunc temporis Cumiberg. Hunc situm confirmat Diploma Ludovici Regis Austrasiae ab *Avenino lib. 4. pag. 316.* allatum, quo Reginario Episcopo Bathaveni (id est Passaviensi) donat in regione Avarorum Chirchpach, terramque centum praediorum per circuitum usque ad Chunberg. Kirchpach adhuc hodie superest in vicinia dicti vici S. Andreae, in convallibus montis Cetii, & praedia in circuitu ibidem jacentia ad Ecclesiam Episcopalem Passaviensem spectant, ut de situ montis Chunberg dubitari nequeat, licet nomen hoc ibi loci nunc evanuerit. Colligendum igitur ex historia anni 791. est : Avars tunc non tantum in Austria hodierna Cisdanubiana, sed & Transdanubiana sedisse, & munimenta seu Ringos vallo firmissimo munitos duos habuisse, ex quibus per copias Caroli Magni ejiciebantur.

795.

**DCCCXLVIII.** Carlus cum exercitu Saxoniam ingenti populatione vastando, pervenit usque ad locum, quem vocant Liuni, ubi Witzan Dux Abodritorum ad Regem pergere volens, à Saxonibus occisus est. In eo loco Tudun, qui in gente Hunnorum magnae potestatis erat, per Legatos suos se & terram cum populo, cui praerat, Regi daturum, & Christianum futurum esse promisit. *Annal. Fr. Fuldenses.*

Ca-

Cagam (Caganò) & Jugurro Principibus Hunnorum civili bello & intestina clade à suis occisis, campus eorum, quem vocant *Hringum*, primò per Ehericum Ducem Foro-Juliensem, deinde per Pipinum filium Regis addictus & captus est, & omnes Hunnorum opes ac thesauri sublatis, & Carlo in Aquisgrani Palatio allati sunt. Tunc secundum pollicitationem suam cum populo suo ad Regem ventens, baptizatus, & honorificè remissus est. *Annal. Fr. Fuldenses.*

796.

**DCCCXLIX.** *Eckhard. lib. 25. cap. 77.* adventum Thuduni, ex aliis annalibus in annum 795. collocat, sed facilis est conciliatio: Thudun venit Aquisgranum, ubi Carolus M. ad finem anni 795. & initium 796. hibernabat, & quia Thudun absque dubio ibidem aliquo tempore substitit, facile hoc partem utriusque anni complectebatur. Deditio Thuduni, ut ex sectione de Slavis Moravis patebit, causata erat ab infestatione Moravorum, qui Hunnos vicinos à se amoliri studebant.

**DCCCCL.** Bellum ipsum eodem anno 796. erat duplex: de primo refert *Eckhard. lib. 25. cap. 85.* Ericum Ducem Foro-Juliensem, mediâ hyeme, militem lectum, cum Wonimiro Slavo, ex Carantanis in Pannoniam ablegasse, qui, præter spem ferè, tantæ felicitatis fuerit, ut fortissimum Hunnorum munimentum, nec per aliquot secula à quoquam inquietatum, quod *Ringum* dicebant, intraret, diriperet, & thesauro præcorum Regum ibi custodito potiretur.

*Historia Juvavensis Ecclesie* (vid. num. 933) circa hæc tempora Slavis plures Duces fuisse asserit, & Ducem Carantanorum Ingonem nominat, fors itaque Wonimir Dux erat hodiernæ Croatiae, vel Slavoniae. Ringos plures habebant Hunni, & erant spatia amplissima, in modum circuli fossâ, vallo, sepibus, arboribus &c. munita, in quibus circumferentis vallatis Hunni habitationes suas inter se vicatim disjunctas habebant, ut fusiùs hoc describit *Aventinus lib. 4. pag. 333.* Desumpsisse hanc descriptionem videtur *Aventinus* ex *Notkero Balbulo in vita Caroli M.* qui *Notkerus* ipse Hunnicò bello interfuit, & ab *Eckhardo lib. 25. cap. 90.* quoad hos Ringos, seu Circulos, ut *Notkerus* appellat, describitur. *Novem vales circuli* in terra Hunnorum fuerunt, ex quo colligendum, Hunnos non omnem terram suæ ditionis per se habitasse, sed passos esse, ut & alii populi, præsertim Slavi, cum quibus amicitiam colebant, extra Circulos secum habitarent.

**DCCCCLI.** Bellum secundum hujus anni instaurabatur contra Hunnos à Pipino Rege ipso, qui in alio Circulo, & quidem ultra Danubium ad flumen Tibiscum sito, Hunnos adortus est, & opes eorum hic congestas occupavit. *Eckhard. lib. 25. cap. 90.*

796.

Hunni penitus domiti sunt, & finis impositus est bello cum iis A. 791. incepto. *Eginhardus in vita Caroli M.* inquit: quot prælia in eo gesta, quantum sanguinis effusum, testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus, in quo Regia Cagani erat, ita desertus, ut ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat: tota in hoc bello Hunnorum nobilitas perit, tota gloria decedit, omnis pecunia & congesti ex longò tempore thesauri direpti sunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quò illi magis ditati & opibus aucti sunt.

799.

## SECTIO LXX.

### SECVLVM IX.

#### De Slavis Dalmaticis & Pannonicis.

**N<sup>us</sup> DCCCCLII.** Dalmatia à Slavis inhabitabatur, qui partim Imperatori Constantinopolitano, partim Francis parebant; hi Slavi simpliciter, illi *Romani* vocabantur, Græci enim, quidquid ad eorum Imperium

817.

rium

- rium pertinebat, Romanum, & Constantinopolim Novam Romam apelabant. Slavi Francis parentes suberant Duci Forojulienfi, qui tunc Cadolacus erat, & finium simul curam gerebat. *Eckhard. lib. 28. cap. 128.*
- A. Chr. 818. **DCCCCLIII.** Heristalli Ludovicus Imp. recepit Legatos Obotritorum, ac Bornæ Ducis Gudufcanorum, & Timotianorum (in Dalmatia interiore hodie Bosnia & partim Servia) qui nuper à Bulgarorum societate desciverant, atque Francis sese dederant. Borna ab iisdem, qui hæc referunt, annalibus Laureshamensibus anno sequenti Dux Dalmatiæ dicitur. Ad eam ergo & Gudufcani, & Timotiani pertinuerunt. Erant cum illis & Oratores Liudeviti Ducis Pannoniæ inferioris (seu Saviæ, hodie Slavoniæ, & partis Croatiæ) qui novas res moliens, Cadolaum Comitem, & Marcæ Forojulienfis præfectum, crudelitatis & insolentiæ accusare conabatur. Imperator singulis auditis, & remissis, Aquisgranum demum profectus est. Obotriti hic diversi sunt ab ejusdem nominis populis, maris Balthici accolis; Carantanis enim vicini fuerunt. *Eckhard. lib. 28. cap. 145.*
819. **DCCCCLIV.** Varia bella Inter se gesserunt Slavi in Dalmatia, & in Pannonia inferiore. Hic erat Dux Lidovitus, Francis adversus, ibi Borna Francis additus. Latius hæc describit *Eckhard. lib. 28. cap. 151.*
820. Tres exercitus contra Liudevicum in Pannoniam mittuntur, quorum unus de Italia per Alpes Noricas: alter de Saxonia per Carantanorum provinciam: tertius Francorum per Bajoariam & Pannoniam superiorem ingressi: cum in unum conveniunt, totam penè regionem ferro & igni devastantes, nullo gravi damno accepto reversi sunt. *Annal. Fr. Fuld.*
821. **DCCCCLV.** Borna, Dux Dalmatiæ & Liburniæ, defunctus est, cui ad petitionem populi nepos illius ex fratre vel sorore Ladislaus ab Imperatore successus est. *Eckhard. lib. 28. cap. 166.*  
Dalmatia, nunc quoque sic dicta, Imperatori Constantinopolitano simul cum dominio maris Adriatici relicta, ejusque Præfectus Jaderæ, nunc Zara dicta, refedit. Imperatori verò Romano attributa fuit ea veteris Dalmatiæ pars, quæ à Croatis occupata, deinde Croatiæ nomen retinuit. *Eckhard. lib. 28. cap. 167.*
822. **DCCCCLVI.** Exercitus Italicus ad conficiendum bellum Pannonicum adversus Liudevicum missus est. Intellecto hujus adventu, Liudevitus Siscia civitate, nunc Sisseck dicta, atque ad Colapis & Savi confluentes sita, relicta, ad Sorabos sive Serbos, à quibus nunc Serviæ nomen restat, quique eo tempore maximam Dalmatiæ partem obtinebant, confugit. Ibi uno ex Ducibus, à quo receptus erat, dolose interfecto, civitatem ejus in suam ditionem redegit. Missis tamen ad exercitum Imperatorium Legatis, se errasse professus est, atque in præsentiam ejus, si placeret, se venturum, promisit. *Eckhard. lib. 28. cap. 175.*
823. Liudevicus, qui superiore anno, propter exercitum contra se missum, relicta Siscia civitate, ad Sorabos, qui magnam Dalmatiæ partem obtinere dicuntur, fugiendo se contulit, & iterum, cum in Dalmatas ad Emuhslum (*Liudemisium*) avunculum Bornæ Ducis pervenisset, dolo ipsius interfectus est. *Annal. Fr. Fuld.*  
Liudevitus, cum relictis Sorabis, sive Serviis, Ludemillum avunculum Bornæ Ducis in Dalmatia invisisset, & cum eo per aliquod tempus commoratus fuisset, dolo ipsius interfectus est. *Eckhard. lib. 28. cap. 196.*
827. **DCCCCLVII.** Dalmatæ Slavi Græcis Imperatoribus parentes, cum classes Græcorum, ad Cretam adversus irruentes defendendam destinatæ, discessissent, sese unà cum Serviis in libertatem asseruerunt, suisque, non alienis legibus, vivere cœperunt. *Eckhard. lib. 28. cap. 245.*  
Obotriti in Illyrico vulgò Prædenecenti dicebantur, & in confinio Bulgarorum Daciam Danubio propinquam (*Ripensem*) incolebant. *Eckhard. lib. 28. cap. 214.*  
Avunculus Bornæ, qui ad A. 823. ab Annalibus Fuldensibus Emuhslus, & ab Eckhardo Ludemillus dicitur, à *Pessins lib. 2. cap. 4. pag. 138.* vocatur Liudemisus, id est Slavice, secundum Croaticam dialectum, Liudemisl.

# SECTIO LXXI.

## SECVLVM IX.

### De Saxonibus.

A. Chr.

**N<sup>o</sup> DCCCCLV<sup>III</sup>.** Carolus misso in Saxoniam exercitu Transalbinos 802.  
Saxones vastavit. *Regino.*

Carolus Saxonibus, qui ipsi fideles erant, injunxit, ut Saxones Transalbinos adhuc rebelles peterent, & regionem ipsorum devastarent. *Eckhard. lib. 26. cap. 21.*

Hoc anno bellum Saxonicum ad finem perductum est; licet enim 803.  
anno sequenti adhuc in Wigmodios, & Albi aditos populos Carolus copias duxerit, reliqui tamen Saxones hoc anno integram cum Imperatore pacem inierunt. Conditiones pacis secundum Eginhardum, Poëtam Saxonem, & chronicon Quedlinburgense fuere: 1.<sup>o</sup> Ut idololatriæ gentili valedicerent, & Christianam fidem amplecterentur. 2.<sup>o</sup> Ut ab omni tributo aut censu liberi essent, decimis exceptis, unde Sacerdotes alendi erant. 3.<sup>o</sup> Ut Episcopis obedirent. 4.<sup>o</sup> Ut liberi essent, & legibus Saxonibus viverent, sub Comitibus à Rege imponendis, & Legatis sive Missis Regiis. 5.<sup>o</sup> Ut perpetuo fœdere Francis essent uniti, unumque cum iis Regem haberent. *Eckhard. lib. 27. cap. 8. & 9.*

*Capitulare Saxonicum* eodem anno à Carolo conditum inseritur per extensum in dicti *Eckhardi lib. 27. cap. 17.* hoc inter multa alia continet: *Art. XXV.* ut nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro justitia reclamandi aliquis præsumat, & si hoc aliquis facere conaverit, nostrum bannum persolvat. *Art. XXX.* Dedimus potestatem Comitibus bannum mittere infra suo ministerio de fida vel majoribus causis in sol. LX. de minoribus verò causis Comitibus bannum in sol. XII. constituimus. *Art. XXXIII.* Interdiximus, ut omnes Saxones generaliter conventus publicos nec faciant, nisi fortè Missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit, sed unusquisque Comes in suo ministerio placitum & justitias faciat, & hoc à Sacerdotibus consideretur, ne aliter faciat.

**DCCCCLIX.** Carolus decem hominum millia ex his, qui utrasque 804.  
ripas Albi fluminis incolebant, cum uxoribus & parvulis sublatis translavit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda divisione distribuit. Erant illi ex Wigmodia provincia ad Wummam fluvium, ex Hosingau, hodie Kaidinga inter Ostam & Albim fluvios, ex Bosogau, hodie das alte Land appellata, & cæterum Transalbinii Saxones. Pagi Transalbinii Obotritis dati sunt. Wigmodii, & alii Saxones postea in patriam reducti, sed Transalbinii in Franconia extorres permanserunt. Locum habitationis ibi acceperunt inter Radantiam & Mœnum. *Eckhard. lib. 27. cap. 23.*

**DCCCCLX.** Lotharius Imp. Saxones cæterosque confines restaurandi prælii gratiâ sibi conciliare studet, in tantum, ut Saxonibus, qui 841.  
Stellinga appellantur, quorum multiplicior numerus in eorum gente haberetur, optionem cujuscunque legis, vel antiquorum Saxonum consuetudinis, utram earum mallent, concesserit. Qui semper ad mala proclives,

*Part IV.*

K k

ma-

magis ritum paganorum imitari, quàm Christianæ fidei sacramenta tenere delegerunt. *Eckhard. ex Annal. Bertin.*

Gens omnis Saxonum divisa erat in Edelingos, sive Nobiles; Frilingos, sive ingenuiles; & Lazzos, sive serviles, quos & colonos vocamus. Nobilium pars Lothario, pars Ludovico adhærebat. Post fratrum victoriam Lotharius cernebat, eos, qui hæctenus cum ipso fuerant, secessionem meditari; ut retinerentur, rem publicam in suos usus vertit, & quibusdam libertatem dabat, aliis post adeptam victoriam promittebat. Frilingis & Lazzis, quorum maxima est multitudo, legem, quam majores eorum, tempore, quò idola coluerunt, habuerant, concedebat, quâ supra modum cupidi, nomen novum sibi, id est, Stellinga imposuerunt; & in unum conglobati, dominis è regno penè pulsis, more antiquo, quâ quisque volebat lege vivebat. Addit Nithardus, Lotharium Normannos (id est, Danos) subsidii causâ introduxisse, partem Christianorum iis subdidisse, atque ut Christianos deprædarentur, licentiam dedisse. Saxones à fœdere cum Francis pristino nunc recedentes, novo se nomine *Stellingas* vocârunt, hoc est, *restitutos*; nam *stellen & herstellen* nobis restituere significat. *Eckhard. lib. 29. cap. 118.*

A. Chr.  
842.

Ludovicus mense Augusti in villa, quæ vocatur Salz, habito generali conventu, in Saxoniam pergens, validissimam conspiracyonem libertorum, legitimos dominos opprimere conantium, auctoribus factionis capitali sententia damnatis, fortiter compefcuit. *Annal. Fr. Fuld.*

Annales Bertiniani affirmant, CXL. capite plexos, XIV. patibulo suspensos, innumeros membris mutilatos fuisse, nullumque rebellem ibi relictum. Sic Stellingorum factio domita est. Villa Salz, est palatium Salæ. *Eckhard. lib. 29. cap. 134.*

852.

**DCCCCLXI.** Rex Ludovicus profectus est in Saxoniam, ob eorum vel maximè causas judicandas, qui à pravis & subdolis iudicibus neglecti, & multis modis, ut dicunt, legis suæ dilationibus decepti, graves atque diuturnas patiebantur injurias. Suberant etiam & aliæ causæ ad se ipsum specialiter aspicientes, possessiones videlicet ab avita vel paterna proprietate jure hæreditario sibi derelictæ, quas oportuit ab iniquis persuasoribus iusta repetitione legitimo domino restitui. Igitur in loco, qui appellatur Nimia, super amnem, quem Cornelius Tacitus, scriptor rerum à Romanis in ea gente *gestarum*, Visurgim, moderni verò Wisuracha vocant, habito generali conventu, tam causas populi ad se perlatas iusto absolvit examine, quàm ad se pertinentes possessiones iudicorum gentis decreto recepit. Inde transiens per Angros, Harudos, Suabos, & Holsingos, & per mansiones singulas, prout se præbuit opportunitas, causas populi iudicans, Thuringiam ingreditur. Ubi apud Erphesfurt habito conventu, decrevit inter alia: ut nullus præfectus in sua præfectura, aut quæstionarius infra quæsturam suam, alicujus causam advocati nomine susciperet agendam: in alienis verò præfecturis vel quæsturis singuli, pro sua voluntate, aliorum causis agendis haberent facultatem. *Anal. Fr. Fuld.*

Notæ ex *Eckhardo lib. 30 cap. 96.* Nimia, rectiùs Mimida, est Minda; Angri, qui campestria inhabitant; Harudi, incolæ Hartingau; Suabi, incolæ Suabigau in Halberstadiensi Diocesi; Holsingi, rectiùs Holsingi, incolæ Holsingau in Comitatu Mansfeldico.

SECTIO



SECTIO LXXII.  
SECULUM VIII.

De Regno Slavo-Moravico.

N<sup>us</sup> DCCCCLXII. Ex *Thoma Joannis Pessina de Czechorod Marte Moravico.*

*Lib. 1. cap. 3.* Nullum autem ex aliis omnibus, qui commemorantur à scriptoribus notæ probatoris, possumus observare vetustiorē hujus terræ Principem, quàm qui mox ab Attilæ interitu *Regni Marcomanici* partem, Danubio & Pannoniæ viciniorem legitur arripuisse. Hic fuit cognomento *Babak*, de progenie *Bogi* seu *Boxi*, ut illum *Jornandes* nominat, *Antarum Regis*, in *Dacia* (magna, quam *Ptolemæus* describit) quondam sub *Valente Imperatore* dominantis, ac postmodum à *Vinithario*, seu *Vithimiro*, ut vult *Marcellinus*, *Gothorum Rege* prælio victi, & cum aliquot filiis, ac LXX. Primatibus gentis occisi. Nam unus ex filiis *Bogi*, qui cladem evaserat, videns stationem suam in *Dacia* non amplius esse securam, victoribus *Gothis* ab una parte, ab altera *Hunnis* prementibus, cum reliquiis suæ gentis, patriis sedibus relictis, in tutiora concessit: sensimque Occidentem versus progrediens, cum tandem in *Marcomanniam veterem* (Quorum terras quoque comprehendentem) appulisset, & ibi homines sua lingua offendisset, hospitium petiit, quod facile ab indigenis, ubi ex sermone cultusque cognatione populares suos esse cognovissent, impetravit. Ex cujus posteris *Babak* prodiit, qui præ cæteris bellica virtute, ac præclarissimis generosæ indolis dotibus insignis, cum post mortem *Attilæ* unaquæque natio, tam *Sarmatarum*, quàm *Gothorum*, *Gepidarum*, *Rugorum*, *Herulorum*, *Vandalorum*, ac cæterorum, qui antehac *Attilæ Imperio* subiecti fuerant, sese in libertatem vindicassent, de suo gremio Regibus sibi constitutis: facile apud suos primatum obtinuit. Quo obtento, conjunctis mox viribus cum *Marcomannorum* reliquiis, & vicinis *Suevis*, magna bella cum finitimis pro asserenda libertate gessit; primò cum *Gepidis*, qui ejectis filiis *Attilæ*, non modò *Pannoniæ*, sed *Marcomannis* quoque & *Slavis Sarmatis* intentabant vim ac servitutem: postea cum *Gothis*, qui idem moliebantur; ex quibus semel atque iterum victoriam insignem reportavit. Ultimò tandem in conflictu, quem habuit cum *Theoderico Regis Gothorum filio*, anno 472. (A. 473.) occubuit &c.

373.

A. Chr.  
454.

473.

624.

*DCCCCLXIII.* Babako cæso, quinam successerint regnarintque ad usque annum 629. (624.) quo *Samo* per *Pannoniam*, *Noricum*, & *Moraviam* regnare cœpit, altum est silentium apud historicos, tam græcos, quàm latinos; qui potiùs intenti *Vandalorum*, *Herulorum*, *Gothorum*, *Langobardorum*, aliorumque in *Italia* gestis &c. *Slavorum sinistra Danubii litora* accolentium posthabuere gesta. Ipsi quoque *Slavi* contenti facere fortiter, & ad faciendum res memoratu dignas magis, quàm ad memorandum promptiores, insuper *litterarum* extremè rudes, parum curarunt, ut, temporum rerumque à se gestarum vices literis mandando, posterorum memoriæ factorumque æternitati consulere, sed cuncta eodem, quo corpora, tumultu clausa, sepultaque permiserunt.

*Pars IV.*

Kk 2

*Lib.*

**DCCCCLXIV. Lib. 2. cap. 4.** Samoni in Regnum unum successisse è filiis, A. Chr. ex singulari ob parentis merita erga regiam prolem gentis studio, nullus dubito; esto de nomine illius non constet. Primò circa A. 690. legimus regnasse apud Moravos *Marothum*, sive Moravodum, *Regiamque sedem habuisse Vespri- nii in Pannonia*, ac fuisse Regem longè omnium virtute, sapientia, & fortitudine militari florentem ac memorabilem, ideòque regiminis ipsius tempore, Regnum Moraviæ florentissimum, potentissimùmque & vicinis omnibus formidabile extitisse. Mortuo demum, cum Svathes, sive *Svatofs* filius Regni gubernacula circa A. 720. suscepisset, haud multò post fortunæ volucris rota, adversa prosperis, & quieta tumultuosis more suo alternans, Martem denuo, furiis in consortium ascitis, armavit, mcestòsque transtulit in Pannoniam & Moraviam casus, quibus Regnum paulò antè florentissimum, exterarum gentium impetu ac violentiâ ad ruinam inclinatum, penè concidit. Totius autem sementem exitii hanc comperimus causam &c.

Extrahit ab hinc Pessina *chronicon Hungaricum Thuroczii*, cujus autem relatio, servatis ipsis verbis, & amputatis tantùm ad præsens institutum non necessariis, talis est.

**DCCCCLXV. Ex Thuroczii chronico Hungaria Parte II.**

**744.** *Cap. 1.* Anno igitur ab incarnatione JESU Christi septingentesimo quadragesimo quarto &c. vulgariter Magyari sive Hunni, latine verò Hungari, tempore Constantini V. Imp. & Zachariæ Papæ, denuo ingressi sunt Pannoniam. Transeuntes igitur per Regnum Bessorum, Alborum, Cumanorum, Susdaliæ, & civitatem Ryo nominatam, deinde transierunt Alpes in quandam provinciam, ubi viderunt aquilas innumerabiles, & ibi propter aquilas manere non potuerant, quia de arboribus tanquam muscæ descendebant aquilæ, & consumebant devorando pecora eorum & equos. Volebat enim Deus, ut citiùs descenderent in Pannoniam. Exinde montes transcenderunt per tres menses. Tandem devenerunt in confinium Regni Pannoniæ, ad terram, quæ nunc Erdel (Transylvania) vocitatur, invitis gentibus memoratis.

*Cap. 2.* Cùmque terram in eandem descendissent, irruptionem circum adjacentium populorum formidantes, universum cœtum armorum, quem ducebant, in septem exercitus diviserunt, & unicuique exercitui *Capitaneum* specialem præficientes, centurionesque ac decanos more solito constituerunt, & *unusquisque exercitus triginta millia virorum* armatorum nec non octingentos quinquaginta septem continebat &c.

*Cap. 3.* Fuerat autem ex istis Capitaneis ditior & potentior Arpad, filius Almi &c. In Erdelio igitur quieverunt, & pecora sua recreaverunt. Audientes autem terræ utilitatem de habitatoribus, quòd optimus fluvius esset Danubius, & melior terra non esset partibus illis in mundo; accepto itaque communi consilio miserunt nuntium, nomine Kufid, filium Kund, ut iret, & totam terram prospiceret. Cùm ergo Kufid venisset in medium Hungariæ, & circa partes Danubii descendisset, vidit locum amœnum, & circumquaque terram bonam ac fertilem, fluvium bonum & pratofum. Placuit ei.

**DCCCCLXVI.** Deinde venit ad *Ducem provincie*, qui regnabat post Attilam, vocatum *Zwatapolug* (aliter Suathes vel Suatofs) salutavitque eum de suis, & causam, pro qua venerat, manifestavit. Hæc audiens *Zwatapolug* gavisus est gaudio magno, putabat enim eos esse rusticos, & venire, ut terram ejus colerent: propter hæc nuntium delicatum remisit. Kufid autem de aqua Danubii lagenam implens, & herbam periarum ponens

nens in utrem, & de terra nigri zabuli accipiens, ad suos reversus est. Cùmque narrasset omnia, quæ audierat & viderat, valde placuit eis, & lagenam aquæ, terram, & herbam eis præsentavit &c. Arpad verò cum suis de aqua Danubii cornu implens, ante omnes Hungaros super illud cornu Omnipotentis Dei clementiam rogavit, ut Dominus eis terram in perpetuum concederet &c. Deinde communi consilio ad prædictum Ducem eundem nuncium miserunt, & ei equum album magnum cum sella deaurata auro Arabiæ, & fræno deaurato, miserunt, pro terra sua. Quo viso Dux ipse magis gavisus, putavit, quòd ei pro terra quadam hospitalarii misissent. Nuncius ergo impetravit ibi à Duce terram, herbam, & aquam. Dux verò subridens ait: habeant quantumcunque volunt pro hoc munere, & sic nuncius ad suos reversus est. Arpad autem interim cum septem ducibus Pannoniam intravit non sicut hospites, sed sicut terram jure hæreditario possidentes. Tunc nuncium alium ad Ducem miserunt, & ei hanc legationem mandaverunt: Arpad cum suis tibi dicit: quòd super istam terram, quam à te emerunt, diutiùs nullo modo stes; quia tuam terram cum equo emerunt, herbam cum fræno, aquam cum sella &c. Dux ergo his auditis exercitum citò congregavit timens Hungaros, & auxilium ab amicis impetravit, & omnibus coadunatis eis obviam venit. Illi autem intereà prope Danubium pervenerunt, & in campo pulcherrimo summo diluculo pugnam inierunt. Fuit autem auxilium Domini cum Hungaris, à quorum facie sæpedictus Dux se in fugam convertit, persecuti sùntque cum Hungari usque ad Danubium, & ibi præ timore in Danubium se jactavit, in quo præ aquarum vehementia suffocatur &c. Eoque Zwatapolug, ut superiùs dictum, debellato & occiso, Arpad cum cæteris Hungaris castra fixit in *monte Noë prope Albam*, (Albam Regiam, seu Stuhlweissenburg) & ille locus est primus, quem Arpad sibi elegit in Pannonia, unde & civitas Alba per S. Stephanum Regem, qui de ipso processit, fundata est ibi propè.

DCCCCLXVII. Ex *Bonfinio rer. Hung. lib. 9.*

NOTA: Extrahuntur tantùm ea, quæ Thuroczium explicant, vel ab eo discerant.

Pag. 161. Unni igitur, & majorum hortatu, & eorum, qui remanserant, literis memoriæque perciti, è reconditis ac asperis Scythiæ fœdibus iterum emigrare constituunt, & cognatos sibi populos repetere planè decernunt &c. *Superato Tanai*, per Roxolanos, Sarmatas, Amxobios, & Tauro-Scythas iter faciunt &c. Jam in Bastarnarum & Chumorum gentem sanè pervenerant &c. Cùm sub Amadocis & Peucinis montibus longo itinere defatigati substitissent, & de incolendis his locis fortè decernerent, tanta è montibus aquilarum multitudo defluxit, &c. Quo quidem augurio stativa movere persuasi &c. *in Transylvaniam*, in Ungariæ finibus positam, penetrarunt &c. Omnes militiæ compotes in septem castra divisere, septem quoque præposuere Duces &c.

Pag. 162. Septem castra pro exercituum numero divisa, *vallè ac fossâ altissimâ munitè*; quin & regio illa in hodiernum usque diem Septem Castra nominantur &c. Sed Arpadus Almi filius, ne minùs quidem viribus & divitiis, quàm nobilitate cæteris præpollere videbatur &c. Aliquamdiu Ungari, antequam Pannonias penetrarent, hinc inter munita, quæ diximus, castra, unà cum pecoribus ac liberis quievère: cùm ne ingrata quidem ibi otia traherent, Pannoniarum ubertas, & Danubii ad

aures fama pervenerat &c. Cusidus missus cum paucis comitibus; Carpathias imprimis Alpes superat, deinde cum in spaciantes Daciæ campos descendisset, trajecto Tibisco per Metanastas iter faciens, ad Danubium usque pervenit &c. *Suathem Sarmatam, & Marothi filium, in Pannonia latè regnantem* adit &c. Hinc apparet, à Bonfinio montes Transylvanicos Tibisco obversos adhuc montibus Carpathicis, ac planitiem inter Transylvaniam & Tibiscum Daciæ, scilicet magnæ annumerari.

*DCCCCLXVIII. Pag. 163.* Frequens (post reditum Cusidi) conventus in Ungaros habetur; ubi omnium consensu planè decernitur, eundem virum ad Suathem remittendum, qui ut à Pannoniæ Principe terram, herbam, & aquam impetret, Ungarorum nomine candidum equum, ephippio frenoque aureo cultum, ei dono det, in grati semper obsequii speciem &c. Legatus cum ad suos rediisset, ritè omnia retulit, à Rege calidè impetrata, & nimiâ quâdam animi, ne dono superaretur, liberalitate concessa. Hi tunc audaciam concipiunt. Arpadus cum cæteris Ducibus invadendas esse Pannonias censet, veluti hæreditario jure recuperandas &c. Cum montes Carpathios transcendissent, Danubioque appropinquâssent, legatum ad Suathem tertio mittendum censent &c. Suathes his auditis in tristitiam repente conversus, delectum habet: tumultuarias quoque copias præ timore nimio comparat, auxilia undique cogit. Comparato exercitu, trans Danubium castra locat, haud procul ab Ungaris: prodit in hostium quandoque conspectum, & per levis armaturæ milites pugnam aliquam auspicatur. Conceptâ tandem audaciâ, cum Ungaris infestis signis planè concreditur. Facto statim asperimæ gentis agmine, inclinata acie terga vertit. Dum ad Danubium cum suis passim fugientibus sese recipit, instantibus hostibus, dum præpropera festinatione animum retrouare contendit, cum maxima Sarmatum manu fanè demergitur. Cæteri in ulteriore Danubii ripa cæsi sunt, perquam ab his pauci capti. Ut pacatiorem regionem haberent, his tantum ignovisse placitum est, quos linguæ commercia conciliârunt. Nam *multi Unni, qui post Attilam in Pannonia remansère, Suathis castra secuti fuerant*, nescientes, eos sibi esse cognatos.

*Pag. 164.* Postquam Ungari generatim per vicos oppidâque divisi sunt, ad subigendas imprimis provincialium hostium reliquias sese convertunt, nec prius arma deponunt, quam Pannonias pacatas efficiunt, *Cum Unnis & Avaribus, qui prius venerant, sese conjungunt*, unam Rempublicam statuunt &c.

*DCCCCLXIX. Ex Pessina de Czechorod Marte Moravico. lib. 1. cap. 3.* ubi de prælio inter Regem Moraviæ Suatossium & Hunnos agit: Rex tamen fortunâ propitiâ usus, in tutum incolumis evasit, & non fidens fati ulli urbium aut castellorum, neque sedi Regiæ Vesprinio, ad montes Batonios, quos modò Clypeorum vocamus, secessit, ac demum superato Arabone fluvio; Sabariæ confedit, de restaurando exercitu, & de remedio, quo tam immanis barbaries retundi propulsarique possit, vehementer sollicitus. Intereâ Hungari, fortunâ tam placidè sibi arridente, brevi omnes cis & ultra Danubium regiones in suam redegerunt potestatem; ex sinistra parte ad Vagum, ex altera ad præactos Clypeorum montes usque, neque eâ contenti fortunâ, ulteriùs progressi, ac more suo ferro ignique per omnia grassati, Regemque secundo prælio adorti rursum unâ cum agnato ejus *Barrucho Carenthanorum Duce*, qui cum haud contemnendis

dis copiis Regi in auxilium venerat, profligârunt. Qua clade multò graviori quàm antea acceptâ, Rex fugâ iterum elapsus, & nusquam tutò consistere ausus, in Insulam Cituorum, quam nonnulli Scythicam, aliàs Schüt vocant, cum plerisque de Nobilitate se recepit; ac deinde inito cum suis consilio, Danubium transiit, & in Moravia, non procul à Morava flumine, in oppido Welehrad, novam sedem regiam erexit. Quò autem tutior ab incursionibus efferatæ gentis esset, ad vada fluvii Vagi (sic refert Daubray) castella inædificari præsiðiâque illis imponi, tum deinde montes silvis desertis sepîri, & alibi fossis ac vallo muniri, postremò arces & oppida mœnibus cingi, murisque firmari iussit. Etsi contrarium historici rerum Hungaricarum asserant, qui eum Danubii vorticibus haustum in fuga periisse dicunt. Hunc in modum Rex Swatofs, majori ac nobiliori parte Regni, totâ ferè Pannoniâ, tam acerbè, quàm infelicitè exutus, in veteres Marcomannorum sedes concessit, fuitque primus, qui Welehradi resedit.

*DCCCCLXX. Lib. 2. cap. 4. pag. 128.* Post exitialem pugnam, Hungari victores, ceu leones sanguinis irritamento atrocius efferati, Danubium trajecerunt, & profligatis quibusque obviis, ipso etiam Rege gravissimo iterum prælio ad Bonipontem (locus ostenditur in Hungaria, ab indigenis hodiè que Bontuda dictus, non procul Tatâ, ubi Bregetionis urbis quondam celeberrimæ exstant vestigia) cæso, regiâque sede ejecto, Pannoniam inferiorem totam, nemine amplius adversante occupârunt. Ad hunc modum Regnum Moraviæ, improvisa hostium adventu concussum, & convulsam, maxima eâque nobiliori ex parte novis hospitibus cessit: ita ut plagam hanc, inter alias potissimum memorabiles, quas unquam à Marte hostili Regnum tulit, meritò connumerandam censeam. Eâ enim Rex Swatofs, non solum *utramque Daciam, cis & ultra Tibiscum*, quatenus à Grano flumine, cum Danubio ad Pontum Euxinum usque excursit, verum & Pannonias: immo florem quoque Nobilitatis & militiæ, ac quidquid virium habuisset, bina dimicatione funesta amisit: neque amplius in Pannonia tutus, deplorata jam penitus rerum suarum spe, in Moraviam secedendum duxit, ubi novam Regiam sibi & posteris constituit.

*DCCCCLXXI.* Ejus successores Samomir, & Samoslaw, aliique, nonnihil de eò terræ tractu, qui ultra Vagum flumen protenditur, ad Granum usque recuperârunt, tum potissimum, quando Hungaris cum Bavaris & Francis bellum fuit.

*Lib. 1. cap. 3.* Swatossio successit Samomir Barruchi Carenthani minor natu filius: (\*) Princeps omni bellica laude insignis, ut qui jam antea Swatossii tempore, pugnacis & egregii Ducis famam, virtute & præclare gestis promeruerat. Hic magna bella cum Hungaris diu gessit, prospero utcunque eventu, siquidem Regni fines denuo ultra Vagum protulit. Per id namque tempus vires Hungarorum adeò attritæ erant, tam à Moravis, quàm ex altera parte à Bavaris, & Carenthanis, ut qui antè superbè omnibus insultabant, tunc pacem petere compellerentur.

Sequitur nunc Nota Pessinæ (\*) Joan. Amos Comenius Moravus, de Antiq. Morav. in lib. MSto Carolo à Zerotin oblato. In cujus præfat. refert, se hæc omnia delibasse ex variis MS. codicibus: ac imprimis, ex libro quodam Ctiborü à Cymburg: & alio Mathiæ Erythræi, viri ut ait,

ait, in historiis patriæ periti, quem subinde patrio idiomate Czerwenkam vocat, gente Bohemum, domo Czelakovicensem.

*Ex eodem cap. 3.* Castigatâ Hungarorum potentiâ, *Samomir* movit bellum in Polonos, qui post Vendæ obitum, cùm nemo Regiæ stirpis superesset, per duodecim Weywodas seu Palatinos, Provinciam universam gubernabant; eo haud dubiè consilio, ut etiam ab ea parte fines Regni dilatare posset, sed irrito conatu, cæsus enim à Polonis, & in fugam actus, domum inglorius rediit. Quod factum circa A. 760.

A. Chr.  
760.

*DCCCLXXII.* Mortuo Samomiro, successus est filius *Samoslav*. Hic Regnum patris exemplo strenuè armis tuebatur adversùs Hungaros, qui violata pace iterum per confinia Regni grassari cœperunt: at contra Francos, Caroli Magni tempore, an. 791. rem minùs prosperè gessit. Hoc Rege imperante Moravi primò incursionibus infestâsse Bohemiam leguntur.

*Lib. 2. cap. 4. pag. 128.* Carolus Magnus primo belli anno, qui fuit annus Christi 791. ipsemet expeditioni præfuit, ac solâ adventûs sui famâ, Hungaros in fugam conjecit. Quo tempore Moraviam quoque haud modica perstrictam fuisse clade reperio; nam Cæsar copias universas, unâ cum bellico apparatu, ob commodiorem rei annonariæ procurandæ rationem, bipartitò divisit: Francos ipse & Bavaros, Ratisbonâ solvens, dextrâ Danubii ripâ per Noricum duxit. Saxones verò, Frisios, & Thuringos, Theoderico Comite & Meginfrido cubiculi sui præfecto ducibus, per Bohemiam (*Mnatâ Principe Gentis* permittente, ac de comœatu etiam diligenter prospiciente) & Moraviam proficisci iussit. Erat tunc Rex Moraviæ *Samoslav*: qui extimescens suspicaci metu efflorescentem, & ex propinquo undique imminentem Francorum potentiam, & fortasse etiam invidens gloriæ ac successibus eorundem, dolensque, ab exteris ea intercipi, quæ non multò antè Majoribus suis vi extorta, reditura aliquando ad se, ope Russorum ac Polonorum, sperare fas esset: transitum omnem, vias, & itinera, ne per ditiones suas progredi possent, præcludere inani pertinacia contendebat. Quem primò Cæsarei exercitus duces per nuntios amicè commonesecerunt &c. Cùm tamen nihil possent salubria hæc monita &c. effractio per fortia in Regnum aditu, & exercitû, qui custodiebat limitem, fuso ac profligato, penetrârunt tridui spatio ad ipsam usque Regiam *Welehradium*, miscentes cuncta populationibus & incendiis; ita ut Rex intra moenia Urbis, ceu in caveam compulsus, hostiles ignes, & fumantia longè latèque tectorum culmina, passim per viciniam spectare cogeretur.

791.

*DCCCLXXIII.* Qui postmodum à victoribus gravi obsidione pressus, cùm videret se longè imparem viribus, ad consilia pacis, si quo modo Francis reconciliari posset, animum applicuit: moxque (ut adigebat necessitas instantis exitii) emisso ex urbe ad castra, supplici optimatum coetu, pactâque tam vitæ, quàm fortunarum, ac totius Regni incolumitate, sese eorum fidei submisit. Quod deinde & ipse Cæsar ratum habuit: ita tamen, ut falsorum Deorum superstitionibus ejuratis, *Christiana disciplina sacra amplecteretur*, iisque populos sibi subjectos imbui sinneret. Castigatâ hunc in modum Regis ob motum non necessariò bellum ferociâ, Franci non diu in Moravia cunctati sunt, sed admonito, ut in fide persisteret, Rege, & obsidibus ab eo acceptis, profectionem in Hun-

Hungariam continuârunt, Cæsare tunc jam ad Arrabonem usque, victri-  
cia arma circumferente &c.

A. Chr.  
793.

*DCCCCLXXIV.* Bello Hungarico fervente, Rex Moraviæ *Samoslaus*, Bohemos armis exagitandos suscepit, in haud dubiam spem proferendorum ab ea parte Regni finium erectus, eò fidentiùs, quòd Pipinum Caroli Cæsaris filium haberet ejusmodi consilii authorem; qui bello Hungarico totis incumbens viribus, ne intereà à Bohemis quicquam tentaretur hostile adversùs populos Francorum fœderatos, novo illos cum Moravis bello distinendos existimabat. Igitur *Samoslaus*, priusquam aperto Bohemos aggredieretur bello, *præfectum Drzeviczensem*, qui occiduæ Regni plagæ præerat, secreto admonuit, ut ab illa parte, excursionem in Bohemiam facta, causas novarum rerum quærere non intermitteret &c. Hic igitur comparatâ, tam è popularibus, quàm ex *Hermundurorum Marcomannorumque montana incolentium reliquiis*, idoneâ ad excurrendum manu, acerrimam in eam regionem, quam modò Czaslaviensem, ab urbe isthic primaria dicimus, irruptionem fecit: summâque celeritate usus, pagos obvios diripuit & succendit, castello, *Hradek dicto*, vi capto, quòd similiter injecto igne concremavit, & alio rursus *Choteborka* nuncupato: quod ut haberet, quo se necessitatis tempore reciperet, non tantùm reliquit integrum, sed firmiori adhuc maceria & vallo communiit. Auctus deinde novis *Hermundurorum* copiis, qui spe lucri agminatim ad eum confluebant, aliud rursus munimentum pro tutiori receptu, ad sinistram *Sazavæ* amnis ripam erexit: quod quia *Hermundurorum* præsidio firmavit, Bohemi *Brodam* Teutonicam appellârunt. Jamque Moravi cum *Hermunduris* juncti, circumlato passim terrore, non solùm *Horzeslao Kaurziensi Ethnarchæ*, sed *Krzesomyslo* quoque *Pragensium* Principi, quorum ditiones infestabant incursionibus penè assiduis & cruentis, cæperunt esse formidandi & graves.

Ad *Caurzimam* (urbs est in Bohemia cæteris vetustior, à *Praga* quinto lapide dirempta) dum castra posuissent, eique excidium minarentur vocibus clamosis & truculentis, *Horzeslaus*, majore animi molli-  
tie, quàm vitum vel principem deceret, vitæ fortunarumque periculum metiens, nullâ dedecoris curâ habitâ, quin se dederet, non diu cunctandum sibi existimavit: senioribus civitatis necquicquam proficientibus, qui cum multo sermone, multisque rationibus in spem erigere, increpitâque degeneris animi subita consternatione, à tam fœdo dementique consilio abstertere contendebant. Deditionem itaque hostibus de muro obtulit, si interim ab infestandis & exurendis suburbanis ædibus & villis cessare vellent, donec de conditionibus transigeretur. At illi postridie foras in castra, transigendæ eò firmiùs pacis specie, evocatum contra datam fidem exocularunt, & vastato omni circa circum agro, ad *Pragensem* usque viciniam populabundi penetrârunt; ubi in colle quodam, loco non nisi mille passibus à *Wisschrado*, regia *Ducum Bohemiæ* sede, dissito, intra cæduæ silvæ caudices statione fixa, tam Duci quàm genti toti servitutum minabantur &c. Sed à *Krzesomysli* ducibus (*Hagek Mnatham* tunc imperâsse vult) ingenti clade paulò post affecti, ac penè ad internecionem cæsi, dignas perfidiæ & temeritatis suæ dedere pœnas &c.

794.

*DCCCCLXXV.* Prætereà, ne deinceps Moravi latiùs in viscera Provincie penetrantes detrimenta fors majora inferrent, viamque, dum

*Pars IV.*

Ll

vel.



vellent, apertam haberent, Krzezomyslus communicato cum Czaslavo, viro quodam prædivite, & opinione prudentiæ præ cæteris insigni, consilio, munimentum illis finibus, qui limiti Moravo viciniore erant, tuendis commodum & necessarium extruendum decrevit: ut isthic certa militum præsidia excubarent, atque ita permansioni & saluti incolarum rectius ac melius consuleretur. Quod haud multò post in quodam amœno planoque loco extructum est, operâ & studio ejusdem Czaslavi, qui illud à nomine suo Czaslaviam vocari voluit. Breve ab hoc intercesserat spatium, cum Moravi, ut acceptam à Bohemis cladem ulciscerentur, contractis longè majoribus copiis, Bohemiam denuo populabundi ingressi sunt. Priùs tamen duo munimenta, Iglaviam, & Lipniciam arcem, in ipso Bohemiæ aditu, summa celeritate adhibitâ, erexerunt: ex quibus data opportunitate rei gerendæ excursiones in interiora Bohemiæ agerent, & si necesse foret, adversariis prævalentibus, in ea certum & tutum receptum habere possent. Quo factò præsidiis illis juxta ac viribus freti, magna undique prædatoriis discurfionibus inferebant detrimenta: Bohemo principe tum bello Misniaco occupato. Et magis adhuc, dum Czaslavienses, qui urgente causâ propria (eos enim ut plurimum incommodabant Moravi) corripuere arma, in occultas sub Lipnicia delatos insidias profligassent: tum eò licentiùs in regionem effusi, longè latè que grassabantur per omnia, cædes acerbis rapinis, & incendiis commiscentes. Tandem Bohemi Proceres (vulgò Lopotowe & Wladiky) tot ac tantis patriæ illatis cladibus permoti, ne degeneris animi, aut desidiæ arguerentur postmodum à Principe, copias, quibus tanto malo occurreretur, quantocyus parandas, & Moravos ab ulterioribus detrimentis inferendis arcendos constituunt, traditòque summo totius exercitûs imperio, Protsislao de Chlum, viro militiæ experimentis claro, & locorum, in quibus bellum geri debebat, apprimè gnaro, ei in mandatis dant, ut coacto majore adhuc ex finitimis agris milite cum Czaslavo, Wozyslavo, Slowocho, Newrzeso, Polemilo, Budhosto, aliisque nobilibus quamprimùm sese conjungat, obviam hosti pergat, ejus conatus reprimat, & si fieri possit, nova illa hostium munimenta in potestatem redigat &c.

*DCCCLXXVI. Ex Summariis marginalibus Pessinae lib. 2. cap. 4. pag.*

133. Moravi cæduntur. Bohemi Lipniciam obsident: vi summa oppugnant: quâ minimè sufficiente, dolo rem tentant, obsidionem solvunt, Moravos è munimento eliciunt, insidiis excipiunt, clade ingenti profligant: arcem occupant, & solo æquant. Bohemi, Iglaviâ excisâ, Moraviæ fines vastant par pari referentes. Moravi pacta cum Bohemis pace bellum cum Avaribus gerunt.

A. Chr.  
800.

*Ex lib. 1. cap. 3. pag. 35.* Samoslao fati functo, *Regnum adeptus est Lechus*, qui commisso infeliciter prælio cum Carolo Caroli M. Imp. filio, occubuit. Huic successit *Hormidor*, qui dum maximè Principatui Bohemorum subjugando inhiaret, peste extinctus est.

*Lib. 2. cap. 4. pag. 136.* Polonicarum rerum scriptores, hunc Lechum volunt fuisse Lescum nomine II. Poloniæ Ducem, qui vicinis Moravis, tanquam gentilibus suis auxilium contra Carolum ferens in prælio occubuerit. Verùm hunc non adversus Hungaros, sed Saxones & Thuringos bellum suscepisse, & conserto infeliciter prælio cecidisse, constat ex aliis notæ probatoris. Cujus interitum cum vellet ulcisci

Mi-

Miliduch Soraborum Dux, tanquam ejus semper in bellis contra Germanos gestis individuus socius, pari quoque fato à Carolo prælio victus, & extinctus est. Conjecturam tamen hanc meam de Lecho, quem Regem Moravorum esse reor, ego tanti non facio, ut eam pertinaciùs tuendam existimem: rem utcunque dubiam, in medio relinquamus.

## SECTIO LXXIII. SECULUM IX.

### De Moravis.

**N<sup>us</sup> DCCCCLXXVII.** *Hormidor*, dum maximè principatui Bohemorum subjugando inhiaret; peste extinctus est A. 811. Ab ejus excessu collocatus est in solum Regni *Mogemir*. Hic primus omnium ex Moraviæ Regibus cum Germanorum principe Ludovico Imp. amicitiam iniit, percussóque Francofurti foedere, contradicente licèt Lidovito fratre, Germanis & Francis infensissimo, qui Dravum inter & Savum flumina longè latèque dominabatur, Imperii socius factus est. Ex quo etiam, ad petitionem Ludovici, per universum Regnum liberè Evangelium Christi prædicari permisit, Hierolpho Ecclesiæ Laureacensis Archi-Episcopo, & Rathfredo Favianensi, seu Viennensi Episcopo, diligenti studio hoc sanctum opus promoventibus. *Pessina lib. 2. cap. 4.*

A. Chr.  
811.

822.

**NOTA:** In Lidovitum hodiernæ Slavoniæ, & partis Croatiae Ducem, tres exercitus ducti, quorum unus per Bojoariam & Pannoniam superiorem perrexit: huic igitur se adjunxisse Moravos credibile est; aliquos quoque circa illud tempus jam Christianos in Moravia, immo ipsum Regem Mogemirum Christiano saltem proximum fuisse docet epistola Papæ Eugenii II. de A. 826. à *Stredowsky lib. 1. cap. 11.* edita, quæ inscribitur: Rathfredo Favianensis, Methodio Speculi-Julienensis, seu Soriguturenensis, Alevino Nitraviensis, Annoni Vetyvarensis Ecclesiæ Episcopis, simul etiam Tuttundo, nec non *Moymaro* Ducibus & optimatibus, exercitibusque plebis Hunniæ, quæ & Avariæ, & *Moravia* &c. Necesse igitur est, tunc jam quatuor Episcopos in Avaria & Moravia fuisse, & secundum interpretationem *Stredovskii* Viennæ, Olomucii, Nitraviæ, & *Welehradii*.

820.

**DCCCCLXXVIII.** Yrolpho in hac epistola confertur potestas Ecclesiæ quondam metropolitanæ Lauriacensis. Inde autem orta controversia inter hunc Yrolphum Episcopum Bathaviensem seu Passaviensem, tunc neo-declaratum Archi-Episcopum Lauriacensem, & Adalramum Salisburgensem Archi-Episcopum, de jurisdictione Ecclesiastica in novos Christianos Moravos, Avars, Slavones, Croatas, Servios, & Bulgaros. Yrolphus eam sibi vindicabat virtute Bullæ Pontificiæ ab Eugenio II. impetratæ; Adalramus verò vi concessionis prædecessori suo Arnoni A. 797. à Pipino factæ, & à patre ejusdem Carolo M. confirmatæ.

De *Carantanis* hic notandum ex *historia Juvavenfi seu Salisburgensi de conversione Carantanorum*: iis initiante seculo nono adhuc fuisse Duces ex natione sua, qui nominantur *Prinhlavuga* (Primislaus) *Cemcias*, *Hroymar*, *Ergar*. Ast hi beneficiario tantum jure regebant, & Francorum comitibus limitaneis Bavaricis suberant. Post hos Duces Slavos dein nulli amplius ex gente ipsa suffecti, sed terra Carantanorum à Regibus Francorum Bavaris optimatibus, *Hebrivino*, *Albgario*, *Palioni*, & demum *Rathbodo*, in comitatum data.

**DCCCCLXXIX.** Bulgari Sclavos in Pannonia (secunda seu Slavonia) sedentes, misso per Dravum navali exercitu, ferro & igni vastavère, & expulsis eorum Ducibus, Bulgaricos super eos rectores constituerunt. *Annal. Fr. Fuld.*

827.

828. Hladouvicus Juvensis contra Bulgaros mittitur. *Annal. Fr. Fald.*  
 Ludovicus (Germanicus) Rex Bojorum cum copiis contra Bulgares proficiscitur, hostes Pannoniâ, Bojariâ expellit. Rathobodum Ducem orientali limiti dat custodem. Brynonem, qui & Privina, quoque Moravorum Regulum, qui trans Danubium in aquilonari ripa habitabat, cum filio Hezilone ad se venientem, benignè suscepit, eundem in Religione Christiana instituit. Traismæ (vicus est Austriæ Episcopi Salisburgensis) in templo D. Martini sacro fonte abluit, & Rathodo Legato suo commendat. Erant Brynonis urbes Nitrayia, Pisonium, quæ & Wratislaburgium (inde hodie Presburg) & Brynna, quæ adhuc ab eo nomen servat. *Aventinus lib. 4. pag. 387.*
829. **DCCCLXXX.** Ludovicus Rex Bojorum determinat controversiam jurisdictionis Episcopalis inter Passaviensem & Salisburgensem Ecclesiam, & utrique terminos suos assignat. *Avent. ibid.* citans quoque hunc annum.  
 Hanc circumstantiam de A. 829. præterit *Juvavensis historia*, quæ integram jurisdictionem Juvavensi Ecclesiæ asserere conatur. Gesta autem cum Brynone, quæ ad A. 828. posita, confirmat, & particularem circumstantiam addit, in verbis: *Prinnina exulatus à Moymaro Duce Moravorum supra Danubium venit ad Ratbodum &c.*
836. Adolramus Archyflamen Bojorum pridie Idus Jan. ex hac vita migrat, Leopramus hoc sacerdotio ab Imperatore, Regéque Bojorum donatur. Is Venedis Illyricum, Noricum, Pannoniamque incolentibus Pontificem sacrificulum creavit Oswaldum &c. *Aventinus lib. 4. pag. 397.*
837. **DCCCLXXXI.** Subsequenti anno Imperator expeditionem Italianam meditatur &c. in orientali Bojariæ limite &c. *Aventinus ibid.*  
 Recenset hic Aventinus bellum cum Slavis Pannonicis, sed *Brunner. in Annal. Boj.* clariùs & distinctiùs sic refert: Tandem, incompertum quâ causâ, sive levitas animi ea fuit, sive spes amplioris fortunæ, repente ex amico hostis effectus (Bryno) Ratimari Bulgarorum Ducis partibus accessit, ejusque Legatum Hecilonem, qui ea tempestate Pannoniæ fines infestus incurfaverat, armis juvit. Sed Ratbodus Ludovici jussu hosti obviam progressus, nullo illum loco passus est consistere, magnisque cladibus multatum è provincia ejecit; cujus fuga cum Prynonis etiam spem prostravisset, non minor verecundiæ illum pœnitentia, quàm pudor subiit. Optimum tamen factu visum, Ratbodo sese permittere, cujus cum placabiles iras nosset, *brevem errorem* pristinis officiis suis condonandum credebat. Neque illum sua spes fefellit: Savo trajecto, conciliatore Salachone comite usus, apud Ratbodum gratiæ locum obtinuit, quem eâ fidei constantiâ tutatus est, ut dignum Ludovicus judicârit, cui juxta Savum flumen, magnum agri modum contribueret beneficiario jure possidendum. Quem locum deinceps, inductis coloniis, longè celebriorem reddidit, & multis ædificiis exornavit: stabiliendisque fortunis arcem insigni opere molitus sacra æde instruxit, quam Luitpramus Archi-Episcopus Salisburgensis Deo, Deiparæque consecravit ipso anno 840. VIII. Cal. Febr. Neque hic constitit ejus pietas: mox pluribus in locis ab eo templa excitata, Luitpramo architectos materiariosque submittente. Quo Religionis ampliandæ studio permotus Ludovicus Rex, octavo deinceps anno cum summa absolutaque potestate, provinciæ ab eo tot impendiis excultæ Prynonem præesse jussit. hucusque Brunnerus.

**DCCCCLXXXII.** Mogemiro absque liberis masculini sexûs defuncto, Brynno quidam ex optimatibus præcipuus, Rex est renunciatus, cujus regiminis principia erant utcunq̃ pacata, postea ex improvise turbata omnia &c. Brynno Mogemiri I. successor Regnum Mogemiro A. Chr. II. resignavit, & in Carinthiam abiit A. 836. *Pessina lib. 2. cap. 4. pag. 139.* 836. citans Anonymum de conversione Carentanorum, id est, Historiam Salisburgensem, Comenium ad A. 846. Aventinum, & Brunnerum.

Cæterum Mogemiri II. regimen non videtur fuisse diuturnum, cum Radislaum jam circa A. 842. in Moravia regnasse constet: num autem fuerit ille ex Mogemiri vel Hormiduri cognatis, incertum, istud certum, duos fuisse hujus nominis Mogemiros; alium Hormiduri ab A. 811. ad usque 834. præter propter; alium Brynnonis ab A. 838. successorem. *Pessina lib. 2. cap. 4. pag. 140.*

**DCCCCLXXXIII.** *Sredovsky lib. 1. cap. 12.* Historiam Moraviæ ab A. 826. post quem Yrolphus novus Archy-Mistes Româ cum literis Apostolicis advenerat, rectè contextit per A. 828. & 829. dein autem ab A. 834. Pessinæ, & ab A. 840. Brunnero consentit. Chronologia hæc errore laborat, quem sola Historia Anonymi Juvavensis seu Salisburgensis causasse videtur, eò quòd hic, controversiam tantum ecclesiasticam pro objecto habens, dum brevibus adventum Brynnonis ad Ludovicum Germanicum, baptismum quoque ejus, ac commendationem in tutelam Ratbodi retulisset, & addidisset, Brynnonem aliquod cum Ratbodo fuisse tempus: immediatè per connexionem: & non multò post: transfiliendo octo annos, ad perfidiam Brynnonis, ad Ratimarum Bulgarum profugi, dein brevi post in gratiam recepti, & terris donati se convertit, eò quòd Brynno ab A. 828. usque 837. ut hospes & advena, in ecclesiasticis nihil, ab A. 838. verò, ut Vasallus possessæ terræ, multum profuerit. Quæ conjunctione gestorum igitur Pessina inductus, dum à Brunnero annum 840. uno contextu subungi vidit, Brynnonis exilium infra annum 838. reponere veritus est, & cum crederet Brynnonem à Mogemiro, non Rege sed invasore & æmulo, fugatum, duos Mogemiros fuisse conclusit. Authores alios non laudat, nisi Anonymum Salisburgensem, Comenium, Aventinum, & Brunnerum. *Comenius* citatur ad A. 846. adeoque nihil ad præcedentem chronologiam facit. *Anonymus, & Brunnerus* facta, intervallo novem annorum inter se distantia non connexitate temporis, sed rei conjungunt, de tempore intermedio silent.

**DCCCCLXXXIV.** *Aventinus* chronologiam, non quidem explicitè, sed ipsis gestis, sufficienter disterminat; pag. 386. Bulgarorum irruptionem in Pannoniam, quam secundum annales Francorum A. 827. contigisse certum est, præmittit, dein pag. 387. Ludovici Germanici expeditionem Bulgaricam, quæ secundum *annales Fr. Fuld.* anno 828. alligata est, memorat, & hac expeditione peractâ, Brynnonis adventum in eodem adhuc anno ponit, postmodum verò prius per verba: *in sequenti anno Imperator Ludovicus in Augustum Wormatiam conventum induit*: ad A. 829. transgreditur, ut apertè constat ex Francicis annalibus, hunc conventum Wormatiensem in Augusto 829. celebratum esse. Prosequitur exinde *Aventinus* usque ad pag. 397. gesta Imperatorum usque ad A. 836. in eoque, expressè addito anno, commemorat creationem Luitpranni in Archi-Episcopum Salisburgensem, qui annus itidem Anonymo Salisburgensi per expressum convenit. Demum *Aventinus* per connexionem: *subsequente anno*: narrat expeditionem Bojariorum in Ratimarum Bulgarum, & defectionem Brynnonis.

**DCCCCLXXXV.** Ex his omnibus nunc colligendum: 1.º A. 828. Regem Moraviæ fuisse Mogemirum I. Ducem verò in parte Moraviæ Brynnonem. 2.º Eodem anno hunc Brynnonem, à Mogemiro terris suis exutum, profugum fuisse in Bojariam, ibique novem annis privatam vitam duxisse. A. 837. autem tædio affectum, quòd nulla terræ gubernatione honoraretur, cum tamen absque dubio à stirpe principum quondam Carantanorum, vel aliorum Slavorum Pannonicorum descenderet, ad Ratimarum defecisse, & non multò post in gratiam receptum, & terris beneficiario jure donatum, demum autem A. 848. Ducem absolutum provinciæ suæ factum esse. 3.º Brynnonem nunquam Regem universalem Moraviæ fuisse. 4.º Duos Mogemiros Reges Moraviæ conjecturâ, cujus fundamentum secundum dicta corrui, à

Pessina & Stredovsky, adeoque minus rectè & superflue asseri, aut saltem Mogemirum II. nihil negotii cum Brynnone habuisse. 5.<sup>to</sup> Potius Radislaum Mogemiro, primo & unico, in Regnum Moraviæ non tam successisse, quam à Francis impositum esse, ut infra videbimus.

A. Chr.  
845.

**DCCCCLXXXVI.** Hludovicus quatuordecim ex Ducibus Boëmannorum cum hominibus suis Christianam religionem desiderantes suscepit, & in octavis Theophaniæ baptizari iussit. *Annal. Fr. Fuld.*

Locò Ducum Boëmannorum hic necessariò intelligendi sunt Proceres Moravorum. Primus enim, qui ex Bohemis, saltem magnatibus & Ducibus, Christianam fidem suscepit, in omaibus historiis Bohemicis uno ore asseritur Borzivogius Dux totius Bohemiæ, obstrepentibus omnibus proceribus, exceptis iis, quos secum in Moravia habuerat, & suo exemplo baptismi participes fecerat; quin & à reliquis proceribus Bohemiæ Borzivogius, ob fidem novam terræ illatam, exulare coactus fuit. Rectè autem congruit relatio hæc Moraviæ, & præsertim illi parti, cui Brynno Dux olim usque ad A. 828. præfuerat, in qua Episcopi jam ab illo tempore sedes habebant, & populum paulatim fidei Christianæ lucrabantur. Quòd autem Optimates, XIV. numero, simul fidei manus dederint, & baptismi recipiendi causâ ad Ludovicum Germanicum in Bavariam concesserint, movere illos poterat exemplum Ducis sui quondam Brynnonis, qui honore eximio in Bavaria ob cultum religionis habebatur. Nec hic primùm Boëmanni locò Moravorum in annalibus ponuntur, sed idem jam antè, scilicet A. 805. factum, ubi illi Slavi, propter quorum infestationem Avars in sedibus suis pristinis, id est in Austria & Hungaria, manere non poterant, ab annalibus Laureshamensibus Boëmanni vocantur, qui tamen tam Moravi quàm Bohemi dicendi fuissent. *vid. num. 1015.*

846.

**DCCCCLXXXVII.** Hludovicus circa medium mensem Augusti cum exercitu ad Sclavos Margenses, defectionem molientes, profectus est. Ubi ordinatis & juxta libitum suum compositis rebus, Ducem eis constituit Rasticem nepotem Moimari. Inde per Bohemannos cum magna difficultate, & grandi damno exercitûs sui reversus est. *Annal. Fr. Fuld.*

Molimen defectionis Moravorum absque dubio effectus censendus baptismi in priore anno à XIV. proceribus suscepti, qua novitate reliqui gentiles commoti in novos Christianos insurrexere, & jugum Francicum, ne gentilismus planè opprimeretur, à se amoliri annisi sunt. Cæterùm hinc apparet, hoc anno primùm Moravis Ducem obtigisse Radislaum, & non A. 842. ut vult Pessina. Hoc fors ipsi concedendum, Radislaum jam A. 842. à patruo suo Mogemiro (cujus ex fratre Lidovito A. 823. in Dalmatia occiso nepos erat) alicui parti Moraviæ, à Brynnone quondam possessæ, sub beneficiario jure præfectum, & mortuo Mogemiro, ortoque tumultu fidei causâ, favore Francorum, totius regni Moravici potitum esse, refragantibus licet Moravis gentilibus, qui progressibus fidei, in Nitraviensi parte Moraviæ, invidabant. Videbimus etiam infra, Reges Moraviæ Welchradii residere, & Nitraviæ partibus agnatos suos sub Ducum titulo præficere solitos fuisse.

855.

**DCCCCLXXXVIII.** Rex Hludovicus in Sclavos Margenses contra Rasticem Ducem eorum sibi rebellantem parum prosperè ducto exercitu, sinè victoria rediit, malens adversarium firmissimo, ut fertur, vallo munitum ad tempus dimittere, quàm militum suorum, periculosè pugnando, damna sustinere. Magnam tamen provinciæ partem prædis & incendiis vastavit exercitus, nec parvam multitudinem hostium, castra Regis invadere cupientium, usque ad interneccionem delevit, sed non impunè, quia, post reditum Regis, Rastices cum suis insecutus plurima trans Danubium finitimorum loca prædando vastavit. *Annal. Fr. Fuld.*

858.

Ludovicus disposuerat quidem, exercitum sub Carolomanno filio mittere in Moraviam, sed ob tumultus contra fratrem Carolum Regem Galliæ impediabatur ipsa expeditio. *Annal. Fr. Fuld.*

861.

Carlmannus quoque filiorum Regis maximus res novas molitus est.

Ex-

Expulit enim Duces, quibus custodia commissa erat Pannonici limitis & Carantani, atque per suos Marcam ordinavit: quod Regis animum rebellionem suspicantis non parum commovit. *Annal. Fr. Fuld.*

A. Chr.

863.

Interea Rex (Ludovicus) collecto exercitu, specie quidem, quasi Rasticen Margensium Sclavorum Ducem cum auxilio Bulgarorum ab Oriente venientium, ut fama fuit, domaturus, re autem vera ad Carantanos, filium expugnaturus, accessit: qui revera ad id temporis defenderet, nisi proditione Gundachari Comitis sui deciperetur incautus, qui totum penè robur exercitus secum habens, quasi vada fluminis N. hostibus prohibiturus cum omnibus copiis transivit ad Regem, & praelatus est Carantanis, sicut ei prius occultè promissum est, si dominum suum fraude decipisset. *Annal. Fr. Fuld.*

**DCCCLXXXIX.** Hludovicus Rex in mense Augusto ultra Danubium cum manu valida profectus, Rasticen in quadam civitate, quæ lingua gentis illius *Dovina, id est puella*, dicitur, obsedit. At ille, cum Regiis copiis congregari non auderet, atque loca sibi effugiendi denegata cerneret, obsides, quales & quantos Rex præcepit, necessitate coactus dedit. Insuper, cum universis optimatibus suis, fidem se cunctis diebus Regi servaturum esse, juramento firmavit, licet illud minimè servaverit. *Annal. Fr. Fuld.*

864.

*Dovina*, seu Devina Slavice, Dievina Bohemice, puella latine, est arx diruta in hodiernis Hungariæ confiniis ultra Moravam fluvium, nunc *Teben* (ex Devina corrupto nomine) germanice, aut ab incolis Slavicis hodie quoque *Dovina*, & Devina nuncupata; ex quo apparet, partem Hungariæ tunc sub Moravia comprehensam fuisse, & quidem quandoque usque ad Vagum, quandoque usque ad Granavam fluvium, & ultra.

Cæterum *Pessina lib. 2. cap. 5. pag. 152.* causam non servatæ fidei refert duras nimium Regi Moravorum à Ludovico Germanico impositas, & vi extortas pacis condiciones, inter quas erat: ut Radislaus in sinistra Danubii ripa, adeoque in territorio suo proprio Moravico, ibi, ubi Ludovico opportunum videretur, duo munimenta extrui, eaque militari præsidio firmari permetteret. Hanc conditionem sanè magnæ consequentiæ esse prævidere facile poterat Radislaus; noverat enim, Francorum morem esse, devictas provincias suis primævis Ducibus privare, hos ad statum privatorum reducere, locò illorum autem Missos Regios & Comites instituere, leges Francicas inducere, & omnem subjectionem imperare, prout in seculo priore cum Bojariis, & Suevis, in seculo hoc verò cum Saxonibus, Carantanis, Slavonibus, & Dalmatis factum. Hoc excidium suæ familiæ, & totius juris Slavici, non leviter metuendum habebat Radislaus, si portas ad id per extructionem munimentorum Francicorum in terra ipsa Moravica referret.

**DCCCXC.** Werinarius comes unus ex primoribus Francorum apud Hludovicum Regem accusatus, quasi Rastizen suis hortationibus adversus eum incitasset, publicis privatus est honoribus &c. Hludovicus Hludovici Regis filius graviter ferens, quòd Rex quædam beneficia illi subtrahens, Carlmanno fratri suo reddidit, patri molestus efficitur. Nam nuntiis per universam Thuringiam & Saxoniam missis, quos potuit ad se traxit, & contra Regem rebellare disposuit. Werinarium quoque, Utonem, & Berengarium Comites à patre suo depositos, suis adhibens consiliis, pristinam eis dignitatem se restitutum esse promisit. Sed & Heinricum principem suæ militiæ ad Rastizen destinavit, obnixè postulans, ut ejusdem conspirationis fautor fieri non recusaret. Quo comperto Rex Carlmannum ad tuitionem Bajoariæ derelinquens, concitus venit in Franciam, & à suis undique confluentibus honorificè apud Fran-

866.

con-

conofurt fulceptus est, & conſpirationem exortam facilè extinxit. *Annal.*

A. Chr. *Fr. Fuld.*  
869.

**DCCCCXCI.** Sclavi (qui vocantur Behemi) terminos Bajoariorum crebris incurſionibus infeſtant, & quasdam villas incendio tradentes, mulieres inde duxère captivas. Contra quos Hludouvicus Rex tutores partium illarum interim miſit, donec ipſe opportuno tempore ſuorum vindicaturus injurias, in deſertores arma corripere. Carlmannus exercitiis Raſtici bis numero congreſſus victor extitit, prædam inde capiens non modicam, ſicut ipſe literis ad patrem ſuum deſtinatis retulit. *Sorabi & Simli junctis ſibi Beheimis & cæteris circum circa vicinis*, antiquos terminos Thuringiorum transgredientes, plurima loca devaſtant, & quosdam ſibi incautè congregientes interficiunt. Cundachar vaſallus Carlmanni, qui multis perjuriis & dolofis machinationibus Hludouvicō Regi ejusque filiis sæpe numero extitit infidelis, & proprium dominum derelinquens ad Raſticen deſecerat, contra patriam more Catilino dimicare volens occiſus eſt. Hic, Carlmanni Ducibus ad locum certaminis appropinquantibus, dixiſſe fertur ad eos, quibus erat à Raſtizo prælatus: pugnatè fortiter veſtram patriam tuentes, ego enim in hoc certamine vobis proficiuus non ero; quoniam ſanctus Emmeramus cæterique Sancti, in quorum reliquiis Hludouvicō Regi filiisque illius fidem me ſervaturum eſſe juravi, meum clypeum & haſtam tenentes, mea brachia & viſum deprimunt, & me undique conſtrictum quaſi loris ligatum retinent, ita ut nec manum quidem ad os mittere valeam. Dum hæc infelix loqueretur, noſtris ſupervenientibus occubuit, Domino illi infidelitatis ſuæ condignam mercedem retribuente. Quod cum Regi relatum fuiſſet, omnes in commune laudare Dominum, ſignis etiam cunctarum in Reganesburg eccleſiarum concrepantibus, pro interitu hoſtis extincti præcepit. Hlutharius Rex infecto negotio, propter quod Romam venerat, in Regnum ſuum redire volens, apud Placentiam Italiæ urbem menſe Julio obiit, plurimique de optimatibus illius in eodem itinere conſumpti ſunt. *Annal. Franc. Fuld.*

**DCCCCXCII.** Menſe verò Auguſto Rex Hludouvicus collectis copulis in tres partes dimiſit exercitum. Æquivocum ſuum cum Thuringis & Saxonibus ad comprimendam *Sorabum* audaciam deſtinavit: Bajoarios verò Carlmanno in adiutorium fore præcepit, contra *Zuentibaldum nepotem Raſtici* dimicare volentem: ipſe autem Francos & Alamannos ſecum retinuit adverſus *Raſtizen* pugnaturus. Cùmque jam proficiſcendum eſſet, ægrotare cœpit. Unde neceſſitate compulſus, Carolum filiorum ſuorum ultimum eidem exercitui præfecit, Domino exitum rei commendans. Qui dum cum exercitu ſibi commiſſo in illam ineffabilem Raſtici munionem, & omnibus antiquiſſimis diſſimilem veniſſet, divino auxilio fretus, omnia mœnia regionis illius cremavit incendio, & abſcondita quæque in ſilvis, vel deſoſſa in agris reperiens, cum ſuis diripuit, omnesque ſibi congregientes fugere compulſit vel interfecit. Nec minus Carlmannus *Regnum Zuentibaldi nepotis Raſtici*, igne & gladio depopulatur, vaſtatâque omni regione *Carlus & Carlmannus* fratres convenerunt, de victoria ſibi cælitus data gratulantes. Interea Hludouvicus frater illorum cum *Sorabis* manum conferens primo quidem quibusdam occiſis, hoſtes terga vertere cœgit: deinde verò non modica ex eis multitudine proſtrata, & *Behemis* (qui à Sorabis mercede conducti fuerant) partim occiſis,



cifis, partim turpiter ad sua redeuntibus, cæteros in deditioem accepit &c. Omnes autem Hludouvici Regis filii in diversis locis rebus prosperè gestis, sinè damno militum suorum, cum triumpho regressi sunt. *Behemi dextras sibi à Carlmanno dari petunt, & accipiunt. Annal. Fr. Fuld.*

**DCCCCXCIII.** *Ex Pessina lib. 2. cap. 5. pag. 155.* Ut verò Radislaus laborum periculorumque haberet, cui tutò fideret, aliquem participem, nepotem suum Suatoplucum, jam tum multarum virtutum adolescentem, ingenio, manúque promptum, & uti meminimus suprà, Regni hæredem, assentientibus primoribus gentis, designatum, *in societatem Imperii ascivit*; cui deinde, diviso bifariam exercitu, partem expeditionis armaturæ ducendam, regendamque tradidit &c.

Si Pessinæ sensus sit, Suatoplucum non præfuisse certæ parti Regni, sed indivisibiliter toti Regno sub Radislao, adversatur ei coævus auctor Annalium Fuldensium, qui ad hunc & subsequentes annos expressè asserit, Suatoplucum quoque Regnum fuisse, quod sanè fidem meretur, nec insolitum erat. Secundùm superiora relata, circa A. 828. erat Mogemir Rex Moraviæ universalis, & Brynno, sinè dubio agnatus ejus, Dux beneficiarius partis Moraviæ circa Nitraviam, Posonium, & fors etiam Brunam, ut vult Aventinus, quamquam de Bruna à Welehradensi Regimine avulsa dubitandum sit. Circa A. 842. Mogemir eidem huic parti Moraviæ nepotem suum ex fratre Lidovito Radislaum præfecerat. Non ergo mirum, si idem hic Radislaus nepotem suum ex fratre Bogislao Suatoplucum hoc eodem Ducatu honoraverit, cum ipse Radislaus prolibus careret.

**DCCCCXCIV.** Cæterùm nomen Suatopluci diversimodè à scriptoribus Germanicis, Slavicæ linguæ ignaris, proditur, nempe Zuentibald, Suatoplucus, Suatopulcus &c. *Christianus*, antiquissimus seculi decimi scriptor Bohemicus *in vita S. Wenceslai* eum vocat *Zuatopule*, & hoc, vel, quod idem est, *Zventopule*, videtur esse nomen genuinum, & agrum seu campum sacrum, aut metaphoricè sacrum seminatore, denotat: *Suenti, Sueti, Svati* enim, secundùm diversam dialectum est sanctus, seu sacer, *pule* vel *pole* verò ager, seu campus. Hinc inferendum, meliùs efferrì latinè Suatopulcum, quàm Suatoplucum, nisi alia derivatio Slavica, à *plub* aratro, desumatur, cum etiam in annalibus *Suatopoluch* occurrat, quod sacrum aratrum, seu metaphoricè sacrum aratorem in novali religionis, adeoque idem, quod sacer seminator, denotat. Similis corruptio nominis sequetur in filio Suatopluci, qui *Svenio* seu *Syato-bog*, id est sacrum bellum, vel sacer bellator Slavicè, corruptè *Zuentibolch* nuncupatus, & non rarò cum patre Suatoplucum confusus est. Porro non inepta conjectura videtur, Suatoplucum in Pannonia vel Carinthia ab exule Slavonici Ducis Lidoviti filio Bogislao natum, ab ipsa statim nativitate, cum fides Christiana iis locis jam vigeret, aut à subsecuto in Moravia apud patrum baptismo, misso priore nomine gentili, nomine hoc sancto & Christiano insignitum esse: optimo omine & eventu, ut multis *Pessina* & *Siredovsky* docent; amplificator enim maximus rei Christianæ in Moravia, quin & occasio introductæ in Bohemiam fidei, adeoque verus seminator sanctitatis fuit: in hoc tantum reprehensibilis, quòd spretis SS. Cyrilli & Methodii, & saniorum optimatam consiliis, libertatem Regni Moravici contra jugum Francicum obstinatè nimis defenderit.

**DCCCCXCV.** Zuentibald nepos Rastici propriis utilitatibus confusus se Carlmanno, unà cum Regno, quod tenebat, tradidit. Unde Rastiz vehementer iratus, nepoti occultè ponit insidias, & eum in convivio, nihil mali suspicantem, jugulare disponit, sed gratiâ Dei à periculo mortis liberatus est. Nam antequam illi, qui eum necaturi erant, domum intrarent, surrexit de loco convivii, annuente sibi quodam ejusdem fraudis conscio, & quasi cum falconibus ludum exercens, præparatas devitavit insidias. Rastiz autem videns denudatum consilium suum, nepotem cum militibus quasi comprehensurus insequitur, sed justo judicio Dei captus est laqueo, quem tetendit. Nam ab eodem nepote suo comprehenditur, ligatur, & Carlmanno præsentatur: à quo sub militibus il-

A. Chr.  
870.

*Part IV.*

M m

lum,

lum, ne elaboretur, observantibus in Bajoariam missus, usque ad præsentiam Regis servandus in ergastulum retruditur. Carlmannus verò Regnum illius nullo resistente ingressus, cunctas civitates & castella in deditioem accepit, & ordinato Regno atque per suos disposito, ditatúsque gazâ regiâ revertitur &c. Morante autem Hludouico Rege in Aquense palatio, venerunt ad eum legati Hludouici Imperatoris de Italia, simulque Adriani Papæ, quos ille suscipiens absolvit. Et post paululum inde transiens circa Kalen. Novemb. in Bajoariam profectus est, ibique cum suis colloquium habens, Rastizen gravi catena ligatum sibi præsentari iussit, eumque Francorum iudicio & Bajoariorum, nec non Sclavorum, qui de diversis provinciis Regi munera deferentes aderant, morte damnatum luminibus tantum oculorum privari præcepit. *Annal. Fr. Fuld.*

A. Chr.  
871.

*DCCCCXCVI.* Zuentibald nepos Rastici, apud Carlmannum infidelitatis crimine infimulatus, in custodiam missus est. Sclavi autem Marahenses Ducem suum periisse putantes, quendam presbyterum ejus Ducis propinquum nomine Sclagamarum (Slavimirum) sibi in principem constituunt, ei minantes interitum, nisi Ducatum super eos susciperet. Qui eisdem necessitate coactus assensum præbens contra Engilscalcum & Wilhelmum Duces Karlmanni prælia movere, & eos ex obsessis civitatibus expellere nititur. Illi verò adversus hostem pari intentione dimicantes, & nonnullos de exercitu ejus prosterentes, eum fugere compulerunt &c. *Annal. Fr. Fuld.*

*DCCCCXCVII.* Hludouicus Rex deinde mense Junio ad Occidentem profectus, loca ad se pertinentia peragravit. Interea Zuentibald, cum nullus crimina, que ei objecta fuerant, probare potuisset, à Carlmanno dimissus, & muneribus regiis honoratus in Regnum suum rediit, ducens secum Carlmanni exercitum, quasi Sclagamarum expugnaturus. Sic enim per dolum Carlmanno promiserat, si ei ad patriam reditus concederetur. Sed sicut solet incautos & de se præsumentes sequi ignominia, sic illi contigit exercitus. Nam Zuentibald cæteris castra metantibus, urbem antiquam Rastizi ingressus est, statimque Sclavisco more fidem mentitus, & juramenti sui oblitus, non ad expugnandum Sclagamarum, sed ad ulciscendam contumeliam à Carlmanno sibi illatam vires studiumque convertit. Denique Bajoarios nihil mali suspicantes, & minus se observantes, cum magno exercitu in castris aggressus est, & multos ex eis vivos comprehendit, cæteris penè omnibus occisis, exceptis his, qui prius se prudenter de castris subtraxerant; omnisque Noricorum lætitia de multis retrò victoriis conversa est in luctum & lamentationem. Quibus auditis Carlmannus de exercitûs sui interitu nimium consternatus est, & necessitate compulsus omnes obsides, qui in suo Regno erant, iussit colligi, & Zuentibaldo reddi; vixque unum virum nomine Ratbodonem inde feminecem recepit &c. *Annal. Fr. Fuld.*

*DCCCCXCVIII.* Annales Francorum omnes, adoptato Romanorum veterum contra omnes nationes, etiam Francos, stilo, ad quemvis motum gentium, quæ gravi imperio statim à prima clade acquiescere volebant, acerbè invehuntur; agnoscunt autem hinc simul causam recessus à fidelitate, ignominiam scilicet Regi Moravorum Suatoplucio nullius criminis reo illatam, dum ex levi tantum suspitione Rex amicus captivus duceretur, non levi dedecore, quin & ingratitude; Suatoplucus enim Ducatum suum, invito & indignante patruo Radislao, A. 869. in beneficium Francis obtulerat: nunc patruum ipsum in manus Francorum unâ secum tradebat; sed quæ inde retributio? Franci hanc occasionem, subigendi penitus, & simpliciter incor-

incorporandi regni Moravici, perquam opportunam, & non dimittendam rati, subito Radislai Regnum cum exercitu ingrediuntur, civitates & castella occupant, regimen per Francicos Duces, nempe Engilshalcum, & Willihelmum disponunt, adcoque Suatopluco jam designato patris heredi & successoris eripiunt, gazam regiam secum in Bavariam auferunt, sequente anno vero (ita *Pessina lib. 2. cap. 6. pag. 172.*) Suatoplucum sub amicitiae velamine Mutaram invitant, nihil sibi conscium novarum rerum & defectionis insimulant, & Ratisbonam captivum ablegant, insontem demum agnitum, non nisi stipulatione interposita, dimittunt, quod Slavimirum de noviter accepto Regno depellere, & Francorum potestatem redintegrare velit.

**DCCCXCIX.** Rex autem mense Octobri (eiusdem anni 871.) cum suis colloquium habuit in Franconofurt. Inde in Bajoariam profectus, contra *Behemos irruptionem in Regnum suum molientes*, tutores partium suarum misit, Arnum videlicet Episcopum, & Ruodoldum comitem, aliosque cum eis. Adversarii autem quendam locum vallo firmissimum circumdederunt, iter angustum in ipso aditu facientes, ad insidias scilicet illorum, qui terminos observabant, ut si forte aliquis ex illis illuc veniret, in ipso angusto itinere nusquam declinare valens occideretur. Interea Sclavi *Marahenses nuptias faciunt*, ducentes cujusdam *Ducis filiam de Behemis*. Quod cum supradicti viri, id est Arn & alii, qui cum eo erant, comperissent, illico armati adversarios sequebantur. Illi autem fugientes ad vallum memoratum ignari venerunt, ibique propter loci angustiam, equis & armis derelictis, vix nudi evaserunt. Nostrates vero supervenientes **DCXLIV.** equos cum frenis & sellis, atque ejusdem numeri scuta, quae fugientes dimiserant, invenerunt, & haec nullo resistente tollentes ad castra laeti reversi sunt. *Annal. Fr. Fuld.*

Sponsam illam Bohemicam Moravis ducentibus raptam, Ludomiram Ducis Borzivogii filiam Suatopluco Regi Moravorum destinatum fuisse variis argumentis probare conatur *Sredoviky lib. 3. cap. 4. ad finem.*

**M.** Mense autem Majo misit Thuringos & Saxones contra Sclavos *Marahenses*, qui (Saxones & Thuringi) quoniam Regem secum non habebant, & inter se concordem esse volebant, idcirco hostibus terga verterunt, & plurimis suorum amissis turpiter redierunt: ita ut quidam Comites in illa expeditione fugientes, a mulierculis illius regionis verberati, & de equis in terram fustibus dejecti referantur &c. Iterum quidam de Francia mittuntur Carlmanno in auxilium contra Sclavos supra dictos, alii destinantur contra *Behemos*: qui Dei adjutorio freti, *Duces quinque*, quorum ista sunt nomina, Zuentislan, Witislan, Heriman, Spoitiman, Moyslan, cum maxima multitudine sibi rebellare nitentes, in fugam verterunt, & alios quidem occiderunt, alios vero in fluvio *Fludaba* submerferunt. Qui autem evadere potuerunt, in civitate defecerunt. Deinde parte non modica illius provinciae depopulata, incolumes reversi sunt. In hac expeditione Luitbertus Archi-Episcopus primatum tenuit. Hi vero, qui Carlmanno missi sunt in auxilium, id est Arn Episcopus, & Sigahardus Abbas Fuldensis monasterii, quamvis fortiter hostes premedo pugnassent, plurimis tamen suorum amissis cum magna difficultate regressi sunt. Sed cum Carlmannus caedes & incendia in *Marahensibus* exercuisset, Zuentibald misso clam exercitu copioso, Bajoarios, qui ad tuendas naves in littore Histri fluminis relictii fuerant, occupavit, & alios occidit, alios necavit in flumine, alios vero duxit captivos; nullusque inde, nisi Embrico Radasbonae civitatis Episcopus, cum paucis evasit. *Annal. Fr. Fuld.*

*Pars IV.*

Mm 2

MI.

A. Chr.  
872.

A. Chr.  
873.

*MI.* Quidam etiam de Alamannia nomine Berthrammus, qui superiori anno in Marahensibus Sclavis fuerat comprehensus, à Zuentibaldo dimissus, venit ad Regem, & legationem sibi ab eodem Duce injunctam retulit, sicut priùs juramento constrictus se facturum esse pollicitus est. *Annal. Fr. Fuld.*

874.

Rex autem Hludouvicus in hebdomada paschali Fuldense monasterium petiit causâ orationis, & inde reversus generalem habuit conventum in villa Tribure. Inde in Italiam per Alpes Noricas transiens, cum Hludouico nepote suo, & Joanne Romano Pontifice, haud procul ab urbe Verona, colloquium habuit. Indéque rediens cum Carlmanno & Hludouico filiis suis in villa Foraheim locutus est: Ibique *Legatos Zuentibaldi pacem petentes & fidelitatem promittentes* suscepit. Cujus legationis princeps erat Johannes presbyter de Venetiis, qui etiam, ut ei Rex omni ambiguitate remota crederet, quicquid verbis dicebat, saramento firmabat, videlicet ut *Zuentibald Regi fidelis* permaneret cunctis diebus vitæ suæ, & *oensum à Rege constitutum per annos singulas solveret*, si ei tantummodo *quietè & pacificè à Rege* vivere concederetur. *Behemorum quoque nuntia* Rex audivit & absolvit, & post hæc in Bajoariam se recepit. *Annal. Fr. Fuld.*

876.

*MII.* Suatoplucus Rex Adelhaidam Carolomanni Bavariæ Regis ex Lidovinda Carintha filiam, & Arnulphi, qui dein Imperator factus, sororem germanam, connubii foedere sibi sociavit, quæ nova nupta in vicem dotis, concessione patris, sponsum Regem tributo liberavit. *Stredovsky lib. 3. cap. 7. pag. 304.*

882.

Rex autem morabatur in Germania, & ante natalem Domini placitum habuit ad Wormatiam, ubi multiformis nuntiis Maravorum aliarumque gentium receptis, & auditis compositisque rebus, remeavit in Alamanniam. *Annal. Fr. Fuld.*

884.

*MIII.* Imperator in terminis Noricorum & Sclavorum cum Zuentibaldo colloquium habuit. *Annal. Lambec.*

Pannonia magnum detrimentum patitur, cujus rei unde exordium narratur assumpsisse, stilo enucleamus. Igitur quum duo fratres Vuillihalmus & Engilschalchus terminum Regni Baiowariorum in Oriente à Rege (id est, seniore Hludouico) concessum contra Maravonos tenuerunt, multaque pro patria tuenda conflictando sudasse feruntur. Tandem diem ultimum hujus æris in eadem voluntate finivere permanentes. Cùm verò non esset honor illorum filiis redditus, Arbo in comitatum, Domno Rege concedente, successit: quod prædictorum virorum pueruli illorumque propinqui in contrarium accipientes & vertentes, dixerunt alterutrum fieri, & Arbonem Comitem, si non recederet de comitatu parentorum suorum, & se ipsos ante faciem gladii morituros. Hoc experimento Arbo concussus, amicitiam iniit cum Zuentibaldo Duce Maravorum gentis, firmatoque inter illos foedere filium suum obsidem fieri non tardavit. Nec minùs ipsi prædicti pueri consulunt quosdam primores Bajowaricæ gentis, collatisque propinquis ac undique copiis, fortior manus in id tempus illis adstabitur. Comitem à Rege constitutum inhonorificè expellebant, comitatumque illis in usum usurpaverunt. Hoc ergo factum est post obitum Hludouici Regis, natorumque ejus Carlmanni & Hludouici, quorum successor frater illorum minimus in Regno extitit, qui mox, prout antea tenuit, Arboni prædictum comitatum reddidit. Sed tamen ex hac re contexta (ut prædiximus) detrimentum

tuna

tum Pannoniam sentire IV. versiculis prosæ intertextis, ad suavitatem legentis, quonam modo hoc fieret, pandemus.

*Omne, dicit JESUS, fieri non stabile Regnum,  
In se dividuum, & nil dissociabile firmum.  
Hinc dolus, anxietas, tibi formosissima tellus.  
Hinc labor exoritur, quondam Pannonia felix.*

*MIV.* Igitur eodem anno, quo illi pueri prædictum comitem Arbonem à Rege commendatorum exortem fieri honorum impetraverunt, Zuentibaldus Dux Maravorum, plenum doli & astutiæ cerebrum, non immemor utriusque, quanta ab antecessoribus istorum puerorum cum gente sua, usque dum ad illos terminum Bajowariorum prætenderunt, passus sit mala: insuper etiam amicitiae ac juramenti, quæ cum Arbone iniit, pepigitque, ad hoc vindicare proficiscitur, & perfecit. Nam de septentrionali parte Histri fluminis apprehenso Werinhario, de pueris Engilschalchi, qui tres habuit, mediocri: Vezzilloni quoque Comiti, qui illorum propinquus erat, dextram manum cum lingua, & (monstri simile) verenda, & genitalia, ut nec signaculo desistente, absciderunt, homines verò illorum quosdam sinè dextra lævâque reversi sunt. Exercitus scilicet jussu Ducis igne devastat omnia, insuper ultra Danubium missis spiculatoribus, ubicunque proprietas & substantia prædictorum fit puerorum, igni tradita sinè mora est. Hoc scandalum antefacti puerulis spacio unius anni sentitur, hinc equidem non confidentibus à Rege pueris aliquid boni propter delictum, quod in Arbone commiserere, recesserunt, statueruntque fieri homines Arnolphi, Carlmanni Regis filius, qui tunc Pannoniam tenuit. *Annal. Franc. Fuld.*

*MV.* Quo audito, Zwentibaldus Dux misit nuncios ad eum, & ait illi: inimicos meos sustentas, si eos non dimiseris, nec me tecum pacificatum habebis. Alteram etiam occasionem adversus eum protulit: tui homines in vitam meam, nec minùs in Regnum meum dolosè cum Bulgaris consiliaverunt, qui priore anno suum Regnum vastavere: hoc volo mihi cum juramento, verum non esse, contestari: quorum neutrum unquam se facturum Arnolfus renunciavit. Itaque Dux non diu collectis ex omni parte Sclavavorum copiis, magno cum exercitu invadit Pannoniam immaniter, ac cruenti more lupi mactat, igne & ferro maximam partem devastat, deterit, & conscindit: ita ut non immeritò istam ad miseriam hic versus componi.

*Hic patria planctus, simul & miserabile funus.*

Quo actò dolore per ante factum puerile consilium, spacio unius anni, Dux cum exercitu suo non læsus remeavit in sua. Cæterum verò instanti anno, quo ista computamus, iterum Dux, coagulata multitudine, hostiliter Pannoniam hostilem exercitum infert: ut siquid antea remaneret, nunc quasi ore lupi per totum devorasset. Tanta enim multitudine in isto itinere pollebat, ut in uno loco ab ortu usque ad vesperum lucis exercitus ejus prætereire cerneretur. Cum tanta enim multitudine in Regno Arnolphi per XII. dies exspoliando versabatur, demum prout voluit prosperè reversus est. Postea quoque missa quadam exercitûs sui parte supra Danubium: quod audientes filii Vuillihelmi, & Engilschalchi, qui majores natu erant, Mergingor & Papo, quibusdam Pannoniorum secum assumptis, contra illos incautè venerunt: sed tamen pugnam certaminis inire non utile, nam

ad illos ( Marahenses ) victoria concessit. Isti fugæ præsidium quærentes Megingor & Papo , in flumine qui dicitur Hrapa ( Raab ) vitam finire. Frater verò Bertholdi comitis cum aliis quamplurimis à Sclavanis tentus est. Attendant , judicent , atque contendant detractores veri , & quibus hujus suasoribus rei vel consilii primordia placuerint , placeant etiam subsequenda mala. Vituperavere autem pacem , quâ conservatâ , Pannonia conservata est : quâ vero vitiatâ , per spacium tantum isto continuato tertio anno dimidio instanti , *Pannonia de Hrapa flumine ad Orientem tota deleta est.* Servi & ancillæ cum parvulis suis consumpti sunt , primoribus quibusdam tentis , quibusdam occisis : & ( quod turpius erat ) truncatis manu , lingua , genitalibus , remissi sunt ; hæc enim omnia procul dubio geruntur , sive per misericordiam , sive per iram Dei. Sed justam vindictam fieri appellamus , quæ indubitanter , non nisi justa sit , unquam evenire creditur. *Annal. Franc. Fuld.*

*MVI.* Imperator per Bajovariam ad Orientem proficiscitur , veniensque *prope flumen Tullinam , monte Comiano* ( monte Comageno , seu in Ziefelmaur Austriæ ) colloquium habuit. Ibi inter alia veniens Zwentibaldus Dux , cum principalibus suis , *homo* ( sicut mos est ) *per manus Imperatoris efficitur* , contestatus illi fidelitatem juramento , & usque dum Carolus vixisset , nunquam in Regnum suum hostili exercitu esset venturus. *Annal.*

A. Chr. *Franc. Fuld.*

885.

Pax in Oriente inter Arnolfum & Zuentibaldum , præsentibus scilicet Bajovariorum Principibus , jusjurando constare firmatur. *Annal. Fr. Fuld.*

890.

Mediante verò quadragesima Rex Pannoniam proficiscens , generale conventum cum Zwentibaldo Duce , loco qui vulgò appellatur Omuntesperch , habuit. *Annal. Fr. Fuld.* Videantur reliqua ad hunc annum in sectione de Bohemis *num. 1033.*

891.

Rex legatos suos pro renovanda pace ad Maravos transmisit. *Annal. Fr. Fuld.*

892.

*MVII.* Rex de Francia cum victoria in Alamania , curte regia Ulma , honorificè natalem Domini celebravit , inde Orientem proficiscitur , sperans ibi Zwentibaldum Ducem obvium habere. Sed ille , more solito , ad Regem venire renuit , fidem & omnia antè promissa mentitus est. Inde Rex irato animo in Hengistfeldono cum *Brazlauone Duce* colloquium habuit , ibi inter alia quærens tempus & locum , quomodo possit terram Maravorum intrare. Consultum est enim , ut tribus exercitibus armatis Regnum illud invaderet. Rex equidem assumptis secum Francis , Bajoariis , Alamannis , mense Julio Maravam venit : ibi per IV. hebdomadas cum tanta multitudine , *Ungaris etiam ibidem ad se cum expeditione venientibus* , omnem illam regionem incendio devastandam versabatur. Missos etiam suos inde ad Bulgarios & Regem eorum Laudomir , ad renovandum pristinam pacem cum muneribus , mense Septembri , transmisit , & nè coëmptio falis inde Maravanis daretur , exposcit. Missi autem propter *insidias Zwentibaldi Ducis terrestris iter non valentes habere* , de Regno Brazlauonis per fluvium Odogra usque ad Gulpam , dein per fluentes Saue fluminis navigio in Bulgaria perducti , ibi à Rege honorificè suscepti , eadem via , qua venerant , cum muneribus mense Martio reversi sunt. *Annal. Fr. Fuld.*

*MVIII.* In hoc anno mentio fit *Ungarorum* auxiliarium , qui Arnulphi expeditioni in Moraviam adfuerunt. Ungari hi , quorum veri posterii sunt Hungari *hodierni* ,

dierni, advenerant noviter in Pannoniam teste *Regino* A. 889. ex terris trans paludem Mœotidem. Causam egressus narrat ibidem sic: Ex suprâ dictis igitur locis, (Scythiæ magnæ situm descripsit in præcedentibus *Regino*, *vid. num. 747. n.*) gens memorata, à finitimis sibi populis, qui Pezinati vocantur, à propriis sedibus expulsa est, eò quòd numero & virtute præstarent, & genitale rus, exuberante multitudine, non sufficeret ad habitandum. Horum itaque violentiâ effugati, ad exquirendas, quas possent incolere, terras sedesque statuere. Valedicentes patriæ iter arripiunt. Et primò quidem Pannoniorum & Avarorum solitudinem pererrantes, venatu ac piscatione victum quotidianum quæritant. Deinde Carantanorum, Marahensium, ac Bulgarum fines crebris incursionum infestationibus irrumpunt, &c. Hungaros hos veram Hunniacam gentem, & ejusdem originis cum Attila quondam Pannoniæ dominatore fuisse, fuse deducit *Otrokošius in orig. Hung. cap. 6.* ubi ulterius statuit, gentem Hunniacam, quæ antiquioribus scriptoribus Ogor, Ugri, Ugrî, Juhri, Unoguri, Onoguri, Hunnoguri, Uturguri dicta est, unam, eandemque nationem, quæ olim trans Mœotidem habitaverit, denotare; quod etiam in capite *quinto* de Hunnis Avaribus probat.

*Liuthprandus Histor. lib. 1. cap. 3.* Constantinopolitanam urbem, id est *Constantinopolitanam Imperiam*, inter ferocissimas gentes constitutum esse dicit, easque pro ævo suo, quo sub Othonibus Imperatoribus vivebat, sic describit: habet quippe ab *Aquilone Hungaros, Pizenacos, Chazaros, Russios*, quos alio nomine nos Nortmannos appellamus, atque *Bulgaros* nimium sibi vicinos: ab Oriente Bagdas: inter Orientem & meridiem, *Ægypti, Babiloniæ*que incolas: à meridie verò Africam habet, & notam illam vicinam, sibi que contrariam insulam Cretensem: cæteræ verò, quæ sunt sub eo climate, nationes, Armenii scilicet, Persæ, Chaldæi, Avasgi, huic deserviunt &c.

*Cap. 5. Liuthprandus* subjungit: Arnulphus intereà &c. quum *Zwentebaldum Maravanorum Ducem*, quem suprâ memoravimus, sibi viriliter repugnantem debellare nequiret &c. Hungarorum gentem &c. in auxilium convocat &c. *Zwentebaldus* vincitur, subjugatur, fit tributarius &c. Devicto *Zwentebaldo*, *Maravanorum Duce*, Arnulphus pace habita Regno potitur. Hungari interim observato exitu, contemplatique regionem cordibus, malum, quod postmodum in propatulo apparuit, machinabantur &c.

*Bulgaros* *Liuthprandus* vocat Constantinopolitano Imperio nimium vicinos, quoniam ad Danubium inferiorem cis Pontum Euxinum sedebant; post eos *Ruffii Tanaim* accolebant; ultra Pontum Euxinum verò, in parte Asiæ, Constantinopolitano Imperio parebant tum temporis *Persæ, Abasgi, Chaldæi*; ergo supra *Persas & Abasgos Chazari & Pizenaci Turcicæ* gentes sedebant; atque demum Hungari terras inferiori *Tanai & Volgæ* intermediâs incolebant: unde autem à *Pizenacis Turcis* A. 889. expulsi, ad Danubianas terras, olim ab *Attila* possessas, emigrârunt. Quadruplex itaque fuit Hunnorum migratio ad Danubium: prima A. 373. unde *Attilæ* Regnum exstitit. 2<sup>da</sup> A. 550. sub nomine speciali *Avarum*; 3<sup>ta</sup> A. 744. qui sub *Carolo Magno* *Hunni* iterum & *Avares* promiscuè vocati; 4<sup>ta</sup> A. 889. qui *Hungari* propriè dicti.

*MIX.* Engilscalchus, juvenili audaciâ vir, qui post, raptâ de concubina Regis filiâ, ad tempus se *Maravos* exul contulit; post hæc ad gratiam Regis non longum veniens, *Marchensis* in Oriente effectus est. Ibi audacter contra primores *Bajoariæ* in rebus sibi summis agens judicio, eorum urbe *Radaspona* incautè palatium Regis prolapsus, & Regi præsentatus, obcæcatus est. Hinc etiam & *Willihelmus* filius *patruelis* ejus missos suos ad *Zwentibaldum Ducem* dirigens reus majestatis habebatur, capite detruncatus est. Frater quoque ejus cum *Maravanis* exul delitescens,



cens, infidioso consilio Ducis, cum aliis quamplurimis interfectus est. Arrepto itaque Rex itinere iterum Regnum Zwentibaldi Ducis ingreditur cum exercitu, maxima parte illius regionis exspoliata, propter insidias positas, magna cum difficultate itineris in Bajoaria ad regiam curtem Otingam reversus est; de qua ei non multum post filius (ex Oda Regina) nascebatur, quem Hado Mogontiacensis Archi-Episcopus, & Adalpero Augustæ Vindel. Episcopus sacro fonte baptismatis chrismantes nomine avi sui Hludouvicum (postea Infantem dictum) appellaverunt. *Annales Franc. Fuld.*

A. Chr.

894.

Circa hæc etiam tempora *Zundibolch*, Rex Marahensium Sclavorum, vir inter suos prudentissimus, & ingenio callidissimus, *diem clausit extremum*: cujus Regnum filii ejus paucò tempore infeliciter tenuerunt, Ungaris omnia usque ad solum depopulantibus. *Regino.*

894.

Pax tempore autumnì inter Bajoarios & Moravos compacta est. *Supplementum Annalium Fuldens. apud Leibnizium.*

Pax his conditionibus conclusa est: Suatoplucus partem Regni Danubio viciniorem cedere, tributo, cujus antea immunis erat, imposterum pendendo sese obstringere, insuper filium Suatobogium obsidatum pignore, ut obsequuturus conditionibus impositis, tradere cogebatur. Mortuus itaque est Suatoplucus post hanc pacem. *Pessina lib. 2. cap. 6. pag. 205.*

897.

*MX.* Cæsar verò cum curte regia Otingæ natalem Domini celebravit, advenientibus ibidem ad eum Maravorum missis, qui pro pace custodienda, ne exules eorum profugi reciperentur, ab Imperatore flagitant, quos Rex, ut audivit, absolvit, & sine mora abire jussit &c. Quo peracto ad curtem, quæ dicitur Salz pervenit, advenientibus ibi ad eum cum muneribus Soraborum missis, quos ut audivit, absolvit, & abire permisit. His ita expeditis, contigit ut gentis *Behemitarum Duces* ad Imperatorem Arnulfum, qui tunc temporis civitate Raduspona moratus est, advenerunt, offerentes ei munera regia, & sua suorumque fidelium suffragia: contra eorum inimicos Marahabitas scilicet postulantes, à quibus sæpe (ut ipsi testificati sunt) durissime compremebantur. Quos ergo Duces Rex Imperator gratuito suscipiens, verbæque consolationis ex petitoribus abundantius inferuit, & lætabundos donoque honoratos patriam in suam abire permisit, totumque illius anni tempus autumnale finitimis in locis aquilonaribus Danubii, Ymbrisque (id est Regani, Regensflus) fluminis sese sustentavit. Hac etiam in ratione, si supradictæ genti necessitas auxilii sui immineret, paratus cum suis fidelibus existeret. *Annal. Fr. Fuld.*

898.

*MXI.* Postea verò, Anno Incarnationis Domini DCCCXCVIII, inter duos fratres gentis Marahensium, Moymirum videlicet ac Zentobolchum, (id est, Suatobogium, filios Suatopluci) eorumque populum dissensio atque discordia gravissima exorta est; ita etiam, ut si uterque alterum suis viribus insequi atque comprehendere valeret, capitalem subiret sententiam. Tunc verò Rex Imperator ita sciens, Marchiones suos Luitbaldum scilicet, & Arbonem comitem, unà cum cæteris fidelibus suis, parti, quæ ad se spem ac confugium habuit, auxilium ad eorum liberationem protectionemque Bawarios suos primates transmisit. At illi more gladii, igneque, prout poterant, inimicos suos humiliaverunt, & devastando necaverunt. Istius ergo dissensionis, & disruptæ pacis inter supra

præ nominatos fratres Arbo comes, &, Iharico filio suo instigante, instructor, delatorque atque proditor esse convincitur, & ob hanc causam præfecturâ suâ ad tempus caruit, quam non multò post accepit. Deinceps autem quidam, qui erat quondam princeps, cum cæteris primoribus gentis Bawariorum, nomine Erimbertus, qui postea Regi suisque rebellis exstitit, à Priznolano (potius Brazlavone, seu Wratislao inter Savum & Dravum Duce, ut *Eckhardus lib. 32. cap. 70.*) quodam Sclavo Duce, qui & ipse Imperatori fidus probatur, comprehensus dinoscitur, & à Luitbaldo, strenuo comite, aliisque, vinculis illigatus Regi à Drantesdorf est præsentatus, Christi Domini natale anni instantis finiente. Iterum autem expeditione ordinata tempore hiemali, Bawariorum principes, cum suis, fines Marahabitarum fortiter atque hostiliter invaserunt, & manu valida loca illorum desertantes, prædâque colligentes, domumque revertentes, habentes ea &c. *Annal. Fr. Fuld.*

A. Chr.  
899.

**MXII.** Denique non post multum temporis Bawarii terminos Maraborum confidenter iteratò intrantes, & quæcunque poterant diripiendo populati sunt, & Zentobolchum puerum filium antiqui Ducis Zwentobolchi (notandum: hic patrem & filium uno nomine affici, quod tamen diversum erat) suumque populum de ergastulo civitatis, in quo inclusi morabantur, eripuerunt, ipsamque civitatem igni succenderunt, atque in fines Patriæ suæ pro misericordia secum abduxerunt. *Annal. Fr. Fuld.*

Bajowari per Boëmanniam ipsis secum assumptis Regnum Maravorum cunctis per tres hebdomadas devastantes intraverunt. Tandem cum omni prosperitate domum reversi sunt. *Annal. Fr. Fuld.*

900.

Hungari primo mortis (Arnulphi Regis) natique ejus (Ludovici Infantis) ordinationis anno, magno collecto exercitu, Maravanorum gentem, quam virtutis eorum adminiculo Rex Arnulphus subdiderat, sibi vendicant. *Linthprandus hist. lib. 2. cap. 1.*

Generale placitum Ratisbona civitate habitum est. Ibi inter alia missi Maravorum pacem optantes pervenerunt; quod mox, ut petierunt, complacuit, & juramento firmatum est. Inde ob hoc ipsum Richarius Episcopus, & Waldaricus Comes, Marahaa missi sunt, qui eodem tenore, ut in Bajoaria firmatum fuit, ipsum Ducem & omnes Primates ejus eandem pacem se servaturos juramento constrinxerunt. *Annal. Fr. Fuld.*

901.

**MXIII.** Sequitur nunc synopsis ex *Pessina lib. 2. cap. 7.* quomodo Moravia Regnum esse desierit:

Mogemir in prælio contra Hungaros, qui ex Italia reduces Moraviam devastabant, occumbit.

Pax demum concluditur: Rex Suatobogius Hungaris dextram Vagi ripam, unâ cum oppidis & castellis adjacentibus, cedere, & annis singulis tributum pendere coactus.

Suatobogius mores in pejus mutat, contra fas in suos sævit; Austriæ fines malo suo infestat; consiliaris malis utitur; religionem & pietatem negligit. S. Merthudio ad aras facienti, eò quòd sacra ultra meridiem ad Suatobogii reditum ex veneratione differre noluerit, vix non manus infert.

Suatobogius pœnitentiâ ductus in Eremum abit.

Regnum ipsius à vicinis Hungaris, Polonis, Austriacis, diripitur, & divellitur; reliqua pars, quæ nunc exstat, ultrò se fidei, potestatiq; Bohemorum permittit.

Regni Moravici finis fuit A. 908.

# SECTIO LXXIV.

## SECULUM IX.

### De Bohemis.

A. Chr.  
804.

**N***us. MXIV.* Neclanus, tum admodum puer, patri Krzezomislio in Ducatu Bohemiæ succedebat, locò cujus administratio Ducatûs per tutorem ejus, & patrum magnum, Wratislaum Lucensem seu Satecensem principem, bellica autem expeditio per tres egregios viros & proceres, Lechum, Miledrum, & Styrum gerebatur. *Siransky Republ. Boh. cap. 8.*

805.

*Caganus*, princeps Avarorum, Imperatorem adiit, postulans sibi locum dari ad habitandum inter Sabariam & Carantanum, qui propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus manere non poterat; quem Imperator benignè suscepit, ejusque precibus favit. Eodem tempore misit exercitum cum filio suo Carolo super Sclavos, qui vocantur Boëmi, qui omnem terram eorum depopulantes, Ducem eorum, qui appellabatur *Letzo*, occiderunt. *Regino.*

*Caganus* erat Christianus, nomine Theodorus, quo ad suos reverso, & non multò post morte prævento, *Cagano* (successori) per legatos suos petenti ab Imperatore concessus est *honor antiquus*, quem *Caganus* apud Hunnos juxta priscum eorum ritum habere solebat. *Annal. Fr. Fuld.*

Cujus (Cagani successoris) precibus Imperator assensum præbuit, & *summam totius Regni* juxta priscum eorum ritum habere præcepit. *Annal. Laureham.*

*Carolus* (senior seu Magnus) misit exercitum suum cum filio suo Carolo in terram Slavorum, qui vocantur Behemi, & per tres vias in eandem regionem exercitum penetrare præcepit. Partem autem exercitûs cum Carolo Rege filio suo per *Orientalem partem Francia* (per Franconiam hodiernam) seu Germaniæ ire præcepit, ut *Hircano* (Hercinio) saltu trajecto, jam dictos Slavos invaderet. Aliam verò partem per *Saxoniam* dirigens, ut ex altera parte cum Saxonibus & innumerabilibus Slavis (Borealibus, Obotritis, & aliis) transito ab Aquilone jam dicto saltu in Slavos prorumperet. *Tertia* quoque ex parte expeditionem totius *Bajoaria* in eandem regionem intrare jussit. Venientes autem undique in planitiem, Behemi universi, principésque diversarum gentium in conspectu Regis *Caroli* (Junioris) pervenerunt. Castra metati sunt autem haud procul à se illi innumerabiles exercitus distantes. *Karoli* autem Regis & principum, qui cum eo erant, imperio usus totus ille exercitus, ipsam regionem invasit. Sed Slavi invios in saltus penetrantes se minimè ad pugnam præparaverunt. Vastata autem & incensa per quadraginta dies eadem regione, *Ducem eorum Lechonem* occidit. Et dum jam pabula equis aut cibaria exercitui (non) superessent, vastata & ad nihilum redacta regione, ad propria reversus est. *Annal. Metens. apud Eckhardum lib. 27. cap. 29.*

Exercitus Saxonicus, priusquam in Bohemiam veniret, & se aliis duobus exercitibus conjungeret, invasit *Weissenfelsam ad Salam*, & *Dürnburgum* in terra Soraborum, & pugnans contra Regem eorum *Samclam*, vic

cit eum, & hic dedit duos filios suos obsides fidelitatis. *Eckhard. d. loc. ex annal. Moissiac.*

**MXV.** Ad finem seculi præcedentis Moravi, de extensione Regni sui Bohemiam versùs desperantes, inierunt cum Bohemis pacem, & dilatationem ex altera parte contra Hunnos sat felici eventu tentabant, ita ut Caganus quereretur, se in sedibus suis manere non posse; & hæc erat prima causa belli Caroli M. *Annales Laureshamenses* dicunt, infestationem à Slavis, qui *Bebemanni vocantur*, factam. Laxè hic annales accipiunt Behemannos, pro Slavis Avariæ vicinis, tam Moravis, quàm Bohemis; prout & alii annales Slavorum nomine generali utuntur. Id tamen ex hoc loco confirmatur: Avars tunc temporis Austriæ hodiernæ inferioris non tantùm partem cis-Danubianam, sed & trans-Danubianam, quatenus Bohemiæ & Moraviæ jungitur, nempe Nariscorum veterum sedem, possedisse; aliàs enim Bohemis vicini esse non poterant. *vid. num. 947.* ubi de munimento Avarum trans Danubium ad fluvium *Camb* agitur. Causa secunda suscepti à Carolo M. contra Bohemos Belli videtur fuisse, quòd Bohemi cum Sorabis vicinis fœdus contra Carolum M. quem ob infestationem Hunnorum indignari perceperant, libertatis utrinque tuendæ intuitu pepigerint; quapropter Carolus, priusquàm Bohemos armis peteret, Sorabos domuit; & hæc societas Bohemorum & Soraborum dilucidius ex actis anni sequentis apparebit. Occisus fuit *Lechus Dux*, non terræ Bohemicæ, sed *exercitus*, ut suprà ex *Sfranskii* relatis liquet, Dux enim ipsius Bohemiæ erat *Neclan* impubes.

**MXVI.** Terra, quam inhabitandam sibi dari petiit Caganus Avarum, à Reginone inter Sabariam & *Carantanum*, à reliquis annalibus inter Sabariam & *Carnuntum* designatur; hoc Carnuntum idem est cum Carantano, ea nempe regione, quæ à Slavis Carantanis jam ab A. 521. possidebatur, & hodie Carinthia, & Carnioliâ vocatur. Carnuntum duplex est: urbs, & provincia; urbs hujus nominis olim in primis 4. seculis Christi, sub temporibus Romanorum, nota erat in ripa Danubii, ubi nunc *Petronella* est. *vid. num. 403.* Hæc urbs, jam dudum seculo quinto destructa, non poterat Cagano pro tuta sede esse, utpote Moravis Bohemorum sociis nimiùm vicina; obindèque Carnuntum de provincia hujus nominis intelligendum, atque Caganus locum remotiorem à Bohemis & Moravis inter Sabariam hodie *Stein am Anger*, & *Carantanum*, in Comitatus hodiernis Hungaricis *Castriferriensi*, & *Zaladiensi*, exoptabat, utpote loca, quæ ab expulsiōe Hunnorum de A. 799. qui ab A. 744. ex *Scythia* ibi & alibi novè advenæ fuerant, fermè cultoribus destituebantur.

Cœterùm valde notandum, quòd hic de *veteri honore* Cagani apud suos referatur. Mos erat Francorum, terris noviter acquisitis *Missos Regios*, & *Comites* præficere, decimas & alia onera imponere, & leges præscribere; hoc verebatur Caganus, adeoque pro conservando honore prisco recurrebat, id est, ut vinculo fidelitatis adstrictus in reliquo sui juris esset, & populum suum more prisco regeret; quod & obtinuit, præcepit namque Carolus M. ut *summam totius regni* haberet. Hoc ideo hic annotatur, ut non mirum videatur, subsequo tempore, dum Bohemia & Moravia in deditionem Francorum venirent, iisdem eandem summam regni relictam fuisse.

A. Chr.  
806.

**MXVII.** Carolus M. Carolum filium suum in terram Sclavorum, qui dicuntur *Sorabi*, & sedent *super Albim fluvium*, cum exercitu misit. In qua expeditione *Miliduch* Sclavorum Dux interfectus est, duoque castella ab exercitu ædificata: unum super ripam fluminis *Salæ*, alterum juxta fluvium *Albim*. Sclavisque pacatis Carolus cum exercitu regressus, in loco, qui dicitur *Sili*, super ripam *Mosæ* fluminis ad Imperatorem venit. *Missæ* est & manus de *Bajoaria*, & *Alemannia*, atque *Burgundia*, sicut anno superiore, in terram Bohemorum, vastatâque terræ non minima portione, absque ullo gravi incommodo regressa. *Annal. Lauresham.*

Hinc iterum elucet, societatem libertatis tuendæ inter Bohemos & Sorabos fuisse. Utraque provincia vastata hoc anno à Francis, eò quòd in pari essent studio contra Francicum jugum. Soraborum Regulus superiori anno vocabatur *Samela*, hoc anno ab annalibus *Moissiacensibus* apud *Eckhardum lib. 27. cap. 36.* vocatur Rex superbus *Nusito* seu *Misito*, qui in hac expeditione occisus. Itaque Dux *Miliduch* (secundùm alios annales pariter occisus, seu ut *Sfransky de Republ. Boh. cap. 8.* cum vocat,

*Part. IV.*

N n 2

Mi-

- Mildruhus) non erat Dux Soraborum, sed Bohemorum, & quidem non terræ sed exercitûs, qui sociis Sorabis à Bohemis in auxilium submissus erat.
816. *MXVIII.* Saxones & Orientales Franci in Sorabos dicto non obediētes missi, contumaciam audacium non magno labore compresserunt. *Annal. Fr. Fuld.*
817. A Ludovico Pio Imp. filius ejus Lotharius Imperator, Pipinus Rex Aquitaniae, Ludovicus Rex Bajoariæ constituitur. Ludovico in charta divisionis, Bajoariam, Behemios, Carentanos, Avars, atque Slavos, qui à parte Orientali Bajoariæ sunt, concessit quidem pater, ob ætatem tamen nondum sat̄s adultam eum quidem in Bajoariam educandum misit, sed regnum intereà, dum adoleceret, per Missos regios, & Comites gubernari fecit, & suo quidem nomine. *Eckhard. lib. 28. cap. 135.*
822. *MXIX.* Ipse verò (Ludovicus Pius) peractâ autumnali venatione, trans Rhenum hyematum ad Franconofurt profectus est, ibique *generali conventu* congregato, necessaria quæque, ad utilitatem orientalium Regni sui finium pertinentia, more solenni, cum optimatibus, quos ad hoc evocari jusserat, tractare curavit. In quo conventu omnium Orientalium Sclavorum, hoc est Abotritorum, Soraborum, Vilforum, *Behemannorum*, Maruanorum, Predenecentorum, & in Pannonia residentium Avarum *legationes*, cum muneribus ad se missis, excepit. Fuere in eodem conventu & *legationes de Nordmannia*, tam de parte Heriholti, quàm filiorum Godfridi: quibus omnibus auditis, atque dimissis, ipse in eodem loco, constructis ad hoc necessariis ædificiis novis, quemadmodum secum statuerat, hyemavit. *Annal. Lauresham.*
839. *MX.* Neclanus extinctus letho; Filius ergo ejus votis populi concordibus post ipsum est electus *Hostivitus* princeps humanitate celebris. Mstibogius frater, Succoslausque Bilinensis Toparcha, regimen ipsius turbabant, sed incommodo suo semper, quàm ipsius, majore. Primus hic (Hostivitus) ex Bohemiæ Ducibus, à Germanorum Principe Ludovico Imp. paulò post mortuo, in amicitiam est receptus: sancitâque hostilitatis præteritæ amistiâ, & percussio fœdere novo, & eo non nisi æquo, Imperii socius factus. *Stransky de Republ. Bojema cap. 8.*
840. Hludovicus filius Imperatoris partem Regni trans Rhenum, quasi jure sibi debitam, affectans, per Alamanniam facto itinere, venit ad Franconofurt, multorum ad se Orientalium Francorum animis prudenti consilio conversis &c. Imperator verò illis diebus morbo correptus, ægrotare cœpit, & per Mœnum fluvium ad Franconofort, inde post dies paucos in Insulam quandam Rheni fluminis prope Ingilenheim delatus, morbo invalescente XII. Cal. Jul. diem ultimum clausit &c. Hlutharium verò de Italia ferò venientem Franci locò patris ejus super se regnaturum suscipiunt. Hunc enim ferunt Imperatorem morientem designasse, ut post se Regni gubernacula susciperet, missis ei insigniis regalibus, hoc est, sceptro Imperii & coronâ. Quod fratres ejus non consentientes, contra eum insurgere parant: ac primùm ei in suburbanis Mogontiacis cum exercitu venienti, frater suus Hludovicus cum manu valida Orientalium Francorum partem Regni ab Oriente Rheni defensurus occurrit: initoque pacto, & dilato in aliud tempus placito, Hlutharius contra Carolum Occidentem proficiscitur; Hludovicus verò Orientales Francos, Alamannos, Saxones, & Thuringios sibi fidelitatis jure confirmat. *Annal. Fr. Fuld.*

*MXI.*

**MXXI.** Hludovico (Ludovico Germanico) per nuntios Carli ad auxilium vocato, & per Alamanniam iter facienti, Comites, quos Hlutharius (Lotharius Imp.) tutores partium suarum dimiserat, in Rhenense occurrunt cum exercitu, ortoque prælio, Adalbertus Comes, & incensor discordiarum, occiditur, & cum eo innumerabilis multitudo hominum prosternitur III. Id. Maji. Itaque Hludovicus hac congressione victor, Rhenum transiens, Carlo fratri suo auxilium laturus, in Gallias pergit. Ubi cum convenissent tres fratres in regione Alcedronense juxta villam Fontianatam (locus hic à Reginone Fontaniacum, ab Eckhardo Fontanitem vocatur) & de partitione Regni concordare non possent, renuente Hluthario, qui sibi monarchiam vindicabat: ferrò decernendum, & Dei judicio causam examinandam decreverunt. Factumque est inter eos VII. Cal. Jul. prælium ingens & tanta cædes ex utraque parte, ut nunquam ætas præsens tantam stragem in gente Francorum antea factam meminere. *Annal. Fr. Fuld.*

In qua pugna ita *Francorum vires attenuata sunt*, ac famosa virtus infirmata, ut non modò ad amplificandos regni terminos, verum etiam nec ad tuendos proprios imposterum sufficerent. *Annal. Metens. & Regino.*

**MXXII.** Descripto Regno (Francorum) à primoribus, & in tres partes diviso, apud Viridunum Galliae civitatem, tres Reges mense Augusto convenientes, Regnum inter se dispertiunt: & Hludovicus quidem Orientalem partem accepit: Karolus verò Occidentalem tenuit: Hlutharius, qui major natu erat, mediam inter eos sortitus est portionem. *Annal. Fr. Fuld.*

Ludovicus citra Rhenum omnia: ultra Rhenum verò Spiram, Wormatiam, & Moguntiam civitates, & pagos sive provincias ad eas pertinentes sortitus est. Lotharius regionem inter Rhenum & Scaldim in mare decurrentem, & rursus per Cameracensem, Hannoniensem, Lomensem, Castritium, & eos comitatus, qui Mosæ citrà contigui habentur, usque ad Ararim Rhodano influentem, & per deflexum Rhodani in mare cum comitatibus utrinque illis adhærentibus sibi selegit. Regio inter Scaldim, Mosam, & Rhenum in Burgundiam usque extensa, eodem tempore *Lotharingia* nomen accepit, & ad eam Confluentes, Bonna, & Colonia, cæteraque in sinistra Rheni ripa jacentia loca pertinuerunt. Lothario præterea Regna Italiae cum ipsa Urbe Romana cesserunt. Carolo data est omnis Gallia, & Aquitania, unà cum Marca Hispanica. *Eckhard. lib. 30. cap. 4.*

Hugo Flaviniacensis in Chronico Viridunensi de divisione Regni Francorum inter tres Reges fratres loquens, graviter & verè dicit: eos unitum Francorum Regnum foeda sectione scidisse, & *exteris nationibus occasionem rebellandi contulisse*; ingruentibus enim Normannis, Dacis (hoc est Hunnis) & Britonibus fiunt Christianorum strages, deprædationes, vastationes, incensiones. Post hæc certè Imperium Francorum à Normannis, Saracenis, & tandem Ungaris invasum atque direptum est. In nihilum reductum credidisses, nisi ex Saxonia Henricus Rex, & filius ejus Otto I. Imp. illud aliqua sui parte restituisent. Nam Caroli Crassi Imp. monarchia, ob brevitatem temporis, vix memorari meretur. *Eckhard. lib. 30. cap. 9.*

**MXXIII.** Hludovicus Rex Germanorum adversus Slavos profectus, tam intestino suorum conflictu, quàm hostium victoriâ conterritus, reversus est. *Eckhard. lib. 30. cap. 39. ex Annal. Bertin.*

Duplicem expeditionem hoc anno Ludovicus habuit, in Moravos primam, eamque felicem; dispositis autem ibi rebus, & imposito Duce Radislao in Bohemos secundam infelicem, de qua sola loquuntur Annales Bertiniani.

847. Hlodovici Germanorum Regis exercitus adversus Sclavos prosperè dimicant, ita ut quod ante annum amiserat, reciperet. *Eckhard. lib. 30. cap. XI. ex Annal. Bertin.*

A. Chr. 848. Cùm *Annales Fuldenses* dicant: Hic annus à bellis quievit, quem Hlutarrius & Hlodovicus mutua familiaritate transegerunt: fortuiti insultus magis, quàm prælii instar fuisse necesse est, quod ex annalibus Bertinianis Eckhardus refert.

*MXIV.* Hlodovicus Rex quasi mediante mense Augusto Boëmannos eruptionem molientes per Hlodovicum filium suum, missa adversus eos expeditione, contrivit, legatosque pacis gratiâ mittere, & obsides dare coëgit. Circa Calendas autem Octobres generale placitum habuit apud Mogontiacum, in quo Legatos fratrum suorum, & Nordmannorum, Sclavorumque suscepit, audivit, & absolvit. *Annal. Fr. Fuld.*

849. Boëmanni more solito fidem mentientes contra Francos rebellare moliantur. Ad quorum perfidos motus comprimendos *Hernustus Dux partium illarum*, & inter amicos Regis primus, Comitèsque non pauci, atque Abbates, cum exercitu copioso mittuntur. Barbari verò pro pace & securitate sua obsides se duros, & imperata facturos per Legatos ad Tachulphum directos promittunt, cui præ cæteris credebant, quasi *scienti leges & consuetudines Sclavica gentis*. Erat quippe Dux Sorabici limitis, sed in illa expeditione jam tunc graviter vulneratus. Nam pridie, cùm exercitus vallum hostium vi magna irrumperet, & resistentibus adversariis ex utraque parte multi sine discretionem sauciarentur, ipse in sinistro genu sagittâ percussus est. Cum Legatis verò, qui missi fuerant, quò minùs ab eis debilitas ejus deprehenderetur, equo sedens simulata sanitate locutus est: cùmque quibusdam ex primatibus per missos suos Legatorum verba nuntiasset, indignati sunt aliqui eorum adversus eum, quasi cæteris præferri cupiens, summam rerum gerendarum in se vellet inclinare; & citato impetu, inconsultis cæteris, bellum hostibus paci studentibus intulerunt: statimque experti sunt, quid sine timore Dei propria discordium possit virtus & audacia; hostes enim effecti superiores, cædendo persecuti sunt eos usque in castra, occisorumque spolia in conspectu eorum securi detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, ut evadendi spe penitus privarentur. *Unde coacti obsides dabant eis, à quibus suscipere dedignati sunt, ut inlæsi ab hostibus, & viâ tantum publicâ pergentes in patriam reverti potuissent. Annal. Fr. Fuld.*

851. *MXV.* Sorabi Francorum fines crebris incursionibus atque incendiis infestant. Unde Hlodovicus Rex commotus cum exercitu per Thuringiam iter faciens, terram eorum ingressus, gravi eos obsidione fatigavit, perditisque frugibus, & omni spe victus adempta, magis eos fame quàm ferro perdomuit. *Annal. Fr. Fuld.*

856. Mense Augusto Hlodovicus Rex, collecto exercitu, per Sorabos iter faciens, Ducibusque eorum sibi conjunctis, *Dalmatas* prælio superat, acceptisque obsidibus tributarios facit. Inde per *Boëmannos* transiens, nonnullos ex eorum Ducibus in deditionem accepit. In qua expeditione perierunt Comites Bardo, & Erph, cum aliis quamplurimis. *Annal. Fr. Fuld.*

857. Otgarius Episcopus, & Hruodoltus Comes palatii, & Hernustus filius



filius Hernusti Ducis, cum hominibus suis, in Boëmannos missi, civitatem *Wiztrachi* Ducis ab annis multis rebellem occupaverunt, expulso ab ea *Scala-lugato* filio Ducis *Wiztrachi*, qui tyrannidem tunc in ea exercebat. Quo per fugam lapsa, & ad *Rasticen* se conferente, frater ejus, qui ab eo patriâ pulsus apud *Cziztiborum Sorabum* exulabat, ad Regem fideliter veniens, locò fratris Dux constituitur. *Annal. Fr. Fuld.*

**MX XVI.** Fuldensibus annalibus ab auctore coævo scriptis fides in utroque anno supra posito 856. & 857. danda, sed quinam hi Duces fuerint, de quibus fermo est, cum annales Fuldenses in locis & nominibus Slavicis non sat intelligibiles sint, valde hæsitandum; id tamen ex narratis ipsis, cum in A. 845. de quatuordecim: & in A. 856. de nonnullis Ducibus mentio fiat, sat liquere videtur, annalibus Fuldensibus satisfieri, si Duces partim pro Ducibus subordinatis divisorum territoriorum, uti erant principatus *Kaurzimensis*, & *Satecensis*: partim pro Toparchis & Dynastis, qui civitatibus suis cum quodam etiam Imperio subordinato præerant, accipiantur. Principatum *Kaurzimensis* sub Duce generali *Hostivito* frater ejus *Mstibogius*: & postmodum sub S. *Wenceslao Drslaus*: Principatum *Satecensem* seu *Lucentem* sub patre *Hostiviti Neclano Wlastislaus*, *Neclani* ex patruo *Wratislao* fratruelis tenebat. In *arce Bilinensi* erat sub *Hostivito Succoslaus*, qui ex linea fæminea *Ducali* originem trahebat. In *arce Melnicensi* *Slavibor*, cujus filiam postea filius *Hostiviti Borzivogius* in uxorem duxit. *Pessina in Phosphoro, radio tertio, pag. 117.* ex Dynastis aliis *Bavariæ & Franconiæ* vicinis nominat *Klatovienses*, *Studynechos*, *Plznenfes Radaussii* posteros, *Teplenses*, & ex *Wesleslavino* *Warenfes*, *Kadanenses*. Cæterum nomen *Cziztiborus* est absque dubio *Cztibor* Slavicum. Quis autem *Wiztrach*, & quod nomen Slavicum verum ei fuerit, difficile est conjecturare, cum multa propinqua nomina applicari possint, ex quibus *Balbinus in Epitome Rer. Bob. lib. 1. cap. 10.* nomen *Vitkonum*, quo verus *Rosensium* Optimatum profapia utebatur, seligit, & ex *Scala-lugato* filio ejus, vel prode legit *Pisbaus*, *Sclavitagone*, *Zawissium* vel *Slawnikum*, *Pessina* autem in *Marte Mor. lib. 2. cap. 5:* concinnatius *Slavatam* facit.

A. Chr.  
858.

**MX XVII.** Interea nuntiatum est *Ludovico* (in *Galliis* existenti) in Oriente *Rempubicam Sorabici* liminis esse turbatam, eò quòd *Sorabi*, *Duci* ejus *Cziztiboro* nomine, sibi fidelissimo, insidiosè perempto, defectionem meditarentur. Ac per hoc ille quidem ad comprimendam defectionem exortam in *Regnum* suum, quanta potuit celeritate regressus est. *Annal. Fr. Fuld.*

*Bohemi* terminos *Bavariæ* infestant, & quasdam villas incendio tradunt. Contra quos *Ludovicus Rex* *Tutores partium illarum* interim mittit, donec ipse opportuno tempore suorum vindicaturus injurias, in desertores arma corripere. *Sorabi, & Siusli, junctis sibi Bohemis*, terminos *Thuringorum* devastant, & quosdam sibi incautè congregientes interficiunt. Mense *Augusto* *Ludovicus* filius *Sorabos*, & eorum socios *Bohemos* prælio superat. *Bohemi* partim occisi, partim ad sua profugi, cæteri in defectionem accepti. *Bohemi* dextras sibi à *Carolomanno* dari petunt, & accipiunt. *vid. num. 991. & 992. ex annal. Fr. Fuldensibus.*

869.

**MX XVIII.** *Ludovicus Rex* mense *Octobri* colloquium habuit in *Franconofurt*. Inde in *Bojariam* profectus contra *Behemos*, irruptionem in *Regnum* suum molientes, *Tutores partium suarum* misit, *Arnum* videlicet *Episcopum*, aliòsque cum eis. *Adversarii* autem quendam locum vallo firmissimum circumdederunt, iter angustum in ipso aditu facientes, ad insidias scilicet illorum, qui terminos observabant, ut si forte aliquis ex illis illuc veniret, in ipso angusto itinere nusquam declinare valens occideretur &c. *vid. num. 999. ex Annal. Fuld.*

871.

Quidam de *Francia* destinantur contra *Behemos*, qui *Dei* adjutorio freti, *Duces quinque*, quorum ista sunt nomina: *Zwentislan, Witislan, Heriman,*

872.

man, Spoitiman, Moyslan, cum maxima multitudine sibi rebellare nitentes, in fugam verterunt, & alios quidem occiderunt, alios verò in fluvio Fludaha submerferunt; qui autem evadere potuerunt, in civitate defecerunt. Deinde parte non modica illius provinciæ depopulata incolumes reverfi sunt. In hac expeditione Luitbertus Archi-Episcopus primatum tenuit. *Annal. Fr. Fuld. vid. num. 1000.*

Cùm inter hæc nomina Ducum Bohemiæ nullum sit, quod nomini Ducis veri Bohemiæ, qui erat Borzivogius, filius Hostiviti, appropinquet: non aliud inde colligendum, quàm Duces hos laxo admodum sensu pro Toparchis & Regulis particularibus accipiendos, qui suo ductu & libitu, spretâ Ducis universalis autoritate, quam à se omnibus viribus amoliebantur, se gerebant, & vicinos pro opportunitate laceffebant: de quo videatur infrâ num. 1032. Hi igitur, cùm populum sibi subditum ad arma colligerent, seque illorum Woywodas seu Ductores nominarent, & quisque suam armatorum manum in vicinos impelleret, Ducum vocabulo apud externos Scriptores veniebant. Hoc sensu præmissio faciliè concedendum *Pessina lib. 2. cap. 6. pag. 177.* nomina suprâ recensita Optimatibus Bohemicis tunc florentibus, Sveroslao videlicet Bilinensi, Witoslao Kadanensi, Hermanno cuidam, natione Thuringensi, Spitimiro Werfchowitzenfi fratri Borbogii de Sitolib, & Mstislao filio Tuhonis Klatoviensi convenire. Herimannum autem Duringum illum fuisse, qui filium Wlastislai principis quondam Satecenfis sub tutela habuerat, & encaverat, cùm dudum facinus hoc morte luerit, chronologiæ non respondet. Cæterum Fludaha flumen est Moldava, quæ originario nomine Wltava ab inglutendo, eò quòd multos alios fluvios deglutiat, dein contractè Wltava, & à Germanis Moldava dicta.

A. Chr.  
874.

*MXXX.* Sorabi & Siusli, eorùmque vicini, Thaculpho defuncto defecerunt. Quorum audaciam Luitbertus Archi-Episcopus, & Ratolfus Thaculphi successor ultra Salam fluvium mense Januario profecti, prædis & incendiis sine bello compresserunt, & eos *sub pristinum servitium* redegerunt. *Annal. Fr. Fuld.*

Hludovicus Rex in villa Foraheim Behemorum quoque nuntia audivit, & absolvit, & post hæc in Bajoariam se recepit. *Annal. Fr. Fuld.*

877.

Sclavi, qui vocantur Linones & Siusli, eorùmque vicini, defectionem molientes, *solutum dare censum* renuunt; quos Hludovicus Rex missis quibusdam fidelibus suis circa mediam quadragesimam sine bello compressit, acceptisque obsidibus nonnullis, & muneribus non paucis, eos *sub pristinum* redegit *servitium.* *Annal. Fr. Fuld.*

876.

*MXXXI.* Convenerunt tres suprâdicti fratres (filii Ludovici Germanici) in loco, qui dicitur Saulifeld, ibi diviserunt paternum Regnum: Carolomannus sortitus est Bajoariam, Pannoniam, & Carnuntum, quod corruptè Carantanum dicitur, nec non & Regna Slavorum, Beheimensium, & Marahensium: Ludovicus Orientalem Franciam, Thuringiam, Saxoniam, & partem Regni Lotharii: porro Carolus Alemanniam, & aliquas civitates ex regno Lotharii. *Eckhard. lib. 31. cap. 234. ex Annal. Metens.*

880.

Sclavi, qui vocantur *Dalmatii*, & Behemi, atque Sorabi, cæteri que circum circa vicini audientes stragem Saxonum à Nordmannis factam, pariter conglobati, Thuringos invadere nituntur, & in Sclavis circa Salam fluvium Thuringis fidelibus prædas & incendia exercent. Quibus Poppo Comes & Dux Sorabici Limitis occurrit, & divino auxilio fretus eos prostravit, ut nullus de tanta multitudine remaneret. *Annal. Fr. Fuld.*

882.

Rex autem morabatur in Germania, & ante natalem Domini placitum habuit ad Wormatiam, ubi multiformis *nuntiis Maravorum*, aliarumque gentium, receptis, & auditis compositisque rebus, remeavit in Alemanniam. *Annal. Fr. Fuld.*

*MXXXII.*

**MXXXII.** Ab A. 840. quo Bohemiæ Dux universalis Hostivitus cum Ludovico Pio paulò ante hujus mortem fœdus inierat, in nullis Francicis annalibus quidquam memoriæ proditur, unde constaret, dictum Ducem universalem Hostivitum, & eo mortuo, ab A. circiter 856. filium ejus & successorem Borzivogium, hostilibus illis Bohemorum incursionibus in Bavariam, Franconiam, & Thuringiam, implicitos fuisse, aliàs enim certò Annales Francici inter reliquos magnâ curâ nominatos Bohemicos Duces, seu potius Toparchas, & Dynastas, non obliti fuissent, nomina pronuntiatu faciliora Hostiviti, & Borivorii inserere. Luculentum ergo hoc indicium est, Duces Bohemiæ universales incursionum illarum vel planè non conscios, vel saltem non consentientes fuisse: sed, cum monarchia Bohemica hoc præcipuè tempore ab agnatis & cognatis familiæ principalis, ex una parte nempe principibus Kaurzi-mentibus, ex altera Satecensibus, & versus Saxoniam Bilinensibus, quin & potentioribus aliis Toparchis in confiniis Bavarorum & Thuringorum, absolutum dominatum affectantibus, & Ducem alioquin universalem soli circulo Pragensi ferè includere annitentibus, multifariè infestaretur & dilaceraretur, Duces hos veros & legitimos refrænandarum eruptionum & hostilitatum in vicinas gentes opportunitate destitutos esse, econtrà autem illis aggressoribus quoque, dum vindicta à vicinis exercebatur, auxiliares se non præbuisse. Et hæc genuina ratio videtur, quòd scriptores Bohemici has Ducis legitimi auspiciis destitutas grassationes particulares, nec verbo commemorare crediderint, cum ad ipsum Ducem terræ non spectassent.

A. Chr.  
890.

**MXXXIII.** Mediante quadragesima REX (Arnolfus) Pannoniam proficiscens, generale conventum cum Zwentibaldo Duce, loco, qui vulgò appellatur Omuntesperg, habuit. *Annal. Franc. Fuld.*

Arnolphus Rex concessit Zundebolch, Marahensium Sclavorum Regi, *Ducatum Bohemensem*, (id est, incorporandum quasi Moravico Regno voluit, quanquam absque ullo effectu) qui hætenus principem suæ cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque Regibus *fidelitatem* (de adjuvando contra hostes, & tributis pensatione) promissam inviolatò fœdere conservaverant, eò quòd illi, antequàm in Regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratiâ fuerit connexus: denique filium ejus, quem ex pellice susceperat, à sacro fonte levavit, eumque ex nomine suo Zundebolch appellari fecit. Quæ res non modicum discordiarum & defectionis præbuit incitamentum. Nam & Bohemi à fidelitate diutiùs custodita recesserunt: & Zundebolch, ex adjectione alterius Regni vires non parvas sibi accessisse sentiens, fastu superbiæ inflatus, contra Arnolphum rebelavit. Quod cum cognovisset Arnolphus, cum exercitu Regnum Marahensium ingressus, cuncta, quæ extra urbes reperit, solo tenus demolitus est. Ad ultimum, ne cæteræ fructiferae arbores radicitus exciderentur, Zundebolch pacem poscit, & dato filio obside, hanc pacem serò promeruit.

*Regino.*

Arnolphus Rex nunc, cum Bohemia Duce careret, Zventibaldo favorem suum impendendum credidit, de fide ejus veluti securus. Ducatum itaque Bohemorum Zventibaldo commisit. *Eckhard. lib. 31. cap. 381.*

Hic subest error Eckhardi, ut ut in rebus historicis diligentissimi, quem ille ex Hagecii Chronico Bohemico hausit; refert enim hic, Hostivitum A. 890. mortuum; & cum eodem anno Arnolphus Ducatum Bohemensem Suatoplucò concessisse tradatur, inde coneludit Eckhardus: id tempore vacantia factum esse. Ast admodum corrupta est Hagecii chronologia in antiquioribus temporibus usque ad seculum decimum; Hostivitus longè antea fatis concessit, & Borzivogius filius in principatu successit, ejus mors dein seculo primò decimò contigit, ut hic nulla vacantia Ducatus supponi possit. *Dabrovias* Episcopus Olomucensis, & Historiographus Bohemus *lib. 4.* rectiùs statuit: Arnolphum hac in Suatoplucum usum esse liberalitate, ut tributum illi attribueret, quod Princeps Bohemiæ Cæsari tunc pendebat. Hoc omnino Arnolphus à se abdicare, & Suatoplucò, sinè injuria Bohemiæ, adjicere

*Part IV.*

OO

cerè poterat. Cæterùm notandum : à Reginone in superiore relatione de A. 890. statim annecti & anticipari ea, quæ post hunc annum subsecuta sunt ; irruptio enim Arnulphi in Moraviam primò facta A. 892. *vid. num. 1007.*

A. Chr.  
897.  
900.

*MXXXIV.* Bohemi nuntios cum muneribus ad Arnulphum Imp. Ratisbonæ commorantem mittunt, & contra Moravos inimicos tutelam petunt. *vid. num. 1010.*  
Baiowari per Boëmanniam ipsis secum assumptis regnum Marahauorum cunctis per tres hebdomadas devastantes irruerunt, tandem cum omni prosperitate domum reversi sunt. *Annal. Fr. Fuld.*

## SECTIO LXXV.

### De Memorabilibus quibusdam ex historia primorum Principum Christianorum Bohemiæ.

*Nus MXXXV.* Ex antiquissimo, qui constat, scriptore Bohemico Christiano seu *Christiano*, qui scriptioni suæ titulum præfixit sequentem : Incipit vita & passio Sancti Wenceslai & Sancte Ludmile ave eius. Domino & ter beato Sancte ecclesie dei pragensis. secundo pontifici Adalberto. humillimus & omnium monachorum nec dicendus infimus frater. S. N. christianus in christo iesu prosperis successoribus ( in Trebonensi MS.<sup>o</sup> est successibus ) ad vota pollere.

NOTA : Adalbertus creatus est episcopus Pragensis A. 969. martyrium consecutus in Prussia Anno 996. Christianus filius erat Boleslai I. seu sævi, frater Boleslai II. seu Pii, monachus in Brzevnoviensi monasterio, hodie ad S. Margaretham dicto, prope Pragam. *S. N. Christianus* interpretandum : solo nomine christianus, quemadmodum & Cosmas humilitatis ergò, se in prologo historiae suæ nominat *solo nomine Decanum*. Proëmium scriptionis suæ claudit Christianus rogando Adalbertum, ut auctoritate sua scriptionem hanc firmare dignetur, quo saltem in parochia, ( id est episcopatu Adalberti ) scribatur, legaturque. Inde apparet, Christianum post quadraginta circiter annos à necè S. Wenceslai scripsisse. Descriptio hæc omnibus aliis, quæ in diversis manuscriptis, tum in archivo metropolitanæ Pragensis Ecclesie, tum in Bibliotheca Collegii S. J. Pragæ ad S. Clementem asservantur, completior est, unde fors aliæ descriptiones potissimum desumptæ videntur. Chronologia è latere à me addita est, prout infra suis locis specialius deducetur. Scriptionis modus, exceptis abbreviaturis, servatur, ut est in manuscripto ipso. Sequitur nunc textus Christiani in præmissis ejusdem de implantatione fidei Christianæ in Moravia :

*MXXXVI.* Quirillus quidam natione grecus. tam latinis quam ipsis grecorum apicibus instructus. postquam bulgri creditæderant. aggressus est in nomine sancte trinitatis & individue unitatis eciam supra dicte genti moravie degenti fidem domini nostri iesu christi predicare. & cooperante divina gracia. postquam illos christo lucratus erat. eciam apices uel characteres novas comperit. & uetus nouumque testamentum pluraque alia de greco. seu latino sermone *sclauonicam in linguam* transtulit. Missas preterea ceterasque canonicas horas in ecclesia. publica uoce resonare statuit. quod & usque hodie *in partibus sclauorum* à pluribus agitur. maximeque in bulgariis &c.

Notandum hic 1.<sup>o</sup> à Christiano jam populares suos Slavos, interpositâ more Græcorum, & Cyrilli, primi Slavicæ gentis Doctoris græci, literâ c. locò græci k. *Sclavos* scribi. 2.<sup>o</sup> Nomen Sclavorum seu Slavorum genericum gentis esse, & tam Bulgaros, quàm Moravos, aliósque comprehendere. 3.<sup>o</sup> Cùm Christianus linguam gen-

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 291

gentis suæ vocet non Sclovanicam, sed Sclavonicam, vox Slavus non descendit à *Slowo*, quod est *verbum*, quasi homines unius sermonis, sed à *Slava*, *laus*, & gloria, ut gens laudabilis eo nomine denotetur.

**MXXXVII.** *Christiani* textus ulterior: ipse autem beatus Quirillus **A. Chr. 873.** inibi (Romæ scilicet) persistens monachalemque habitum suscipiens diem clausit extremum &c.

*Strechowsky in Moravia sacra* ponit adventum Cyrilli & Methudii in Moraviam ad A. 856. pag. 219. renovationem Episcopatus Welehradenfis ad A. 861. pag. 226. mortem Cyrilli, dum Romam reversus esset, ad A. 873.

*Ex Christiano*: Relinquens supra memoratis in partibus fratrem suum nomine metudium. uirum strenuum. omnique decoratum sanctitate. qui & postquam multos christi domini manipulos in horreo congregarat. ab ipso principe qui partibus in illis tunc dominabatur. & imperabat uniuerse terre ceu *magnificus imperator*. statuitur summus pontifex. habens sub se septem ejusdem sanctitatis pontifices &c.

Per *magnificum Imperatorem* Christianus intelligit Regem Moraviæ *Radislaum*, quem vult imperasse terris Slavicæ gentis, non tantum Moravicis, sed & Bohemicis, ut infra clarius prodit. Radislaus is, quem Francici scriptores Rasticem vocant, à patruo suo Mogemiro Rege Moraviæ A. 842. in partem Regni cooptatus, A. 846. autem, mortuo Mogemiro, & orto inter populum dissidio, à Ludovico Germanico Francicæ Austrasiæ Rege, toti Regno impositus erat. *vid. num. 987.* finiit Regnum ejus A. 870 tunc enim captus & oculis orbatus est. *vid. num. 995.* Methudius, frater Cyrilli, summus pontifex, id est Archiepiscopus Welehradenfis factus est A. 867. *Strechowsky pag. 258.* Septem episcopatus olim in seculo quarto suberant Lauriacensi metropolitane Ecclesiæ, cujus jus à Papa in neo-erectam Welehradensem Archiepiscopalem sedem dicto anno transferebatur. *Strechowsky pag. 68.* An autem seculo nono, de quo agitur, sub Methudio, omnes septem suffraganeæ ecclesiæ restauratæ fuerint, ex historiis non liquet.

**MXXXVIII.** *Ex Christiano*: in tantum. ut *Zwatopule* qui erat nepos principis uel regis religiosi. quique institutor & rector totius christianitatis. seu religionis benignus extiterat. ipsum auunculum suum insidiis appetitum regno pelleret. uisu priuaret. uitamque eius ueneno conaretur auferre. Sed hausto ille pestifero potu. protegente se divina gratia. nil aduersi patitur. Dehinc *Zwatopule* tyrannide suscepta fastu arrogantie inflammatus. cum sibi militantibus sodalibus pontificis metudii predicacionem mellisquam quasi respuit. monitaque sacratissima non pleneriter recepit. uerum membra sua scilicet plebem populumque suum partim christo partim dyabolo seruire exhibuit. Quapropter a pontifice beate memorie supra notato pagus eius cum habitantibus incolis anathemate percussa. cum sulcis suis & fructibus diuersis cladibus attrita usque in hodiernum diem deflet. Data est enim in direpcionem & captiuitatem. & predam. &c. **870.**

Hinc videre licet, qualiter traditiones antiquæ de rebus profanis, soli labili hominum memoriæ innitentes successu temporis confundantur. Principi Moraviæ Suatoplucum adscribit Christianus, quod jussu Regis Francorum Ludovici Germanici factum: Suatoplucum eundem impietatis in Methudium arguit, quæ ad successorem ejus & filium Suatobogium pertinet, ut annales coævi Francici & Archiua Ecclesiastica Moravica docent. Suatoplucus (Slavicè Suatopule id est sacer campus, vel sacer seminator *vid. num. 994.*) reverà post Deum, & Apostolos ejus SS. Cyrillum & Methudium, erat seminator Christianæ religionis in Moravia. Non is patruum suum Radislaum visu privavit, sed sententia Ludovici Germanici: non is insidias patruo struxit, sed insidias à patruo, ob agnitum Ludovici Germanici imperium offenso, passus est. *vid. num. 995.* non is S. Methudio ad aram facienti, dum reditum serum principis à venatione non expectasset, insultaverat, sed Suatobogius: *vid. Pessina in Mariæ Moravico pag. 45. & 223.* non in illum igitur utpote A. 894. (*vid. num. 1009.*)

mortuum, sed in Suatobogium, quem *annales Francici* ad A. 898. (vid. num. 1011.) Zentobolchum nominant, sententia excommunicationis & quidem A. 906. *Strebowsky* pag. 407. à S. Methudio lata est, & ab eo tempore terra Moravica in vicinas gentes (vid. num. 1013.) diffracta & direpta est, nec ultra Regem specialem habuit.

**A. Chr.**  
**877.**

**XXXIX.** Christianus in descriptione sua de Bohemis & primo eorum Christiano principe Borziwoy iam agens ait: Hic cum excellentissime forme & egregie *iuventutis flore* mitesceret. quodam tempore negotii sui populi-que sibi commissi causa *ducem suum uel regem Zwatopule* morauie adiit. a quo benigne suscipitur. & ad conuiuium pariter cum reliquis adsciscitur. Uerum sessionis ei locus inter christicolas minime conceditur. sed ritu paganorum ante mensam pauimento iubetur insidere. cuius presul metudius iniurie condolens. fertur dixisse ad eum &c. Quid plura? Mane facto. ipsum ducem cum suis triginta qui aduenerant cathezizans peractis ieiuniorum ex more sollempniis sacrosancto baptismatis fonte innouauit. pleniterque eum de fide christi instruens multis locupletatum donis ad propria redire concessit. tribuens ei uenerabilis uite sacerdotem nomine Caich. Quique reuersi in sua in castello cui uocabulum inerat gradic. (manuscripta vita S. Ludmillæ in Clementina S. J. bibliotheca num. 469 addit: *supra Multauiam*) supra dictum sacerdotem statuunt *fundantes ecclesiam in honorem beati clementis pape & martyris*. multa detrimenta Sathane ingerentes. *populum christo domino acquirentes*. (vita prædicta addit: *ueniens uero in brevi tempore presatus metudius Bohemiam sanctam Ludmillam baptizauit cum multis. & dilatatur fides christiana in terra horroris & vaste solitudinis. Videns autem dyabolus &c.*) que cernens perfidus chelindrus propriis atris superatus antiqua bella repetit. Populum cunctum bohemorum in furorem principis accendit. eo quod paternos mores relinqueret. & nouam atque inauditam sanctitatis legem christianorum arriperet. surgunt aduersus eum uno animo eademque sententia suisque eum a finibus perturbare conantur. seu etiam uitam auferre moluntur. Quo agnito princeps sese ab eis remouit.

878.

**XL.** rursusque regem Zuatopule seu pontificem metudium morauie repetiuit. (vita prædicta sic habet: *ita ut ducem propter fidem christi de Bohemia expulerunt. qui expulsus regem suatopule iterato & metudium episcopum reperit*) A quibus clarissime & ut decebat suscipitur. aliquantulumque apud eos degens perfectius doctrinam christi nanciscitur. At uero plebs præfata in nequicia sua permanens quendam ducem, ztroymir nomen cuius in latinum uertitur sermonem rege pacem. qui apud theutonicos profugus exulabat gente ex sua missis legatis ad propria eum reducunt. sibi que principem statuunt. uerum &c. dissipatum est consilium prauorum uelociter. Nam isdem eorum electus dux. licet ex eisdem genitus foret. diuturna tamen exulatio eum proprii priuauerat labii eloquio. quapropter a suis electoribus reicitur. &c. & quoniam dei providencia disponente supra memoratus princeps Borziwoy plurimos amicorum inibi sedens reliquerat. agitur eorum consilio. ut animus furentum plebium erga benignum rectorem mitigaretur. atque aduersus inuasorem perfidum toto annisu instigaretur ad necem. Verum quoniam pars quam maxima perfidorum tyranno fauebat. ineunt consilium partibus ex utrisque quo ciuitatem metropolim pragam scilicet egredientes in campo quid sibi gerendum foret perquirerent. sed perfida pars perfidorum perpere agens arma secum loricasque occulte in eundem campum deferens piorum aduersus partem signum occultum necis inter se condixit. scilicet ut si ibi qui ex parte principis Borziwoy erant. eis assentire nollent. quilibet eorum excelsa uoce oc-  
cul-

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 393

cultum in medio proclamaret signum inquires. Variemus. uariemus nos &c. (narratur, Borzivogianos adherentes consilium hoc rescivisse, & similiter armis munitos, dato ab adversarius signo, in hos irruisse, eosque partim trucidasse, partim fugasse, eorumque falsum principem patriam pepulisse) Moravie dehinc properantes pristinum ducem reducentes loco proprio restituunt. Quoniam vero isdem princeps moravie degens omnipotenti Deo votum uoverat. uidelicet quo si eum dominus ad propria cum honore reduceret. *basilicam in honore beate dei genitricis & perpetue uirginis marie edificaret.* reuersus sine mora. uotum suum implere studuit in ipsa ciuitate pragensi. &c.

A. Chr.  
879.

**MXLI.** *Cosmas Pragensis*, eumque secuti, *Pulkawa*, *Cathenus*, *Hagecius*, *Lupacius*, *Weleslavinus*, & *Stranskius* annum statuunt baptismi Borzivogii 894. eontra *Pessina*, *Balbinus*, *Srechorovsky*, *Puczalka* annum 864. alii, ut *Paproczius* in Borzivogio refert, circa annum 880. Perpenus autem & combinatis omnibus, annus congruentissimus pro baptismo Borzivogii evadit 877. ex sequentibus suo loco magis deducendis rationibus: 1<sup>mo</sup> scriptor primo-primus Christianus Borzivogium baptizatum in *egregie juvenutis flore*, & mortuum *plenum dierum* dicit, mors Borzivogii certa est A. 910. finito, eumque plerique annales vixisse referunt 75. annis. Huic supposito nullatenus convenit *juvenutis flos*, si Borzivogius baptizatus fuisset A. 894. etatis sue annorum 59. 2<sup>do</sup> Idem Christianus Borzivogium vixisse ait 35. annis, quod intelligendum de vita Christiana post baptismum; computando igitur ab anno 911. in 35<sup>um</sup> annum retro, invenitur annus 877. dum Borzivogius esset annorum 40. adeoque in flore virilis etatis. 3<sup>to</sup> scriptores omnes, qui diem baptismi addunt, sicut *Lupacius*, *Weleslavinus*, *Pessina* &c. ex traditione perpetua diem statuunt 23. Junii seu Vigiliam S. Joannis baptistae, & qua tunc incidit in diem dominicam. Hic character requirit, ut lit. F. qua 23. Junii adheret, fuerit dominicalis in anno baptismi; hoc contigit in annis 866. 877. 883. 888. 894. ergo annus 864. rejiciendus est, utpote qui literas dominicales B. A. habuit. 4<sup>to</sup> annus 864. nec ex eo congruit; quoniam eo in anno Radislaus Rex Moraviae ad incitatem ferme (vid. num. 989.) redactus, & gravi jugo Francorum pressus erat, ut Borzivogius ejus comiter colendi ansam non habuerit. 5<sup>to</sup> ex reliquis autem annus 877. ideo optime congruit, quoniam in praecedente anno Suatoplucus Rex Moraviae se cum stirpe Regia Francica, ducendo Carolomanni (ex divisione cum fratribus, Bajoariam, Carantanum, & Pannoniam tenentis) filiam, Arnulphi sororem Adelheidam (vid. num. 1002.) affinitate junxerat: ita ut jam vel maxime Borzivogio vicino Bohemiae Principi colendus, & pacis firmandae causa invisendus esset. 6<sup>to</sup> Christianus & reliqui antiquiores scriptores Borzivogium non a Cyrillo, sed a Methudio baptizatum dicunt; ergo fieri hoc debuit post A. 867. in quo Cyrillus Romam recessit, qui alioquin ante hoc tempus functionem baptismalem Methudio, utpote juniore & minori, non cessisset. 7<sup>mo</sup> Christianus & alii de solo Suatoplucio Rege Moraviae, non de Radislaio loquuntur; ergo baptismus Borzivogii reponendus ultra annum 870. in quo Radislaus regnum (vid. num. 995.) captivitate finit. 8<sup>vo</sup> annus 894. ex eo nullatenus convenit, quoniam Suatopluci (vid. num. 1009.) emortualis erat, itaque Borzivogii historiam de baptismo, aedificatione ecclesiae S. Clementis, & conversione partis populi ad fidem Christianam, dein reditu ad Suatoplucum, & commoratione longiori per 10. ut ad minimum proditur, menses, includere non poterat.

**MXLII.** *Continuatio ex Christiana*: Habuit etiam & uxorem nomine Ludmilam filiam Slauiborii comitis ex provincia bohemiae. que pso antiquitus nuncupabatur. nunc a modernis ex ciuitate nouiter constructa Mielnik uocitatur. Que sicut par & fuerat in errore gentilitatis immolando simulacris. ita & in religione christiana imitando. immo precellendo uirtutes sui uiri. facta est uere christi famula. *Suscepit autem ex ea sepe memoratus princeps tres filios totidemque filias.* & ut ei beatus metudius prophético ore predixerat cottidianis incrementis cum omni gente sua regnoque augmentabatur. Peractoque temporis sui cursu *plenus dierum bonitateque* (dicta manuscripta vita S. Ludmillae habet: *plenus dierum bonorum*) diem

911.



A. Chr.  
907.

clausit ultimum *tricesimum quintum* uitæ suæ ( scilicet spiritualis, seu post baptisma susceptum ) complens annum. Suscepitque *pro eo* regnum eius primogenitus filius ipsius *Spitignei* cunctis uirtutibus bonitatis famaue sanctitatis admodum fulgens. Imitator siquidem patris factus. fundator extitit ecclesiarum dei. congregator sacerdotum clericorumque perfectusque in fide christi. *peractis uite sue annis XL.* luce ex hac migravit astra petens. Cujus post transitum frater ejus *Wrathislaw* regni suscepisse dinoscitur gubernacula ducens uxorem nomine *Dragomir* ex prouincia hominum paganorum que *Ztodor* dicitur *iezabeli* illi assimilandam. prophetas que malicia sua trucidauit. seu eue protoplasti uxori que cain & abelem enixa est. Siquidem *dragomir* peperit ex ipso principe natos binos. unum uocitatum *Wenceslau.* alterum uero *Boleslau.* sed hec locum suum prestolantur. Igitur religiosa matrona *ludmila* uiduatur uiro orbatur iam filio uno maiore in domo propria consistens memorans pristinae ignorantie errorisque cottidie cum lacrimis preterita deflebat crimina.

**MXLIII.** Christianus dicit : *Borzivogium* obiisse : *plenum dierum bonitateque* : Vita *S. Ludmillæ* dicit : *plenum dierum bonorum* : hoc igitur necessario inculcat, *annum tricesimum quintum uitæ* intelligi de *uita spirituali* post baptismum, priorem enim vitam gentilem Christianus, scriptionem suam ad causam religionis, & martyrologium dirigens, nec in computum vocare uoluit. De *Spitihæo* filio *Borzivogii* certum est ex omnibus scriptoribus Bohemicis : regimen ejusdem breve, & nec biennale fuisse ; non poterat ergo is in ætate quadraginta annorum mori, si pater, etiamsi biennio antè obiisse supponeretur, non nisi 35. annos attigisset ; multò minùs uerò : cum pater filio, ut omnes iterum asserunt, aliquot annis supervixerit, eique principatum, se vivo, & spirituali tantùm uitæ, à curis mundanis segregatæ intento, regendum commiserit. Quod & historia *S. Iwani* apprime confirmat : utpote qui adhuc in eremo *A. 909.* à *Borzivogio* detectus & visus est, dum jam anno finiente *906.* *Spitihæus* fato concessisset. Nec ipse Christianus huic opinioni contrariatur, dicit etenim : suscepitque *pro eo* regnum ejus primogenitus filius : quod pro eo uivente æquè verificatur. Ex morte *Spitihæi* circa *A. 907.* & ætate ejus annorum *40.* liquet : natum cum fuisse circa annum *867.* unde novum argumentum exsurgit, baptismum *Borzivogii* ad annum *864.* anticipari non posse ; statuunt enim *Pessina* & alii, qui hanc opinionem tenent, quòd *Lidmila* uxor *Borzivogii* anno primùm *876.* baptizata sit, quousque certè *Borzivogius* baptismum conjugis non distulisset, si ipse jam anno *864.* baptismate donatus, & vel jam tunc vel brevi post *Lidmilæ,* ex qua filium *A. 867.* suscepit, junctus fuisset. Expressè quoque testatur manuscripta *uita supradicta S. Lidmilæ* : *S. Methudium* in brevi tempore post baptismum *Borzivogii* uenisse in Bohemiam, & *Lidmilam* cum multis baptizasse. Eodem igitur anno *877.* *S. Methudius* iter hoc non longum ex *Moravia* in Bohemiam suscepisse uidetur. Cæterùm Christianus & *uita S. Lidmilæ* refert : *Borzivogio* ex *Lidmila* tres filios totidemque filias fuisse ; de tertio filio nulla ulterior in historiis occurrit mentio, nec de filiabus, nisi quòd *Strechowsky* ( *vid. num. 999.* ) filiam unam *Ludomiram* uocet, eamque *A. 871.* *Suato-pluco,* jam sine patruo *Radislao,* *Moraviæ* imperanti sponsam destinatam, ast ab inimicis Francorum copiis in ipso itinere interceptam & abductam opinetur. Si hæc ita sint, necesse est, *Borzivogium* jam circiter quindecim annis antè *Lidmilæ* matrimonio copulatum extitisse, quod & per ætatem licuit, mortuus enim cum sit *A. 910.* finito, annos *75.* habens, natus erat circa annum *835.* & tempore devoluti ad se patris Regni *A. 856.* ætatem nubilem *20.* annorum jam attigerat.

**MXLIV.** Continuatio ex Christiano. Igitur uti prelibauimus cum prefatus dux *Wrathislaw* in regno fratris sui defuncti succederet. firmato regno basilicam in honorem beati *Georgii* martyris statuit. sed morte preuentus eius consecrationem diu desideratam minime perspexit. Filium uero suum etatis preeuntis *Wenceslaum* estuantis animi in lege diuina literis imbuendum tradiderat in ciuitatem que *budess* ( manuscripta

pta

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 295

ta vita S. Wenceslai in bibliotheca S. J. clementina Pragensi num. 469. habet: *Budecz*) uocabatur ubi ab antecedente fratre suo Spitigneo in honore principis apostolorum beati petri consecrata inerat & inest ecclesia. Cumque sagax ingenio cuncta que a pedagogo sibi tradita forent spiritu sancto inspirante alte memorie contraderet, genitore interim ex hac uita migrante annorum ferme - - XIII. (notandum: in manuscripto erasa sunt hic duo XX. ut inspicienti patet, steteratque in authographo XXXIII.) reuocatur metropolitanam in urbem pragam sedemque in paternam ab omni plebe sublimatur. *Sed quoniam puericie uel adolescentie. necdum perfecte florem mundauerat* (alia supra dicta vita manuscripta habet: *Dux interim electus. quia nondum adolescentie sue metas plenius euaserat*) inito cuncti satrape prudenti consilio beate memorie ludmille christi famule ducem ipsum rudem cum fratre suo Boleslao educandos commiserunt. donec illis robur etatis fauente deo accresceret. Quo uiso, mater supradictorum puerorum que uiduata uiro solio eiusdem utebatur. dyabolo instigante totum uenenosi pectoris animum in famulam dei ludmilam accendit, malisque suspicionibus artatur. estimans ob educacionem iuuenum quos focru sui cunctus commiserat populus educandos. se regno rebusque priuari illaque sibi dominatum nanciscituram uniuersum. initoque peruersissimo cum uiris belial consilio. toto annisu eam extinguere molitur. Venerabilis autem & deuota christi famula ludmila hoc agnito &c. per internuncios mandare studuit nurui inquiens. Non aliqua regni tui porcio male blandientis cupiditatis animum inuasit meum. neque tui dominacionem cupio ullam habere. recipe filios tuos & ut animo libet regna cum illis. mihimet uero libertatem concede seruiendi omnipotenti christo. quocunque tibi locorum placet. Verum &c. mitissimam atque benignissimam precem sancte ludmille ductrix nurus uidelicet sua non solum suscipere. uerum insuper audire contempsit. Quod cernens christi famula &c. a ciuitate metropolitana se cum suis auferens. castellum quoddam quod Thethin inest. adiit &c.

A. Chr.  
921.

*MXLV.* Beatus uero *Wenceslaus* tenere licet adhuc etatis esset. cum matre degens eciam spiritu prophecie in illis tunc diebus claruit &c. Suscepit autem martyrium felix deoque deuota famula christi ludmila septima sabbathi die & XVII. Kal. oct. prima uigilia noctis &c. His ita gestis annuente christo olim electus dux beatus *Wenceslaus* annos puericie transcendens gratissime flore iuuentutis mitescebat &c. dispositisque cunctis que ad pacem regni pertinere cernebantur. proturbatis & expulsis filiiis discordie composita quiete matrem rursus cum honore ad propria reuocaret. Que cuncta iuuante se opifice deo opere compleuit. *nam matrem regno cum dedecore maximo pepulit.* &c. Sed &c. eam rursus tempore elapso reduxit. Verum honore dominacionis pristinae caruit usque ad obitus sui diem &c. Recordatus deinde aue sue beatus *Wenceslaus* quante sanctitatis in presenti fuisset. quanteque claritatis meritum apud cunctipotentem obtineret lacrimarum imbri infusus totus inito consilio sacratissimo cum sacerdotibus & religiosis quibusdam. misit eos in prefatum castellum Thethin mandans eis, quo uel ossa seu puluerem consumpte carnis digna translacione ad se usque perducerent &c. Repertum est autem corpus felicitis & deo deuote famule Ludmille XIII. Kln. nouemb. hora XII. feria III. Intulerunt autem eam in pragam die feria VI. XVI. Kln. eiusdem mensis &c.

927.

931.

Manu-

Manuscripta Vita S. Ludmilæ in bibliotheca S. J. Clementina Pragensi num. 469. nullam notam chronologicam apponit, nisi in translatione S. Ludmillæ, ubi inter alia ait: repertum autem corpus felicitis & deo deuote famule Ludmille beate XIII. Kalendarum nouembr. hora XII. feria IV. intulerunt eam pragam feria VI.

Christiani manuscripti exemplar Trebonensis seu Witingaviensis Bibliothecæ habet: feria VI. XII. Kal. ejusdem mensis. & ita in Metropolitano Pragensi exemplari restituendum est loco XVI. Kal. ejusdem mensis; translatio enim facta biduo post inventionem.

**MXLVI.** Ex Sigeberto Gemblacensi ad A. 921. Ziptinæus ( uoluit dicere: frater Spitihnei Wratislaus ) Dux Boëmiæ ad Christi fidem conuersus justè & religiosè in Boëmia principatur, & post eum Watizlaus filius ejus iustitiâ & sanctitate præclarus, cui frater suus Bolizlaus nimis aduersabatur.

A. Chr.  
921.

*Ex Stranskiõ Reip. Bojema cap. 8. §. 11.* Wratislaus princeps pius, & à nulla viro magno digna virtute destitutus. Hic patre ad annum 910. funerato Ungaros, in Bavaria hostium communium provincia bellum circumferentes, cum non contemnenda militum manu est secutus, cæsorque in prælio Burcardo Duce A. 911. victor domum rediit. Mortuus est anno principatus decimo, christiano 916. Quoniam verò is filios reliquit impuberes, frequentibus sanè comitiis statim ab ejus obitu designatus est princeps natu inter illos *minor* ( citat chronicon Boleslaviense cap. 25. sed corrigi debet, *major*, ut Christianus coævus fermè scriptor testatur ) puer octennis Wenceslaus. §. 12. Interea verò dum is sub pletatis literarumque magistro Caico, ac aviæ Lidumilæ disciplina adolescit, matri ipsius Drahomiræ, importunè eum honorem deposcenti, Reipublicæ cura committitur. Sed cum ea in populum, qui Christo nomen dedit, impotentè sæviret, præbuit optimatibus causam, potestatis sibi tempestiviùs abrogandæ. Vix igitur quartum decimum ætatis annum ingressus Princeps designatus, & populi querelis commotus, & procerum hortatibus exstimulatus, manum gerendæ Reipub. A. 921. admovere est jussus.

**MXLVII.** Plura hic observatu digna sunt. Primum est *mors Wratislai*: hæc secundum communem scriptorum Bohemicorum calculum collocatur ad annum 916. diem verò 13. Febr. ita *Weslawina & Lapacius ad hunc diem*. Noviores scriptores autem, *Pessina*, *Puczalka* erratum esse in anno, & loco 916. poni debere 926. asserunt, hoc argumento præcipuè moti: quod Wratislaus adhuc A. 919. contra Henricum Imperatorem ob fines Misnenses bellum gesserit. Ast sententia hæc novior nimium constringit Drahomiræ interregnum, hoc pacto vix biennale; cum S. Wenceslaum A. 928. jam matri habenas Regni eripuisse velint. Scriptorum exterorum nullus est, qui litem hanc dirimat, præter supra citatum *Sigebertum Gemblacensem*, qui Watizlai, id est Waczlai, seu Wenceslai initium anno 921. alligat. Huic ergo arbitro potiùs standum videtur, licet alioquin Waczlaum Ziptinæi, id est, Spitihnæi, filium, errore in nominibus Slavicis ignotis facilè condonando, faciat, patrémque verum Wratislaum transfiliat; voluit ille certè novum principem Bohemiæ pro illo anno denotare, qui Wenceslaus erat, frater utiquè Boleslai, ut expressè addit.

**MXLVIII.** *Ætatem Wratislai* Christianus, qui vix medio seculo posterior erat, ad annos 33. definiverat; apparet enim ex Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ exemplari, scriptos fuisse annos XXXIII. Ex erroneo supposito autem, ætatem S. Wenceslai ex scholis revocati hic designari, noviore manu, erasa sunt duo XX. ita ut residua XIII. pro impubere S. Wenceslao adaptarentur. Rasuræ dubium tollit Exemplar MStum Trebonensis seu Witingaviensis bibliothecæ, quod incorruptum superest, & annos triginta tres non notis sed literis integris exprimit. Comperto itaque hoc verò numero annorum, consequens est, illos ad Wratislaum pertinere: adeoque hunc anno 921. potiùs quàm 926. mortuum esse; demptis enim 13. annis  
pro

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 297

pro filio Wenceslao ex ætate patris Wratislai, remanet pro hoc vigesimus annus inchoatus juventutis suæ usque ad nuptias. Certum habetur ab omnibus scriptoribus, S. Wenceslaum natum esse A. 908. si itaque Wratislaus pater mortuus esset A. 926. ætatis 33. annorum, filio Wenceslao dandi essent anni 18. & patri Wratislao ante nuptias non nisi 14. anni completi. Faciunt huc expressè verba Christiani: *quoniam pueritiæ vel adolescentiæ necdum perfecte florem mundaverat*: quod omnino intelligendum de nondum adeptis annis XVIII. quæ ætas antiquissimo Bohemiæ more jam habilis censetur ad negotia pertractanda, ideóque etiam hodie adolescentes statûs civici à tutela absolvit. In supposito igitur mortui Wratislai A. 926. Wenceslaus jam annos XVIII. complevisset, & Christianus pueritiam incusare ampliùs non potuisset. Facit quoque, quòd Christianus S. Wenceslaum & fratrem ejus *juvenes teneræ ætatis vocet*.

**MXLIX.** Demum hìc inquirendum de *anno martyrii* S. Lidmilæ, & quo itidem anno corpus ejus incorruptum Tetino Pragam translatum sit? Annos eos Christianus non, sed dies mensium & ferias prodidit: nempe martyrio coronatam esse die Sabbathi XVII. Kal. oct. seu 15. Sept. corpus autem inventum feriâ quartâ, XIV. Kal. Nov. id est 19. Oct. & translatum biduo post. Hac in re computus ecclesiasticus per regulas suas, literam dominicalem veterem inveniendi, ex eâque ferias pro quolibet mensis die deducendi, definit: circa tempora, de quibus est quæstio, diem decimam quintam mensis Septembris literâ F. insignitam incidisse in Sabbathum anni 921. & 927. diem verò decimam nonam mensis Octobris literâ E insignitam incidisse in feriam IV. anni 925. & 931. literam dominicalem autem fuisse A. 921. 927. G. & A. 925. 931. B. Confirmatur hìc calculus ex *Mabilonio de re diplomatica lib. 6. num. 132.* ubi exhibet chartam commutationis inter ecclesiam Viennensem Galliæ, & monasterium Aeduense S. Martini, quæ habet sequentes notas chronologicas: acta anno DCCCCXXVI. ab incarnatione Domini indictione XIII. mense Martio VIII. Idus ejusdem mensis, feria III. anno III. regnante Rodulfo glorioso Rege. Id est 8. Martii A. 926. Octavo Martii adhæret litera D. si ergo hæc tum denotabat feriam quartam, fuit eo anno litera dominicalis A. consequente sequente Anno 927. litera G. quæ litera æquè ex suprascripto computu ecclesiastico prodit. Hinc jam inferendum: pro die martyrii S. Lidmilæ, cum annus 921. nimis festinus, & contra omnem seriem historiæ de S. Wenceslao, litera dominicalis G. autem post annum 927. non nisi A. 932. in posteriore parte hujus anni bissextilis rediens ad gesta historica S. Wenceslai nimis tardus sit, apprimè & unicè convenire 15. Sept. A. 927. Inde porro ulterius necessariò sequitur, inventum esse corpus S. Lidmilæ, Tetini vulgari more ab ethnicis occisoribus inhumatum, 19. Oct. A. 931. & Pragam translatum 21. ejusdem mensis & anni. Cæterum martyrium S. Lidmilæ 16. Sept. seu XVI. Kal. Oct. itaque die martyrium infecuta celebratur, quoniam priore die in prima vigilia noctis, ut refert Christianus, ergo jam post vespas ad futuram diem pertinentes, martyrium subiit. Cur autem translatio non in die, quam Christianus prodidit, nempe 21. Oct. sed 10. Nov. celebretur, ratio petenda videtur ex relatis Martyrologii vetustissimi metropolitanæ Ecclesiæ Pragenfis sub lit. G. 17. in Archivo ibidem asservati, quod sic habet: IV. Non. Nov. Translatio sanctissimi corporis Ludmillæ martyris & viduæ, aviæ S. Wenceslai, de castello Thetin in urbem Pragam. Quod in monasterio S. Georgii martyris in castro Pragenfi jubente & procurante S. Wenceslao conditum est. Et mirandum tunc accidit omnibus, quòd sepeliri non poterat, aquis vehementer ebullientibus, ubicunque sepulchrum foderetur, quoniam diu ecclesia jam dicti monasterii non fuit consecrata &c. Translatio ergo ab illo die celebrata fors est, quo, consecratione præmissâ, aquæ cessarunt impedimento esse. De consecratione hac subsequente testatur vita S. Lidmilæ in MS<sup>o</sup> S. J. Clementino Pragenfi num. 469.

**ML.** Ex Christiano continuatio: Igitur composito confirmatoque suo regno opifice se juuante christo beatus dux Wenceslaus qualem se christo exhibuit. qualeque vas electionis. semet ipsum prebuit mens. lingua. sermo. paginaque dicere deficit simul &c. Verum ut de multis pauca eloquar &c. Gracia deinde divina cordi eius inspirante *templum* do-

*Pars IV.*

Pp

mino

mino in honore *beati Viti* martyris condere meditans legatos allegat ratisponensem ad pontificem. ( Tutonem nominant aliæ duæ descriptiones vitæ S. Wenceslai in eodem Codice MS. Archivi Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis ) in cuius ut prediximus tunc temporis diocesi constabat bohemia secundum statuta ut canonum licenciam illi pontifex tribueret. edificandi basilicam inquiring. Pater meus templum domino in honore olim statuit beati Georgii egomet uero licencia cum uestra eodem gestio condere more beati in honore christi martyris uiti. Quibus uenerandus auditis pontifex graciaram cum accione christum ad dominum extendendo manus profatur. Filio meo felicissimo Wenceslao hec redeuntes mandata referte. Ecclesia tua jam uenustissime ante dominum constructa extat.

A. Chr. 936. Auribus princeps captatis quibus exhilaratur corde. fundamenta mox ecclesie iecit parietesque optime locauit. Nec hiis contentus. uerum *limina beatorum apostolorum petri & pauli rome adire uoluit.* quo papam illius temporis expeteret. quatinus eum monachicis indutum uestibus attonderet in clericum. proque dei amore *principatum relinquens fratri suo.* heu nimium secularibus intentum actibus contraderet. ipseque pacifice degens ouiculas aliquantulas christo domino aggregaret. Quod & opere impleffet. nisi illum prenotatum basilice impediret opus. Verum inimico humani generis ipsis ab exordiis impugnante fidelium turmas. dum ineuincibilem famulum christi totus euincere nequit. arma ad antiqua uertitur fidem christianam euertere nitens. Nam fratrem eius iuniorum &c in fratrem suum sanctissimum arma odii necisque exacuit &c. *Agebantur uero hec temporibus henrici regis saxoniorum* qui primus inter ipsos christo sibi propicio dyadema imposuit. *Cui felix isdem amicus iungebatur assidue.* Ergo ut cepta insequamur. Boleslaus igitur domum propriam seu curtim habens in urbe cognomine (Boleslavia) uocitatam &c. prefatum fratrem suum felicem dolose ceu ad conuiuium accersit. sed ut reuera patuit potius ad inmolandum &c.

*MLI.* Sed & sacrosanctis diebus pasche dico & penthecosten sabbathis quando baptisma generale celebrari solet in sancta dei ecclesia. ut nichil ex hiis que dei sunt sibi deesset. si parvuli scrutiniorem tempore non inueniebantur mittebat ad forum & *pueros quotquot uenales manus uendentis attulerat.* pro folius dei amore sibi emebat. & ita deitatis operi operam beatus spiritus dans nunquam quidquam consuetudini diuine deesse sufferebat &c. Sed cepta ut persequamur beatus martyr mox gloria honoris & operis perseuerancia coronandus ut diximus matutinarum laudem deo redditurus ecclesiam matrem petit &c.

Manuscripta vita alia S. Wenceslai in Bibliotheca S. J. Clementina Pragensi num. 469. habet: tanto fervebat christiane religionis incremento. ut gentilium pueros undecunque sibi adductos larga manu redimeret & eos matri Ecclesie regenerandos presentaret.

Manuscriptum Martyrologium uetus, in Archivo Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis sub lit. C. num. 5. asservatum, & tempore Caroli IV. conscriptum, habet ad diem IV. Kal. oct. pueros gentilium seruituti genitos emens, & fide Christi præditos dabat libertati.

Notandum igitur: Ex uenditione puerorum apertè patet, jus herile Slavicarum nationum in res & personas mancipiorum neutiquam, ut perperam à quibusdam creditur, posterioribus his seculis originem debere, sed id à tempore, cuius memoria non extat, & ab antiquitate remotissima inoleuisse, cum Slavi maiores,

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 299

res, adhuc in Bannatu Temesvariensi seculo III. & IV. consistentes, in liberos & ser-  
vos jam distincti fuerint, ut num. 670. videndum.

A. Chr.  
938.

*MLII.* Continuatio ex *Christiano*: Tunc etiam sancta anima in illo  
campo certaminis huius uite liberata ergastulo sanguine laureata migra-  
uit uictrix ad dominum. III. Kalendarum octobrium celo gaudente. ter-  
ra plorante. anno dominice incarnationis DCCCC. XXXVIII. &c.  
Requieuit corpus beati martyris in ecclesia sanctorum cosme & damiani  
humatum per tres annos &c. Celebratur autem translacio eius III.  
nonas marcii. prestante domino nostro iesu christo &c.

*Ex Sigeberto Gemblacensi ad A. 938.* Princeps Boëmiæ Wenceslaus  
vir sanctus à fratre suo Boizlao occiditur, ambitione percipiendi princi-  
patûs seducto, in cuius ultionem Rex Otto bellum Boizlao indixit, &  
longa inter eos concertatio per 14. annos protracta est.

Tres sunt fontes, unde diffidia de anno martyrii S. Wenceslai promanarunt.  
Primus fons est *Manuscriptum*, de quo huc usque actum, *auctore Christiano*, qui certè  
genuinam de patru sui nece notitiam habere debuit. Sed injuriâ descriptorum ejus  
posterorum accidit, quòd, quis annus in autographo Christiani steterit, ignoretur.  
Descriptor seculi 14ti habuit annum DCCCCXXVIII. inventus autem est (quando,  
nescitur) corrector posterior, qui tertium X. raso firmate literæ V. interpoluit. *vid.*  
*num.* 1058. Secundus fons est *chronicon Cosmæ*, qui absque dubio martyrium S. Wen-  
ceslai anno 929. addixit. Tertius fons est *chronicon Sigeberti Gemblacensis*, qui paulò  
anterior Cosmæ erat, & usque ad annum 1112. scripsit, cum Cosmas usque ad A. 1125.  
historiam suam deduxerit, & brevè post mortuus sit. Hic Sigebertus annum 938. ut  
suprà, disertè definit. Cosmæ opinioni in anno 929. assignando adhærent *Pulkawa*,  
*Hagecius*, *Cuthenus*, *Lupacius*, *Weleslavinus*, &c. ubi mirum in posterioribus duobus scrip-  
toribus videri potest, quòd S. Wenceslaum A. 908. natum, A. 929. mortuum, & ni-  
hilominus XXIX. annorum ætatis suæ fuisse asserere non dubitaverint: quanquam  
Lupacius commemorando annum martyrii 929. addat: *si tamen non est mendum*. Hi  
omnes ergo autoritatem Cosmæ cæcè quasi secuti sunt. In Christiani Manuscripto  
numerus annorum, prout nunc correctus visitur, DCCCCXXXVIII. pro vero ag-  
noscunt *Pessina*, *Puczalka* &c. Sigeberti Gemblacensis testimonium de A. 938. amplexi  
sunt *Stransky*, *Balbinus* &c. & *Stransky* præter Sigeberti annales simul ad *Dismari Mer-  
seburgici chronicon lib. 2.* provocat. Cosmæ opinioni omnia fermè refragantur. Tra-  
ditio perpetua est, S. Wenceslaum annos circiter XXX. vitæ suæ exegisse. Certum  
fermè est, S. Lidmilam anno primum 927. martyrium passam, S. Wenceslaus A.  
930. aut saltem citiùs non, nisi 928. Henrico Aucupi se dedit, itaque *ly amicus jun-  
gebatur assidue*, quod Christianus suprà *num.* 1050. refert, non verificaretur, si id *assidue*  
nec anno durasset. S. Wenceslaus brachium S. Viti primum in anno 935. ab Henrico  
Aucupe dono accepit: & plura talia, de quibus alibi. Anno vel 938. vel 939. op-  
timè correspondent relata proximorum illius temporis scriptorum, *Wuichin'i Corbe-  
jensis*, & *Dismari Merseburgici*, qui apertè sat innuunt, fratricidium Wenceslai ad tem-  
pora Ottonis Magni, non ergo Henrici Aucupis, pertinere. Annum demum 938. in  
specie *Sigebertus* prodit, & ille annus omnium congruentissimus est, ut præmissis ex-  
cerptis aliis suo loco docebitur.

*MLIII.* *Ex Cosmæ Pragensis Decani chronico Bohemico*: Prziemisl jam  
plenus dierum, postquam jura instituit legum, quem coluit nimis ut  
Deum, raptus est ad Cereris generum. Cui Nezamisl successit in regnum.  
Hunc ubi mors rapuit, Mnata principales obtinuit fasces. Quo dece-  
dente ab hac vita, Vogin suscepit regni gubernacula. Hujus post fatum  
Vnislav rexit Ducatum. Cujus vitam dum rumpunt Parcæ, Crezomisl  
locatur sedis in arce. Hoc sublato è medio, Neklan Ducatûs potitur  
folio. Hic ubi vita discessit, Hostivit throno successit. Horum igitur  
Principum de vita & morte siletur, tum quia ventri & somno dediti, in-  
culti & indocti, assimilati sunt pecori, quibus profectò contra naturam  
corpus voluptati, anima fuit oneri; tum quia non erat illo in tempore,

*Part IV.*

Pp 2

qui

qui stylo acta eorum commendaret memoriæ. Sed fileamus de quibus siletur, & redeamus, unde paulò deviamus. Hostivit autem genuit *Borziwoy*, qui primus dux baptizatus est à venerabili *Methudio* Episcopo in Moravia, sub temporibus *Arnolphi* Imperatoris, & *Zuatoplk* ejusdem Moraviæ Regis &c.

Hac mentione de Principibus ethnicis generaliter facta, Cosmas ex hoc toto ævo unicam historiam specialiter deducendam assumit, de bello nempe inter *Neklanum* Ducem, & principem *Lucensem* seu *Zatecensem* *Wlastislaum*, in campo *Tursko*, in quo quidam strenuus vir, Tyro seu *Syr* nomine, personam Ducis *Neclani* fingebat, exercituique præerat, atque victoriam, quanquam morte sua propria, reportabat. Finita hac historia Cosmas profequitur suprâ cœptam historiam primi Ducis christiani *Borziwoy* sic :

Anno Dominicæ incarnationis DCCCXCIII. *Borziwoy* baptizatus est primus Dux sanctæ fidei catholicus. Eodem anno *Zuatopluk* Rex Moraviæ, sicut vulgò dicitur, in medio exercitu suorum delituit; & nusquam comparuit. Sed reverà tum in se ipsum reversus, cum recognovisset, quòd contra Dominum suum Imperatorem & compatrem *Arnulphum* injustè, & quasi immemor beneficii, arma movisset: qui sibi non solùm *Boëmiam*, verùm etiam alias regiones, hinc usque ad *fluvium Odram*, & inde versùs *Vngariam*, usque ad *flumen Gron* subjugârat: poenitentia ductus, mediæ noctis per opaca, nemine sciente, ascendit equum, & transiens sua castra fugit ad locum, in latere montis *Zober* situm, ubi olim tres *Heremitæ* inter magnam & inaccessibilem hominibus silvam ejus ope & auxilio ædificaverant Ecclesiam &c.

*MLIV.* Quando compositum sit hoc chronicon, ipse Cosmas patefacit his verbis: est autem hæc chronica composita regnante quarto *Henrico Rom. Imp.* & gubernante *S. Ecclesiam Dei Papa Calixto* sub temporibus Ducis *Bohemorum Wladislai*, simul & *Præsulis Pragensis Ecclesiæ Hermani* &c. Continet hoc chronicon gesta usque ad *A. 1125.* Porro in Prologo ad *Gervasium Cosmas* dicit: Igitur hujus narrationis sumpsî exordium à primis incolis terræ *Bohemorum*, & perpauca, quæ didici *senum fabulosa relatione*, non humanæ laudis ambitione, sed ne omnino tradantur relata oblivioni, pro posse & nosse pando omnium bonorum dilectioni &c. Continet autem hic liber primus *Bohemorum* gesta usque ad tempora primi *Brzeczislavi*, filii ducis *Odalrici*. Annos autem *Dominicæ incarnationis* idcirco à temporibus *Borziwoy* primi Ducis *Catholici ordinare capi*, quia in initio hujus libri *nec fingere volui, nec Chronicam reperire potui*, ut quando vel quibus gesta sint temporibus scirem. Quæ ad præsens recitabis in sequentibus. Vale &c. Fingere itaque noluit Cosmas, atque ideo Principibus primis ethnicis chronologiam nullam applicuit. Finxit tamen in principio suæ chronologiæ, nempe in anno *baptismatis Borziwoy*, & anno *martyrii S. Wenceslai*, dum annum respectivè 894. & 929. reclamante licèt multùm vetustiore & ad ævum illud appropinquante scriptore *Bohemico* primo *Christiano*. De priore anno hic quædam adhuc mōnenda, de altero infrâ dicetur. Nullum chronologiæ hujus auctorem habuisse fateatur Cosmas, sed ipse chronologiam à *Borziwoy* ordinare cepit. Cur autem pro *baptismo Borziwoy* statuerit annum 894. haud obscurè, recensendo ingratitude *Suatopluci* Regis *Moraviæ*, erga sibi factam liberalem *Bohemiæ* ab *Arnulpho* cessionem, ipse prodit Cosmas, & persuasus esse debuit, nihil *Borziwoy* ante eam cessionem cum *Arnulpho* commune, adeoque nec nanciscendæ ab eo *Christianitatis* occasionem fuisse. Dum ergo in *Reginonis chronico* fors, vel quocunque alio legisset, cessionem illam ad annum 890. (*vid. num. 1033.* & ratione transcripti quoque *Reginonis* in recensendis moribus primorum *Slavorum Bohemorum num. 725. & 747. a.*) pertinere: adventum *Borziwoy* in *Moraviam*, ejusdemque *baptismum* in annum usque 894. differre judicavit. Ast annus ille minimè omnium aptus erat, ut in eo & *baptismus*, & consecutiva *Borziwo-*



MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 301

zivogii ( ut in fine numeri 1041. *Nichum* ) vivo adhuc Suatoplucum comple rentur. Malè perſualus etiam in eo fuit Cosmas, quòd Suatoplucum, quem *Regino*, coævus ſcrip- tor, circa eum annum morte deceſſiſſe teſtatur, vita incolumi Regnum cum eremo comutàſſe ſcribat, id quod rectiùs filio ejus ſucceſſori Suatobogio (cujus nomen ſæ- pe cum paterno in hiftoriis confundebatur) & anno 908. adſcribendum venit.

*MLV. Ex eodem Cosma Pragenſi.* Borziwoy autem genuit duos filios, *Spitigneum*, & *Wratislaum*, ex ea quæ fuit filia Slaviboris Comitſ de ca- ſtello Pſow, nomine Ludmila. Quò feliciter univerſæ carnis viam in- greſſo, ſucceſſit paternum in principatum Spitigneus; poſt cujus obitum obtinuit Wratislaw Ducatum, qui accepit uxorem nomine *Dragomir* de duriffima gente Luticèſi, & ipſam ſaxis durioſam ad credendum, ex provincia nomine Stodor. Hæc peperit binos natos, *Wenceslaum* Deo & hominibus acceptabilem, & *Boleslaum* fraterna cæde execrabilem. Qua- liter autem gratiâ Dei ſemper præveniente & ubique ſubſequente Dux Borziwoy adeptus ſit Sacramentum Baptiſmi, aut quomodo per ejus ſucceſſores his in partibus de die in diem ſancta proceſſit religio Catholi- cæ fidei, vel qui Dux quas aut quot primitùs eccleſias credulus crexit ad laudem Dei, maluimus prætermittere, quàm ſaſtidium legentibus in- gerere: quia jam ab aliis ſcripta legimus, quædam in privilegio Mora- vienſis Eccleſiæ, quædam in epilogo ejusdem terræ atque Boëmiciæ, quæ- dam in *vita vel paſſione ſanctiſſimi noſtri patroni & martyris Wenceslai.* (ergo Cosmas manuſcriptum Chriſtiani, de quo ſuprà, habuit) Nam & eſcæ execran- tur, quæ ſæpiùs ſumuntur. Inter hos autem annos, quos infrà ſubno- tamus, facta ſunt hæc, quæ ſuprà prælibavimus: non enim ſcire potui- mus, quibus annis ſint geſta, ſive temporibus.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCXCV.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCXCVI. &c.

Sic continuat Cosmas ſolos annos finè ullis geſtis annotare, uſque ad annum 928. incluſivè; dein incipit annis geſta conjungere, ex quibus ſequentia excerpen- da veniunt.

*MLVI.* Anno Dom. incarnationis DCCCCXXIX. quarta kal. O&. ſanctus Wenceslaus Dux Boëmorum fraterna fraude martyriſatus, Boles- law in urbe (id eſt in Boleslai urbe, ſeu Boeſlavia ad Albi) intrat perpetuam cæli feliciter in aulam &c.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXIII. Ungari Orientales Francos & Almanniam atque Galliam devaſtantes, per Italiam redierunt.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXIII. Henricus Rex Ungaros mul- ta cæde proſtravit, plurèſque ex eis comprehendit.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXV. Henricus Rex paralyſi percu- titur.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXVI. obiit Henricus Rex, cui ſuc- ceſſit filius ejus Otto Imperator.

Anno Dom. incarn. DCCCCL. Dux Boëmorum Boleslaus Regi rebel- labat, quem Rex valida manu adiit, ſuæque per omnia ditioni ſubdidit.

*Ex Continuatore Reginonis:*

Anno Dom. incarn. DCCCCXXVIII. Henricus Rex Boëmos ho- ſtiliter invaſit, & præſtante Deo fortiter ſuperavit &c.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXIII. Hungari per Orientales Fran- cos, & in Alemannia, multis civitatibus igne & gladio conſumptis, jux- ta Wormatiam Rheno tranſito, uſque ad mare Oceanum Galliam va- ſtantes, per Italiam redierunt.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXIII. Henricus Rex Hungaros multa cæde prostravit, pluresque ex eis comprehendit &c.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXV. Henricus Rex paralyſi percutitur.

Anno Dom. incarn. DCCCCXXXVI. ſynodus apud Erfurt in Thuringia celebratur à compluribus episcopis. Henricus Rex &c. VI. nonas Julii diem clauſit extremum, cui filius ſuus Otto conſenſu primorum Regni ſucceſſor eligitur.

Anno Dom. incarn. DCCCCL. Bohemorum Princeps Bolizlaus Regi rebellat, quem Rex validiſſima manu adibat, ſuæque per omnia ditioni ſubdebat.

*MLVII.* Ex combinatione Coſmæ & Continuatoris Reginonis palpabile fermè eſt, Coſmæ ad manum fuiſſe chronicon Reginonis & Continuatoris ejus, námque iisdem fermè verbis, & eâdem ſententiâ refert ea, quæ ad ſuum chronicon Coſmas excerpta duxit. Quoniam autem Continuator Reginonis poſt annum 928. nullam ampliùs mentionem Boëmorum, niſi anno demum 950. fecerat, credidiſſe videtur Coſmas, S. Wenceslaum brevi poſt expeditionem Bohemicam Henrici Aucupis de A. 928. gladio fratris occubiſſe. Vitæ & paſſionis S. Wenceslai meminit expreſſè Coſmas, unde dubium non videtur, ejus vitæ, quam Chriſtianus præ aliis pleniùs, & tempore quoque priùs conſcripſit, exemplar habuiſſe. Aſt ſat ſupérque apparet, id in aggreſſu operis ſtatuiſſe, origines & antiquitates gentis ſuæ per tranſennam ſolummodo inſpicere: à ſeculo decimo medio autem, tanquam ſibi proximiore, rem historicam patriam, æquè à popularibus ſuis ad ſe uſque neglectam, ſeriò pertractare, atque ab invidia, aut injuria exterorum ſcriptorum defendere; quod & egregiâ operâ præſtitit. Non ergo ille antiquarum rerum & temporum veſtigia, tum in Chriſtiani, tum in aliorum, ſi non popularium, ſaltem exterorum ſcriptis, tum etiam in rationabilibus gentis ſuæ traditionibus deliteſcentia, prout ob ævum ſuum propinquius, meliùs aliis ſequioribus, poterat, ſub trutinam & combinationem vocavit, ſed ad uberiorem campum geſtorum ſuæ ætati appropinquantium nimiùm quantum feſtinavit. Non itaque etiam aſſenſum in antiquis, quali firmo ea judicio ſcripſiſſet, præſtolatus, quin potiùs proteſtatus eſt, ſe pauca quædam ex ſabuloſa ſenem relatione delibâſſe.

*MLVIII.* His viſis neminem ad credendum impelli arbitror, *martyrium S. Wenceslai* anno 929. deberi, eò quòd Coſmas hunc annum ſtatuat. De annotatione anni, quam Chriſtianus fermè coævus reliquit, major difficultas eſt; at & illa annotatione penitiùs inſpecta nullum veriori opinioni præjudicium aſſert. Sciendum enim eſt, deſcriptionem illam vitæ S. Wenceslai & S. Lidmilæ, quæ Chriſtianum S. Wenceslai ex fratre Boleslao ſævo nepotem omnino auctorem habet, & in bibliothecâ metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis aſſervatur, nec autographum Chriſtiani, nec tranſumptum ſpeciale, ſed unâ cum pluribus aliis deſcriptionibus vitæ S. Wenceslai, & S. Adalberti, nec non cum operibus historicis Coſmæ, & Continuatorum ejus, in unum Codicem manuſcriptum congeſtum exemplar eſſe. Et quanquam diverſæ manus deſcribentium in eo Codice reperiantur, unica tamen manus eſt, quæ antiquiores & priores partes codicis uſque in annum Chriſti 1320. itaque duobus ſeculis poſt Coſmam, & ampliùs tribus poſt Chriſtianum, exaravit. Unde præhabitâ, cum amico mihi quodam antiquitatum gnaro, diligenti inſpectione, judicium hoc de anni annotatione ex Coſma & Chriſtiano formo: Coſmæ imprimis annotatio anni 929, dubio omni caret, quin genuina, quanquam ob non adhibitam debitam trutinacionem erronea, ipſius Coſmæ ſit: id quod ſyllabus annorum ab A. 894. uſque ad ipſum annum, de quo eſt quæſtio, 929. nullo intermedio omiſſo, hitoriæ Coſmæ inferus, abundè docet. Econtrâ gravis oboritur ambiguitas, an autographum exemplar Chriſtiani annum martyrii S. Wenceslai inſertum reverà habuerit? & ſi ita, qualis ille annus, num 929, an verò 938. vel 939. fuerit? Ad quæſtionem primam certum eſt iterum, ex deſcriptoris calamo numerum anni ſic: DCCCCXXVIII. effluxiſſe, & tertium X. manu poſteriore, calamo tenuiore, atramento nigriore, inter alterum X. & V, craſo ſymate longiore hujus literæ poſterioris, acceſſiſſe. Sed illam annotationem anni totam fors ipſi deſcriptori deberi, atque inſtitiam ſeu adventitiam eſſe, argui poſſet ex eo, quòd præter omnem in reliquis geſtis annotatis obſervatum

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 303

tum morem Christiani, atque præter martyrologii, quod solum sibi proposuerat, necessitatem sit, annos adjicere. Detur autem in quæstione 2da, *Christianum* hoc loco annum, non feriam, voluisse exprimere: quis sponforem aget, *descriptorem* in anno differenter, ut omnimodè præsumendum, à Cosmæ definitione notato acquievisse, & non potius Cosmæ, quem æquè & in eodem libro describebat, authoritate motum, sui muneris credidisse, errorem, quem supponebat calami, pro concinnitate totius libri emendare? Sanè descriptori isti, ut & auctori ejus Cosmæ, non omnes compilatores vitæ S. Wenceslai fidem adhibuisse documento est aliud manuscriptum posterius, ab Episcopo Olomucensi quodam, Caroli IV. Cancellario (fuit is vigesimus secundus Olomucensis Episcopus, Joannes X. ex familia *de Foro Novo*) concinnatum, & in Bibliotheca S. J. Clementina Pragensi (sub numero incerto, utpote ob antiquitatem detricto) aservatum, quod sic habet: Passus est igitur gloriosissimus Dux & martyr, vir excellentissimus anno gratiæ nongentesimo vicesimo octavo; translatus est autem post tres annos suæ passionis &c. En annum speciale, quem nemo alius auctor tenet. Piaculum itaque non erit credere, à Christiano, si tamen annum habuit, notatum fuisse annum optimè gestis convenientem 938. quem dein quisque pro calculo & captu suo transformavit, unicus extraneus scriptor autem Sigebertus Gemblacensis fideliter retinuit.

A. Chr.  
927.

*MLIX. Ex Pessina Phosphoro, radio primo, pag. 6. & 7.* Offensi, ut par erat, Drahomiræ immani crudelitate proceres, & nequaquam amplius impotentissimam mulierem tolerandam rati, Magistratum illi, biennio vix præterito (in supposito est Pessina, Wratislaum mortuum A. 926.) abrogârunt, & Wenceslaum majorem natu filium, concordibus suffragiis in folio paterno collocârunt A. 928. quo deinde, vel, ut aliqui volunt, sequenti, Henricus Imp. expeditionem in Bohemiam tuendæ, uti præferebat, Christianæ religionis causâ, suscepit. Nam cum cognovisset de his, quæ in Bohemia, Drahomira sæviente, gererentur, sui que muneris ante omnes alios id esse reputans, ut religionem Christianam extremè jam apud Bohemos periclitantem tuendam, & ab impiorum injuriis vindicandam seriò susciperet: maximè verò Lidmillæ innocentissimæ sæminæ, ob eam, quam aliquando cum Wratislao, & genitor suis Otto Saxonie Dux cum Borzivogio, Slaviboróque ejusdem Divæ Martyris parente, coluissent amicitiam, ulcisceretur; collecto per Saxoniam & Thuringiam exercitu, in Bohemiam profectus est, ductoque per regionem Lucensem seu Zatecensem itinere, rectà Pragam contendit. Jam, uti diximus, Wenceslaus non tam imperandi, quàm religionis Christianæ in patria restaurandæ, conservandæque amore ductus, & in paternum solium collocatus, Principatûs habenas suscepit; fratri Boleslao territorio Zalabiano seu Transalbino cum arce Boleslaviensi: matri verò ditio-  
ne Stochoviensi, quæ ei dotalis erat, in usumfructum relictis. Cùmque famâ primùm, deinde fideli exploratorum relatione, de Cæsaris novo belli apparatu, & de expeditione in Bohemiam quantocytus adornanda comper-  
tum esset, ac brevè iterum certioribus adferretur nunciis, Cæsarem superatis Sudeti montibus cum exercitu adventare, jamque Zatecium oppidum attigisse, adeoque sub Pragæ mœnibus propediem affuturum, Wenceslaus nullâ factâ morâ, ei cum Optimatibus venerabundus, & supplex cum pretiosis muneribus ad Slanam occurrit, se religionis Christianæ restituendæ necessitate compulsus, Principatum iniisse referens; pacem nihilominus & amicitiam, quam hætenus Majores sui cum Imperatoribus Germanorum comiter coluissent, illibatam itidem, atque perpetuam se servaturum. A quo junctâ dextrâ, summa cum benevolentiæ significatione exceptus est, ac bene sperare jussus. In tentorio deinde fami-  
liariùs

930.

liariùs collocuti Cæsar Wenceslaum, quod sibi in occursum venisset, colaudavit, retulitque, se non nisi quoque religionis Christianæ, quam in Bohemia proculcatam, & jam penè eliminatam certa relatione cognoverat, protegendæ causâ, expeditionem & arma suscepisse; tum ut tributum, quod Bohemi à Caroli Magni tempore Imperatoribus dare consuevissent, quòdque ab annis aliquot intermissum esset, repeteret. Inde continuato itinere Pragam ductus exercitus, qui ne civibus gravis esset, in Wltavæ peninsula, quâ modò Holeššovienſis pagi, & Bubnensſis villæ agri continentur, loco aquationi, & aliis necessariis ex majori & minori Urbe advehendis asportandisque perquàm idoneo, castra posuit. Nec multò post Cæsar piis Wenceslai precibus, & solutione tributi delinitus, in Saxoniam rediit &c.

*MLX. Ex Pessina Phosphoro, radio primo, pag. 4. & 5.* Nec ullus miretur, me hìc asserere, D. Wenceslaum SS. Reliquiis donatum esse à Cæsare Mersburgi, & non Ratisbonæ, vel Wormatiæ, uti volunt communiter alii. Multum enim, & plùs cæteris, facit apud me autoritas coevi scriptoris Chronici Halberstadiensis, quem putant aliqui esse Bernhardum civitatis illius Episcopum in ordine VII. cui tunc Mersburgum jure diæcesano subiectum erat, priusquàm proprii Episcopi sede inclauisset; & Lamberti Schaffnaburg. monachi Hirsfeldensis temporum illorum vicini: qui dicunt, Henricum Imp. post illam memorabilem de Hungaris anno 934. gravissimo prælio ad Mersburgum cæsis, obtentam victoriam, mox anno sequenti, tempore messis (verbis ipsorum refero) celebrasse magnam synodum in Erphesfurt, cum Episcopis & Principibus, & Comitibus multis ex Francia, Bavaria, Alemania, Saxonia, Thuringia, Bohemia, Slavia, & Sorabia. Et Halberstadiensis, inter alios, qui aderant, Germanos Principes, tam Ecclesiasticos, quàm seculares, adfuisse memorat Winceſilaum Bohemiæ & Dalmatiæ (pars est hodiernæ Misniæ, Bohemiæ vicinior) Ducem Sanctimoniâ vitæ, & omni virtutum splendore illustrem, ac Regi semper fidelem. Additque Henricum finito conventu, & rebus quâ sacris, quâ profanis ad votum ordinatis, eundem Bohemiæ Ducem, & quosdam alios Principes, Mersburgum ad Regiam suam sedem adduxisse, ut ipsis tum locum prælii & cladis Hungaricæ, tum pictas tabulas, quas inter hæc fieri, & in superioris palatii parietibus, loco amplo & conspicuo, publicè omnibus spectandas exponi jufferat, veluti totius rei gestæ indices, ostenderet: lautèque habuisse per complures dies, nec nisi magnis excultos muneribus dimisſisse. Tametsi verò non explicet, quid muneris cuique datum fuerit, cum tamen aliunde constet, Divo Wenceslao fuisse brachium S. Viti ab Henrico Imp. sub id tempus donatum, prudens conjectura fit, & res penè ipsa se prodit, quòd id Mersburgi acciderit &c. MS. Martyrologium vetus Ecclesiæ Pragensis ita refert ad IX. Cal. Septemb. Eodem die allatum est brachium S. Viti martyris per sanctissimum Wenceslaum martyrem Ducem Bohemiæ de Almannia Pragam, ubi mox ipse beatus Wenceslaus fundavit Ecclesiam Pragensem in honorem ejusdem S. Viti martyris. Anno salutis DCCCCXXXV.

Ita ipsemet ego quoque legi scriptum in dicto martyrologio ad diem IX. Kal. Sept. excepto anno salutis, hic enim non eadem, sed posteriore manu supra verbum Pragam adnotatus reperitur. Martyrologium hoc, ut ex omnibus patet, conscriptum est sub temporibus Caroli quarti. Habet autem & alibi, nempe ad diem XVII. Kal. Jul.

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 305

Jul. sequentem notam : SS. martyrum Viti & Modesti atque Crescentiæ. Hujus S. Viti brachium beatus Wenceslaus martyr & Dux Boëmiæ vocatus ad curiam imperialem ab Imperatore, pro reverentia & sanctitate sua obtinuit, & translatum Pragam, mox in honore & sub titulo ejusdem S. Viti ecclesiam fundavit & construxit, quæ quidem ecclesia postmodum procurante Boleslao Pio Duce Boëmiæ, & Mlada virgine ejus sorore, in cathedralem per sedem Apostolicam est erecta. Decursis decem multorum annorum curriculis ipsa Ecclesia Pragensis, procurante gloriosissimo Principe Karolo Rom. Imp. semper Augusto & Boëmiæ Rege sublimata est in metropolim &c. Martyrologium hoc est in Archivo metropolitano Pragensi inter manuscriptos Codices sub *lit. C. 5.* & sub Carolo IV. scriptum est. Invenitur autem ibidem aliud manuscriptum martyrologium sub *lit. G. 17.* quod quidem descriptione junius, sed compositione antiquius, nempe de A. 1254. est, ut patet ex prologo ejusdem. Alterum hoc martyrologium æquè idem recitat in substantia de allatione brachii S. Viti.

*MLXI.* Ex eodem Phosphoro Pessina, Radio primo, pag. 11. Innuat aliquid anonymus scriptor in vetustissimo MS. codice, mihi dum hæc scribo, à P. Bohuslao Balbino ex MM. SS. bibliotheca collegii S. J. ad S. Clementem Pragæ (in notis addit numerum Codicis 469.) commodato, vitam S. Wenceslai referens, ubi inter alia habet expressè ista :

Rectè exscribit Pessina relationem hanc, quam & ego inspexi, & plenius aliquantum huc exscribo : Omnipotens Deus volens aliis hujus declarare viri laudabile meritum, stupendum circa ipsum est operatus prodigium. Dum in quodam tempore ad curiam Cæsaris vocatus fuisset, Cæsar cum suis principibus talem dictavit sententiam &c. (narratur interdictum de non honorando Principe Bohemo ob seroventiam, quem tamen honorem ipse Imperator miraculo percussus primus exhibuerit) Principes autem audientes verba Cæsaris nimium obstapuerunt, & præfatum Ducem in magna veneratione habuerunt, ac caritate, dum illic mansit per plures dies, attractaverunt: post celebrationem Curiae, Principibus ad sua reversis Cæsar beatum Wenceslaum *ad suam vocat provinciam*, promittens se ei daturum honores, divitias, in auro & argento, & vestibus pretiosis, sive Ducatus dilationem, si quæ eorum magis placuerint voluntati ipsius. Ac Dux prudentissimus suam in crastinum deferens petitionem, crastino die, ut creditur, ex apparitione S. Viti præmonitus, Beati Viti reliquias petiit; quas statim obtinuit. Insuper aliis muneribus quamplurimis magnificè honoratus à Cæsare & præmiis, potitus libertate, revertitur ad propria cum ingenti gloria. Nam antea Bohemia fuerat tributaria &c. (Pessina dicto loco subjungit) Nota hæc ex verbis illis, *ad suam vocat provinciam*, aperte colligi, Cæsarem soluto Principum conventu, Wenceslaum ad suam Regiam, quam Mersburgi, ut omnes illius temporis scriptores testantur, habebat, adduxisse, ibique illum reliquiis S. Viti honorasse : quod utique nostra superius dicta non parum confirmat. Ut ut sit, petendi hæc sacralipsana piissimus Princeps causam habuit vel istam, ut popularibus suis plenius excuteret supersticiosum præcipui quondam apud illos numinis, quod Svato - Vitum nominabant, cultum, id quod nominis affinitate haud difficulter se effecturum sperabat.

*MLXII.* His excerptis nunc subjicere lubet chronologiam Principum Bohemiæ à Borzivogio usque ad Boleslaum Sævum, ex chronico Magistri Pauli Puczalka A. 1677. in Bohemica lingua edito, cui titulus : *Navis Ecclesie sanctæ militantis, in Oceano hujus mundi procellis agitata, sed nunquam submersa.* Huic chronologiæ Puczalkianæ ad quem-

*Pars IV.*

Qq

quemlibet annum addam ego opinionem *Pessinae* ex opere ejus, quod *Phosphorus* intulatur, & eodem fermè tempore nempe A. 1673. editum est, & quidem ex *radio tertio*, citando paginas operis hujus.

A. Chr.  
856.

Borzivogius princeps factus. Sancti Cyrillus & Methudius venerunt in Moraviam. *Pessina* conformis est pag. 118. 119.

864.

Sancta Lidmila gentilis nupsit Borzivogio. Circa hunc annum Borzivogius Christianus factus est. De tempore nuptiarum nihil habet *Pessina*. Christianæ fidei lumen autem eidem anno addicit pag. 118. Nuptiarum tempus à Puczalka deductum videtur ex annis primogeniti filii Spitihnæi, quem Christianus (de quo supra sæpius actum) XL. annorum decessisse scribit. Mortuus est A. 906. finiente, computatis igitur retrò annis 40. nativitas ejus incideret in annum 866.

Abhinc incipit Puczalka tertiam partem sui chronici, de initio nempe Christianitatis in Bohemia, & in prologo recenset occasionem talem: Ladislaus (rectius Radislaus) Rex septimus Moraviæ, adversus *Imperatorem Ludovicum II.* (non is possidebat Austrasiam Francicam Moraviæ vicinam, sed Ludovicus Germanicus) magnum bellum gerens, ut eò efficacius ei resistere posset, vicinos Principes in suam partem trahere sibi que conjungere statuit. Ex hac causa igitur Borzivogium Bohemiæ principem obnixè ad se invitavit, convivium solenne Regium in civitate Wlehradensi Moraviæ instituit, & quemque hospitem, ut decebat, simul cum Suatoplucio nepote suo, præprimis verò Christianos, honoravit. Pro p̄ncipe Bohemo, gentiliū more, in terra aulæis strata præparatum est discumbere. Hanc separationem à mensa Regia, dum Borzivogius ob paganismum fieri edoceretur, in causa fuisse ait Puczalka, ut Borzivogius rudimentis fidei à Cyrillo instrui, & sacro fonte lavari desideraverit. Quo in vigilia S. Joannis Baptistæ factò, in ipsa post festivitate sancti hujus, mensæ Regiæ primus assidere meruerit. *Pessina* pag. 119. Ludovicum eum, Ludovici Pii filium rectè vocat, & is erat Ludovicus Germanicus Austrasiæ Rex, & cum eo, non cum Ludovico II. Imperatore, Lotharii filio, bellum gessit Radislaus. Diem baptismatis dicit quoque *Pessina* fuisse diem, qui natalem S. Joannis Baptiste præcedit, & qui tunc erat Dominicus.

865.

Borzivogius ob fidem Bohemiã pulsus, ad Regem Moraviæ reversus est. *Pessina* pag. 120. dicit tertio postea anno.

866.

Bohemi sibi principem ex Bavaria Stilfridum adduxerunt, sed, quòd germanus fuerit, (secundùm Christianum, quòd linguã maternã Bohemicã ob longum exilium exciderit) iterum domum remiserunt. Sanctus Cyrillus corpus S. Clementis in Bohemiam attulit, & Litomislii, nec non Wissehradii Borzivogius ecclesias nomini S. Clementis extruxit. *Pessina* p. 119. 120. ecclesias recenset: Litomislii in ipsa corte principum, Hradecii, Saczkæ, Wissehradii, & in castello Hradecz uno atque medio infra Pragam milliari, in arduo colle supra Wltavam. Exilium Borzivogii pag. 121. ex Dubravio 10. mensium refert.

867.

S. Cyrillus cum corpore S. Clementis Romam se contulit. *Pessina* pag. 120. eundem annum statuit, regnante adhuc Nicolao I. Pontifice, qui dein 13. Nov. obiit.

868.

Ecclesia Theynensis à Borzivogio condita.

876.

Rogatu Borzivogii S. Methudius seu Strachota Pragam venit, à quo S. Lidmila, Slavibor S. Lidmilæ pater, Ludislava conjux Slaviboris, Haussék eorum filius, sacrum Baptisma susceperunt. Ecclesia in Zderas condita. *Pessina* pag. 121. conformis est, & Lidmilam tum recens nuptam conjugem Borzivogii vocat, Ludislavam autem Lidoslavam (primum est Croaticæ, secundum Bohemicæ dialecti) appellat. pag. 122. primò post baptismum Lidmilæ extruccionem ecclesiæ Theynensis refert. Recens nupta A. 876 non poterat esse Lidmila, quoniam Borzivogio jam A. 866. filium Spitihnæum pepererat.

905.

Borzivogius cessit principatum filio suo Spitihnæo. *Pessina* conformis pag. 122.

Spi-

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 307

- Spitihnæus mortuus. Pessina pag. 123. mortem refert ad finem anni 906. & addit: Wratisslaus frater successit in principatum. Sub idem tempus Pragam, relicta Moravia, Methudius venit, à Suatobogio Rege Moraviæ graviter despectus, & ad sacras aras tantum non trucidatus. A. Chr. 907.
- S. Wenceslaus natus. Pessina pag. 124. dicit: Wratisslaum primo regiminis sui anno duxisse conjugem Drahomiram, Brzoslai Luticensis Dynastæ filiam, ex qua A. 908. S. Wenceslaus natus, & à Methudio baptizatus. Pag. 126. Boleslaus lævus natus ad finem anni 909. Methudius Romam proficiscitur, ibique moritur A. 910. 908.
- Borzivogius mortuus. Conformis est Pessina pag. 126. & Borzivogium vixisse dicit 75. vel 77. annis. 910.
- S. Lidmila educandum suscepit S. Wenceslaum. 912.
- Wratisslaus pater S. Wenceslai ecclesiam S. Georgii in arce Pragensi condidit. 913.
- Ad perfectionem deducta est hæc ecclesia, in qua Wratisslaus sibi sepulturam elegit. 919.
- Wratisslaus bellum gessit contra Henricum Imperatorem, eò quòd ei provinciam Misniæ ademerit. Pessina pag. 130. conformis est, & Misniam primitus Hostiviti tempore à Germanis vi extortam esse dicit. De qua tamen Wratisslaus post bellum de A. 919. cum Henrico amicè transegerit. 919.
- Mortuus Wratisslaus, pater S. Wenceslai. Post mortem Wratisslai Drahomira Christianos afflixit, & ecclesias Christianorum clausit. Pagani instinctu Drahomiræ Christianos trucidant. Pessina conformis est pag. 130. & addit pag. 131. & seqq. S. Wenceslaum ex studiis Budeczio Tetinum ad aviam Lidmilam, religioni christianæ opitulatum, accurrisse, matricque mitiorem animum modestè inspirasse. Spondidisse id quidem Drahomiram, sed in brevi ad sævitiæ rediisse. 926.
- S. Lidmila per Tuman & Kuman, instinctu Drahomiræ, suffocatur. Pessina conformis est pag. 136. 927.
- Christiani tyrannidem talem non ferentes S. Wenceslaum in Principem eligunt, Drahomirâ rejectâ. Pessina idem habet pag. 137. 928.
- Corpus S. Lidmilæ Tetino Pragam transfertur. Pessina idem tempus statuit pag. 137. sed rectiùs ponitur A. 931. *vid. num. 1049.* 929.
- MLXIII.* Henricus Imperator Hungaros cædit. Pessina idem habet p. 8. 934.
- Henricus Imperator Erfordiæ conventum celebrat, ad quem etiam S. Wenceslaus invitatus est. Finito conventu Henricus S. Wenceslaum ad se in civitatem Merseburg invitat, brachium S. Viti donat, atque, ut nigram aquilam in scuto ferat, & titulo Regio utatur, concedit. Pessina idem sed latiùs refert pag. 10. 11. *vid. num. 1060.* 935.
- S. Wenceslaus in Bohemiam redux ecclesiam in honorem S. Viti ad arcem Pragensem, in figura rotunda, ad normam fanorum gentilium, condidit. Pessina idem habet pag. 13. 936.
- S. Wenceslaus principem Kurzimensem Drslau miraculosè vicit, & in memoriam hujus victoriæ & miraculi ecclesiam SS. Petri & Pauli in Gircharz, nec non S. Laurentii in veteri urbe Pragensi, ubi nunc monasterium S. Annæ, extruxit. Pessina conformis pag. 14. & 141. dein pag. 143. addit victoriam de Drslao contigisse die SS. Apostolis Petro & Paulo solenni, id est 29. Junii, hósque sanctos sub specie Angelorum S. Wenceslao ad pugnam parato astitisse; porro eadem pag. 143. & seq. S. Wenceslaum pro obtinendis huic novæ ecclesiæ specialibus indulgentiis ad Romanum Pontificem Leonem VII. legatos misisse, qui Româ circa finem anni 938. reduces retulerint: se Romam appulisse 24. Sept. & tertiâ die interfuisse sacris in templo SS. Cosmæ & Damiani maxima cum solemnitate peractis: rursúmque die tertiâ in templo S. Michaëlis, ac utrobique plura, quàm centum missæ sacrificia celebrata spectasse: ad quæ in lacrymas resolutus S. Wenceslaus dixerit: faciat, utinam, amantissimus Dominus, ut meus dies inter



308      **SECTIO LXXV. APPARATUS HISTORICUS.**

hos sanctos computetur: &c. quod & à Deo exauditum, siquidem anno sequenti, planè die illa, quæ inter festa SS. Cosmæ & Damiani, & S. Michaëlis occurrit mediâ, occisus sit.

**A. Chr.**  
**938.**      Drahomira ejus sanctitatis & accrementi Christianorum impatiens S. Wenceslaum veneno è medio tollere voluit. Pessina idem habet non addito anno pag. 139.

Dum autem id perficere nequiret, Boleslaum filium suum ad necem fratris S. Wenceslai instigat. Pessina idem habet pag. 140. 144.

**939.**      S. Wenceslaum Boleslaus ad epulas baptismales invitat, & nocturno tempore ad fores Ecclesiæ orantem occidit. Pessina latiùs idem recenset, & eidem anno adscribit pag. 144. & seqq.

**NOTA :** Dies Cosmæ & Damiani 27. Septembris, quo epulæ baptismales celebratæ, in Calendario ecclesiastico habet adjunctam literam D. si ergo S. Wenceslaus occisus est A. 939. cujus litera Dominicalis fuit F. epulæ celebrabantur die abstinentiæ, nempe Veneris, quod pro hospite sancto incongruum videri posset. Econtrâ si supponatur baptismus & convivium de A. 938. cujus erat litera Dominicalis G. in diem jovis id incidit, quæ magis lætitiæ & comessationi conveniebat. Nec obstant relatâ superiora de legatis Romam missis; quin potiùs desiderio S. Wenceslai de quantocyùs adornanda nova SS. Petri & Pauli ecclesia magis correspondet: obtentâ victoriâ de Drslao principe, die 29. Junii A. 937. sinè mora manum fundamentis novæ ecclesiæ admotam, legatos itidem extemplo Romam missos esse, qui illuc 24. Sept. ejusdem anni advenerint, & eodem anno finiente redierint. Matris quoque Drahomiræ ira in Wenceslaum nimis tarda & genio repugnans videretur, si incassum tentata veneni propinatione parricidium ex A. 938. in finem fermè anni 939. dilatum fuisset.

*MLXIV. Gundlingii chronologia in libro singulari de Henrico Aucupe.*

**919.**      Circa Martium mensem Henricus auceps Rex salutatur. §. 14. Eodem anno Burchardum Sueviæ, dein Arnulphum Baviariæ Duces, Regiam potestatem affectantes, ad officium redire cogit. §. 15.

**921.**      Cum Carolo simplice, Galliæ Rege, pacem & foedus init §. 17. *lit. D. & in allegatis num. 5.*

**924.**      Cum Hunnis seu Hungaris post varia bella inducias paciscitur. §. 19. *lit. Q.*

**925.**      Urbium munitioni incumbit, disciplinam militarem introducit. §. 20. 21.

**928.**      Varios populos nationis Slaviciæ domat, nempe: Hevellos, ad fluvium Hawel habitantes, captâ urbe Brennaburg §. 22. Dalemencios, Misnenses post à civitate nova ab eodem Henrico Aucupe in colle ad Albim exstructa nuncupatos, captâ urbe eorum Ganâ ad rivum Hana. §. 23. Milzenos, in Marchia Milzavia seu Budissinensi sitos, sub generali nomine Soraborum comprehentos. §. 24. Redarios in Marchia hodierna Uckerana. §. 25.

**929.**      Filius Henrici Otto Editham Anglam in uxorem ducit. §. 26.

**930.**      Pragam obsidet, & S. Wenceslaum in deditionem accipit. §. 24.

**931.**      Nortmannos seu Danos superat. §. 27. confecto bello Danico in Belgicam se confert. §. 28.

**932.**      Erfordix concilium Episcoporum adunat. §. 30.

**933.**      Hungaros duplici exercitu in Saxoniam irrumpentes duplici clade conterit. §. 31. post in Belgicam abit. §. 32.

**935.**      Erfordix conventum principum Imperii celebrat, & filium suum Ottonem pro successore designat. §. 35.

**936.**      VI. nonas Julii moritur. §. 35.

*MLXV.*

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 309

- MLXV.* Scriptores antiqui Germanici, qui huic Gundlingii chronologia correspondent, sunt: A. Chr.
- Continuator Reginonis*, qui ad hunc annum ait: Cunradus Rex obiit. 919.
- Lambertus Schafnaburgensis*: Conradus Rex obiit, cui Henricus Saxo successit.
- Singularibus documentis innitur chronologia Gundlingii, quæ & in A. 924. 921.  
correspondet *Sigeberto Gemblacensi*, qui dicit: Rex Henricus pacem cum Hungaris in novem annis firmat. Hoc tempus quoque reinchoato bello Hungarico 924.  
perfectè congruit; consentiunt enim scriptores plerique, ab Henrico Hungaros anno 934. ergo elapso jam novennio induciarum, magna clade affectos esse.
- Ordinationes bellicas Henrici *Sigebertus Gemblacensis* disertè asserit. 925.
- Sigebertus Gembl.* Rex Henricus Gana urbem Dalmatiæ capit, & 928.  
Dalmatis tributum imponit.
- Hermannus Contractus.* Anno duodecimo (scilicet Imperii Henrici, ergo 930.  
computando annum 919. pro primo, & 836. pro decimo octavo, annus duodecimus Imperii Henrici erat æræ Christianæ 930.) Henricus Rex Bohemiam petit.
- Sigebertus Gembl.* expressè ad annum 930. adnotat: Wenzeslaus princeps Boëmiæ à Rege Henrico in Praga urbe obsessus, se & urbem Regi dedit, & impositam Boëmiæ multam tributum pecuniam solvit.
- Continuator Reginonis*: Henricus Rex Regem Abotridorum & Regem Danorum effecit Christianos. 931.
- Hermannus Contractus*: Anno decimo tertio (imperii, ut in computu anni præcedentis) Henricus Regem Abodritarum & Nortmannorum Christianum effecit.
- Lambertus Schafnab.* Henricus Rex Abotritos subegit.
- Sigebertus Gembl.* Henricus Rex Reges Nortmannorum & Abodritarum Christianos facit.
- Continuator Reginonis ad A. 933.* Hungari per Orientales Francos, & 933.  
in Alemannia, multis civitatibus igne & gladio consumptis, juxta Womatiam Rheno transito, usque ad mare Oceanum Galliam vastantes, per Italiam redierunt.
- Ad A. 934. Henricus Rex Hungaros multa cæde prostravit, pluresque ex eis comprehendit. Eodem anno Sclavos, qui Uncrani vocantur, hostiliter invasit & vicit, sibi quoque tributarios fecit. 934.
- Marianus Scotus ad A. 934.* Ungari ab exercitu Regis Henrici occisi sunt, & multi quoque ex ipsis comprehensi sunt.
- Lambertus Schafnab.* magna synodus fuit in Erphesfurt. 935.
- Continuator Reginonis*: Henricus Rex &c. VI. nonas Julii diem clausit extremum, cui filius suus Otto, consensu primorum regni, successor eligitur. 936.
- Hermannus Contractus.* Anno decimo octavo Imperii Henricus Rex obiit.
- MLXVI.* Sequuntur jam anni, in quibus Continuator Reginonis à chronologia Gundlingii differt.
- Morti Conradi non conjungit Continuator electionem Henrici, sed eam primò ad annum sequentem 920. adnotat. 919.
- Fœdus inter Carolum simplicem, Regem Gallorum, & Henricum Aucupem 921.  
ad annum 924. rejicit.
- Matrimonium Ottonis cum Edgid filia Regis Anglorum anno sequenti 930. 929.  
adicit.
- Huic anno Hungarorum irruptiones, sed cladem anno sequenti 934. alligat. 933.
- Duplicem Conventum Erfurdensem, nempe A. 932. episcoporum, & A. 935. 935.  
prin-

principum Imperii non distinguit, sed unicam Synodum Erfurdensem memorat, eamque anno emortuali Henrici 936. attribuit.

NOTA: In seculo decimo (dum annales optimi Francici cessassent) confusus valde erat rei historicae status, ut non immerito dissertatio sub titulo: *Henricum Auceps, historia anceps*, auctore Jo. Petro Ludewich Halæ Magdeburgicæ A. 1713. prodierit. Unde quoque facile condonanda sunt sphalmata chronologica Continuatori Reginonis, cujus potius laudi accensendum, quod pro virili rem literariam à barbarie vindicare, temporaque, prout notitiæ ad manum venerant, distribuere, non aded infelici eventu, annis fuerit. Sanè coævus ille erat, scripsit enim solummodò usque ad A. 967. quod igitur electionem Henrici, matrimonium Ottonis, & Conventum posteriorem Erfurdensem ex vero anno in sequentem transtulerit, oscitantia auctorum suorum imputandum, qui ea, quæ intra annum retrò gesta fuerant, pro præsentibus habebant. Foedus inter Carolum simplicem & Henricum anno 921. initum, reiterari A. 924. poterat. Cladibus Hungarorum plures scriptores annum 934. assignant, & is novennio induciarum convenit; quanquam æquè in anno præcedente ad manus in vagationibus Hungarorum ventum fuerit.

A. Chr.  
928.

Hæc sunt, quæ me ad fidem quoque sequenti relationi Continuatoris adhibendam movent, dum dicit: Anno Dominicæ incarnationis 929. Henricus Rex Boemos hostiliter invasit, & præstante Deo fortiter superavit. *Gundlingius* (ut supra) evincit: anno hoc 928. omnes Slavos Saxoniae viciniore, Hevellos, Dalmencios, Milzenos, Redarios superatos esse. Quid igitur ambigendum, partem Bohemorum Slavorum, v. g. principes particulares, seu subregulos, Satecensem, Biliensem &c. utpote Sorabis vicinos, eorumque jam à seculo nono, ut libertatis tuendæ, ita belli vix non semper socios, sese Sorabis iisdem contra Henricum junxisse, atque victricia Saxonum arma, non tamen pari adhuc tunc fato *deditionis* (de qua nihil memorat continuator) sensisse? Nihil hoc officit relatis reliquorum scriptorum de expeditione Henrici contra supremum Ducem Bohemiae S. Wenceslaum in A. 930. qui tunc sese cum regno suo, & ut præsumere licet, cum gaudio dedit, ut protectione tanti Principis securior evaderet imbecillis adhuc religio Christiana in Bohemia.

*MLXVII. Ex Witichindi Monachi Corbejensis historia de Henrico Aucupe, & Ottone Magno Impp.*

Præmittenda hic protestatio Witichindi de chronologia à se non servata, dum *lib. 2.* inter alia sic ait: Cùm ergo causæ causis, ac rebus res ita copulatæ sunt, ut sententiarum ordine discerni aded non debeant, nemo me temporum vicissitudine accuset, dum posteriora anterioribus præposuerim gesta &c. Veraciter multa & æquanimiter de Slavis inseruit historiae suæ Witichindus, sed dolendum, quod, panegyristam magis quàm chronologum agens, temporis distinguendi fermè nullam curam habuerit, nec alius in eo seculo auctor extiterit, qui rebus bene narratis chronologicam lucem affundere voluisset. Quæ igitur de Slavis sub Henrici Aucupis imperio refert, in annos dispescam, prout ex mente *Gundlingii in libro singulari de Henrico Aucupe* congruum videtur. Witichindus, dum *lib. 1.* omnes dispositiones bellicas Henrici Aucupis, quæ secundum *Gundlingium* in annos 925. 926. & 927. incidunt, recensuisset, subjungit.

Tali lege ac disciplina cùm cives assuefaceret, repente irruit super Slavos, qui *Hevelli* dicuntur, & multis eos præliis fatigans, demum hyme asperrima, castris super glaciem positus, cepit urbem, quæ dicitur Brennaburg, fame, ferro, frigore. Cùmque illa urbe potitus & omni regione: signa vertit contra *Dalmantiam*, adversus quam jam olim reliquit ei pater militiam: & obsidens urbem, quæ dicitur Grona (*Gundlingius* corrigat Gana, & ita habet *Sigebertus Gembl.*) vigesima tandem die cepit eam. Præda urbis militibus tradita, puberes omnes interfecti, pueri ac puellæ captivitati servatæ. Posthæc *Pragam* adiit cum omni exercitu, Bohemorum urbem, Regemque ejus in deditionem accepit: de quo quædam mirabilia prædicantur: quæ, quia non probamus, silentio tegi judicamus; fra-

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 311.

frater tamen erat Bolizlavi, qui quamdiu vixit, Imperatori fidelis & utilis mansit. Igitur Rex *Bohemias tributarias* faciens reversus est in Saxoniam. Cùmque vicinæ gentes à Rege Henrico factæ essent tributariæ A. Chr. Abotriti, Vulzi, Hevelli, Dalmanci, Bohemi, Redarii, & pax esset : 928. *Redarii defecerunt à fide*, & congregata multitudine impetum fecerunt in 931. urbem, quæ dicitur Wallislevi, ceperuntque eam, captis & interfectis omnibus habitatoribus ejus, innumerabili videlicet multitudine. Quo facto omnes *Barbara nationes, erecta iterum, rebellare ausa sunt.* Ad quarum ferociam reprimendam traditur exercitus cum præsidio militari Bernhar- do, cui ipsa Redariorum provincia erat sublegata, additurque legato collega Thiatmarus, & jubentur urbem obsidere, quæ dicitur Lunchi- ni &c.

**MLXVIII.** Ex his relatis notandum : 1<sup>mo</sup> Ordinationes Henrici Aucupis bellicæ optimè à *Gundlingio* attribuuntur anno 925. *inchoarivi* scilicet, ita ut subsequens annis *assuesfactio* populi (de qua *Witichindus* loquitur) accesserit ; ante annum enim 925. Henricus meris bellis implicatus necessitatem melioris disciplinæ militaris didicerat, obindéque, ut eâ restauratâ Hungaris manu forti obviam ire, & intentionem de circumvicinis Slavis subjugandis assequi posset, inducias cum Hungaris pepigerat. 2<sup>do</sup> Cùm jam Henricus armis suis confideret, ea primitùs in vicinam Slaviniam ex- ruit ; & licet *Witichindus* nomine tenus de Hevellis & Dalmantiis tantùm ad hoc initium armorum in Slavos proferendorum loquatur, intelligendus tamen est de om- nibus Slavis vicinis, etiam Abotritis, Vulzis, Redariis, Bohemis, quòd nempe eo- dem tempore, A. 928. eos devicerit, expressè enim omnes illos, jam *tributarios* fa- ctos, ergo devictos, unà cum Redariis incentoribus à fide *defecisse*, & *iterum* rebellasse affirmat ; quod igitur necessariò in annum 931. incurrit, quo anno alii scriptores non tantùm Danos, seu Nortmannos, sed & Abotritos Slavos bello petitos referunt, ut & defectio aliorum Slavorum, quanquam brevè repressa, contigerit. 3<sup>io</sup> Inter eos, qui à fide defecerunt, etiam *Witichindus* comprehendit Bohemos ; ergo & illi non semel sed bis ab Henrico armis petiti sunt, nunquam tamen incentore Duce generali Bohemiæ S. Wenceslao, utpote à bellis non necessariis nimium alieno, sed auctoribus subregulis, quibus cum Wenceslai imperio & religione non bene conveniebat. 4<sup>to</sup> Exinde itaque combinatio resultat, quòd quidam scriptores annum 928. quidam 930. pro expeditione in Bohemiam specificent. 5<sup>to</sup> *Bohemias tributarias* in plurali memorat *Witichindus*, quoniam præter Ducem generalem totius terræ S. Wenceslaurum, plures subreguli, Boleslaviensis, Kurzimentis, Satecensis &c. erant. 6<sup>to</sup> Civitatem Redariorum, *Lunchini* nominatam, explicat *Gundlingius* §. 25. quòd nunc sit Luchinum, *Leichen*, *Lüchen*, in Ukria, non Leontium, *Lentzen*, ad Albig. 7<sup>mo</sup> Civitatem Hevellorum *Brennaburg* idem *Gundlingius* §. 22. Slavicè dicit nuncupatam fuisse *Brannybor*. Liceat mihi etymologiam hujus nominis ex Slavicis radicibus de- promere : Vocula Slavica *Bor* terram arbutis, maximè pineis, silvescentem denotat ; unde *Weleslavinus* in *Nomenclatore quadrilingui* A. 1598. Pragæ edito *Classe 2. cap. 14.* *Bor* Bohemicum per *Pinerum* explicat. Documento quoque esse potest oppidum distri- ctus Pilsnensis in Bohemia, patrio sermone *Bor*, Germanico *Heyde* dictum. Itaque *Brennaburg* seu *Brannybor* Pinetum ad defensionem munitum Slavicè sonat, *Bran* enim arma, *Branny* armatum quid seu defensum significat. 8<sup>vo</sup> *Dalemincios* à *Deelen*, *taalen*, seu *theilen*, & à fluvio *Caminzi* deducit *Gundlingius* §. 23. quasi diceret populum, qui fluvio *Caminzi* dividitur. Ast ut ut hæc derivatio localiter conveniat, non *Daleminciam*, sed *Dalmantiam* *Witichindus*, atque *Dalmatiam* & *Dalmatas* *Sigebertus Gemblacensis* ad A. 928. vocat, & in prioribus seculis quoque (ut *num. 1025. 1031.*) *Dalmatiæ* nomen simul cum *Soraborum* nomine in historicis de Saxonia & Thuringia agentibus occur- rit. Nomen id igitur, etiam his in terris, à *Dalmatis Illyricis* originem veriùs tra- here videtur. *vid. num. 897. 944.*

**MLXIX.** Ex *Witichindo* lib. 2. dum jam de Ottone Imp. agit. Intereà Bar- bari ad novas res moliendas defæviunt, *percussitque Bolizlas fratrem suum*, 938. virum Christianum, & ut ferunt, Dei culturâ religiosissimum, timéns- que sibi *vicinum sub-Regulum*, eò quòd paruisset imperiis Saxonum, in- 939. dicit

dicit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad postulanda sibi auxilia. Mititur autem ei Aesc cum legione Merfaburiorum, & valida manu Hassiganorum, additurque ei exercitus Thuringorum &c. Bolizlaf autem audiens de exercitu Saxonico, & quia Saxones seorsum & seorsum Thuringi irent contra se, divisus & ipse sociis, sicuti erat acerrimus consilio, utrique exercitui occurrere disposuit. At Thuringi, ut hostes sibi improvisi occurrere viderunt, fugam periculum devitaverunt. Aesc autem cum Saxonibus & cæteris auxiliariis nihil cunctatus in hostes ruit, maximamque partem ex eis armis fudit, cæteros fugere compulit, victorque ad castra reversus est. Et cum ignorasset de exercitu qui insecutus fuerat Thuringos, minus cautè usus est victoriâ perpetratâ. Bolizlaf autem videns exercitum nostrum dispersum, & alios in extrahendis spoliis cætorum, alios in suis corporibus reficiendis, alios in paleis equorum congregandis occupatos, fugatum reversumque coadunans exercitum, super improvisos, ac recenti victoria securos, subito irrumpit, & Ducem cum omni nostro exercitu delevit. Pergensque inde ad urbem *subreguli* primo eam impetu cepit, & usque in hodiernam diem *solitudinem* fecit. *Perduravitque illud bellum usque ad quartum decimum Regis Imperii annum: ex eo*

A. Chr. Regi fidelis servus & utilis permanfit.

940.

*MLXX.* Rex autem audito hujusmodi nuntio minime turbatur, sed Divina virtute corroboratus, cum omni exercitu intrat terminos Barbarorum ad refræmandam illorum sævitiam. Datum quippe erat illi & antea à patre suo bellum, eò quod violassent legatos Thancmari filii sui, de quo in sequentibus plenius dicturos nos arbitramur. Placuit igitur novo Regi novum principem militiæ constituere, elegitque ad hoc officium virum nobilem & industrium, satisque prudentem, nomine Herimannum; quo honore non solum cæterorum principum, sed & fratris sui Wichmanni offendit invidiam &c. Herimannus autem cum esset in prima acie, in introitu regionis in hostium pugnam incidit, eosque fortiter vicit, & ob hoc majori invidia hostes (id est domesticos seu suæ nationis) accendit, inter quos Ecckehardus filius Liudulfi, qui in tantum ægrè passus est fortunam Herimanni, ut sese promitteret majora facturum, aut vivere nolle. Unde collectis ex omni exercitu fortissimis viris, interdictum Regis rupit, & paludem, quæ erat inter urbem hostium & castra Regis, cum sociis transiit, statimque hostes offendit, & ab his circumfusus cum omnibus suis periit. Erant autem, qui cum eo occiderant, electorum ex omni exercitu virorum decem & octo. Rex verò, cæsa hostium multitudine, & cæteris tributariis factis, reversus est in Saxoniam. Acta autem sunt hæc VII. Kal. Oct.

*MLXXI.* Ex *Ditmaro Merseburgico lib. 2. ad initium.* Hujus (Ottonis Magni) prospera multa turbabant adversa; nam Bohemorum Ducem Wenceslaum, Boleslaus nefandus, fratrem Domino ac Regi perimens fidelem, restitit multo tempore audacter &c.

*Ex Sigeberto Gemblacensi ad A. 940.* Rex Otto Boizlaus bello superat, at Boizlaus pro victoria securos circumveniens, principem militiæ Regis cum multis trucidat, Rex verò Bohemiam devastat.

*Ex Continuatore Reginonis ad A. 939.* Hac tempestate non in uno solum, sed in omnibus Saxonie & Francie provinciis huc & illuc versabatur Wigman Saxo rebellans, sed reconciliatur.

Bohemici Scriptores Sub-Regulum eum, cui Boleslaus bellum indixit, vocant Do-

MEMORABILIA DE PRIMIS CHRISTIANIS PRINCIP. BOH. 313

Dobromirum Lucensem seu Zatecensem principem. *Pessima in Phosphoro, radio tertio, pag. 157. usque 160.* bellum hoc Boleslai contra Dobromirum, & econtrà bellum inde natum Ottonis Magni contra Boleslaum describit, & *pag. eadem 160.* adnotat, verba Sigeberti: *Rex verò Bohemiam devastat*: non ad eundem cum præcedentibus, sed ad sequentem annum pertinere; dividit autem ille (in supposito suo, necem Wenceslai A. 939. contigisse) bellum hoc Ottonis in annum 940. & 941. *Hogecius in chronico* bellum Boleslai contra Dobromirum recenset ad A. 939. Sanè *Sigebertus ad A. 938.* dixerat: Princeps Boëmiae Wenceslaus vir sanctus à fratre suo Boizlao occiditur, ambitione percipiendi principatûs seducto, in cujus ultionem Rex Otto bellum Boizlao indixit, & longa inter eos concertatio per quatuordecim annos protracta est. Quibus verbis innuit, non dilatam Ottonis vindictam per totum annum 939. sed jam tunc cœptum fuisse, ita ut relata Sigeberti ad A. 940. omnino in hunc & præcedentem annum dispefci debeant, & Sigebertus sic intelligendus sit, quòd devastationem Bohemiae ipso Ottone copias ducente factam anno 940. addicat, cladem autem Æsici de priore anno, tanquam ansam expeditionis ab ipso Ottone susceptæ, simul recenseat. Huic distributioni correspondent quoque relata *Witichindi Corbejensis*, & *Dismari Mersburgici*, qui bellum Ottonis contra Boleslaum ad initia regiminis Ottoniani referunt.

*MLXXII. Ex eodem Witichindo, libro 2do.* Sed cùm non sufficeret (Otto Magnus) contra omnes nationes Barbarorum (eo quippe tempore Abotriti rebellaverunt, & cæso exercitu nostro ducem ipsum nomine Haicam extinxerunt) ab ipso rege sæpius ductus exercitus, eos læsit, & in multis afflixit, & in ultimam penè calamitatem perduxit. Illi verò nihilominus bellum, quàm pacem elegerunt, *omnem miseriam cara libertati postponentes.* Est namque hujuscemodi *genus hominum durum, & laboris patiens, victu levissimo assuetum, & quod nostris gravi oneri esse solet, Slavi pro quadam voluptate deducunt. Transcunt sanè dies plurimi, his pro gloria, & pro magno latòque imperio, illis pro libertate ac ultima servitute variè certantibus.* Multos quippe illis diebus Saxones patiebantur hostes, Sclavos ab Oriente, Francos à meridie, Lotharios ab Occidente, ab Aquilone Danos, itémque Sclavos, proptereaque Barbari longum trahebant certamen. Fuit quidam autem Sclavus à Rege Henrico relictus (id est, à Patre Ottonis Henrico quondam in bello captus, & hucusque servatus) qui *jure gentis paterna successione Dominus esset eorum,* qui dicuntur Heveldi, dictus Tugumir. Hic pecuniâ multâ captus, & majori promissione persuasus, professus est, se prodere regionem. Unde occultè elapsus venit in urbem, quæ dicitur Brennaburg, à populo agnitus, & ut Dominus susceptus, in brevi quæ promisit implevit. Nam nepotem suum, qui ex omnibus principibus gentis supererat, ad se invitans, dolo captum interfecit, urbemque cum regione ditioni Regis tradidit. Quo facto *omnes barbara nationes usque in Oderam fluvium* simili modo tributis regalibus se subjugarunt.

*MLXXIII.* His in excerptis diversa notatu digna occurrunt. 1mò laudat Witichindus totam nationem Slavicam, quòd sit gens duris assueta, laboris patiens, victu levi contenta, & id, quod aliis gentibus grave videtur, pro voluptate ducens. 2dò Witichindus rectè excusat Slavorum arma in Saxones; quemadmodum enim Saxones, in oris maritimis, & inferiore Germania olim sedentes, paulatim mediam Germaniam, Suevorum & Thuringorum tunc patriam, jure gentium occupaverant, seseque Francorum Imperio, licèt jam tributo nexi, per tria fermè secula subducere nitebantur, ita & pari jure Slavi in reliquas sedes Germaniæ, eodem cum Saxonibus tempore, ad ipsos Saxones usque immigraverant, & nunc, dum culmen Imperii in Saxones transivisset, quamlibet opportunam occasionem prehensabant, quâ jugum amoliri, & carâ libertate, cui omnem miseriam posthabebant, frui liceret. 3iò Titulus belli Saxonum in Slavos, Witichindo judice, erat aviditas gloriæ, atque magni latique imperii: titulus repugnationis Slavorum autem libertas & ultimæ servitutis devitatio: quis justior ex his, nisi Saxonum parti pia simul intentio ampliandi Christianitatem accessisset? unde non mirum videri debet, Slavos tum Boreales, tum Orientales, id est Bohemos aliòsque vicinos, ferro sæ-

pius, primùm contra Francorum jugum, quod & ipsi Saxones in seculum nonum usque faciebant, dein verò in Saxones rerum potitos, decertasse. 4<sup>to</sup> exemplum Regis Hevel-dorum Slavorum Tugumiri docet, inter Slavos jam illis temporibus devolutioni Regno-rum hæreditariæ in stirpem principalem locum fuisse. 5<sup>to</sup> æquus utrique parti est Wi-tichindus, dum prodicionem Tugumiri tacitè carpit, quanquam gens ejus jam armis an-teà domita, & fide victoribus adstricta fuisset. 6<sup>to</sup> Saxones nunc primùm ad fluvium Oderam usque imperium suum extenderunt.

*MLXXIV. Ex Witichindo lib. 2. ad finem.* Eo tempore, cùm moraretur (Otto primus seu magnus) in campis silvestribus venationem agens, obfi-des Bolizlavi vidimus, quos populo Rex præsentari jussit, *satis super eis lata-1116.* Ille annus notabilis casu calamitoso totius populi, de morte scilicet beatæ memoriæ *Edidis Regina*, cujus dies extrema septima Kal. Febr. ce-lebrata est cum gemitu & lacrymis omnium Saxonum &c. *Lib. 3.* Illo tempore Rex proficiscitur in militiam contra *Bolizlavum Regem Bohemorum*, & cùm capienda esset urbs, quæ nuncupabatur *Nova*, in qua clausus ob-sidebatur Bolizlavi filius, prudenti Rex consilio diremit prælium, ne mi-les in rapiendis hostium spoliis aliquod periculum incideret. Considera-ta itaque virtute Regis, ac innumera multitudine exercitûs, Bolizlat urbe egressus maluit tantæ majestati subjici, quàm ultimam perniciem pati. Súbque signis stans, & Regem audiens, responsaque reddens, veniam tan-dem promeruit. Inde plenâ victoriâ gloriosus factus Rex Saxoniam re-gressus est.

*MLXXV.* Chronologia anni 950. quo se Boleslaus Ottoni Imp. subdidit, certa est: *Gundlingius libro singulari de Henrico Aucupe S. 26.* indubium reddit, mortuam esse Editham Ottonis I. uxorem A. 948. Witichindus commemorata morte hac in fine libri secundi, incipit librum tertium per verba: *Post excessum Edidis Regina* &c. itaque annus, de quo agit, & expeditionem in Galliis refert, est ipsissimus annus 948. in cujus princi-pio, nempe VII. Kal. Febr. id est 26. Januarii mortua erat Edid seu Edita. Subjicit de-índe Witichindus: Hugo autem (Rex Galliæ) expertus potentiam Regis (Ottonis) virtutémque Saxonum, non passus est ultrâ terminos suos ho-stiliter intrare, sed pergenti in eandem expeditionem, *anno sequenti*, (ergo A. 949.) occurrit juxta fluvium, qui dicitur Car, manus dedit, juxtâque impe-rium Regis pactum iniit, utilisque proinde permansit &c. recenset dein Wi-tichindus celebratas ab Ottone nuptias filii sui Liudulphi cum filia Ducis Herimanni, atque expeditionem hujus in Italiam. Demum à verbis: *illo tempore* &c. refert expeditio-nem Bohemicam, quæ igitur absolutè ad A. 950. pertinet, prout quoque *Cosmas Pragensis* eundem annum habet, & jam abhinc rectæ chronologiæ jungitur. Econtrâ *Hagecius* in chronico suo neglectum chronologiæ nimium prodit, dum submissionem Boleslai non citiùs, nisi ad annum 964. collocat, quod apertum signum est, illum historicos externos planè non consuluisse, sed chronologiam pro lubitu disposuisse, usque dum demum ab exitu Boleslai sævi annos jam rectè distribuere cœpit. *Civitas nova*, de qua Witichin-dus, non erat nova Civitas Pragensis, utpote multò posterioribus temporibus ædifica-ta, sed civitas Boleslaviensis ad Albim, à Wratislao anno, ut ferunt annales, 915. no-viter extructa, & nomine filii sui natu minoris insignita, à Boleslao ipso autem post fratricidium mœniis cincta & munita, quæ nova Witichindo vocatur respectu Pragæ antiquæ Regiæ, nunc autem *Vetus Boleslavia* audit, eò quòd sequentibus temporibus sub nomine Boleslaviæ altera quoque civitas ad Iseram fluvium exsurrexerit, quæ nunc *nova Boleslavia* vocitatur.

## SECTIO LXXVI.

### De Tributo Variorum Populorum.

Ante Christi nativitatem.

A.V.C.

572. *N<sup>us</sup> MLXXVI. Ex Eutropio Hist. Rom. lib. 4. cap. 6.* Cum Perseo autem Æmilius Paulus Cos. III. Non. sept. dimicavit, vicitque eum, XX. mil-



millibus peditum ejus occisis. Equitatus cum Rege fugit integer. Romanorum C. milites amissi sunt: Urbes Macedoniæ omnes, quas Rex tenuerat, Romanis se dederunt. Ipse Rex cum defereretur ab amicis, venit in Pauli potestatem. Sed honorem ei Æmilius, non quasi victo, habuit: nam & volentem ad pedes sibi cadere non permisit, sed juxta se in sella collocavit. *Macedonibus & Illyriis hæc leges à Romanis data, ut liberi essent, & dimidium eorum tributorum præstarent, quæ Regibus præstitissent: ut adpareret, populum Romanum pro æquitate magis quàm avaritia dimicare.*

*Ex Livio Hist. Rom. lib. 45. cap. 19.* Ubi de decreto senatûs agitur, quæ de devicta Macedonia & Illyrico senatui placuerit legatis eò profecturis mandata dare; Omnium primùm *liberos esse placebat Macedonas, atque Illyrios; ut omnibus gentibus appareret, arma Populi Romani non liberis servitutem, sed contrà servientibus libertatem afferre &c.*

*Ex eod. Livio lib. 45. cap. 24.* L. Anicius regressus in Illyrium, Scodræ, quò quinque Legati ab Roma venerant, evocatis ex tota provincia principibus, conventum habuit. Ibi pro tribunali pronuntiavit de sententia Consilii: Senatum populùmque Romanum *Illyrios esse liberos* jubere, præsidia ex omnibus oppidis, arcibus, & castellis sese deducturum. *Non solum liberos, sed & immunes fore Issenses & Taulantios, Dassaritiorum Pirustas, Rhizonitas, Olcinniatas, quòd incolumi Gentio ad Romanos defecissent. Daorseis quoque immunitatem dare, quòd relicto Caravantio cum armis ad Romanos transissent. Scodrensibus, & Dassarensibus, & Selepitanis, cæterisque Illyriis vectigal dimidium ejus, quod Regi pependissent.*

*Ex eod. lib. 45. cap. 25.* Paulus Æmilius latinè, quæ senatui, quæ sibi, ex consilii sententia visâ essent, pronuntiavit: ea Cn. Octavius Prætor (nam & ipse aderat) interpretata sermone græco referebat. Omnium primùm *liberos esse jubere Macedonas, habentes Urbes easdem, agròsque; utentes legibus suis, annuos creantes Magistratus, tributùmque dimidium ejus, quod pependissent Regibus, pendere Populo Romano.*

*MLXXVII. Ex Sexti Ruffi Breviario cap. 3.* Sub Consulibus, inter quos nonnunquam & Dictatores fuerunt, per annos simul quadringentos sexaginta septem, usque trans Padum Italia occupata est, Africa subacta, Hispaniæ accesserunt; *Gallia & Britannia tributaria facta sunt.*

### Post Christi nativitatem.

*Ex Tacito de mor. Germ. cap. 43.* Gotinos Gallica, Oros Panonica lingua coarguit non esse germanos, & quòd tributa patiuntur; partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi, ut alienigenis: imponunt.

*Ex Pomponio Lato.* (vid. num. 613.) Gallus Imperator cum Scythis (id est A. Chr. Gothis) foedus percussit non sinè Romani nominis ignominia. Tunc primùm, diuturno & libero potentatu, *populus Romanus tributa pependit, tunc primùm Resp. jugum Scythicæ servitutis accepit &c.* Tributum fuit Drachmarum aurearum CC. 251.

*Ex Miscella Historia.* (vid. num. 752.) Cogitur ergo Theodosius legationem Attilæ mittere, & sex millia librarum auri ei pro recessu præbens, mille librarum annum tributum persolvere pollicetur. 442.

*MLXXVIII. Ex Eckhardo de reb. Franc. Orient. lib. 4. cap. 14. ex annal. Franc.* Thuringia subacta & sub tributum missa, porcorum quingentorum annuorum culinæ Regis Franciæ inferendorum. 534.

*Ex Procopio de bello Goth. lib. 4. cap. 15.* Anno Imperii XV. Justiniani, Romani & Persæ inducias pepigerunt. Chosroës Rex Persarum, quod 541.

- apertè antea concupiverat, *annuum centenariorum quatuor tributum Romanis ir-*  
**A. Chr.** *rogavit*, tributo nomen imponens pacificæ compositionis.
556. *Ex Eckhardo lib. 7. cap. 5.* Clotharius Rex Francorum Saxonibus à se de-  
 victis *quingentos boves in annos singulos tributi nomine imposuit.*
575. Romani tributum Avaribus persolvunt: *vid. num. 819.*
583. Romani tributi pensitationem Avaribus augent: *vid. num. 821.*
679. Constantinus IV. Bulgaris tributum spondet: *vid. num. 837.*  
*Ex Eckhardo lib. 24. cap. 49. & ex Fabritio ad A. 757.* Edelhardus Rex
758. Saxonum, quinto prælio cum Pipino (Rege Franciæ) congressus &c. maxi-  
 ma strage vincitur, & conditionibus propositis, *tributum annuum equorum tre-*  
*centorum pendere cogitur.*
864. *MLXXIX. Ex Eckhardo lib. 31. cap. 104.* Ne inter tot turbas, quæ  
*Lotharium Regem* distringebant, Normanni regno ejus damnum inferrent, ad-  
 versus eorum irruptiones Rudolphum, Herioldi quondam Regis Daniæ fi-  
 lium, cum suis pretio conduxit, & locarii nomine, ut annales Bertiniani  
 loquuntur, ipsi de omni Regno suo ex unoquoque manso, sive coloni ha-  
 bitatione, quatuor denarios, & magnam farinæ, siceræ, vini, pecorumque  
 quantitatem dedit: Normanni nihilominus pluribus navibus in Flandriam  
 appellunt, Rhenum ascendunt, & fines Regnorum Lotharii & Ludovici in  
 utraque ripa fluminis vastant.
865. *Ex Eckhardo lib. 31. cap. 121.* Normanni per alveum Sequanæ ad ca-  
 strum usque Milidunum ascendentes incidunt in scaras sive cohortes *Caroli*  
*Regis*, utramque fluminis ripam custodientes, *Francorum* partem, quæ for-  
 tior videbatur, & cui Robertus & Odo præerant, aggrediuntur, sine con-  
 flictu in fugam vertunt, prædæque navibus impositâ ad suos redeunt. Ca-  
 rolus hoc hostium successu perterritus *pacem* ab iis, non sine Francicæ virtu-  
 tis dedecore, redimit. Carolus (inquiunt Annales Bertiniani) cum iisdem  
 Normannis *in quatuor millium libris argenti* ad pensam sive pondus eorum pa-  
 ciscitur, & indicta per Regnum suum conlatione ad *idem* exsolvendum *Tri-*  
*butum*, de unoquoque manso ingenuili exiguntur sex denarii, & de servili  
 tres, & de accola unus.
877. *Ex Eckhardo lib. 31. cap. 242.* A Carolo Imperatore, ut *tributum Nor-*  
*mannis promissum* solvi posset, illique dum Imperator in Italia esset, turbas  
 non moverent, nonis Maji Compendii ingens pecuniæ summa in Regni Gal-  
 lici & Burgundiæ provinciis hunc in finem exigenda decreta est. Ecclesia-  
 stici & Laici, summi & imi, censui certo addicti sunt, qui apud Baluzium  
 in capitularibus Caroli Calvi Tit. LII. recensetur.
- MLXXX.* Seculo decimo initiante usque ad A. 933. sub Ludovico Infante,  
 Conrado I. & Henrico Aucupe, ipsum Imperium Germanicum Hunnis tributarium  
 fuit; ita enim ait *Liuthprandus Hist. lib. 2. cap. 2.* Hungari &c. Bajoariorum,  
 Suevorum, Francorum omnia deflagrando regna percusserunt. Nec quis-  
 quam erat, qui horum præsentiam nisi labore non parvo naturæ muni-  
 tissimis præstolaretur in locis, factusque est per nonnullos annos populus  
 hic tributarius.
- Ex Hugone Grotio de Jure belli & pacis, lib. 1. cap. 3. §. 22.* Qui verò cer-  
 tum quid pensitant, aut ad redimendas injurias, aut ad tutelam comparan-  
 dam, quales Hebræorum Reges & vicinarum gentium post Antonii tempora;  
 quo minùs summum Imperium habere possint, nullam du-  
 bitandi causam video.

F I N I S.







